130 Et debet antequam expediatur Mandatum deliberando, intimatio reproduci, ut Judex poſſit eſſe certus de lapſu termini ad reluendum debitori aſſignati, *Saluſt. Tib. d lib. 1. c. 43, n. 4. Mangil. de ſubhaſt. q 347, n. 9. Seraph. deciſ. 1100, num. 9. Rota dec. 725, n. 8, par. 2, recent.* aliàs deliberatio eſt nulla, *Seraph. d. deciſ. 1100, n. 9. Rota d. dec. 725, n. 8. par. 2, recent.*

131 Septimò requiritur, quòd affigantur Edicta in loco ſubhaſtationis, & judicii, & ſi ſunt ſubhaſtanda bona in partibus exiſtentia, vigore mandati in Curia relaxati, requiritur, quòd affigantur hujusmodi edicta etiam in loco, ſeu territorio, in quo bona ſubhaſtanda reperiuntur, pro reperiendis oblatoribus: nec aliter poteſt ad ſubhaſtationem juridicè procedi, niſi prius habita ab Officiali illius loci relatione de Edictis ibi publicatis, *Paul V. in d. Conſtit. 71, Univerſi agri. in §. Baroncelli, verſ. & quando contingit poni ſub haſta*, & ita quotidie obſervat praxis.

132 Octavò requiruntur de ſtylo Curiæ ad minus tres oblationes, *Saluſt. Tib. lib 1, cap. 42, n. 12, Mangil. de ſubhaſt. q. 247. n. 15. Rota deciſ. 113, n. 14, par. 7. recent.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 196, n. 7, alterum*, & paſſim obſervat praxis & Curia.

133 Ex quo infertur, quòd ſi ultimus licitator ex tribus renunciaret oblationi factæ, & ob id fieret deliberatio ſecundò, & ſic penultimo oblatori, ſubhaſtatio eſſet nulla, quia debet fieri majori oblatori, *l. eum, qui, ff. de in diem adject. l. à divo Pio, § ſi pignor. ubi Alex. n. 11 ff. de rejud. Buratt. dec. 703, n. 6. Rot. dec. 113. num. 12. par 7. recent.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 106, n 7.*

134 Nec relevaret enunciatio, vel quia cùm Licitator obligetur ex ſua pollicitatione, tenetur emere, & pretium ſolvere, nec poteſt pœnitere, niſi Reipublicæ ſic expediat, *l. ſi tempore ubi Bart. n. 5, C. de fid. inſt. & jur. haſt. Fiſc. lib. 10, l. Licitatio, aliàs locatio, in prin. ubi Bart. n. 4, ff. de public. Veſtig. Rot. deciſ. 376, n. 5 par. 4, & deciſ. 113. n. 13, par. 7, recent.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. d. deciſ. 106, n. 7, verſ. & licèt.*

135 Vel quia ſi renunciatio valeret, ſubhaſtatio remaneret cum duobus tantùm oblatoribus, & ſic eſſet contra ſtylum Curiæ, & per conſequens nulla, & invalida, *Rot. d. dec. 113. nu 14. par. 7, rec.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. d. dec. 106, n. 7, verſ. alterum.*

136 Poſt omnes autem oblatores admittitur etiam creditor ad licitandum, & faciendum meliorem conditionem debitoris, quo caſu poteſt ei, tamquam plus offerenti, pignus deliberari, *l. 2 C. in cauſ. jud. pig. cap. ſit, Alex. in l. à divo Pio, § ſi pignora, n. 11 ff. de rejud. Surd. conſil 250, n. 6. Beltram ad Greg. deciſ. 12, n. 3, verſ verum, Mangil. de ſubhaſt. q. 154, n 5, & ſeq. Rota dec. 411, n. 8, in fin. par. 1, recent.*

137 Et multò magis in defectum aliorum oblatorum, ſive oblator non inveniatur, ſive juſtum pretium non offeratur, *d. l. 1. Bald. & Salic. C ſi in cauſ. jud. pig cap ſit, Saluſt. Tib. lib. 1, c. 44, n. 3. Galleſ. de obligat. Camer q. 37, n. 30, Surd. conſ. 256, n. 5, in fin. & n 6. Afflict. dec. 350, n. 5, Seraph. deciſ. 1478, n. 1, Greg. dec. 12, n. 1,* & ibi *Beltram, n. 2, & ſeq. Rota dec. 411, n. 8. par. 5, recent.*

138 Si verò nec ipſe creditor velit licitare, poteſt ei Judex, prævia æſtimatione, adjudicare pignora, ſeu bona pro juſto pretio, juxta text. in *d. l. 2, C. ſi in cauſ. jud. pig. cap ſit*, quam praxim tradunt *Saluſt. Tib. lib 1, cap 44, n. 4, & ſeq. Galleſ. de oblig. Camer. q. 37, n. 30. Put. dec 252, num. 2 lib. 2. Mangil. de ſubhaſt. qu. 160, n. 10. & ſeqq. Seraph. dec 980, num. 1. Rota dec. 391, num. 1, & deciſ. 463, num. 3. par. 3. recent.*

139 Nonò requiritur, quòd bona ſubhaſtanda æſtimentur, *l. ſi quos, C. de reſcind. vendit. Saluſt. Tib. lib. 44. num. 5. Rolan. conſ. 32, num. 33, lib. 1, Afflict. deciſ. 88, num. 5, & ſeq. Mangil. de ſubhaſt. q. 18, num. 1, & ſeqq. Rota deciſ. 411, nu. 6, in fin. & n. 7. par. 5. recent.*

140 Sed hoc ſignanter recipit declarationem, ut non procedat, quando agitur per viam oblationis, tunc enim bona conſignantur Licitatori plus offerenti absque alia æſtimatione, *Mangil. de ſubhaſt. d. q. 18. num. 6, & 8. Rota deciſ. 411. n. 9, par. 5, recent.* & poſt eumdem *Mangil. deciſ. 18, nu. 8.*

141 *num.* 8, & ita quotidie obſervat praxis ; nam quando bona fuerunt, ut ſupra majori oblato i deliberata, eo ipſo præſumuntur deliberata pro juſto pretio, *Rota dec.639, n.1,par.3, & dec.411, n.10.par.3,recent.*

142 Poteſt tamen, ſi poſteà de læſione conſtiterit ultra dimidiam juſti pretii, reſcindi venditio facta ſub haſta, remedio *l.1, C. de reſcind. vend. Mangi de ſubhaſt.d.q.18,n.11. Rota deciſ.256, n.3. poſt conſ.crim.Farinac.lib.2,Cavaler.deciſ.187,n.1. Buratt.dec 675,n.8.*

143 Secundò igitur recipit declarationem ſupradicta concluſio,ut non procedat, quando non conſtaret de magno exceſſu inter pretium juſtum,& illud pro quo facta eſt ſubhaſtatio,*Gratian diſcep.7,n.22.*

144 Tertiò, non procedat, quando pretium eſt adeò manifeſtum, ut non poſſit intervenire aliqua colluſio,*Mangil.de ſubhaſt.d.q 18.n.7.*

145 Quartò,ut *d.l.ſi quos*, non procedat in debito privatarum perſonarum, niſi conſtaret de magna læſione, vel res magni valoris daretur pro modico,ſed benè in ſubhaſtatione publicarum functionum, & quando non adeſſet Licitator, ex cumulatis per *Mangil. de ſubhaſt. d.q.18.n.9,& ſeqq.*

146 Quintò denique,ut non procedat, quando res eſſet in continuo periculo deſtructionis, vel amiſſionis,ex deductis per eumdem *Mangil.d.q. 18,n.12.*

147 Decimò requiritur *, quòd ſervetur forma mandati ; nam, eâ non ſervatâ ſubhaſtatio eſt nulla,*Seraph.deciſ.929,n.1*, prout quòd ſerventur de ſtylo ſervanda,ut ſit valida, *Buratt.d.dec.675, n.1*,cùm aliàs ſubhaſtatio ſit nulla, *ex ſuperius allegatis n.128.*

148 Undecimò tandem requiritur præſentia Licitantis,tam in actu licitationis, ut obligetur ex ſua pollicitatione,juxta ſuperius tradita in *8.requiſito.verſ.Nec relevaret, n.134*, quàm etiam in actu deliberationis juxta formulam inſtrumenti ſuperius poſitam , & ſic quòd deliberatio fiat etiam per ſcripturam,quam requiri,tradit *in l. contractus,nu.7, verſ.ſecunda verò, C. de fid.inſtrum. Mangil.de ſubhaſt.q.22,n.1, & ſeqq.* quotidie obſervat praxis.

149 Licèt autem ſubhaſtatio fiat ex cauſa neceſſaria,natura tamen venditionis non alteratur, *Duran.dec.257,n.7,& ſeqq.* ac proinde debitor tenetur de evictione,ac ſi ipſe vendidiſſet, *l. ſi prædium.& l.ſi ob cauſam,C.de evict. l.ſi pignora, ff.de evict.l.eleganter in prin.ff.de pig.act. Alex.in l.à divo Pio §.Si pignora,n.7.ff.de re jud. Fenzon.ad Statut. Urb.lib.1,cap.194.n.72.& ſeq.Saluſt.Tib.lib.1,c.13 num.15, Mangil.de ſubhaſt.q.20,n.9,& q.103,n.12.*

150 Nam in hac materia ſubhaſtationis intrat regula,quæ habet, factum Judicis, ritè, & rectè procedentis,reputari factum partis, *Fenzon.ad Statut.Urb.lib.1.c.194.n.71,& ſeqq. Rota dec. 284, n.2.par.3.recent.*

151 Non omitto,quòd facta ſubhaſtatione contra plures,illa non exiſtente quoad unum,eſt etiam nulla quoad alios,tamquam individua,*Rota dec.507,n.5.par.3,recent.Greg.dec.319,n.1*, ibi *Beltram.n.7.*

152 Sed hoc procedit in individuis, ſecùs in dividuis:unde infertur, quòd ſi mandatum poteſt exequi ſuper portione citati, absque eo, quòd præjudicetur portioni non citati , proceſſus quoad citatos eſt validus,*Beltram.ad Greg.d.deciſ.319,num.7*, ubi ad hoc Rotæ deciſiones allegat.

153 Hæc de ſubhaſtatione,& deliberatione dicta ſint ſatis, in cæteris in occurrentia facti poterit haberi recurſus ad *70. Antonium Mangilium , Antonium Nigrum, Ludovicum Poſtium*, & alios qui ex profeſſo de ſubhaſtationis materia ſcripſerunt.

B De deliberatione pignorum ſatis dictum eſt ſuprà,ſub præcedenti litera A.

C De expenſis taxandis ſatis dictum eſt ſuprà, cap.13. lit.NN.

D Similiter de quatuor terminis ad docendum de appellatione,dictum fuit ſuprà, cap. 13. ſub lit.GG. ideo ad ibi ſcripta me refero.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

PETRI RIDOLPHINI J.C. NOBILIS CORTONENSIS, PATRITIIQUE ROMANI

DE ORDINE PROCEDENDI IN IVDICIIS IN ROMANA CVRIA

Praxis recentior.

PARS II.

De cauſis ſummmariis Pars ſecunda, Cap. I.

SVMMARIVM.

1 ACTVM *fuit de cauſis executivis, ſequitur videre*
2 *de ſummariis.*
A. C. quas cauſas ſummariè cognoſcere, & terminare valeat juxta eius ordinarias facultates.
3 *Cauſa unde, & quando dicatur, & quando judicium, & quando juſtitia.*
4 *Cauſa quomodo poſſit deſcribi.*
5 *Cauſa cur dicatur à caſu.*
6 *Judicium quid ſit.*
7 *Judicium unde dicatur.*
8 *Juſtitia quid ſit.*
9 *Summariè eſt idem quod breviter.*
10 *Summaria cauſa cur brevis dicatur.*
11 *Judicium ſummarium quid ſit.*
12 *Summaria cauſarum cognitio ad quid inventa?*
13 Simpliciter, *verbum quid importet.*
14 De plano, *verbum quid ſignificet.*
15 *Verbum de plano, removet omnes ſolemnitates Juris civilis, non tamen ſubſtantialia judicii.*
16 Sine ſtrepitu *quid importet, & ſtrepitus quid ſit.*
17 *In cauſa cognoſcenda ſine ſtrepitu Pars poteſt informare Judicem in Camera, & ad aures, ſed in aliis Judex non tenetur partem audire, niſi publicè ante Tribunal.*
18 Sine figura judicii, *verba quid importent.*
19 *Appoſitis verbis, ſine figura judicii alia apponere, ut poſſit ſummariè procedi, non oportet.*
20 *Figura judicii quid ſit, & quando ſine illa judicium corruat.*
21 *Per verba ſine figura, à cujus formâ judicialis obſervatione Judex ſublevetur.*
22 *Acta reſpicientia ſolemnitates judicii quæ ſint.*
23 *In caſibus, in quibus conteſtatio non requiritur primus actus, qui ſit poſt conteſtationem in cauſis, in quibus lis conteſtatur, habet vim conteſtationis.*
24 *Acta reſpicientia factum cauſæ quæ ſint.*
25 *Cauſa commiſſa, ſeu Judice facultatem habente procedendi ſine figura judicij, eſt locus* Clem. ſæpè, de verb. ſignif. *aliàs ſecùs.*
26 *Clauſula, ſine figura judicij, quot, & quos operetur effectus, quorum triginta enumerantur.*
27 *Quinq; requiruntur in judicio ſummario, clauſula, ſine figura judicii, non obſtante, & quæ, & n. 28. & ſeq.*
28 *Probatio eſt de jure divino.*
29 *In judicio ſummaria cauſæ cognitio requiritur, & Judicis declaratio clauſ. ſine figura non obſtante.*
30 Clauſula, *ſola facti veritate inſpecta, operatur idem, quod ſummariè ſine ſtrepitu, & figura judicii, & manu Regia.*

31 Clausula sola facti veritate inspecta non videtur operari magis, quàm clausula summariè, & sine figura judicij; ex quo tollit solemnitates Juris positivi, non Juris gentium.

32 Clausula sola facti veritate inspecta non aufert legitimam defensionem.

33 Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, ut termini non substantiales posßint omitti, substantiales verò abbreviari arbitrio Judicis.

34 Clausula sola facti veritate inspecta operatur, ut alijs omissis posßit incipi ab articulis, & illis probatis procedi ad sententiam.

35 Articuli, quando proceditur sola facti veritate inspecta, sunguntur officio petitionis, ac etiam facti probandi.

36 Contrarium, quod clausula sola facti veritate inspecta non tollat observationem terminorum substantialium.

37 Antiqua praxis in Rota observavit olim, non posse terminos substantiales, per clausulā, sola facti veritate inspecta, penitus tolli, sed benè abbreviari; unde his casibus modus procedendi, terminis brevibus servatis, fuit à Rota præfixus.

38 Licèt termini substantiales possent omitti, non tamen possent penitùs omitti termini ad probandum, ad dicendum contra jura producta, & contra articulos.

39 A.C. in causis, in quibus procedit sola facti veritate inspecta potest illas cognoscere, etiam terminis non servatis, vigore ejus facultatum.

40 Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, ut posßit procedi cumulato petitorio cum possessorio.

41 Manutentio potest obtineri in summariißimo possessorio, licèt Judex habeat facultatem procedendi, sola facti veritate inspecta.

42 Clausula, sola facti veritate inspecta operatur, ut Judex posßit ferre sententiam super probatis, licèt non petitis; quod in summariis est regulare.

43 Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, ut sufficiant probationes persuasivæ.

44 Moyses Dux populi Judaici, Romulus, & alij Reges antiquitùs, ante Magistratus creatos, manu sua, hoc est, ipsi met lites decidebant.

45 Manus Regia non cessavit per Magistratuum creationem, sed adhuc in Principibus reperitur.

46 Principes possunt concedere Judicibus facultatem procedendi manu Regia, prout quotidie faciunt.

47 A.C. in quibus causis habeat facultatem à Papa procedendi manu Regia.

48 Clausula, manu Regia, habet eamdem virtutem quam habet summarie, &c. & sine figura judicii.

49 Clausula, manu Regia, operatur, ut posßit procedi de facto, & nullo Juris ordine servato.

50 Clausula, manu Regia operatur, ut posßit procedi executivè.

51 Clausula, manu Regia, non tollit substantialia Judicii.

52 Clausula summariè &c. sine figura Judicii, sola facti veritate inspecta, & manu Regia, idem operatur, quod clausula, manu Regia depersè, & causa commissa cum aliqua ex dictis clausulis semper est summaria.

53 Causa quædam sunt summaria tantùm, quoad solemnitates judicii, vel aliquas earum.

54 Incidens, vel emergens causa ordinaria summariè decidi debet, quoad solemnitates, & dilationes, non quoad probationes.

55 Causa de sui natura summaria non favorabilis, requirit plenas probationes.

56 Causæ quædam non requirunt plenam probationem, & sunt summariæ, tam quoad solemnitates, quàm quoad probationes.

57 Causa possessorii, quæ potest reparari in petitorio, & non parat plenum præjudicium, non requirit plenas probationes, alias secùs.

58 Causa de sui natura summaria favorabilis, prout alimentorum, ventris, & hujusmodi, non requirit plenas probationes

59 Summariè de Jure communi proceditur in plurimis casibus, & signanter quando Papa mandat causam cognosci, & decisi summariè.

60 Inferior à Principe non potest dare facultatem procedendi in causa summariè.

61 Ad reddendum causas summarias requiritur authoritas Principis, aliàs remanent ordinariæ.

62 Legatus Papæ, etiamsi habet facultates amplißimas, non potest committere causas summarie, sublato Juris ordine.

63 Legatus Papæ ex magna, & rationabili causa, attento statu loci, & rei potest committere causas summariè dummodo de hujusmodi causa appareat.

64 Causa ordin. non potest per partes effici summaria.

65 Domini terrarum recognoscentes superiorem, non possunt committere causas summariè cognoscendas.

66 Domini terrarum recognoscentes superiorem ex justa & rationabili causa, possunt committere causas summariè, & valet commissio.

67 Multi inferiores Papâ causas summariè de facto committunt, & commissio hujusmodi sustinetur de facto.

68 Domini terrarum cognoscentes superiorem, causas in eorum dominio summariè cognoscendas committunt de generali consuetudine.

69 Imperator, Reges, & Principes non recognoscentes superiorem, possunt in eorum statu de jure causas summariè cognoscendas committere, & quare?

70 Magnus Dux Etruriæ potest de jure in eius statu causas summariè, & cum similibus clausulis cognoscendas committere, & quare, & n. 71.

71 Respublica Florentina, in cuius locum magnus Dux successit, à tempore Honorii IV. & citra neminem in superiorem recognovit, ex quo à Rodulpho I. Imperatore emit libertatem sex mille florenis aureis.

72 Honorius PP. libentißimè comprobavit emptionem libertatis, quā Florentini ab Imperatore fecerunt.

73 Quando Florentini, & Lucenses emerunt libertatem ab Imperatore, Honorius Papa lætitiam faciebat, & quare?

74 Civitas Florentiæ, & civitas Lucæ tempore Honorii IV. erant amicæ Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ.

75 Inferiores à Principe sæculari, habentes potestatem condendi jura, possunt committere causas summariè, & appellatione remota.

76 Inferiores à Principe sæculari, non habentes absolutam jurisdictionem in eorum terris, non possunt committere causas summariè.

77 Episcopus potest causam de sui natura summariam, prout spiritualem, vel beneficialem committere cum clausula summariè, &c. & in pluribus casibus statuere contra Jus.

78 Inferior habens dignitatem, & administrationem pro se, & suis dependentibus jure proprio, potest committere causas summariè.

79 Archiepiscopus Mediolanensis potest causas summariè cognoscendas committere.
80 In causa præparatoria, prout si quæritur, an quis respondere teneatur, an, & quo jure sit hæres, potest summariè procedi de jure.
81 Articulus incidens, vel emergens in causa ordinaria est summariè cognoscendus, & decidendus.
82 Quando disceptatur de beneficii Ecclesiastico, & lis est super titulo beneficio, potest procedi summariè.
83 Causæ possessoriæ omnes sunt summariæ.
84 Quadraginta alij casus, in quibus de jure potest procedi summariè.
85 In Rota vigore Innocentianæ, proceditur summariè prout in beneficialibus, in causis infra florenos quingentos auri.
86 A.C. in omnibus causis (exceptis executivis, ejus Notariorum, mercatorum R.C: & à ducatis 200. Auri de Camera infrà) potest procedere summariè, prout in beneficialibus vigore ejus facultatum.
87 Causæ executivæ, & summariæ habent instantiam triennalem, sicut ordinariæ.
88 Instantia de jure Canonico est perpetua.
89 In tribunali A.C. prima instantia nunquam perit.
90 Causa summariè commissa primo judici, est etiam summaria coram subrogato.
91 Causa effecta summaria in prima instantia remanet summaria in sequentibus.
92 Causa principali summaria existente, omnes illius articuli sunt summarij.
93 Commissa causa cum facultate procedendi summariè, & terminis non servatis, termini possunt abbreviari sed non in totum omitti.
94 Termini substantiales vigore facultatis procedendi, terminis non servatis, possunt abbreviari quoad dilationem, non quoad numerum, nam quatuor sunt omnino servandi, & qui &c.
95 Si in commissione detur facultas procedendi omnibus terminis substantialibus, & non substantialibus penitus omissis, & non servatis, termini substantiales possunt in totum omitti.
96 Data facultate procedendi absq; tela judiciaria, vel via executiva, vel præfixo termino, loco substantialium, vel terminis unica citatione servatis, termini substantiales non servantur, servatur tamen forma commissionis.
97 In Tribunali A.C. in causis à 200. Ducatis infrà, Notariorum A.C. & mercatorum R.C. non servantur aliqui termini substantiales.
98 Termini substantiales quid sint, & ad quid inventi.
99 Urbanus V. fuit terminorum substantialium inventor, & ad quid.
100 Termini substantiales à tempore Urbani V. citra cæperunt esse de substantia judicij.
101 Termini substantiales in causis prophanis in prima instantia qui sint.
102 Termini substantiales in prophanis in secunda instantia qui sint, & quando serventur.
103 Termini substantiales in prophanis in tertia instantia qui sint, & quomodo serventur.
104 Si pars in termino ad contestandum litem differat litem contestare, quomodo ad id compellatur, & qui termini tunc serventur.
105 Termini ad respondendum libello, ad litem contestandum, & dicendum contra declarationes, recesserunt ab aula.
106 Termini substantiales in causis beneficialibus, qui serventur in prima, & qui in secunda, & tertia instantia.
107 Coram A.C. sufficit servare terminos substantiales, prout in beneficialibus, & quare.
108 Termini substantiales in causis ordinariis coram A.C. qui sæpè solent observari.
109 Causæ beneficiales tanquam summariæ non indigent contestatione litis.
110 Terminus ad articulandum, quomodo servatur in secunda, & tertia instantia; quando in prima observatur ad octavam.
111 Termini substantiales qui serventur in Salviano, spolio, & similibus possessorijs.
112 Termini ad libellandum, litem contestandum, & jurandum de calumnia, in summarijs possunt omitti, & quare.
113 Terminus ad declarandum, est contingens, & præfigitur, ut qui dedit articulos malè specificatos, possit illos declarare.
114 Terminus ad declarandum non datur in materia objectiva, nisi fortè in secunda instantia, quando in prima objectus non fuerunt expulsi cum causæ cognitione.
115 Terminus ad libellandum in summarijs non facit quem Dominum litis, & quare.
116 Terminis substantialibus servandis non servatis sententia est nulla.
117 Remota substantia nihil subsistit.
118 Terminis non servatis reiteratio, & constitutiones pro sanatione per reiterationem nihil relevant.
119 Si termini, tam in ordinarijs, quàm in summarijs servandi, non sunt servati, processus est nullus unà cum sententia.
120 Termini ad libellandum, ad declarandum, ad jurandum de calumnia in summarijs servati non nocent.
121 Termini ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, & ad sententiam sunt tantummodo necessarij in causis summarijs.
122 In causis executivis, & præsertim si agitur vigore obligationis Cameralis, termini substantiales non requiruntur, & illorum omissio non vitiat.
123 Termini substantiales in revocatione mandatorum in tribunali A C. non requiruntur.
124 Si in citatione dicitur, ad videndum revocari mandatum cum omnibus inde secutis, & inexpensis condemnari, attenta relaxatione pro credito ante illam extincto, & fuit postea in statum impem perpetuum silentium, termini videntur servandi, & quare.
125 In summarijssimis possessorijs, quæ expediuntur per viam simplicis decreti termini substantiales non requiruntur.
126 In executione literarum Apostolicarum non servantur termini ad articulandum, &c. sed ad docendum se paruisse literis Apostolicis.
127 Si citatio ad terminos substantiales fuit reproducta sustinetur processus, etiamsi in ea non sit extensum decretum servationis terminorum, & quare?
128 In causis Attentatorum, & revocationis eorum per

viam nullitatis, omissio terminorum substantialium non vitiat processum.

129 In causis Nullitatum incidenter intentatis, & quando revocatur sententia ex iisdem actis ejusdem iudicij per viam nullitatis, termini substantiales non requiruntur.

130 Omissio termini, ad dicendum contra producta, si pars fuit citata, ad dicendum contra jura, non causat nullitatem.

131 Omissio termini ad articulandum sanatur per observationem termini, ad dicendum contra articulos.

132 Observatio termini ad viden. admitti articulos non sanat defectum termini ad articulandum.

133 Terminus, ad articulandum est utriq; parti communis in beneficialibus, secus in prophanis.

134 Terminus, ad videndum admitti articulos, non est utriq; parti communis, & quare.

135 Terminus ad dicendum contra articulos, aquipollet termino ad articulandum, cùm sit utriq; parti communis.

136 Nullitas terminorum ad articulandum, & dicendū contra articulos, si adest, sanatur per illorum reiterationem.

137 Admissis articulis cum clausula salvo jure impertinentium, &c. parte præsente, cum assignatione termini decem dierum partibus ad probandum, citatio ad dicendum contra articulos non est necessaria, & quare?

138 Terminus ad articulandum dicitur sufficienter servatus, sive pars sit citata, ad dicendum contra articulos, sive articuli sint admissi parte præsente, cum clausula, salvo jure, &c.

139 Sententia lata extra Curiam, terminis malè servatis non est nulla, sicut lata in Curia, & quare.

140 A.C. in causis mercatorum R.C. inter, & contra eos potest procedere terminis substantialibus non servatis.

141 Processus est nullus terminis non servatis, sicut malè & nulliter servatis.

142 Innocentiana dat facultatem auditoribus Rotæ sanandi nullitatem terminorum malè, & inculcatè servatorum, per illorum reiterationem unica citatione, & audientia.

143 Reiteratio terminorum in citatione ad sententiam sanat omnes eorum præcedentes defectus.

144 Terminis servatis, & deinde reiteratis, processus est validus una cum sententia inde secuta.

145 Termini servati cum procuratore minus legitimo sanantur per illorum reiterationem citato procuratore legitimo, vigore Innocentianæ.

146 Cùm termini sint communes, sufficit, quòd ab altera parte servati sint.

147 Termini servati in petitorio, prosunt, illo suspenso etiam in possessorio, & quare?

148 Termini servati in causa parochialis extenduntur ad causam possessorii intentati super parochiali.

149 Termini servati in judicio principali, prosunt etiam in incidenti.

150 Tertius veniens ad causam, si reperit terminos servatos, non tenetur illos iterum servare.

151 Termini pluries servati respiciunt rei defensionem, & causæ cognitionem, ac habent vim monitionis.

152 Pro sanatione terminorum sufficit quòd à die introducta causa ad diem lata sententia tot audientia intervenerint, quot requiruntur pro illorum servatione.

153 Innocentiana non habebat locum extra Rotam, ideò Pius IV. illam extendit ad omnes alios Rom. Curiæ Judices sive ordinarios, sive delegatos.

154 A.C. ultra alios habet facultates speciales reiterandi, & sanandi terminos malè, nulliter, & inculcatè tentos, unica citatione, & audientia, etiamsi in causa adsit commissio.

155 Termino ad sententiam cum reiteratione terminorum ab altera parte servato, utraque pars dicitur pro sententia institisse.

156 In termino citationis ad sententiam, tam in Tribunali A.C. quàm in Tribunali Vicarii, de stylo Judex potest ferre sententiam validam, non solùm ad favorem citantis, sed etiam ad favorem citati, si videt illum bonum jus fovere.

157 Causa beneficiales sunt summariæ, & quomodo in eis procedatur.

158 Verba, prout in beneficialibus, ejus sunt virtutis, ut possit procedi summariè, etiamsi causa non sit beneficialis, & ut dilationes sint breviores.

159 In Rota proceditur summariè, in causis miserabilium personarum, & à scutis quingentis infrà.

160 A.C. habet facultatem procedendi in omnibus causis, summariè, prout in beneficialibus, &c.

De causis summariis. Pars secunda. Cap. I.

1 DIctum fuit suprà in sinu prooemii, causas in A.C. Tribunali verentes, aut esse executivas, aut summarias, aut ordinarias; cùm igitur hactenus visum fuerit de Executivis, transeundum est, juxta propositum ordinem ad summarias.

2 Illustriss. & Reverendiss. D. A.C. vigore suarum ordinariarum facultatum, potest audire, cognoscere, & fine debito terminare, omnes, & A singulas causas, A. spirituales, Ecclesiasticas, & prophanas, ac quorumvis etiam S.R. Ecclesiæ Cardinalium, eorumque ac summi Pontificis continuorum Commensalium, necnon quorumcumque Prælatorum in Curia Romana degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Universitatum Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, eandem Curiam sequentium, & familiarium eorundem, & ipsius Curiæ causarū hujusmodi Auditoris Notarium, & eorum familiarium, earumpsorum quoq; quorumvis mercatorum, ac pensionum annuatum super fructibus, redditibus, ac proventibus Ecclesiasticis, ac earundem fructuum loco pensionis hujusmodi reservatorum, & assignatorum, etiamsi earum, & eorum solutio non fit in prædicta Curia, sed in partibus, facienda. Et quascumque alias etiam commissarias causas, tam civiles, quàm criminales & mixtas, conjunctim, vel divisim in eadem Curia quomodocumque & qualitercumque motas, & movendas, & inter quascumque partes etiam per viam inquisitionis, aut ex officio quo-

quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à Gravaminibus illatis, & inferri comminatis, seu sententiis definitivis, vel interlocutoriis à quibusvis Judicibus ordinariis, & Arbitris, atque Arbitratoribus in Curia, & Urbe prædictis (*Vicario Sanctiss. D.N. Papæ Gubernatore, & Senatore Urbis prædicta, ac Judicibus Capitolinis dumtaxat exceptis*) & extra eas, à quibuscunque Judicibus ordinariis, vel delegatis, seu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam Sedis Apostolicæ Legatis, ac etiam Vicelegatis in Terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis, aut aliis earum Gubernatoribus, vel Officialibus, & quibus in feudum, seu Vicariatum, aut aliàs quomodolibet concessis, pro tempore latis, & promulgatis, interpositam, seu aliàs ad eandem Sedem, etiam per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recursus à quibuscunque sententiis quorumcunque Ordinariorum, etiam extra Statum Ecclesiæ, hactenus devolutæ sunt, & in posterum devolventur.

Eas videlicet, in quibus non agitur ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re verum prædictæ summæ valorem non excedentes, seu quæ inter, & contra Mercatores Romanæ Curiæ pro quibuscunque negotiis, ad quamcunque summam ascendant, & pro Notariis ipsius A. C. ac inter, & contra eos, & eorum familias pro tempore vertentur,
B summariè, B, simpliciter, C, & de plano, D, sine
C strepitu, E, & figura Judicii, F, sola facti veritate
D te inspecta, G, & manu Regia, H, absque ob-
E servatione terminorum, I, qui de stylo, seu ordi-
F natione Palatii Apostolici, aut alias observari
G consueverunt, etiam privativè quoad alia Tri-
H bunalia; aliàs verò summam prædictam, aut
I illius valorem excedentes, & inter, & contra alios, quàm mercatores, vertentes servatis termi-
L nis, L, & alias summariè, prout in Beneficialibus,
M &c. M.

Observationes.

A 3 CAusa dicitur à casu, à quo derivatur, *c. forus, §. causa, de verb. signif.* Est autem Causa dum proponitur, Judicium dum discutitur, & Justitia dum finitur, *d. c. forus, §. est enim, de verb. signif.*

4 Causa potest describi, ut sit animi impulsus ad aliquid peragendum, *Chartar. dec. 67, nu. 60*, vel ut sit materia, & origo negotii, nondum discussionis examine patefacta, *d. c. forus, §. est enim de verb signif. Lancell. in instit. de judic. princ. lib. 3.*

5 Ideo verò causa dicitur à casu, quia frequenter casualiter occurrit, præter voluntatem Hominis, *Glos. in d. c. forus, in verb. causa, de verb. signif. Marant. de ord. judic. p. 2, n. 17.*

6 Sed Judicium est contentio trium Personarum, Judicis, Actoris, & Rei, *Azo. in Summ. de Jud. n. 3, Hostien. in Summ. de Judic. n. 1, Marant. de ord. Judic. p. 2, n. 1.*

Vel Judicium est justitiæ ministratio, quæ fit à Judice in causa coram eo proposita, *Marant. de ord. Jud. d. p. 2, n. 12.*

Vel Judicium est discussio causæ, quæ ritè fit in foro coram Judice, *Lancell. in instit. Jur. Canon. de judic. in prin.*

7 Dicitur autem Judicium quasi Jurisdictio, *c. forus, §. vocatur autem, de verb. signif. Goffred. in summ. de jud. n. 2.*

8 Justitia denique est constans, & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuens, *inst. de just. & jur. in prin. Glos. in c. forus, in verb. Justitia, de verb. signif.*

B *Summariè* verbum idem importat, quod sum-
9 matim, id est, breviter, *l. summa itaque. ubi Glos. in prima declaratione. ff. de stat. Homin. l. fin. ubi Glos. in verb in summa ff. de exercit. act. Bart. in extravag. ad reprimendum, in verb. summariè in prin. Grat. dictione 258, num 1, & seq.* Unde causa dicitur summaria, id est, brevis, & judicium summarium, hoc est, breve, *Mandos. in form. 3, Commiss, in verb. summariè.*

10 Dicitur autem brevis causa summaria, quia in ea breviter proceditur, hoc est sine solemnitatibus in Judicio, de Jure positivo requisitis, *Marant. de ord. jud. par. 4, dist. 9, n. 1.* & abbreviantur dilationes, non tamen ita, ut probationes fieri nequeant, aut aliquid de substantia omittatur, quia alias tolleretur causæ cognitio, *Bart. in extravag. ad reprimendum, in verb. summariè, nu. 1, Grat. diction. 258, n. 3.*

11 Hinc desumi potest descriptio Judicii summarii, ut sit illud, in quo, solemni ordinis Judiciarii observatione omissa, proceditur. *Marant. de ord. jud. p. 4, dist. 9, n. 1, fel. me. D. Philipp. Maßm. præceptor meus in rubr. C. qui admitti, n. 928.*

12 Quæ quidem summaria causarum cognitio ad celeriorem litium expeditionem, & parcendum sumptibus Litigantium, adinventa fuit, *Clem. dispendiosam. de judic.*

C *Simpliciter*, hoc verbum idem importat, quòd
13 sine plica, & duplicatione. *Glos. in Clem. sapè in verb. simpliciter, de verb. signif. Georg. Natt. in d. Clem. sapè, in prin. n 231, Grat. dict 247, n, 1,* & idem quod summariè, *Bart. in extravag ad reprimendum in verb. summariè in fin. Mart. de Claus. p. 13 claus. 180, n. 6.*

D *De plano*, hoc verbum importat contrarium
14 verbi de alto, altum autem dicitur ratione loci vel Styli, unde si causa sit modici momenti, non est necesse, quòd Judex sedeat pro Tribunali, & sit in loco altro, nec quod detur libellus, nec adhibeantur solemnitates, & sic non est necessarius stylus altus aliorum Judiciorum; & hæc locum habent, sive causa sit vilis natura, sive vilium Personarum, *Bart. in extravag. ad reprimendum, in verb. de plano, numero 1, & seq.* Si verò causa sit magni momenti, & nihilominus debeat cognosci de plano; tunc verbum, *de plano* exponitur exposita omni pernicioſa subtilitate, & solemnitate, non tamen omisso ordine Judiciario. de quo *in c. olim de accusat. Bart, in d extravag. ad reprimendum, in verb. de plano, num. 2, vers. fallit, Gregor. Natt. in d. Clem. sape, in princ. nu. 52, & in §. qua omnia, n. 68, vers. item quod, de verb. signif.*

15 Et quia hoc verbum, *de plano*, magis operatur

quam

quam verbo *summariè*, ideo tollit, ac removet omnes solemnitates Juris civilis, *Mart. de Claus. par. 1 claus. 180, num. 9.* non tamen tollit substantialia judicii, *Rota decis. 445, numer. 6, p. 1, diversi.*

E 16 *Sine strepitu.* Strepitus idem est, quod rumor, unde sicut per verbum *de plano* tollitur altitudo loci, & Styli; Ita per verbum *sine strepitu* tollitur altitudo vocum, & acclamatio Partium, & Procuratorum, *Bart. in extravag. ad reprimendum, in verbo sine strepitu, Georg. Natt. in Clem. sæpè, in prin. nu. 53, & seq. de verb. signif. Asin. in prax. §. 3, c. 22, n. 1, & seqq.*

17 Unde Pars potest hoc casu, quando causa est cognoscenda sine strepitu, informare Judicem in Camera, & ad aures, nec ex hoc potest Judex tanquam suspectus recusari, cùm hoc proveniat ex natura causæ, debet tamen observari ordo judiciarius. In aliis verò causis sine strepitu non cognoscendis, Judex non tenetur Partem audire, nisi ante Tribunal publicè, & palam, *Bart. in d. extravag. ad reprimendum, in verb. sine strepitu, Georg Natt. in Clem. sæpè in prin. n. 53, & seq. de verb signif.*

F 18 *Et Figura judicii:* Hæc verba, sine figura Judicii idem operantur de per se, quod insimul operantur omnia alia verba, videlicet, *summariè simpliciter de plano, sine strepitu, & figura judicii, Bart. in extravag ad reprimendum, in verb. figura, nu. 2, Georg. Natt in d. Clem. sæpè, in prin. n. 232. vers. 3, facit, & in §. quæ omnia, nu. 80, vers. circa quintam, Papiens. in Prax. in for. libell. act. real. §. summariè, n. 1, Marant. de ord jud. p. 4, dist. 9, nu. 11, Mart. de Claus. p. 1, claus. 180, n. 7.*

19 Unde licèt omnia d. verba soleant cumulari, non est tamen de necessitate, quando illa verba, *sine figura judicii*, tantum apponuntur, cætera apponere, *Papiens. in Prax. d. § summariè, numero 1.*

20 Est autem figura judicii ordo substantialis à Jure in causis ordinariis requisitus, quo omisso Judicium vitiatur, *l prolatam, C. de sent. & interloc. omn. jud. Georg. Natt. in d. Clem. sæpè in prin. numero 55, in fin. & seq. Papien. in prax. in form. libell. act. real. in § summariè, n. 2, Asin. in prax. §. 3, c. 22, n. 4.*

21 Per quod verbum *sine figura*, Judex sublevatur ab observatione omnis judicialis formæ, & figuræ inductæ à jure Civili, Canonico, & Municipali, sed tamen tenetur servare formam à Jure gentium, vel naturali introductam, *Bart. in extravag. ad reprimendum, in verbo figura num. 2, Georg. Natt. in d. Clem. sæpè n. 56*, ubi quòd Judex non tenetur ad observationem dictarum solemnitatum, nisi quatenus, *in d. Clem. sæpè de verb. signif.* exprimantur, *Papiens. in d. form. libell. act. real. §. summariè num. 2, Vant. de nullit. sub tit. an, quæ sent. à quocumque impug. poss. n. 13, & seq. Marant. de ord. jud. p. 4, dist. 9, num. 11*, ubi post alios etiam tradit, quod clausula, *sine figura judicii*, tollit acta respicientia solemnitatem Judicii, non autem facta respicientia factum causæ, & quod hæc est veritas.

22 Acta respicientia solemnitates Judicii sunt libellus, litis contestatio, publicatio, conclusio, si & alia hujusmodi Juris positivi, *Maran. de ord. jud. par. 4, dist. 9, n. 1, & n. 42, Papien. in d. form. libell. act. real. § summariè, n. 2.*

23 In casibus tamen, in quibus litis contestatio non requiritur, primus actus, qui fit post contestationem in causis, in quibus lis contestatur, habet vim litis contestationis, *Jas. in l. nulla, n. 2. & in l, quod quis n. 1, C. de procurat. Marant, d. ord. jud. p. 7, prin. memb. 10, de lit. contest. n. 2, Asin. in prax. §. 3, c. 8, n. 2.*

24 Acta verò respicientia factum causæ sunt Probationes, Testes, Scripturæ, Confessiones, & aliæ defensiones, *Maran. de ord. jud. d. p. 4, dist. 9, n. 11, &c.*

25 Ex quibus infertur, quòd si causa sit commissa cum facultate procedendi sine figura Judicii; vel aliàs Judex haberet ordinariam facultatem procedendi sine hujusmodi figura, esset locus dispositioni *d. Clem. sæpè. de verb. signif.* Secus si fuisset in tantum concessa facultas procedendi, *summariè, simpliciter, de plano, & sine strepitu*; nam si non esset additum verbum, *sine figura Judicii*, illius Clementina dispositio locum non haberet, *Georg Natt. in d. Clem. sæpè, in prin. n. 232, vers. 3, facie, Papien. in d. form. libell. act. real. §. summariè. n. 2, ante fin.*

26 Operatur autem hæc clausula, *sine figura Judicii* plures, ac notabiles effectus.

Primò, ut non requiratur libellus, sed sufficiat qualis qualis petitio, quod est regulare in causis summariis, & executivis, *Rot. dec. 30, n. 20, & seq. p. 5 rec.*

Secundò, ut possit etiam incipi ab Articulis.

Tertiò, ut non sit necesse servare Ferias inductas in honorem Hominum.

Quartò, ut non requiratur litis contestatio, *Clem. sæpè, de verb. signif.*

Quintò, ut Judex debeat abbreviare dilationes, in quantum potest.

Sextò, ut non admittat exceptiones, vel appellationes frustratorias.

Septimò, ut non requiratur publicatio processus.

Octavò, ut non requiratur conclusio in causa.

Nonò, ut valeat sententia lata contra Dominum, etiamsi sit litigatum per Procuratorem.

Decimò, ut Judex non teneatur pronunciare super incidente, vel emergente.

Decimo primò, ut valeat sententia lata pro Absente non citato.

Decimo secundò, ut Judex possit interrogare Principalem, & Testes, etiam post conclusum in causa, *Glos. in Clem. sæpè, in verb. interrogabit, de verb. signif.*

Decimo tertiò, ut possit ferri sententia super probatis extra petita.

Decimo quarto, ut Judex possit adhibere fidem Testibus à Jure Civili reprobatis, vel assignantibus rationem verisimilem, licèt de Jure non concludentem.

Decimo quintò, ut Judex possit procedere ad sententiam non sedendo pro Tribunali.

Decimo sextò, ut Judex possit procedere ad sententiam contra Contumacem, etiam lite non contestata.

Decimo septimò, ut credatur assertioni Judicis.

Deci-

Decimo octavò, ut Minor possit esse in Judicio Curatore.

Decimo nonò, ut agens ex una causa ex jure directo possit obtinere ex causa utili competente, & è contra.

Vigesimo, ut excussio, ad hoc ut agatur contra Tertium, vel Fidejussorem, non requiratur.

Vigesimo primò, ut appellatio viva voce valeat, etiam si non statim, Judice adhuc sedente interponatur.

Vigesimo secundò, ut appellatio valeat sine causæ expressione.

Vigesimo tertiò, ut causa Civilis, & Criminalis possint in eodem libello cumulari: si proceditur sola facti veritate inspecta.

Vigesimo quartò, ut Testes possint examinari post didicita testificata.

Vigesimo quintò, ut licèt legitimatio Personarum requiratur, tamen facilior probatio admittatur.

Vigesimo sextò, ut possit ferri Sententia non recitata à Judice.

Vigesimo septimò, ut Positionibus sit respondendum ante litem contestatam, vel pro contestata habitam.

Vigesimo octavò, ut possit incipi à præceptis.

Vigesimo nonò, ut sufficiat citatio sine peremptorio.

Trigesimò, ut non sit necesse, quod Nuncio detur commissio de citando.

Hos triginta effectus clausulæ, *sine figura Judicii*, latè respectivè ponunt, & comprobant *Marant. de ord. Jud. par 4, dist. 9 à nu. 12, usque ad 37. & Card. Tusc. sub littera I. concl. 891, per totum &c.*

27 Requiritur tamen, hac clausula, *sine figura Judicii* non obstante,

Primò, quòd petitio redigatur in scriptis, *Alex. cons. 66, viso processu n. 2, vers. nec obstat si diceretur lib. 1.*

Secundò, quòd citetur Pars, quia hæc est solemnitas Juris naturalis, *Castr. cons. 429, in quadam, nu. 2, & n. 5, lib 1, Abb. cons. 46, in princ. lib. 2,* Quod procedit in omni causa summaria, non solùm quia prima citatio est de Jure Naturali, ut supra, *Felyn. in c. 1, nu. 92, de Const. Dec. in c. dilecti, num. 23, & seq. de Judic. Maran. de ord. Jud. par. 4, dist. 9, n. 9, Gravat. ad Vestr. in Prax lib. 5, c. 1, n. 7, & seq. Vant. de Null. defect. proces. n. 52. in fin.* Sed etiam quia est de Jure Divino, *Genes. c. 3,* & ob id requiritur, etiam ubi agitur Juris ordine non servato, *Greg. dec. 545. n. 5.*

Tertiò, quòd legitimentur Personæ, *Castr. d. cons. 429, col. 2, in princ. nu. 2, lib. 1,* prout passim observat Praxis juxta superius deducta *p. 1, c. 5, de Legit. Person.*

Quartò, ut concedantur dilationes opportunæ, *Lap. alleg. 82, n. 8, & seqq. Bart. in Extravag. ad*
28 *reprimendum, in verb. summaria in princ.* aliàs † tolleretur probatio, quod non est admittendum cùm probatio sit de Jure Divino, *Matth. c. 18, n. 16, c. novit. de Judic. Marant. de ord. Judic. par. 4, dist. 9, n. 10. Gravat ad Vestr. lib. 5, c. 1, n 8.*

29 Quintò requiritur per necessè causæ cognitio, & Judicis declaratio, *Clem. sapè de verb. signif. Vant. de Null. defect. proc. n. 52,* aliàs Sententia esset nulla, *Abb, cons. 46, col. 2, nu. 1, vers. quarto corruit, lib. 2.*

G *Sola facti veritate inspecta,* Primò hæc clausula
30 non solùm operatur eosdem effectus, quos operatur clausula *summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura Judicii*, sed aliquid ulterius, *Alex. cons. 84, n. 13, lib. 4, Roman. cons. 20, n. 8,* & ibi *Mandos. Mart. de Claus. par. 1, claus. 180, n. 8,* ubi quod importat idem, quod clausula *manu Regia*, nam tollit omnes solemnitates juris civilis & positivi, & Judex ad ea tantùm arctatur, quæ sunt de Jure Gentium, *Bart in extravag. ad reprimendum, in verbo videbitur, n. 5, & seqq. Roman. cons. 20, n. 3, Alex cons. 6, n. 1, in fine lib. 3.*

31 Sed ex quo tollit solemnitates tantum Juris positivi, non Jurisgentium, non videtur operari aliquid magis, quàm operatur Clausula *summariè, & sine figura Judicii*, cùm hæc quoque eundem operetur effectum præfatum, ex allegatis supra *sub litera F. n. 21*, unde videntur dictæ clausulæ æquiparari, ut dicit *Bertran cons. 142, n. 17, lib. 1*, quem refert etiam *Mandos. ad Roman. cons. 519. sub litera F.*

32 Et ob id neque hæc clausula, sola facti veritate inspecta, aufert legitimam defensionem, *Roman. d. cons. 519, n. 3, & seq.* & ibi *Mandos. sub litera B.*

33 Secundò operatur, quòd termini non substantiales possint in totum omitti, alii verò substantiales abbreviari, arbitrio Judicis, *Roman. d. cons. 519, nu. 4. Rota dec. 15, & dec. 25, de rescript. in antiq & dec. 2, alias 33, de rescript. in nov.*

34 Unde sine dubio inferri potest, quòd terminus ad libellandum, litis contestatio, & similes solemnitates possunt omnino omitti, & incipi ab Articulis, illisque probatis, procedi ad Sententiam, *Roman. d. cons 519, n. 4, & seq. Sal. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 21, n. 5, Rota d. dec. 2, nu. 1, de Rescript. in nov.*

Articuli autem in hoc casu duplici officio
35 funguntur; videlicet petitionis, & facti probandi, *Oldrad. cons. 249, n. 1, Adden. ad Rotam d dec. 2 sub litera B de rescript. in nov.* Et sunt loco libelli, *Salu. Tib. lib. c. 2. 21, n. 6.*

36 Sed contrarium, quòd scilicet clausula, *sola facti veritate inspecta*, tollat observationem terminorum substantialium, fuisse decisum in causa *Romana pecuniaria 15, Octobris 1601, coram bo me. Card. Millino*, testatur *Mart. de Claus. p. 1, claus. 180, n. 2*, cui opinioni confert antiqua opinio *Ægid. Bellamere*, de qua testatur *Rot. dec. 2, n. 3, de Rescript. in novis.*

37 Cæterum in Rota antiquitus Praxis observavit, ut per hanc clausulam non possunt termini substantiales penitus tolli, sed benè possent abbreviari arbitrio Auditoris, quia dictæ Commissiones cum clausula hujusmodi de facili obtinebantur, & dubia oriebantur exinde non pauca. Et ob id fuit à Rota præfixus modus procedendi in his casibus, nonnullis brevibus terminis servatis, & aliàs ut per *Rot. d. dec. 2, n. 4, & seqq. de Rescript. in nov.*

38 Verum, admisso etiam, quod in Tribunali, in quo hic modus procedendi, cum aliquorum breviorum terminorum observatione, non esset præfixus, termini substantiales possent omninò omit-

omitti; non tamen admittendum videtur, posse penitus omitti terminum ad probandum, nec ad dicendum contra Jura producta, & contra Articulos; ne aliàs legitimæ probationes, & defensiones auferrentur, contra text. *in Clem. sæpe de verb. signif. Roman. d. cons.* 519, *n.* 3, *in fin. & nu.* 4, *Rota d. dec.* 2, *n.* 3, *de Rescript. in nov.* & ne etiam causæ cognitio tolleretur, *Grat. dist.* 258, *n.* 3, cum aliis allegatis *supra litera F. in fin. vers.* 4, ut concedantur dilationes, *num.* 28.

39 In Tribunali tamen A.C. hæc quæstio est decisa, cum A.C. possit in causis, in quibus procedit sola facti veritate inspecta, illas cognoscere etiam terminis non servatis, ut disponitur expresse in ejus facultatibus, *Gregor. XIII. in Constit.* 55, *Ad Generis, secund antiq. impress. Gregor. XV. in ejus Constit. ad Generis, impressa apud Salu. Tib. lib.* 4, *Paul. V, Constit* 28, *Eximia.*

Et qui termini ob id sint, vel non sint servandi, clarius Praxis rerum magistra declaravit, ut inferius suis locis dicetur.

40 Tertiò operatur d. clausula, quòd intelligatur concessa cumulatio petitorii cum possessorio, *Rolan. cons.* 7, *n.* 38, *lib.* 3, *Neviz. cons.* 97, *n.* 12 *Ludovic. de Peruf. c.* 17, *n.* 22.

41 Sed hoc non procedit ad effectum, ne lite pendente possit obtineri manutentio in summariissimo possessorio, *Mart. de Claus. p.* 1, *claus.* 71, *n.* 1, *Rota post Pacific. de Salu. dec.* 141, *num.* 15, *in fine.*

42 Quartò hæc clausula etiam ac signanter operatur, ut Judex possit ferre Sententiam super non petito, dummodo sit probatum, *Jas. in l. vinum, n.* 24, *ff. si cert. pet. Marsil. sing.* 262, *Rota Januen. dec.* 109, *n.* 3, quod est regulare in causis summariis, *Gregor dec.* 176, *n.* 2, *& decis.* 270, *n.* 6 *Buratt. dec.* 368, *num.* 5, *Baltram. ad Gregor. d. dec.* 176, *n.* 12, *Ferentill. ad Buratt. dec.* 58, *n.* 6.

43 Quintò operatur, ut sufficiant probationes pertualive, *Neviz. cons.* 25, *n.* 11, *Jas in l. certi condictio, § si nummos n.* 32, *ff. si cert. pet.*

H 44 *Manu Regia*, Antequam Romulus primus Rex Romanorum triginta Curias, & Magistratus in Urbe creasset, ipsemet Controversiis ac Litibus præerat, & manu sua illas decidebat; prout antiquitus Moyses Dux populi Judaici, Coritus Dardani genitor, & alii etiam Reges priscis illis temporibus agere, *Butr. in c. quæ in Ecclesiarum, num.* 6, *& seqq. d. Const. Mart. de claus. par.* 1, *claus.* 71, *n.* 2, *Rota dec.* 446, *nu.* 1, *in fin. p.* 2, *recent.*

45 Magistratibus verò creatis, non ideo manus Regia cessavit, sed adhuc in Principibus reperitur, *Butr. ind c. quæ in Ecclesiarum, num.* 6, *& seq. Mart. de claus d. p.* 1, *claus.* 71, *n.* 3.

46 Unde infertur, quòd Principes possunt concedere Judicibus facultatem procedendi manu Regia, & causas, prout quotidie faciunt, manu Regia, decidendas committere, *Marant. de ord. Jud. par.* 4, *dist.* 9, *n.* 8, *in fin.* cum aliis allegatis per *Mart. de claus. d par.* 1, *claus.* 71, *n.* 3.

47 Hanc facultatem habet A.C. à Summo Pontifice procedendi in causis Mercatorum Curiæ, & Notariorum ejus Tribunalis, atque à ducatis ducentis infra, manu Regia, scilicet, & absque observatione terminorum, ut supra in principio hujusmodi secundæ partis narratum, *Greg. XIII. in Constit.* 55, *Ad Generis, secun. antiq. impress. Greg. XIV. in ejus Const. Ad generis, n.* 10, *apud Salust. Tiber. in Prax. lib.* 4, *Paul. V. constit.* 28, *Eximiæ*, prout de causis Mercatorum, id advertit etiam *Rota dec.* 446, *n.* 1, *p.* 2, *recent.*

48 Et habet hæc clausula eandem virtutem, quam habet clausula *summariè, &c. & sine figura Judicii, Bart. in Extravag. ad reprimendum in verb. figura, in fin. Mart. de Claus. par.* 1, *claus.* 180, *numer.* 6.

49 Signanter autem operatur, ut possit procedi de facto, & sine ullo Juris ordine, *Rota dec.* 446, *n.* 1, *p.* 2, *recent.*

50 Secundò operatur, ut possit procedi executivè, *Rota dec* 446, *n.* 1, *p.* 2, *recent.*

51 Non tamen tollit substantialia Judicii, *Rota dec.* 445, *n.* 6, *p.* 1, *divers.*

52 Sive igitur Judici ordinario sit data facultas procedendi *summariè, &c. & sine figura Judicii, sola facti veritate inspecta, sive manu Regia*, sive disjunctim, & sive conjunctim: & sive causa sit commissa cum omnibus dictis clausulis, seu cum aliqua earum, semper est summaria, ut ex præmissis patet.

53 Cæterum causæ summariæ sunt in duplici differentia, quædam enim sunt causæ summariæ, quæ requirunt plenas probationes, & sunt solummodo summariæ, quo ad solemnitates Judicii vel aliquas earum. *Lap. alleg.* 3, *nu.* 5, *Mandos. in formul.* 3, *commiss. in verb. summariè vers. altero modo, Marant. de ord. Jud. par.* 4, *dist.* 9, *n.* 46, *Marches. de commiss. aper. oris par.* 2, *§.* 1, *n.* 37, *fol.* 418, *secun. nov. impress.*

54 Et primò possunt exemplificari in incidente, vel emergente causæ ordinariæ, nam iste Articulus est summatim decidendus, & summarium tantum quoad solemnitates, & dilationes, non autem quoad probationes, *Mart. de claus. par.* 1, *claus* 180, *n.* 10, *vers aut causa est ordinaria.*

55 Secundò, possunt exemplificari in causa de sui natura summaria non favorabili, nam hæc quoque plenas probationes requirit, *Bart. in extravag. ad reprimendum in verb. summariè nu.* 12, *vers. quædam sunt in quibus, Alex. cons.* 139, *nu.* 8, *& cons.* 187, *n.* 3, *lib.* 7, *Mart. de claus. d. claus.* 180, *n.* 10, *vers. aut causa natura sua.*

56 Quædam verò sunt causæ summariæ, quæ vel plenam probationem nō requirunt, vel tantum requirunt semiplenam; & hæ sunt summariæ, non solùm quoad solemnitates, & dilationes, sed etiam quoad probationes, *Lap. d. alleg.* 3, *n.* 5, *Mandos. d. form.* 3, *commiss. in verb summariè, vers. judicium summarium, Marches. de commiss. aperit. oris p.* 2, *§.* 1, *n.* 72, *fol.* 418.

57 Et possunt primò exemplificari in causa, quæ non parat plenum præjudicium, prout est quælibet causa possessorii, quæ dicitur minima, si potest reparari in petitorio, aliàs secus, *Marant. de ord. jud. par.* 4, *dist.* 9, *n.* 43.

58 Secundò, in causa de sui natura summaria præjudiciali favorabili, prout Alimentorum, Ventris, & hujusmodi, quæ non requirunt plenas probationes, *Bart. in extravag. ad reprimend. in verb. summariè, numero* 12, *vers. quædam sunt, in quibus, Marta de clausulis dicta*

claus.

clau. 18, num. 10, vers. aut causa natura sua.

59 Casus autem, in quibus potest summariè procedi de jure communi sunt multi.

Primus casus est, quando Papa mandat causam cognosci, & terminari summariè, *Mandos. in d. form. 3, commiss. in verb. summariè, vers. causa autem, Marant. de ord. Jud. p. 4, dist. 9, n. 2.*

60 Inferior verò ipso Summo Pontifice non potest dare facultatem procedendi in causa summariè, nec illam summariè committere, quia hoc non potest fieri nisi à Principe, *glos. in c. fin. in verb. figura de hæret. in 6, Lap. alleg. 102, n. 3, vers. sed numquid, Felin. in c. 1, n. 2, de rescrip.* cum aliis cumulatis per *Mandos. in form. 3, commiss. in verb. summariè, vers. an autem alius.*

61 Et ad reddendum causas summarias auctoritas Principis est omninò necessaria, aliàs remanent ordinariè, *glos. in d. cap. fin. in verb. figura de hæret. in 6, Card. in Clem. dispendios. n. 46, de judic. Felin. in c. olim, n. 3, de accus. Maran. de ord. jud. p. 4, dist. 9, n. 3.*

62 Hinc primò infertur, quòd Legatus Papæ nō potest committere causam summariè, sublato juris ordine, etiamsi Papa concessisset Legationem appellatione remota, & commisisset ei universitatem causarum, cum plena & omnimoda potestate, *Felyn. in c. 1, n. 2. de rescript. Castr. cons. 169, viso quodam in princ lib. 1, Butr. cons. 66, n 3 vers. item in generali, ubi Apostilla in verb. summariè Alex. cons. 106, n. 12, lib. 2, Osasc. dec. 1, n. 18.*

63 Sed hoc non procedit, quando legatus induceretur ad committendum causam summariè ex magna, & rationabili causa, ut puta attento statu loci, & rei. *Imol. in c. fin. in 2, not. n. 1 de transact. Alex. l. nemo potest, num. 4, in fin. ff. de leg. Felyn. in d. c. 1, num. 2, vers. 4, declara. de rescript. Alexan. cons. 106, nu. 12, lib. 2,* cum aliis cumulatis per *Gabr. de claus. concl. 6, num. 1, ubi de communi lib. 6,* dummodo de hujusmodi causa appareat, quia in Inferiore non præsumitur, *Felyn in d. c. 1, nu. 2, de rescript.*

64 Secundò infertur, quòd causa ordinaria non potest per Partes effici summaria, *Rot. decis. 522, n. 4, p. 2, rec. Buratt. dec. 35, n. 9.*

65 Tertiò infertur, quòd Domini terrarum recognoscentes Superiorem, non possunt causas summariè committere, *Jas. in l. nemo potest in 2, lect. n. 7, ff. de leg. 1 1, Abb. cons. 61, in causa, vers. 3, corruut, n. 5, lib. 1,* & ita esse de jure, & communem opinionem testatur *Corn. cons. 421, Ostenso n. 4, lib. 9.*

66 Sed hoc non procedit, si hoc fieret ex justa, & rationabili causa, quia tunc valeret commissio, *Alex. cons. 106, perspectis, n. 12, lib. 2.*

67 Secundò non procedit de facto, quia multi inferiores Papa causas summariè de facto committunt, *Corn. d. cons. 329, n. 3. lib. 9,* quem refert *Mandos in d. form. 3. Commiss. in verb. summariè, vers. non autem.*

68 Tertiò non procedit de generali consuetudine, quia Domini terrarum recognoscentes Superiorem in suo dominio causas summariè committunt, *Bald. cons. 166, Quamquam nu. 5, vers. utrum, lib. 3.*

69 Conclusio tamen, quod inferior Summo Pontifice non possit committere causas summariè,

Primò non procedit in Imperatore, Regibus & Principibus habentibus in eorum statu jura Imperii, & neminem in Superiorem recognoscentibus; quia isti possunt causas summariè de jure committere, *Felyn. in c. 1, nu. 2, vers. modo declara, de rescript. Mādos. in form. 3, commiss. in verb. summariè, vers. non autem alius;* quia ad reddendum causas summarias sufficit auctoritates Principis non recognoscentis Superiorem, *Glos. in 6. fin. in verb. figura, de Hæretic. in 6, Card. in Clemen. dispendiosam, in fine de Judic.* cum aliis allegatis supra, *vers. inferior verò, n. 60.*

70 Hinc infertur, quòd Magnus Dux Hetruriæ Sereniss. potest de jure in ejus felicissimo Statu causas summariè, & cum aliis similibus clausulis committere, *Mandos. in form. 3, commiss. in verb. summariè, vers. non autem alius,* ibi aliàs respondi, *Alex. cons. 1, Ponderatis, n. 29, lib. 5.*

71 Nam ipse habet in ejus statu jura Imperii, & neminem in Superiorem recognoscit, prout à tempore fel. mē. Honorii IV. & citra neminē in Superiorē recognovit Respublica Florētina, in cujus locū magnus Dux successit, & subrogatus fuit, Siquidem Respublica Florentina de Anno 1287. emit à fel. me. Rodulpho primo Austrio Imperatore jura imperii hujusmodi, & libertatē omnimodam, pretio florenorum auri sex mille, *Lean. de Albert. in descript. Ital. Platina in Vita Honorii IV, & alii Historici Felyn. in c. cùm non liceat, col. 9, n. 1 de præscript. Nevizan. cons. 86, n. 9.*

72 Quod quidem factum idem sumus Pontifex *Honorius IV. Sabellius* libentissimè comprobavit, *Felyn in c. cùm non licet, n. 22, vers. quartò considerā de præscr. Nevizā. d. cons. 86, n. 6,* cum aliis cumulatis per *Mandos. in Form. 3, commiss. in verb. summariè, vers. non autem alius, ibi aliàs respondi.*

73 Et quod quando Florentini & Lucenses emerunt libertatem ab Imperatore; *Honorius Papa* lætitiā faciebat, quia Imperator absentabatur à consinio Ecclesiæ, tradit *Nevizā. d. cons. 86, n. 9,* quem refert & sequitur *Card. Tusc in lit. F. concl. 202, n. 20,* ubi infert, † quod istæ duæ civitates tunc erant amicæ Eccles. & Sedis Apostolicæ.

74 Secundò, Conclusio non procedit in inferioribus à Principe sæculari, qui habent potestatem condendi jura, quia possunt etiam committere causas summariè, *Castr. cons. 24, super primo dubio n. 4, vers. 4 principaliter li 2, cum aliis per Gab. de claus. concl. 6, n. 4, li. 6,* & appellatione remota, *Felin. in d. c. 1, n. 2, vers. 2 declara, de rescrip.*

75 Sed hoc non habet locum, quando illi non haberent absolutam jurisdictionem in eorum Terris, latè *Gabr. de claus d. concl. 6, n. 5.*

76 Tertiò non procedit in Episcopo, qui potest causam de sui natura summariam, prout Spirituale, vel beneficialem, committere cū clausula summariè, &c. *Lap. alleg. 102, non potest. in fi.* Quinimò non desunt casus, quibus Episcopus potest statuere contra jus, ut per *Felin. in c. quod super his n. 4, & seq. de major. & obed.*

77 Quartò nō procedit in inferiore habēte dignitatē & administrationē pro se, & tuis descēdētibus jure proprio, *Gabr. de claus. concl. 6, n. 6, lib. 6.*

78 Quintò nō procedit in Archiepiscopo Mediolāni, ut tradit *Signor. de Homod. cons. 15, in qu n. 3*

79 Secundus casus, in quo potest summariè procedi, est, cùm quæritur, an quis respondere de-

beat, an, & quo jure sit hæres alicujus, nam causa præparatoria alterius est summaria, *l. si defensor, §. fin. ff. de interrogat, act.*

81 Tertius casus est articulus incidens, vel emergens in causa ordinaria, *Castr. in l. folio proterito, n. 6. ff. de injust. rupt irrit fact. Testā. Mart. de Claus. p. 1, clausul. 180, n. 10, vers. aut causa est ordinaria.*

82 Quartus casus est, quando disceptatur de Beneficio Ecclesiastico, & lis est super titulo Beneficii, *Clem. dispendiosam, de judic.*

83 Quintus casus est, quādo agitur de possessione mōmētanea, nā omnes hujusmodi causæ possessoriæ sunt sūmariæ, ut inferius suis locis dicetur.

84 Sextus casus est, quando causa ventilatur in Curia Mercatorum, *Bart. in l. si Fidejussor. §. quædam, n. 2. ff. mand.*

Septimus casus est, quando disceptatur de causa Usurarum, seu usuras quomodolibet tangente, *Clem. dispendiosam de judic.*

Octavus quando petuntur alimenta præsentia vel futura, *l. 2, ff de Fer.*

Nonus quando agitur contra confessum.

Decimus quando agitur contra Religiosos, præsertim via inquisitionis.

Decimus primus quando agitur de Monachatu, & postulatur Monachus ab aliquo Abbate, vel à seipso.

Decimus secundus quando disceptatur de causa Matrimoniali, *Clem. dispendiosam de judic.*

Decimus tertius quando agitur ad dotis restitutionem, veluti soluto matrimonio.

Decimus quartus quando agitur quomodolibet ad decimas, vel de decimis, *Clem. dispendiosam de judic.*

Decimus quintus quando petitur executio Sententiæ, *Greg. dec. 545, n. 4.*

Decimus sextus quando agitur cōtra absentē.

Decimus septimus quoties disputatur, an tertius comparens pro suo interesse, sit admittendus ad impediendam executionem Sententiæ.

Decimus octavus quādo agitur ad exhibēdū.

Decimus nonus quando agitur contra Debitores Tributorum, Collectarum, & aliarum functionum Fiscalium.

xx. quando agitur contra Gabellarios, & similes, qui exigunt quod non debent.

xxi. quando quis mittitur in possessionem ex primo Decreto.

xxii. quando Legatarius ab Hærede legatorum nomine satisdationem postulat.

xxiii. quando disceptatur, an querela inofficiosi Testamenti sit præferenda causæ liberali, *l. si quis §. planè de pet. hæredit.*

xxiv. quando quis Testes examinare vult ad perpetuam rei memoriam.

xxv. quando agitur contra surripientes res in Naufragio.

xxvi quādo agitur de modica sūma, *Auth. nisi breviores, ubi Bart. n. 1, C. de Sent. ex brevic. recit.*

xxvii quando agitur de causa Pauperum, & miserabilium personarum.

xxviii. quando agitur de Mercede & Salario.

xxix. quando agitur de probando impedimento ad obtinendam secundam dilationem, *cap. pastoralis in fin. de Except.*

xxx. quando agitur de delictis levibus.

xxxi. quando agitur de crimine læsæ Majestatis, *tex. est in extravag. ad reprimendum.*

xxxii. quando agitur de dando à judice Tutore, vel Curatore pupillis, filio adoptando, vel emancipiando, & hujusmodi.

xxxiii. quando tractatur de damno infecto.

xxxiv. quando agitur de causa super qua Sententia non infert magnum præjudicium, utpote, quia præjudicium potest in alio judicio reparari absque appellatione aut alio remedio simili.

xxxv. quando agitur super cognitione qualitatis, in qua fundatur jurisdictio, ut si agatur contra forensem ratione contractus vel delicti, *Lap. alleg. 58, Prælatus, n. 2. & seq.*

xxxvi. quando succedit officium judicis, ut tollatur aliqua novitas, ex qua puniatur, qui innovavit, *Lap. alleg. 54, quidam, n. 1, ante fin. vers. porrò non obst.*

xxxvii. quando contentus rei vindicatione negat se possidere, quia transfertur possessio in Actorem *l. fin. ubi Bart. n. 1, & seq. ff. de rei vendic. Lap. d. alleg. 54, n. 2.*

xxxviii. quando agitur de liquidatione instrumenti, ad effectum deinde procedēdi executivè.

xxxix. quando disceptatur, an Notarius sit de instrumento rogatus: nam, constito de rogitu cogitur summariè ad exhibendum, *Feder. de Sen. cons. 113, n. 2. vers. super ultimo.*

xl. quando causa est executiva, nam omnis causa executiva est summaria, *Marant. de ord. jud. par. 4, dist. 9. n. 59,* ubi id declarat.

xli. ubicunque plena cognitio non requiritur, *glos. in l. Judicis, in verb. pœna, C. de judic.*

xlii. quando cognoscitur de exceptione dilatoria, vel declinatoria, quia non agitur de magno præjudicio, *Zabarel. cons. 7, per tot.*

xliii. ubicunque plena probatio non requiritur, *Lap alleg. 3, vers. tertium, n. 4, & seq.*

xliv. ubi agitur de causa Depositi, *l. pen. ubi Bart. C. depos.*

Quos quidem casus in quibus potest summariè procedi, post alios tradunt *Marant. de ord. jud. par. 4, dist 9, ferè per tot. Asin. in prax. §. 3. c. 31 per tot. Card. Tusc lit. S. concl. 887, per tot. & concl. 888, n. 1, & seq. & n. 10.* Nonnullos etiam tangit *Mandos. in form. 3, commiss. verb. summariè.* Quibus addi potest.

xlv. quando agitur de causis piis, *Tiraq de privil. piæ caus. priv. 147.*

xlvi. quando cognoscendum est, an executio fuerit facta super bonis in Sententia, & Mandatis comprehensis, *Burat. dec. 731, n. 4.*

85 In Rota verò proceditur etiam summariè, prout in Beneficialibus, vigore Innocentianæ, in causis infra quingentos florenos auri, *Innoc. 7, const. 10, finem lit. b. Papazon ad Rot. dec. 2, n. 15, de rescript. in nov.*

86 Quod coram A. C. videtur habere locum in omnibus causis, exceptis executivis, necnō causis Notariorum ejus Tribunalis, & Mercatorum R. C. & causis à ducentis ducatis auri de Camera infra: nam in cæteris potest A. C. procedere summariè, prout in Beneficialibus, ut expresè legitur in ejus facultatibus, *Greg. 13, in ejus const. 15, ad generis. secun. antiq. impress. Greg 14, in ejus const. ad generis, §. eas videlicet, in fin impress. post praxim Salust. Tib. Paul. 5, const. 28. Eximiæ.*

Habent

87 Habent causæ summariæ, & executivæ suam instantiam triennalem, sicut ordinariæ juxta tex. *in l. properandum C. de Judic. Castr. cons. 169, viso puncto in fin. lib. 2, Marant. de ord Jud. par. 5, prin. n. 5, & n. 7, Asin. in prax. c. 3, nu. 35, & seq. & n. 42. Scacc. de Appell. q. 15, art. 11, n. 244, & n. 248.*

88 Sed hoc non procedit de jure Canonico, nam illo Jure inspecto, Instantia est perpetua, latè *Scacc. de Appell. d. q. 15, art. 11, n. 275.*

89 Secundò non procedit in Tribunali A. C. in quo nunquam petit prima Instantia, & ita quotidie observatur.

90 In causis autem commissariis potest adverti, quod quando causa est commissa cum clausula, *summariè, &c.* primo Judici, est etiam summaria coram Subrogato, *Ægid. dec. 40, & dec. 41.*

91 Et ubi est effecta summaria in prima Instantia, remanet summaria etiam in sequentibus *Aegid. d. dec. 41, Cassad. dec. 8, n. 1, de rescript. Papazon. ad Rot. dec. 2, nu. 17, de rescrip. in nov. Mandos. infor. 3, commiss. in verb. summariè vers. rursus advertendum, Put. dec. 426, n. 2, lib. 2, Vestr. in Prax. l. 5, c. 1, n. 2, Rot. in Ferrarien. bonorum de Zavaleis 26, Jun. 1613, coram Sanctiss. D. N. Innoc. X.*

92 Et si causa principalis est summaria, omnes illius Articuli sunt summarii *Calder. cons. 139, alias 1. de Fer. in fin. vers. Ego Gaspar Bart. in extravag. ad reprimendum, in verb. summariè nu. 11, vers. sed quomodo Jas. in l. juduces, n. 5, vers. secundo, C. de Jud.*

I Licèt in commissione Auditori, vel alteri di-
93 recta, fuerit concessa facultas procedendi in causa summariè, &c. & terminis non servatis nihilominus termini substantiales non poterunt in totum omitti; sed tantùm illius vigore abbreviari, *Rot. dec. 15 & dec. 25, de rescript. in antiq. & dec. 2, num. 4. & seq. de rescript. in nov. Salust. Tib.* qui alias decisione cumulat, *in Prax. c. 15, num. 5 vers. nec possunt lib. 2, Rot. dec. 127, n. 8 par. 3, lib. 3, divers.*

94 Non tamen vigore hujus clausulæ poterunt termini abbreviari quoad numerum; sed benè quoad dilationem. Illi enim quatuor, videlicet ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, sunt nihilominus omnino servandi, *Put. dec. 326 lib. 2, in correct.*

95 Sed hoc primò non procedit, quando in commissione esset oratio universalis; prout omnibus, & quibuscumque terminis substantialibus & non substantialibus, tam de Jure, quàm de Stylo servari solitis, non servatis & penitus omissis; nam tunc termini substantiales possunt in totum omitti, ut fuit decisum coram bo. me. *Card. Simonetta in causa Vicentina Plebis, Papazon. ad Rot. dec. 2, n. 7, de rescript. in nov.*

96 Secundò non procedit quando diceretur, absque tela Judiciaria, vel quòd procedatur via executiva, vel quod præfixo aliquo termino loco terminorum substantialium; vel terminis unica citatione servatis; nam in his casibus termini substantiales non servantur, *Papazon. ad Rot. d. dec. 2, n. 8, de rescript in non.* Erit tamen terminus præfigendus, vel termini unica Citatione servandi, juxta formam commissionis, quando hæc illius vigore requiruntur.

97 Tertiò non procedit in Tribunali A. C. in causis à ducatis ducentis infra; necnon Notariorum A. C. & Mercatorum R. C. nam in his causis A. C. facultatem habet procedendi summariè &c. manu Regia, & absque observatione terminorum, *Gregor. XIV. in ejus Const. ad generis, §. eas videlicet impress. post Prax. Salust. Tib. Paul. V. Const. 28, Eximiæ §. eas videlicet.* Et praxis optima legum interpres declaravit, ut in causis termini substantiales ad articulandum, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, & similes non requirantur, ut inferius suo loco patebit.

T Termini substantiales sunt dilationes judi-
98 ciariæ, ut aliquis causarum esset ordo, qui prius nullus erat, & lites abbreviarentur, adinventæ, *Aegid. dec. 745, circa med. vers. exemplũ de secundo.*

99 Fuerunt autem primitus adinventi termini substantiales à *fœl. mem. Urban. Papa V.* ad finem litibus celerius imponendum, & sumptibus, ac laboribus Litigantium parcendum. *Rot. dec. 2, n. 2, de rescript. in nov.*

100 Et ob id ab illo tempore cæperunt esse de substantia Judicii, cùm antea non essent, *Verall. dec. 149, n. 4, par. 3.*

101 In causis prophanis in prima instantia termini substantiales sunt infrascripti, videlicet.

Ad dicendum contra Commissionem. ad p. d.
Ad libellandum. ad octavam diem.
Ad respondendum libello / Ad litem contestandum. } singuli ad 1. d.
Ad articulandum. ad 15. diem.
Ad dicendum contra articulos / Ad prod cendum omnia. } singuli ad 2. d
Ad dicendum contra producta.
Ad declarandum. / Ad jurandum de calumnia. } singuli ad p. d.
Ad dicendum contra declarationes.

In secunda Instantia omnes iidem termini ser-
102 vantur, excepto illo ad respondendum libello, & litem contestandam, quo omisso, reliqui servari solent singuli ad primã, excepto termino ad articulandum, qui servatur ad octavam. Terminus verò ad dicendũ contra declarationes, tã in prima, quã in aliis instãtiis est cõtingens, si detur facto, & in scriptis, aliàs si verbo tãtũ, nõ servatur.

In 3. Instantia omnes dd. termini servantur
103 ad primam, excepto termino ad articulandum, qui servatur ad sextam, *Mart. V. Const 5, Romani, §. 23, & seqq. Vestr. in Prax. lib. 5, c. 4, Cardin. Tusc. lit. T. concl. 73, n. 4, & seqq.*

Si verò in termino ad contestandum litẽ, Ci-
104 tatus differat litem contestari, compellitur servatis quatuor terminis ad contestandum litem 1. simpliciter, 2. ad primam diem, 3. etiam ad p. d, sub pœna excommunicationis addita, 4. ultimo etiam ad primam, addita clausula, aliàs videndum se declarari, & obtinetur declarari, liteque contestata prosequitur judicium, observando alios terminos, videlicet ad Articulandum, &c. ut supra, *Vestr. in Prax. d. lib. 5, c. 4, n. 2.*

Sed termini ad respondendum libello ad li-
105 tem contestandum, & ad dicendum contra declarationes, recesserunt postea ab aula, & hodie nunquam servantur, *Papazon. ad Rot. dec. 2, n. 14 de resc. in nov.*

106 In Causis verò Beneficialibus in prima Instantia termini substantiales servantur, ut infra videlicet.

Ad dicendum contra Commiss-) sionem.))singuli ad p.d.
Ad libellandum.)
Ad articulandum. ad duodecimam,
Ad dicendum contra Articulos.)
Ad producendum omnia.)) singuli ad 2.d.
Ad dicendum contra producta)
Ad declarandum.)
Ad jurandum de Calumnia.)) singuli ad p.d.

In secunda Instantia omnes iidem termini observantur ad primam diem excepto termino ad Articulandum, qui servatur ad Octavam.

In tertia Instantia iidem termini servantur singuli ad primam diem, excepto termino ad Articulandum, qui servatur ad sextam, *Actor. Formul. Termin. in prin Vestr. in Prax lib. 1, c. 3, n. 1, Card. Tusc. lit. T. concl. 73, n. 1, & seqq.*

Iidem termini servantur in Rota in prædictis, & aliis causis, in quibus proceditur summariè simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, *Martin. V, Const. 5, Romani* §. 19, *& seqq. secun. nov. impress.*

Verum, quoniam A. C. habent facultatem
107 procedendi in omnibus causis, observatis terminis, & aliàs summariè, prout in Beneficialibus, fat erit, si in causis, in quibus termini substantiales coram eo sunt servandi, serventur, pro ut supra in causis Beneficialibus servari de Jure, & de stylo Sacri Palatii Apostolici, & Curiæ dictum fuit, & ita passim observatur in Praxi in A. C. Tribunali, & ego sæpè servavi.

108 Non tamen desunt, qui in causis ordinariis, & in quibus coram A. C. proceditur, prout in Beneficialibus, observent terminos substantiales, ut infra, videlicet, &c.

Ad dicendum contra commiss-) sionem (*si causa est commissa*)))singuli ad p.d.
Ad libellandum,)
Ad Articulandum, ad octavam diem
Ad dicendum contra Articulos.)
Ad producendum omnia.))singuli ad 2.d.
Ad dicendum contra producta)
Ad declarandum.))singuli ad 2, n.
Ad jurandum de calumnia)

109 Nam, quia causæ Beneficiales sunt summariæ non indigent litis contestatione, & ob id terminos, ut supra ultimo loco dictum fuit, servari coram A. C. tradit *Saluss. Tiber. lib. 2, c. 15, num. 3, & seqq.*

110 Quando autem terminus ad Articulandum in prima instantia observatur ad octavam, in secunda, & aliis poterit observari ad sextam.

111 Cæterum in causis possessoriis, summariis, prout in Salviano, Spolio, & similibus, termini substantiales solum servantur, ut infra, videlicet.

Ad Articulandum. ad octavam diem.
Ad dicendum contra Articulos)
Ad producendum omnia.))singuli ad 2.d.
Ad dicendum contra producta)

112 Omittuntur termini ad libellandum, & litem contestandum, quia in summariis nec libellus, nec litis contestatio requiritur, Omittitur etiam terminus ad jurandum de calumnia, quia hujusmodi Juramentum non est de substantia, nisi Parte petente, *Saluss. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 8, n. 3, & seqq. Vestr. in Prax. lib. 5, c. 2 n. 2.*

113 Nec terminus ad declarandum est de substantia, cùm sit contingens tantum, *Vestr. d. lib. 5, c. 2, n. 2.*

Præfigitur autem terminus ad declarandum, ut is, qui dedit Articulos malè specificatos, possit illos declarare, & melius specificare in d. termino, *Oldrad. cons. 254. Quia, n. 22, vers. ad aliud & cons. 263, Dominus, nu. 2, vers. hinc. Card. Tusc. lit. T. concl. 79, n. 1.*

114 Sed hoc non procedit in materia objectiva, in qua dictus terminus ad declarandum non datur, *Oldrad. cons. 167, Ante omnia n. 4, vers. nec hic, Card. Tusc. d. concl. 79, num. 2, Rot. decis. 14, de Testib. in Antiq.* nisi forte in secunda Instantia, quando in prima objectus non fuerunt expulsi cum causæ cognitione, *Rot. dec. 9, de Except. in antiq.*

115 Nec terminus ad libellandum in summariis servatus facit quem Dominum litis, *Crescen. dec. 23, n. 1, de Procur.* quia Procurator non efficitur dominus litis, nisi per actum, qui in judiciis plenariis fieri non potest, nisi post litis contestationem, *Crescen d. dec. 14, n. 2, de Procur.*

116 Terminis igitur substantialibus non servatis in causis, in quibus sunt servandi, Sententia, quæ inde sequitur, est null'a. *Ægid. dec. 27, Rot. dec. 2, n. 1, de rescript. in nov. Verall. dec. 149, n. 1, par. 4, Rot. dec. 351, par. 4. diversf. & post Pacif. de Salvian. dec. 6, n. 1. & seq Mantic. dec. 254, num. 1, & seqq. Rot. dec. 605, n. 1, in fin p. 2, recent. Ferentil. ad Buratt. dec. 337, n. 34.*

117 Nam remota substantia nihil subsistit. *C. tua nos, de Sponsl. cum precario, la primo, ff. de precar. Mantic. d. dec. 254, n. 2.*

118 Adeò quòd, illis omissis, seu non servatis, ad nihilum deserviat reiteratio, nec intrent Constitutiones Apostolicæ pro illorum sanatione per reiterationem, *Verall. dec. 149, n. 7, p. 3, Mantic. dec 254, nu. 5, & seq. Rot post Pacific. de Salv. d. dec 6, nu. 3.*

119 Et non solum in causis ordinariis, sed etiam in summariis, in quibus termini substantiales requiruntur, sunt omnino servandi, alias processus, & Sententia nullitatis vitio subjacent, *Vestr. in Prax lib. 5, c. 2, num. 1, & seq. Vant. de Nullit. ex defect. proces. num. 59, & seq. Saluss. Tiber. in prax lib. 2, c. 15, nu. 5. vers, quorum, Egid. dec. 27, Rot. dec. 13, de Judic. in antiq. Cass. ad. dec. 2, num. 1, de Judic. Verall. dec. 149, n. 1, par. 4, Rot. dec. 105, num. 1. p. 1, divers.*

120 Si quis tamen, etiam in summariis, terminos ad libellandum, ad declarandum, & ad jurandum de calumnia, observaret, esset cautela, quæ non posset nocere, sed potius prodesse, *Vestr. in Prax. lib. 4, c. 2, nu. 2.* licèt isti non sint in hujusmodi causis necessarii, & possint omitti, cùm tãtum sint de substantia, & necessitate dicti quatuor termini ad Articulandum, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, quibus perne-
121 cesse debet addi quintus terminus ad Sententiam, quæ sine illo esset omninò nulla, *l. de uno*

quo-

quoque ff. de re jud. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 2. n. 1. & seqq. & ibi *Gravat num. 4. & seqq Vant. de Null. defect. proc. num. 59. Ægid. dec. 27. Papazon. ad Rot. dec. 2. n. 11. de rescript. in nov. Cassad. dec. 8. n. 6. de rescript.*

122 Sed quod dicitur, omissionem terminorum substantialium reddere processum nullum.

Primò non procedit in executivis, in quibus illi non requiruntur, *Vant. de null. defect. proc. n. 52. Cocc. dec. 135. in princ.* ubi quod ita observatur in Tribunali A.C. & eò minus requiruntur, quando agitur vigore obligationis Cameralis, *Rot. decis. 229. n. 12, p. 5. recent.* 123

Secundò non procedit in A.C. Tribunali, quando agitur de revocatione mandatorum, *Coccin. d. dec. 135 in princ.* 124

Sed hoc non habet locum, quando dicitur in citatione ad videndum revocari mandatum cum omnibus inde secutis, & in expensis condemnari, attento quòd fuit relaxatum pro prætenso credito extincto ante relaxationem dicti mandati, & facta fuit postea instantia, ut imponeretur perpetuum silentium, quo casu termini videntur servandi cùm sit expeditum negotium principale, & facta condemnatio in expensis, *Coccin. d. dec. 135 in princ. & n. 1. & ult.* 125

Tertiò non procedit in summariissimis possessoritis, quæ expediuntur per viam simplicis decreti, ut quotidie servat praxis. 126

Quartò non procedit, quando agitur de executione literarum Apostolicarū, nam tunc non est necessarium servare terminos ad articulandum, & sed sufficit observare quatuor terminos, ad docendum se paruisse literis Apostolicis, prout inferius dicetur suo loco, *Rot. dec 30. n. 31. p. 5. recent. Duran. dec. 60. n. 35. & seq.* qui sunt de stylo Curiæ, *Rot. dec. 791. n. 2. p. 3. lib. 3. divers.* 127

Quintò non procedit, si fuit facta citatio ad terminos substantiales, & fuit in actis reproducta, quia licèt non fuerit extensum in ea decretum servationis terminorum, illud non vitiat, ex quo censetur omissum incuria Notarii ut *in* simili dixit *Rota in Romana Computorum 21. Maii 1593. coram bon. mem. Card. Arrigonio.* 128

Sexto non procedit in causis Attentatorum, & revocationis eorum etiam per viam nullitatis, *Ægid. dec. 294 Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 8. n. 7. & seq. Rot. dec. 78. de appell. in antiq. Verall. dec. 250. n. 3. p. 3.* 129

Septimo non procedit in causis nullitatum incidenter intentatis, *Salust. Tib. in prax lib. 2. c. 8. n. 8. Rot. dec. 27. de Jud. in antiq.* Nec quando revocatur sententia per viam nullitatis ex iisdem actis ejusdem Judicii, *Ægid. dec. 319.* 130

Octavo non procedit in omissione termini ad dicendum contra producta; nam licèt hujusmodi terminus sit de substantia, si tamen pars fuit citata ad dicendum contra jura, illius omissio non caulat nullitatem, *Cassad. dec. 2. n. 1. de Judic.* 131

Nono non procedit in omissione termini ad articulandum, quando pars fuit citata ad dicendum contra articulos; nam tunc, per hujusmodi termini observationem, sanatur defectus termini ad articulandum, *Cassad. dec. 2. nu. 1. de Jud. Verall. dec. 149. n. 4. p. 3. Theodos. de Rub. in sing. ad d. decis. 2. Cassad. p. 1. fol. 279. col. 1.* 132

Sed hoc locum non habet in termino ad videndum admitti articulos; nam ille non sanat defectum citationis, seu termini ad articulandum, nec illi æquipollet, *Verall. d. dec. 149. num. 7. par. 3.* 133

Nam adest differentia, terminus enim ad articulandum licèt non sit communis utrique parti in prophanis, secùs tamen est in beneficialibus summariis, *Rota dec. 25. n. 1. & seq. de Iudic. in antiq. Vestr. in prax. lib. 5. c. 4. n. 4. Marcheson de comm. appell. in Cur. p. 1. c. 5. n. 141. fol. 209.* 134

Terminus verò ad videndum admitti articulos, non est utrique parti communis, cùm respiciat tantùm partem dantem articulos, *Verall. dec. 149. n. 1. p. 3.* 135

Sed terminus ad dicendum contra articulos respicit utramque partem, scilicet dantem articulos, & illam, contra quam dantur articuli, in quo termino potest pars citata contra articulos dicere, opponere, deducere, & probare vigore d. citationis quicquid vult, & potest, unde æquipollet termino ad articulandum, ex præallegatis.

136 Videntur tamen ex hoc dd. terminiad articulandum, & dicendum contra articulos insimul inculcati, cùm unus fungatur vice duorum, & sic nulli, vel negetur nullitas, vel dicatur hujusmodi nullitatem sanari per illorum reiterationem, ex inferius aliegatis.

137 Decimò non procedit in omissione termini ad dicendum contra articulos, quando articuli fuerunt à Judice admissi parte præsente cum clausula, *salvo jure impertinentium, & non admittendorum*, & cum assignatione termini decem dierum partibus ad probandum earum incumbētia, nam per dictam clausulam, *salvo Jure, &c.* remanet provisum præjudicio, quod per simplicem admissionem articulorum parti contingere potuisset, qui est finis, ad quem citatio, ad dicendum contra articulos introducta fuit, *Comitol. dec. 108. n. 4. Theodos. de Rub. in sing. ad d. dec. 2 Cassad. par. 1. fol. 279. vol. 1.*

138 Unde infertur, quòd terminus ad articulandum non solùm dicatur sufficienter servatus, quando pars fuit citata ad dicendum contra articulos, ex præallegatis, sed etiam quando in defectum hujus citationis fuerunt admissi articuli parte præsente cum dicta clausula, *salvo jure &c.* ut observavit idem *Theod. de Rub. in sing. ad d. dec. 2. Cassad. fol. 279. col. 1. in fin.*

Decimò primo non procedit in Rota, nisi in terminis ad articulandum, ad dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta; nam omissio aliorum nisi malitiosè fiat, non vitiat processum in eo Tribunali, *Martin. V. Const. 5. Romani*, §. 22. *secun. nov. impress.*

139 Decimo-secundo non procedit extra Romanam Curiam; nam non ita exactè servantur termini substantiales extra Curiam, sicut in Curia, & ob id sententia lata extra Curiam cum terminis malè servatis non est nulla, *Verall. decis. 249. n. 2. p. 3.* nam in hujusmodi ordine judiciario

rio mos regionis obſervandus eſt, cùm ſtylus Romanæ Curiæ non extendatur ad aliam, *Roman.conſ.367.n.10 verſ.Cæterum,& n.11.Rot.dec.4.de appell.in nov.* dumnodo judicii ſubſtantialia non mutentur, *Rota d.dec.4.de appell.in nov.*

140 Decimo-tertiò non procedit in cauſis mercatorum in Tribunali A.C. vertentibus, nam A.C. inter,& contra mercatores habet facultatem procedendi ſummariè ſimpliciter, de plano,ſine ſtrepitu,& figura Judicii, manu Regia, ſola facti veritate inſpecta,absque obſervatione terminorum,juxta ſuperius tradita,*ſub lit.I.verſ.3.non procedit,n.97.* quo caſu non tenetur ſervare,niſi ea,quæ ſunt juris naturalis,*Saluſt.Tiber.in prax.lib.2.c.21.n.5.*cum aliis allegatis *ſuprà lit.F. verſ.per quod verbum,n.21. & lit H.verſ.hanc,& ſeqq,n.47.& ſeqq.*

141 Non ſolùm autem regulariter terminis ſubſtantialibus non ſervatis, proceſſus eſt nullus, ſed etiam illis nulliter,& malè ſervatis, *Rota dec. 18.n.1.& ſeq,p.1.recent.*

142 Proinde ad ſalvandos proceſſus, qui ob malam ſervationem terminorum corruebant, & finem litibus imponendum, primus fuit *Innocentius VIII.ſel.rec.*qui celebrem illam Conſtitutionem,Innocentianam nuncupatam, promulgando, auditoribus Rotæ reiterandi terminos malè,& nulliter,& inculcatè ſervatos, & ſic ſanandi omnes illorum defectus præcedentes conceſſit citatione, & audientia facultatem conceſſit,*Innoc.VIII.Conſt.10.Finem litibus,ſecun. antiq.impreſſ.*

143 Et ob id per dd. terminorum reiterationem, ut ſuprà,in citatione ad ſententiam omnes defectus eorundem prius tenorum,ſanantur, *Caſſad. dec.8,n.10.de reſcript. Verall.dec.121. num.4. & ſeq.& dec.250.num.2.par.3. Seraph. deciſ.1352. num.2. Mantic. deciſ.54. num.5. Rota deciſ.46. num.6.& dec.743.num.4.par.2, & dec.207.n.3. p.5.recent.Gregor.dec.70.n 9.& dec.156.n.1. Burratt.deciſ.126,num.6.& dec.440.num.7. & dec. 483.n.8.*

144 Unde ſequitur,quòd terminis, ut ſuprà, ſervatis, & reiteratis, proceſſus remaneat validus unà cum ſententia inde ſecuta, *Rota dec.2.de reſcript.in nov.Verall,dec.260.n.3.p.3.* quem ſequitur *Rota dec.233.n.1,p.1.recent.*

145 Adeò quod ſervati cum procuratore,non habente mandatum, ſi poſteà fuerint reiterati ad id citato legitimo procuratore, ſanentur nihilominus in vim Innocentianæ, *Caſſad.dec.8.n.10, de reſcript.Rot.dec.51.n.1,par 2,recent. Coccin.dec. 54,n.1.*

146 Et ſufficit,cùm ſint communes, quòd ab altera parte fuerint ſervati,*Specul.de teſt.§. Qualiter autem,n.22.Verall.dec.149,n.3,p.3 Rota dec.229. n.14,p.5,recent.& apud Poſt.de manuten.dec.247, n.12.*

147 Quinimò termini ſervati in petitorio, illo poſteà ſuſpenſo, proſunt etiam in poſſeſſorio, cùm petitorium habeat in corpore poſſeſſorium.*Saluſt.Tib.in prax.lib.2,c.8,n.9. Biſignett.dec 15 n.1,de cauſ.poſſ.& propr.*

148 Ideoque ſervati in cauſa parochialis extenduntur etiam ad cauſam poſſeſſorii intentati ſuper parochiali,*Verall.dec.250.n,.p.3.* Sicut ſervati † in Judicio principali proſunt etiam in judicio incidenti,prout nullitatis, Attentatorum, & ſimilium,*Saluſt.Tib.in prax.d.lib.2.cap.8.n.10.*

150 Et tertio venienti ad cauſam, qui ſi repetit terminos ſervatos, non tenetur eos iterum ſervare *Chiſanen.dec.194.Tertius venien.*

151 Pluries verò reiterati reſpiciunt rei defenſionem,& cauſæ cognitionem, *Rota deciſ.54.n.2, poſt conſ.prim.Farinac.lib.2,* & habent vim monitionis, *Rota d.dec.54,n.2.Coccin.dec.135,n.7.*

152 Pro illorum autem ſanatione ſufficit, quòd intervenerint tot audientiæ à die introductionis cauſæ ad diem latæ ſententiæ, quot requiruntur pro illorum ſervatione, *Saluſt.Tib.lib.2, c.15.n.9 verſ.verum ex quo,Seraph. dec.515.num.3. Rota dec.743.n.4 p.2,recent.Gregor.dec.156. n.2,* & ibi *Beltram.n.10. & dec.280.num.7.* ut poſteà per reiterationem,ut ſuprà, ſanentur, *Seraph.d. deciſ.515.n.2.Rot.d.dec.743.n.4.p.2.recent.* aliàs ſententia eſt nulla, *Caſar.de Graſſ.dec.13, nu.1. & n.2.de re jud.*

153 Verùm,quoniam Innocentiana non habebat locum extra Rotam,*Caval.dec.433,n.2. Rot.dec. 285.num.2,p.4,recent.* Idcircò *ſ.l.rec. Pius IV.in reform.Sign.Juſt.Conſt.84.Cùm nuper,§.ſimiliter, ſecun.antiq.impreſſ.*illam extendit ad omnes Romanæ Curiæ Judices,adeò quod hodie, in vim dictarum Conſtitutionum, termini nulliter, & malè ſervati poſſunt à quocumque Judice Romanæ Curiæ,ſive ordinario, ſive delegato, ſive in Rota,ſive extra Rotam, unica citatione, & audientia reiterari, ſcilicet vigore Innocentianæ in Rota, & virtute Pianæ extra Rotam, *Buratt.dec.126,num.7. Rota dec.743. num.4,p.2, recent.*

154 A.C. verò, ultra facultates prædictas,habet etiam facultates ſpeciales reiterandi terminos ſubſtantiales malè, nulliter, & inculcatè tentos unica citatione, & audientia *Greg.XIII.Conſtit. 55.Ad Generis,§.eisdem.ſecun.antiq. impreſſ.Greg. XV. in Conſtit. Ad Generis,* §. *eisdem impreſſ.poſt Saluſt.Tiber.in prax.Pauli V. Conſtit 28.Eximiæ,§. Eas,* quarum facultatum virtute poteſt omnes præcedentes defectus terminorum ſanare, ut ſuprà, *Saluſt.Tib.lib.2,c.15.n.9.verſ.verum ex quo, Seraph.dec.515.num.2.Gregor. dec.280, n.7, Buratt.dec.26.num.7.* etamſi adſit commiſſio quæ in hoc non alterat ordinarias illius facultates, *Seraph.d.dec.515.n.2.*

155 Non omitto,quod terminus ad ſententiam, in quo omnes termini ſubſtantiales, ut ſuprà, reiterantur,*Rot.dec.743.n.4.p.2.recent.* ab altera parte ſervatus operator, ut utraque pars pro ſententia inſtetiſſe dicatur.

156 Et ob id Praxis, ſeu ſtylus Tribunalium A.C. & Vicarii obſervat, ut termino citationis ad ſententiam Judex poſſit validè ſententiare,non ſolùm ad favorem citantis, ſed etiam ad favorem citati,ſi viderit, eum bonum jus favere, & Notarius hoc ultimo caſu extendere ſolet decretum in citatione illius, contra quem fuit lata ſententia, qui ſtylus eſt ſervandus, *Rot.dec.101. n.10.& ſeq p.3 recent.*

M *Prout in Beneſi. talibus,&c.* cauſæ beneficiales 157 ſunt ſummariæ, in eis proceditur ſimpliciter de

de plano, sine strepitu, & figura judicii, *Clem. dispendiosam de Iudic.*

158 Operantur autem dd. verba, prout in beneficialibus, ut possit procedi summariè in causa, etiamsi sit prophana, vel non sit beneficialis, *Mobed. dec. 6. n. 1. in fin. de rescript. Mandos. in form. 3. commiss. in verb. prout in beneficialibus, Marches. de commiss. appell. in Rom. Cur. p. 1. c. 5. n. 140. & seq. fol. 209. secun. nov. impress.* Et ut dilationes debeant esse breviores, non tamen ut tollantur probationes opportunæ, quod procedit, sive in Rota, sive extra Rotam.

159 Et licèt in Rota vigore Innocentianæ procedatur summariè, ut suprà; Primò in causis miserabilium, de quibus *in l. Unica, C. quando Imper. inter Pupill. &c.* Secundò in causis à scutis 500. infrà, *Marches. de Commiss. d. par. 1 cap. 5. nu.*

160 142. † A.C. tamen in omnibus causis potest, prout in beneficialibus, ut suprà, procedere virtute suarum facultatum in locis suprà allegatis, quæ omnia quomodo procedant in praxi suis loco, & tempore demonstrabitur.

SUMMARIUM CAP. II.

1 *Causæ omnes præparatoriæ sunt summariæ; ideò prius de illis, quàm de causis præparatis, videtur agendum.*

2 *In Tribunali A.C. productis parte citata, præparatoriis obtinetur monitorium.*

3 *Citatio ad dicendum contra præparatoria, & eius formula, & processus.*

4 *Præparatoria, & eorum formula.*

5 *Productio præparatoriorum, & eius formula.*

6 *Protestatio contra præparatoria, & eius formula.*

7 *Monitorium ad respondendum præparatoriis, & eius formula.*

8 *Executio, & relatio executionis monitorii, & eius formula.*

9 *Protestatio contra monitorium, ad respondendum præparatoriis, & eius formula.*

10 *Citatio ad respondendum præparatoriis, & eius formula, & processus.*

11 *Alia citatio ad respondendum præparatoriis, & eius formula, & processus juxta praxim recentiorem Tribunalis A.C.*

12 *Parte contumace in respondendo præparatoriis, expeditur mandatum, & fit contra eam executio.*

13 *Si præparatoriis non est de jure respondendum, fit de hoc protestatio opportuna.*

14 *Responsiones factæ præparatoriis adnotantur in margine ab actuario, per verbum credit, vel non credit, & quomodo adnotetur comparitio partis.*

15 *Præparatoria quid sint?*

16 *Præparatoria ad quid inventa?*

17 *Conveniendus ut hæres potest interrogari, an, & pro qua parte sit hæres, & quare?*

18 *Quis potest interrogari an, & pro qua parte sit hæres, quando actor dubitaret contra quem, & qua parte debeat experiri.*

19 *Conveniendus actione reali, si actor dubitet, potest interrogari, an, & pro qua parte, & quo titulo possideat.*

20 *Conveniendus actione reali negans se possidere si convincatur de mendacio, amittit possessionem, & actor potest petere se immitti in possessionem tanquam vacantem.*

21 *Conveniendus actione personali, de mendacio convictus, non perdit possessionem.*

22 *Conveniendus actione reali negans se possidere, licèt de mendacio convictus fuerit, si cùm pœniteat ante litem contestatam, non perdit possessionem.*

23 *Casus sexdecim, in quibus conveniendus potest interrogari ante litem contestatam.*

24 *In Curia A.C. post citationem ad dicendum contra jura, & productionem Apocæ, citatur pars ad recognoscendum manum suam.*

25 *In petitione hæreditatis potest quis interrogari an, & pro qua parte possideat, & ulterius quo titulo possideat.*

26 *Præparatoriæ interrogationes fiunt officio Judicis non jure actionis.*

27 *In præparatoriis interrogationibus proceditur sine libello.*

28 *Præparatoriæ interrogationes possunt fieri, tam ante libellum, quàm in libello.*

29 *Præparatoriis respondere recusans, cogendus est per Judicem juris remediis opportunis.*

30 *Præparatoriis quis non tenetur respondere in decem, & novem casibus, & in quibus.*

31 *Ad exclusionẽ actoris, qui suam intentionem fundavit, cogitur quis docere de titulo, nisi velit condemnari.*

32 *Positiones fuerunt inventæ à consuetudine, interrogationes à jure scripto.*

33 *Positiones fiunt per verbum, Pono; Præparatoria verò per verbum Interrogo.*

34 *Ponens tenetur jurare positiones veras, secùs interrogans.*

35 *Positiones post litem contestatam, præparatoria verò, ubicumq; æquitas suadet producuntur.*

36 *Ponens fatetur, interrogans verò non fatetur.*

37 *Ponens obligatur ex sua confessione, secùs interrogans.*

38 *Pars non auditur per modum interrogatorii, nisi super præparatoriis, sed in negotio principali, nisi per modum positionis, vel articuli.*

39 *Respondens positioni obligatur, sicut respondens interrogationi.*

40 *Respondendum est medio juramento, tam positioni, quàm interrogationi.*

41 *In casibus, in quibus non admittitur positio, nec etiam admittitur interrogatio.*

42 *Interrogationes fiunt ad litis præparationem ante contestationem illius.*

43 *Omissis præparatoriis per oblivionem ante litem contestatam, potest pars super illis interrogari, etiam post contestationem.*

44 *Interrogationes admittuntur post contestationem.*

45 *Interrogationes cur post litem contestatam fieri possint.*

46 *In summariis Judex potest interrogare etiam post conclusum in causa, etiam ad instantiam partis, dummodo, quando quis interrogatur super negotio principali dantur positiones.*

47 *Judex in causis ordinariis potest tam circa ea, qua decisionem causæ non respiciunt, quàm in declaratione dubitationis exortæ interrogare partes ex officio, etiam post conclusum in causa.*

48 *Judex*

48 *Judex in decisoriis non potest in causis ordinariis interrogare super novo articulo ad fundandam partis intentionem, ad eius instantiam, nec etiam ex officio post conclusum in causa.*

49 *In Tribunali A.C. poterit Judex indistinctè interrogare partes etiam post conclusum in causa ad partis instantiã, quia A.C. in omnibus causis procedit summariè.*

50 *In Tribunali A.C. citatur ad declarandum, an sit, vel velit esse hæres, & observatis quatuor terminis, deputatur curator, cum quo prosequitur judicium.*

De præparatoriis, Pars secunda, Cap. II.

A

1 CUM sæpè in Judiciis fiant interrogationes præparatoriæ, quæ, ut suprà dictum fuit, etiamsi ad causarum ordinariam præparationem fiant, inter causas summarias connumerantur. Ideo antequam de causis præparatis agatur, videtur de præparatoriis præmittendum.

2 In Tribunali igitur A.C. in causis, in quibus præparatoria sunt necessaria, vel opportuna, illis confectis, & in folio descriptis, ac in Actis citata parte producti, obtinetur monitorium, & proceditur ut infrà, videlicet

A.C.N.

3 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum contra præparatoria facto data, videndum illa per D. recipi, & admitti, & committi Notario receptionem juramentorum in forma, ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Et in termino d. citationis executæ, ac reproductæ, exhibitis præparatoriis in Actis, ut infrà obtinetur decretum, videlicet.

NN. repetiit præparatoria hac die in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit, ut suprà, salvo jure, &c. nisi per totam, &c. omni &c.

4 Interrogationes verò, seu præparatoria hujusmodi possunt fieri juxta infrascriptam formulam, & aliàs mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam.

Formula Præparatoriorum.

Præparatorias interrogationes infrascriptas dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & partem adversam compelli, & cogi ad respondendum illis, medio juramento tactis, &c. purè, & simpliciter, per verbum credit, vel non credit, sub pœnis arbitrio Domini, omni, &c. salvo jure, &c. non solùm, ut suprà, sed omni alio &c. & vulgari sermone &c.

Prima s' interroghi dicto NN. se sia hærede di NN?

Secundò per qual parte sia hærede?

Terzò, se sia Herede per Testamento, ò ab inrestato?

Quartò se possiede una casa posta in Roma nel rione di N. à lato alli beni di NN. & di NN.

Quintò, con qual ragione la possiede?

Sestò se le possieda tutta, ò parte, per qual. parte?

Super aliis, &c.

5 Quorum quidem præparatoriorum productio potest fieri in actis, ut infrà, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. facto per compulsum produxit interrogationes, seu præparatoria, prout in folio tenoris &c. medio juramento tactis &c. juravit de calumnia in forma, & petiit cogi, & compelli partem adversam ad respondendum illis, medio juramento tactis &c. purè, & simpliciter, ac omni &c.

6 Exadverso potest fieri hæc protestatio, videlicet,

Pro NN. contra NN.

In officio NN. contra prætensa præparatoria dixit pro nunc generalia, verbo salvo jure &c. omni &c.

Successivè, pro habenda responsione ab adversario, obtinetur monitorium tenoris, videlicet.

7 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A.C. sive R.P.D.N. eius in civilibus locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis, tenore præsentium.

Moneatur NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum, sub pœnis &c. pronunciationis pro confessatis, & aliis arbitrio Domini &c. debeat interrogationibus in Actis exhibitis respond. isse, & singulariter singulis purè, & simpliciter per verbum credit, vel non credit, medio juramento tactis &c. ac veritatem deposuisse, & præsentibus omnino paruisse &c. deducens &c. & aliàs omni &c. & si quis &c. omni &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

8 Hoc monitorium datur cursori, qui illud exequitur personaliter, & de executione in pede illius fidem facit, cujus vigore reproductio ejusdem in actis adnotatur, ut infrà, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meq. NN. Sanctissimi D.N. Cursor retulit se ad instantiam NN. monuisse NN. pro ut in folio tenoris &c. prout habuit in mandatis, omni &c.

9 Exadverso potest fieri hæc protestatio, videlicet

Pro NN. contra NN.

In officio NN. contra prætensum monitorium dixit pro nunc generalia, verbo salvo jure &c. omni &c.

Verùm si monitus fuerit contumax in respondendo, elapsis tribus diebus citatur, ut infrà, videlicet.

A.C.N.

10 Citetur NN. exadverso ad respondendum.

Interrogationibus, seu præparatoriis in actis productis, juxta formam monitorii, aliàs videndum pronunciari pro confessatis, ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut suprà, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N

A.C.N.

Intimatur NN. exadverſo principali, qualiter D. pronunciavit præparatoria pro confeſſatis, & aliàs, prout in actis, &c. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Sed quia ſupremum Tribunal A.C. non attendit fictas confeſſiones, ut diximus ſuprà, par. 1, c. 10. n. 104. cautius erit, tam in materia poſitionum, quàm præparatoriorum in eo citare partem, prout praxis recentior quotidie obſervat, ad reſpondendum poſitionibus, vel præparatoriis, aliàs videndum gravari, ut infrà, videlicet

A.C.N.

Citatur NN. exadverſo principalis, ad reſpondendum præparatoriis in actis datis, juxta formam monitorii, aliàs videndum gravari, & gravamen, ac pro eo mandatum neceſſarium, & opportunum, relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petit, & obtinuit gravari d. NN. in Juliis NN. quolibet die, donec paruerit, & ut ſuprà, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit gravamen, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N Notarius.

12 Quo caſu, ſi termino elapſo, citatus non reſpondet interrogationibus, expeditur contra eum mandatum pro gravamine, & ſumma Judici beneviſa, & proceditur ad capturam pignorum, & illorum ſubhaſtationem, donec gravatus tædio affectus reſpondeat, quæ quidem executio non ſolet expectari; nam citatus, ut ſuprà, ſolet parere mandatis, & reſpondere præparatoriis.

13 Exadverſo ſi dentur interrogationes, quibus non ſi de jure reſpondendum, ut infrà poterit fieri de hoc proteſtatio opportuna, ſecundùm contingentiam facti.

14 Reſponſiones autem ſingulæ adnotantur per Notarium in margine cujuslibet interrogationis per verbum credit, vel non credit, & in pede præparatoriorum adnotatur ab eodem Notario comparitio partis, ut infrà, videlicet

Die NN. comparuit NN. & reſpondit ſupradictis præparatoriis, prout in margine cujusque illorum, &c. omni, &c.

Obſervationes.

A 15 PRæparatoria ſunt interrogationes, quæ fiunt, tam ante, quàm poſt litem conteſtatam, *l. 1. ff. de interrog. act. gloſ. in l. qui petitorio, in verb. utitur, ff. de rei vendic. Anchar. in cap. Abbate, nu. 1. verſ. practica ergo, de ſent. & re Iud. in 6. Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2, cap. 13. nu. 35 verſ. Cæterum, Roman. conſ. 373, n. 3.*

16 Et fuerunt inventæ hujusmodi interrogationes præparatoriæ, ne quis litigando fruſtratoriè laboraret, *l. qui petitorio in princ. ff. de rei vindic. Anchar. in d. cap. Abbate, num. 1, verſ. ſed quæritur, de ſent. & re Iud. in 6. Neviz. conſ. 5, num. 17. & n. 30. Aret. in §. Omnium, num. 73.* & ibi *Caſ. n. 99. inſt. de act.*

Et ſic ad fundandum judicium, ne actor malè agat, *Bald. conſ. 325. In petitione, in fin. lib. 2, Angel. conſ. 133, Super primo, n. 2, verſ. ſuper hoc Caſtr. conſ. 447, Ad primum, n. 4, verſ. Notandum, lib. 2, Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2, caſ. 51. n. 11,* non autem ut actor inſtruatur circa ſuam actionem, *Bald. d. conſ. 325. in fin. lib. 2, Menoch. de arbitr. Iud. d. lib. 2. caſ. 51. n. 11.*

17 Unde primò infertur, quòd actione perſonali conveniendus, ne, ſi ille non eſſet hæres, judicium redderetur eluſorium, poteſt interrogari an, & pro qua parte ſit hæres, *l. 1. in princ. & l. qui interrogatur, ff. de interrogat. act. Papien. in prax. in form. interrogat. fien. §. Quàvis, num. 4. Marant. de ord. Iud. par. 6 ſect. 7 princ. memb. 7, n. 1. Menoch. de arbitr Iud. lib 2 caſ. 51. n. 2.*

18 Sed hoc procedit, quando actor dubitat contra quem experiri debeat, & pro qua parte, *d. l. 1 in princ. ff. de interrogat act. Neviz. conſ. 5. n. 15, & ſeqq. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 51, n. 2.*

19 Secundò infertur, quòd conveniendus actione reali, ſi actor eſt dubius, poterit ab eo interrogari, an, & pro qua parte poſſideat, necnon etiam quo titulo poſſideat, *l. Qui ſervum, §. in Iure, ff. de interrog. act. Papien. in form. interrog. fien. §. Quàvis, in princ. & n. 1. Maran. de ord. Iud. d. par. 6 memb. 6, n. 1. Neviz. d. conſ. 5. n. 28. Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. caſ. 51. n. 10.*

20 Cæterùm actione reali conveniendus, ſi negaverit ſe poſſidere, & fuerit de mendacio convictus, amittit poſſeſſionem, quæ in actorem transfertur, *l. Qui ſervum, §. in Iure, ff. de interrog. act. l. fin. ff. de rei vindic. Specul. de interrog. quæ fiunt ante lit. conteſt. §. ſciendum, n. 2. Papien. in prax. in form. interrog. fien. §. Primò, an dictus, n. 2,* & ibi *Landrian. ſub lit. A. Aretin §. Omnium, n. 8, & ſeq.* & ibi *Caſ. n. 99. inſt. de act.* & actor hoc caſu petere poterit ſe immitti in poſſeſſionem tanquam vacantem, *Specul. de interrog. d. §. ſciendum, num. 2. Landrian. ad Papien. in form. interrog. fien. §. Quàvis, ſub. lit. C. Aufrer. ad Capell. Toloſ. dec. 167 verſ. Adde quod,* ubi quòd reus hoc caſu efficitur petitor, & non auditur amplius, niſi ſuper proprietate.

21 Sed hoc primò non procedit in actione perſonali convento, *§. Illud quoq; in judiciis, ubi gloſ. in verb. conventus, in Auth. de Trient. & ſemiſſ. Gloſſ. in l. fin. in verb. Iudicem, ff. de rei vindic. Landrian. ad Papien. in form. interrog. fien. §. Primò, an dictus, ſub lit. A.*

22 Secundò non procedit, quando pœniteret ante litem conteſtatam, *Bald. in l. fin. n. 2. ff. de rei vindic. Landrian. ad Papien. in d. §. Primò, an dictus, ſub lit. A.*

23 Casus autem, in quibus potest quis interrogari ante litem contestatam, sunt plures,

Primus est, an quis sit hæres?

Secundus, pro qua parte sit hæres?

Tertius, an sit hæres ex Testamento, vel ab intestato?

Quartus, an habeat in potestate servum, cujus nomine noxali Judicio convenitur?

Quintus, an, & pro qua parte possideat hæreditatem, quæ petitur?

Sextus, an possideat peculium servi, vel filii, qui contraxisse dicitur?

Septimus, cuius ætatis sit ipse conventus, si ætas ignoratur?

Octavus, an possideat ædes, quarum nomine petitur caveri de damno infecto?

Nonus, an quadrupes, quæ damnum dedisse dicitur, sit sua?

Decimus, an possideat rem, quæ exadverso petitur actione rei vendicationis?

Undecimus, pro qua parte illam possideat?

Duodecimus, an illam dolo desierit possidere?

Hos casus enumerat *Glos. in l. 1, in verb. damni, ff. de interrog. act. Necnon. Spec. de interrog. quæ fiunt ante lit. contest. §. secundum, n. 1.*

Decimus-tertius casus addi potest; nam conveniendus virtute Scripturæ privatæ poterit ante litis contestationem interrogari, an illa sit eius manu conscripta, *Roman. cons 373, n. 1. Landrian. ad Papien. in form. interrog fien. in §. quavis, sub lit. B. Neviz. cons. 5, n 30.*

24 Sed in Curia A.C. solet, post citationem ad dicendum contra jura, & productionem Apochæ, citari pars ad recognoscendum manum suam, aliàs videndum pronunciari pro recognita, juxta praxim suprà traditam, *par. 1, c. 2, sub lit. I. & sub lit. Z. num. 37, & seqq. & num. 209, & seqq.*

25 In petitione verò hæreditatis, non solùm potest quis interrogari, primò, an possideat, secundò, pro qua parte possideat; sed etiam, & tertiò, quo jure, seu titulo possideat, & sic an possideat pro hærede, vel pro possessore, vel alio titulo, & quo titulo. *Specul. de interrog. quæ fiunt ante lit. contest. §. Sciendum, n. 2. & seq. Bald. cons. 325 In petitione, n. 1, lib. 2. Marant. de ord. Iud. par. 6 memb. 7, n. 1.*

26 Fiunt interrogationes hujusmodi non jure actionis, sed officio Judicis, *l. 1, ubi glos. in verb. actionibus, & Bart. n. 8, ff. de interrog. act. Specul. de interrog. quæ fiunt ante lit. contest. §. sciendum, n. 4, vers. sed Domini, & n. 6, vers. hoc quoq; Papien. in form. interrog fien. §. quatenus, n. 2, Marant. de ord. Iud. par. 6, memb. 7. n. 1, & n. 3.*

27 Et in eis proceditur summatim sine libello, *l. si Defensor, §. illud, ff. de interrog act. Spec. in d. §. sciendum, n. 6, Papien. in prax in d. §. quatenus, n. 1*, cum aliis allegatis suprà *in cap. precedente lit. N. vers. secundus casus, & vers. quos quidem, n. 80. & n. 84, ante fin.*

28 Et possunt fieri tam ante libellum, quàm in ipso libello, *Papien. in prax. jud. §. quatenus, n. 3, vers. Et secundum*, ubi quòd utrumque est satis practicabile, *Marant. de ord. Iudic. par. 6 memb. 7, numer. 1, Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cas. 51, n. 3.*

29 Quòd si quis respondere præparatoriis recuset, cogendus est per Judicem juris remediis opportunis, *l. Voluit, & l. si Defensor, §. illud, ff. de interrog. act. Papien. in d. form. interrog. fien. §. Compellatis, n. 1, Salust. Tib. in prax. lib. 2. c. 13, num. 35, vers. Caterum*, ubi de observantia cogendi reum ad respondendum præparatoriis in Tribunali Auditoris Cameræ juxta praxim in principio hujus secundi capitis positam, testatur.

30 Sunt tamen plures casus, in quibus quis præparatoriis, seu interrogatoriis respondere non tenetur.

Primus si ratione privilegii, aut aliàs, &c. non cogitur subire forum.

Secundus, si reus interrogetur de juribus actoris.

Tertius, quando fit interrogatio de negotio principali, super quos lis vertitur; nam tunc sunt necessariæ positiones.

Quartus, quando quis interrogatur de crimine, seu turpitudine, prout, an sit perjurus, excommunicatus, vel infamis.

Quintus, quando quis respondendo veniret contra proprium juramentum, aliàs præstitum.

Sextus, quando fit interrogatio de facto alieno, licèt in civilibus possit peti terminus ad deliberandum, & sic respondendum per verbum credit, vel non credit.

Septimus hæres cum beneficio inventarii non potest interrogare creditores, & Legatarios, an hæreditas sit solvendo.

Octavus, is, contra quem agitur rei vindicatione, non tenetur respondere, an actor sit dominus.

Nonus, quis non tenetur respondere de proposito in mente retento.

Decimus, nec de impertinentibus ad causam.

Decimus-primus, nec an possideat bona, vel mala fide.

Decimus-secundus, nec interrogationi juris.

Hos casus latè enumerat, & comprobat *Marant. de ord Iudic. par. 6, membr. 7, num. 2, & seqq.* Ponit etiam tertium casum *Bald. cons 325, In petitione, num. 1. vers. Item nunquid, & cons. 326, Acturus, num. 2, vers. sequitur, il primo, ubi de communi, lib. 2. Castren. in l. Judices, num. 6.* C. *de Iud.* ubi dicit hoc notandum, *Jason. in d. l. Judices nu. 6.* C. *de Iudic.* Sextum verò casum ponit similiter *Bald. d. cons. 326, num 2, in fin. vers. sequitur, lib. 2.* Et decimum ultra *Bald. d. cons. 325. In petitione, num. 1, vers. sed numquid*, ponit etiam *Roman. cons. 249, num. 1, & seq.* & ibi *Mandos. lit.* C. Quibus addi potest

Decimus-tertius casus, quando interrogationes sunt duplices, & copiosæ, *Bald. cons. 176, Præmittendum, post med. vers. Pratereà interrogatio, lib. 2.*

Decimus-quartus, quando quis non potest aliqua actione conveniri, *Rom. cons. 249, In casu in prin.* & ibi *Mandos. lit. A.*

Deci-

Decimus-quintus quis non tenetur respondere interrogationibus contrariis, prout, quando quis vellet transire de petitione hæreditatis ab intestato ad actionem ex Testamento, & interrogare, an Testamentum sit solemne, *Bald. cons.325.n.2.& cons.326, in fin.vers.sequitur, lib.2.*

Decimus-sextus, nec interrogationi juri contrariæ, *l.confessionibus, ff. de interrog.act. l. ornamentorum.ff.de aur.& arg.leg.Bart. in l.2. n.13.ff. de confess.Bald.cons.326 in fin.lib.2.*

Decimus-septimus, in actione personali quis non cogitur respondere, an, & pro qua parte sit hæres, nisi certum petatur, & actio non sit solùm personalis, sed etiam hæreditaria, *glos.in l.1, in verb. actio, ff. de interrog.act.*

Decimus-octavus, in actione reali, excepta petitione hæreditatis, nemo cogitur dicere titulum suæ possessionis, *Text. est in l.cogi. C. de petit.hæred. Papien in form.interrog.fien. §. Item quo jure, n.1.& seq.*

Decimus-nonus, casus generalis, ubicumque subest justa causa non respondendi, *l.& quia, §. Interdum, ff. de interrog. act. Papien. in prax. in form.interrog.fien.§.compellatis, n.1.*

31 Sed hoc non procedit causativè, nam ad excludendum Actorem, qui suam intentionem fundavit, benè cogitur quis respondere de titulo, nisi velit condemnari, *Castren.in l.sive possidetis, n.10.C.de probat.*

Differunt autem præparatoria à positionibus in multis, &

32 Primò differunt origine, nam positiones fuerunt inventæ à consuetudine, *Bart.in l. §.quod observari, n.18.C.de jurejur.Castr.cons.157. ad primum n.2.lib.2.* Interrogationes verò à jure scripto processerunt, *l.1, & tot.tit. ff.de interrog.act.* Castren.d.cons 157, *ad primum, n.2, lib.2.*

33 Secundò differunt forma, nam positio fit per verbum, pono; præparatoriæ verò interrogatione, per verbum, interrogo, *Papien. in prax. in form.posit. Actor.§.ponit.n.2.*

34 Tertiò, Ponens debet dare positiones cum juramento, & jurare eas esse veras, aliàs pars respondere non tenetur, secùs interrogans, *Jas.in l.Judices, n.7.C.de Iud.*

35 Quartò, positiones sunt producendæ post litem contestatam, sicut aliæ probationes, interrogationes verò ubicumque id æquitas suadet, *Jas.in d.l.Iudices, n.8.C.de Iudic.*

36 Quintò, qui ponit fatetur, qui verò interrogat, non fatetur, *Bart.in l.1.n.6, ff. de interrog.act. & in l.2.§.quod observari, n.19, C.de Jurejur Jas.in l.Judices n.8.post Castren ibid.sub num.7.C.de Iud. idem Castren.cons.157. ad primum, n.2, lib.2, Alex. cons.71, num.4.li.5, Neviz.cons.6, num.16, Papien. in forma posit.actor.§.ponit, n.2, Maran.de ord Iud. par.7, memb.7, n.6, Salust.Tib lib.2, c.13.n 35.vers. caterum.*

37 Sextò, Ponens obligatur ex sua confessione, secùs interrogans, qui nihil ponit, *Papien.in form. posit.actor.§.ponit, n.2.*

38 Septimò, pars, non potest audiri per modum interrogatorii, nisi super præparatoriis judiciorum, de quibus *in l.1, & tot.tit. ff. de interrog act.* sed in negotio principali, & causæ meritis non debet audiri, nisi per modum positionis, vel articuli, *Castren.in l.Iudices, num.7,* ubi dicit hoc notandum in praxi, quia pauci sciunt, & ibi *Jas. num.6, C.de Iudic. Marant.de ord.Iud.par.6.memb. 7, n.6,* cum aliis cumulatis suprà *n.30, vers. Hos casus.*

Conveniunt similiter in pluribus, &

39 Primò, quia sicut obligatur respondens positioni, ita etiam respondens interrogationi, *l. voluit, & l.fin.ff.de interrog.act. Papien.in d.form. posit.actor. §.ponit.n.2.*

40 Secundò, sicut positioni, ita & interrogationi est respondendum medio juramento, *Papien. in d.§.ponit.n.2, Neviz.cons.5, n.21,* & per verbum credit, vel non credit, *Bar.in l.1, n.6.ff.de interrog.act.*

41 Tertiò, in casibus, in quibus non admittitur positio, nec etiam admittitur interrogatio, *l. consessionibus.ff.de interrog.act. Marant.de ord jud. p.6, memb.7, num.17,* remissivè *ad Speculatorem de posit.§.Septimò, Papien.in form. posit. Actor.d.§. ponit, n.2.*

42 Fiunt igitur interrogationes ad præparationem litis, ante illius contestationem, *Papien.in form.interrog fien.§.quatenus, n.2. Neviz.cons.5. n.15.& seq.Marant.de ord.jud. d.p.6, memb.7. n.1, Menoch.de arbitr jud.lib.2, cas.51, n.2.*

43 Quòd si per oblivionem fuerint præparatoria omissa ante litem contestatam, poterit nihilominus post contestationem pars super illis interrogari, *glos.in l.qui petitorio in verbo utitur in fin.ff.de rei vindic. Abb.in c.penult. num.15, de juram.calum. Menoch. de arbitr.judic.lib.2, cas.51, n.17.*

44 Quinimò post litem contestatam sunt hujusmodi interrogationes admittendæ, ubicumque id Judicis æquitas suadebit, per text. *in l. Ubicumque, ff. de interrogat.act. l.qui petitorio, ubi Bar. ff. de rei vindic. Specul. de interrog.quæ fiunt ante lit.conteſt.§ sciendum, in princ.li.2, Marant. de ord. Iud.p.7, memb.7, n.3, Neviz.cons.5, num.30, Menoch.de arbitr.Iudic lib.2, cap.51, num.13, & seqq.*

45 Ratio autem, ob quam fiunt post litem contestatam, est eadem, ob quam ante litis contestationem fieri possunt: ne scilicet lis reperiatur inanis, & frustratoria, *Neviz.cons.5, n.16.& seq. Menoch. de arbitr.Iud.d.lib.2, cas.51, num.14, & seqq.*

46 Sed si quæratur, an, & quando, & quomodo quis possit interrogari post conclusum in causa, videtur distinguendum; nam aut sumus in causis summariis, aut in ordinariis: Si in summariis Judex potest interrogare partes, sive ante, sive post conclusum in causa, usque ad sententiam, etiam ad instantiam partis, *Clem. sæpè ubi glos.in verb.interrogabit, & ibi DD. de verb. signif. Felyn. in cap. cum Joannes, num.11, de Fid. instrum. Masuer.ad Papien.in form.interrogat. fien. in princ.sub lit.B. in verb.cogitatis, in fin. Marant. de ord.Iudic.p.4, princ.distinct.9, num.30, & p. 2.6. partis princ. memb.7, num.1, & act.15, num.7, Neviz.cons.5, n.20, Menoch.de arbitr.Iud. d.cas.51.n. 4.lib.2.*

Dummodo quando quis interrogatur super negotio principali ad instantiam partis, dentur positiones, seu articuli, juxta superius tradita, *vers.7, Pars non potest, n.30.*

47 In causis verò ordinariis, aut sumus in his quæ decisionem causæ non respiciunt, aut in declaratione dubitationis exortæ super jam actitatis, & utroque casu Judex potest interrogare partes ex officio, etiam post conclusum in causa, *Maran.de ord.Iud.p.4.dist.9.n.28. Felyn.in c.cùm Ioannes,n.11.de fid.instr. Neviz.d.cons.5,n.26.*cum aliis cumulatis per *Menoch.de arbitr.Iud. d.lib.2,cas.51,n.18.*

48 Si verò sumus in his, quæ decisionem causæ respiciunt, tunc aut quæritur, an Judex possit post conclusum in causa interrogare super novo articulo ad fundandam partis intentionem, & ad illius instantiam hoc facere non potest, *Maran.de ord.Iud.d.p.4.dist.9.n.28.Menoch.de arbitr. Iud.d.lib.2.cas.51,n.19. & seqq.*

Aut quæritur, an Judex possit hoc facere ex officio, & post conclusum in causa, nec etiam potest secundùm opinionem Innoc. & sequacium, quàm in praxi sustentabiliorem dicit *Felyn.in d.cap.Cùm Ioannes, num.11.de fid.instr.* & quam novissimè latè defendit tollendo omnia contraria, *Menoch.de arbitr.Iud.d.cas 51.n.18. cum pluribus seqq.*licèt contrarium tenuerint Jo.And. & alii, quorum opinionem æquiorem asserit *Felyn.in d.cap.cùm Ioannes,n.11,* & videri magis communem scribit *Marant. de ord. Iud. d.p.4. dist.9.n.28.in fin.*

49 Cæterùm in Tribunali A.C. hæc disputatio est superflua, quia A.C. habet facultatem procedendi summariè in omnibus causis, ad instar beneficialium, ut suprà in cap.præcedenti fuit comprobatum, & in summariis Judex potest interrogare indistinctè, etiam post conclusum in causa, ad instantiam partis, ex præallegatis, n.46.

50 Non omitto, quòd quando in Tribunali A.C. dubitatur, an aliquis sit hæres, frequentius soler citari ad declarandum, an sit, vel esse velit hæres, aliàs videndum deputari Curatorem hæreditati jacenti, & observatis quatuor terminis servari solitis, si ille non declarat se hæredem, deputatur Curator, cum quo prosequitur Judicium, secundùm facti contingentiam juxta praxim suprà traditam par.1.cap.5.

SUMMARIUM CAP. III.

1 *Continuatio tituli ad præcedentes.*
2 *Agitur ad exhibendum in Tribunali A C. contra detinentes scripturas, vel mobilia pravio monitorio.*
3 *Monitorium contra detinentes scripturas, & mobilia, & eius formula.*
4 *Monitorii exequuti reproductio, & eius formula.*
5 *Citatio ad exhibendum scripturas, & alia juxta formam monitorij, & eius formula, & processus.*
6 *Monitus potest, si vult, infra triduum negare monitorium ut in formula.*
7 *Actor in Judicio exhibitionis, negato monitorio, tenetur probare, reum an tempore judicii introducti habuisse penes se scripturas, & bona, de quibus agitur.*
8 *Actor, probationibus destitutus, potest offerre reo partitum litis decisivum.*
9 *Reus tenetur exceptiones oppositas probare, aliàs nihil agit.*
10 *Probatis probandis citatur ad exhibendum.*
11 *Citatio ad exhibendum, & eius formula, & processus.*
12 *Elapso termino in Decreto contento, & intimatione reproducta, potest in judicio exhibitionis statim expediri mandatum, & quare.*
13 *Mandatum in judicio exhibitionis expediri solitum, & eius formula.*
14 *Reus qui fortuitò scripturas amisit, potest de hoc protestari in Iudicio exhibitionis, ad impediendum expeditionem mandati.*
15 *Protestatio rei ad impediendum expeditionem mandati, & eius formula.*
16 *Amissio scripturarum, si non agitur de originalibus in actis productis, vel non simus in personis, quæ tenentur custodire scripturas, probatur juramento, aliàs secus.*
17 *Reus si agitur de exhibitione iurium ad fundandam intentionem actoris, potest protestari, ut in formula, non teneri, & impedire expeditionem mandati.*
18 *Decreto nullo, vel notoriè injusto existente in judicio exhibitionis, potest sentiens se læsum, adire signaturam pro commissione causæ appellationis.*
19 *Interpositio appellationis coram Iudice à quo, & eius formula, & responsio Iudicis.*
20 *Cedula appellationis, & eius formula.*
21 *Commissio appellationis in judicio exhibitionis, & eius formula.*
22 *Commissio reformatoria cum præinserta, & eius formula.*
23 *Signatura in judicio exhibitionis, quomodo rescribat.*
24 *Exhibitionis judicium est summarium, & modici præjudicii.*
25 *Actio ad exhibendum quibus competat, & n.26.*
26 *Interdictum utrobi datur pro re mobili.*
27 *Actio ad exhibendum fuit principaliter inventa ob rei vendicationem.*
28 *Exhibere quid sit.*
29 *In judicio exhibitionis probandum est, rem fuisse penes reum de tempore motæ litis.*
30 *Probatio existentiæ penes reum, ante litem motam, non sufficit in judicio exhibitionis.*
31 *Existentia in materia exhibitionis non præsumitur de præterito in futurum.*
32 *Existentia furium debet probari penes eum, à quo editio petitur.*
33 *De tempore scilicet motæ litis.*
34 *Probatio existentiæ rei penes eum, à quo exhibitio, seu editio petitur, debet esse plena, & concludens, aliàs non relevat.*
35 *Existentia rei penes aliquem de proximo recenti probata, transfert onus probandi amissionem in illam negantem.*
36 *Si exhibitio, seu editio petitur incidenter, sufficit quòd existentia probetur penes eum, à quo exhibitio petitur, de tempore motæ litis in negotio principali.*
37 *Quando quis tenetur custodire scripturas, sufficit probatio existentiæ penes eum ante litem motam.*
38 *Quando quis habuit scripturam à petente editionem*

rem, non est necesse probare existentiam penes eum de tempore motæ litis.

39 *Qui olim possidebat, præsumitur hodie possidere, si is, à quo exhibitio petitur, hoc non negat.*

40 *Agens ad exhibendum, vel edendum debet una cum existentia copulativè probare ejus interesse.*

41 *Interesse sufficit probare summatim, & aliqualiter ad effectum exhibitionis, seu editionis, etiam per Juramentum.*

42 *Petens exhibitionem vel editionem debet docere de tali interesse, quod sit causatum à rationabili, & justa causa.*

43 *Probata existentia, & interesse petentis exhibitionem, Reus de æquitate Canonicæ, quam servat Rota, tenetur edere Actori, & Actor Reo.*

44 *Judex, causa aliqualiter cognita, potest cogere Reum, vel Actorem ad edendum.*

45 *Habens jura in ejus Archivio tenetur cogere ejus Actuarium, vel Archivistam, ad edendum originale.*

46 *Æquitas Canonica locum non habet in editione, quando agitur de detegenda turpitudine ejus, à quo editio petitur.*

47 *Æquitas Canonica non habet locum, si petitur editio super delicto.*

48 *Beneficiatus non tenetur edere titulum ad instantiam Ordinarii, vel Patroni, quando agitur de illo spoliando de facto, & privando.*

49 *Scripturam penes Notarium existentem quis exhibere non tenetur.*

50 *Edere quis non tenetur, quando scripturæ edendæ nihil relevarent.*

51 *Transactio super administratione est exceptio litis finitæ, etiam in materia editionis, nisi aliundè constet de errore, vel dolo.*

52 *Edere quis non tenetur, quando scripturæ possunt aliunde haberi relui.*

53 *Expensæ factæ in scripturis à Notario reluendis sunt in materia editionis resciendæ.*

54 *Jurans amisisse scripturas, & factis diligentiis reperire non potuisse, non tenetur illas exhibere.*

55 *Qui tenetur scripturas ratione officii, aut aliàs custodire, debet amissionem concludenter probare, nec sufficit Juramentum.*

56 *Hæredes ejus, qui non tenebatur scripturas custodire, si jurent illas ad eorum manus non pervenisse, excusantur ab editione.*

57 *Hæredes ejus, qui tenebatur custodire scripturas, vel librum exhibere, debent probare concludenter amissionem.*

58 *Si non concurrunt conjecturæ pro amissione, vel causa est magni ponderis, vel adest suspicio contra eum, à quo editio petitur, debet amissio concludenter probari.*

59 *Hæres tenetur plenè, & concludenter probare amissionem scripturæ in dominio Defuncti existentis in materia editionis.*

60 *Amissio Jurium productorum, & restitutorum dimissa copia, non probatur Juramento.*

1 *Circumscripta æquitate Canonica, Reus non tenetur edere Actori ad intentionem fundandam.*

62 *Casus decem, & septem, in quibus Reus Actori edere tenetur.*

63 *Actor jurans non habere facultatem edendi jura, quorum editio petitur, excusatur ab editione.*

64 *Actor tenetur edere Reo ad exceptionem fundandam.*

65 *Si acta sunt penes Reum, vel eorum tenor satis fuit in libello expressus, actor ab editione excusatur.*

66 *Si jura possunt de facili aliunde haberi, vel editio coactè facta nil relevaret, actor excusatur ab editione.*

67 *Contra Contumacem, qui tenetur edere, vel exhibere, & non edit, seu exhibet, potest jurari in litem.*

68 *Qui dolo desiit possidere, tenetur nihilominus exhibere, & per consequens ad interesse, ac potest contra eum jurari in litem.*

69 *Notarius, seu persona publica non adhibens Jura, & Processus, tenetur ad interesse, si constat de dolo, vel culpa dolo proxima.*

70 *In Judicio exhibitionis exceptio clara admittitur, turbida verò rejicitur ad petitorium.*

71 *Exceptiones quæ admittantur in judicio exhibitionis.*

72 *In Judicio exhibitionis non datur Appellatio, & quare.*

73 *Si Reus ob non exhibitionem fuit condemnatus ad interesse, potest appellare.*

74 *Si exhibitio trahit secum rem ipsam debere restitui, datur Appellatio.*

Ad Exhibendum, Pars Secunda. Cap. III.

1 EGimus in proximo præcedenti capite de Interrogationibus, quæ sunt præparatoriæ actionum realium & personalium, sequitur videre de actione ad exhibendum, quæ est pariter aliarum præparatoria.

2 Si igitur apud Tertium fuerint depositatæ, vel reperiantur aliquæ Scripturæ, Instrumenta, vel obligationum Cedulæ, vel aliqua bona mobilia, jocalia, & hujusmodi, & alicujus interfit scripturas, & alia, ut supra, exhiberi, agendum est contra illum in Tribunali A.C. ad exhibendum

3 prævio Monitorio, ut infra, videlicet.

De mandato Illustriss. & Reverendiss. D.A. C. sive R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Instantiam NN. principalis, Tenore præsentium,

Moneatur NN. ex adverso principalis (*vel ex adverso Depositarius*) quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum, &c. Rev. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis Mandati executivi, & in Juris subsidium excommunicationis, &c. aliisque pœnis, &c. debeat scripturas & Instrumenta NN. penes eum existentia (*hic exprimatur qualitas scripturarum & Instrumentorum*) (*vel Gemmas & Annulos NN. aliàs ab NN. penes eum depositatos*) in Actis infrascripti Notarii realiter, & cum effectu exhibuisse, & dimisisse, ac consignasse, & exhiberi, dimitti, & consignari fecisse, damnaque expensas, & interesse præmissorum causa, & occasione facta, passa, & patienda, ac liquidanda refecisse, & decretum

cretum seu decreta,& Mandatum exequutivum & aliud necessarium,& opportunum fieri, concedi,decerni, & relaxari, Jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria,& opportuna fieri,vidisse,& audivisse, Deducens,&c. omne Jus,omnemq; actionem,&c.implorans,&c.nõ solùm,ut supra , sed omni alio meliori modo, &c.& si quis,&c.compareat,&c. alioquin,&c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

4 Hoc Monitorium personaliter exequutum reproducitur in actis,ut infra videlicet.

Pro NN.contra NN.

Coram D.meq; NN. Sanctiss. D.N.Cursor retulit se,ad Instantiã NN.personaliter monuisse NN.prout in folio tenoris,&c.omni,&c.

Et si Reus non negat Monitorium, triduo elapso,citatur ut infra,videlicet.

A. C. N.

5 Citatur NN. ex adverso principalis,ad exhibendum in actis Scripturas,Instrumenta,& alia Jura,juxta formam Monitorii, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum executivum,ad p.d.Instante NN.principali, sive,&c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut supra,nisi ad p.d. cum intimatione,omni etc.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter D.relaxavit Mandatum , & aliàs prout in actis,instante NN.principali,sive,&c.

N.Notarius.

Elapsa verò prima die juridica post intimationem exequutam , illaque reproducta in actis, nisi aliud ex adverso deductum obsistat,expeditur Mandatum,& datur Exequutoribus.

6 Cæterum Reus, si illi ita placuerit , poterit ante triduum elapsum negare Monitorium, ut infra,videlicet.

Pro NN.contra NN.

In Officio NN. negando Monitorium, dixit narrata,prout narrantur non fuisse,nec esse vera, & ad petita,prout petuntur,non teneri, ideo nihil fieri,nisi servatis servandis, & verificatis verificandis,aliàs,&c.omni,&c.

7 Tenetur autem actor hoc casu verificare reum,de tempore exequuti monitorii, & introducti Judicii , habuisse penes se scripturas, seu bona,de quibus agitur,exhibendo in actis Jura, si quæ habet,ad id probandum opportuna parte citata,ad dicendum contra Jura in forma,juxta Praxim superius positam,*par.*1,*c.*2,*nu.*9,*& seqq.*& juribus deficientibus, si oportuerit, producendo in actis articulos opportunos , Parte similiter citata, ad dicendum contra illos juxta Formulam,de qua supra,*d.p.*1,*c.*11,*n.*2,*& seqq.* & aliàs mutatis mutandis , prout contingentia facti requirit,illosque probando , juxta superius tradita *d p.*1,*c.*10,*&c.*11.

8 Et si actor sit omninò probationibus destitutus,poterit,si sic ei placuerit, offerre Adversario partitum litis decisivum , juxta Praxim superius traditam.*par.*1,*c.*10,*n.*10,*& seqq.*

9 Reus similiter ejus quascunque exceptiones, si quas habuerit,poterit opponere,juxta Praxim de qua supra, *d.p.*1,*c.*7,*&c.*8, illasque per scripturas,vel Testes,vel alia legitima probationum genera,ut superius diximus,*d.p.*1,*c.*10, *&c.*11, & aliàs, prout contingentia facti requiret . & suadebit,mutatis mutandis, probare, ne aliàs succumbat.

10 Articulis demum per Scripturas , vel Testes, vel alia legitima probationum genera verificatis,ac probatis, citatur Pars monita ad exhibendum,ut infra,videlicet.

A. C. N.

11 Citetur NN.ex adverso principalis , ad exhibendum in actis infrascripti Notarii scripturas, & bona,de quibus agitur, juxta formam Monitorii,aliàs videndum decerni , & relaxari mandatum executivum,ad p. d. Instante NN. principali,sive,&c.

N.Notarius.

Decretum.

Relatione facta,comparuit NN. & petiit, & obtinuit,ut supra,nisi ad p. d. cum intimatione, &c.omni,&c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principalis,qualiter D.relaxavit mandatum , & aliàs prout in actis,instante NN.principali,sive,&c.

N.Notarius.

12 Elapsa prima die juridica post intimationem exequutam(*nam decretum* decerni *in hoc Judicio non requiritur, nec termini substantiales aliqui sunt necessarii*)nisi aliud relevans pro parte rei deductum obsistat,ex quo in A. C. Tribunali ab hujusmodi decreto non admittitur appellatio suspensiva , potest statim procedi ad exequtionem,ac expediri mandatum tenoris,videlicet.

13 De mandato Illustriss.& Reverendiss. D. A. C.sive R.P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis,& ad instantiam N.principalis,Tenore præsentium.

Auferantur de Domo,vel aliunde NN. scripturæ NN. & instrumenta NN. de quibus agitur,(*vel Annuli, vel Gemmæ* NN.) (*quorum qualitates & signa exprimantur juxta facti contingentiam*) quæ ablata,una cum Julis NN. pro expensis præsentis mandati,deponantur ad effectũ &c.si exeent,sin minus capiatur idem , & captus carceretur,& non relaxetur,donec, &c. quia ipso citato, & intimato, prout in actis,Reverendiss.D.ita mandavit,hac die,&c.

N.Notarius.Locus † Sigilli.N.Locumtenẽs.

14 Posset tamen reus , à quo exhibitio petitur, ad mandati expeditionem impediendam , si scripturas vel instrumenta , de quibus agitur, fortuito amisisse , protestari, ut infra, videlicet.

Pro NN.contra NN.

15 In Officio NN. & medio juramento tactis &c.dixit se asserta jura , seu instrumenta fortuito casu amisisse , ideo ad aliquam exhibitionem non teneri,& nihil fieri, nisi servatis servandis,verificatis verificandis, &c. aliàs, &c.omni,&c.

16 Quo quidem casu , si non agitur de juribus originalibus in judicio productis , & restituitis dimissa copia collationata , vel non sumus in Personis, quæ tenentur Scripturas, & Libros conficere, & custodire, vel exhibere , ut infra

*n.*55.

n. 55, & seqq. probatio amissionis, ut supra, per solum juramentum erit sufficiens, aliàs plena amissionis probatio, si sumus in personis, quæ tenentur Scripturas custodire, vel exhibere, ut infra *num. 57, & seqq.* vel si de hujusmodi juribus in actis originaliter productis agatur, ob præsumptam notitiam, erit necessaria, nec juramentum sufficiet, ex quo originale productum est de actis, & ob id est Parti jus quæsitum, & per consequens ejus reproductio peti potest.

17 Vel, si agatur de juribus ad fundandam intentionem actoris, potest reus, si ei libet, in termino citationis ad exhibendum, seu etiam ante mandati expeditionem protestari, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio, &c. NN. dixit, ad aliquam exhibitionem non teneri, cùm arma non sint sumenda de domo rei: ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs, &c. Vel poterit facere aliam sibi benevisam protestationem juxta contingentiam facti, prout juris fuerit, & ordo dictaverit rationis.

18 Cæterum, si Decretum manifesto nullitatis, vel injustitiæ vitio laboraret, posset sentiens se læsum, obtenta superseditoria ab Eminentiss. Signaturæ Justitiæ Præfecto, causam Appellationis in plena Signatura, parte citata, proponendam curare, pro illius commissione obtinenda juxta Praxim superius traditam, *par. 1, c. 13, numer. 18, & seqq.* interponendo in primis Appellationem coram Judice, à quo, infra legitima tempora, videlicet:

19 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque, &c. NN. habita notitia de pratenso Decreto facto, seu sententia lata ad favorem NN. contra NN. ab eo, seu ab ea, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctissimum D. N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. non solùm, ut supra, &c. sed omni alio, &c. Cui D. dedit refutatorios in forma omni, &c.

Tenor Cedulæ.

20 A quadam asserta diffinitiva sententia, seu Decreto definitivo, aut illius vim habente, per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem lata, seu facto, ut dicitur, ad assertum favorem NN. contra NN. de, & super prætensa exhibitione scripturarum, & annulorum, rebusque aliis, &c. Procurator, & eo nomine, sentiens se læsum, & gravatum, & in futurum magis lædi, & gravari timens, &c. ab illa, seu illo, ac toto processu desuper fabricato ad Sanctissimum D. N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, Petens, semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus. &c. à non admissione, ac toto ulteriori processu, ut supra, provocat, appellat, & de nullitate dicit iterum, toties quoties, &c. ita ut sit ultimus in appellando, protestans, appellationem suam ultimo loco remanere debere, & interim per sen. non stare, & illa pendente, nihil innovari, aliàs de nullitate, & attentatis, & aliis licitè protestandis, non solùm ut supra, sed omni alio meliori modo.

Commissio verò in plena Signatura proponenda, etiam cum præinserta confici poterit, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, prout contingentia facti requiret, & suadebit, videlicet.

Romana.

21 Beatissime Pater, Devotus S. V. Orator NN, fuit conventus coram R. P. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenente ab NN. Adversario, de, & super exhibitione nonnullarum scripturarum, & annullorum, ac gemmarum, & licèt ad aliquam exhibitionem scripturarum prætensarum non teneatur ad fundandam intentionem actoris, cùm arma non sint sumenda de domo rei, & licèt etiam minus teneatur ad prætensam exhibitionem annulorum, & gemmarum, cùm non constet, ees hujusmodi fuisse penes Oratorem de tempore moti judicii, quia tamen idem judex non minus nulliter quàm injustè contra eumdem Oratorem pronunciando, mandatum executivum relaxavit. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriè injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à definitiva sententia, seu Decreto definitivo præfato, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de jure, &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas. &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælatos audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, committere & mandare, cum facultate citandi, necnon inhibendi quos, quibus, quoties, ubi & quando opus fuerit, etiam per Edictum, constito summariè, &c. singulis diebus, & horis, feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Statum, &c. pro plenè, &c.

De mandato D. N. Papæ audiat Magister NN. citet, inhibeat, procedat ut petitur, & justitiam faciat.

Placet D. N. Papæ. I. Cardinalis Sacchettus.

22 Beatissime Pater. Si NN. in præinserta pro Oratore nominatus S. V. exposuisset, prout non sine dolo tacuit, quod hic agitur de juribus originalibus in actis productis, & parti adversæ restitutis, dimissa copia collationata, & quod de existentia annulorum, & gemmarum penes adversarium, de tempore moti judicii, ex Testibus, & aliis in actis apparet, utique præinsertam non extorsisset. Verum quia falsus precator debet impetratis carere. Supplicat igitur humiliter S. V. devotus Orator NN. ut dignetur eidem NN. cui præinserta est directa, attento quod ab hujusmodi A. C. Decreto non datur appellatio suspensiva, ut in causa, & causis hujusmodi, ac si præinserta esset signata cum clausula, *sine præjudicio legitimæ executionis*, procedat, committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos,

quos, quibus, quoties, &c. Constitutionibus stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, Statum, &c. pro plenè, &c.

23 Reſcribitque Signatura, parte citata, vel utraque parte informante, ſi conſtat de validitate & juſtitia decreti, cum clauſula, ſine præjudicio, vel cum clauſula, ſi quid exequendum, vel aliàs, ut ſupra *par.1, c.13, n.34, & ſeq.*

Obſervationes.

24 EXhibitionis judiciũ eſt ſummarium, ut ex præmiſſis apparet, & tradit *Contard in l. unica limit.4 ad exhibendum, nu 25, & ſeqq. C ſi de poſſeſſ. agat.* ubi quod eſt etiam modici præjudicii, cùm ſit præparatorium alterius ordinarii, *Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 2, cap. 18, n.6, Boccac. de interd. uti poſſidetis, cap. 22, n. 5.*

Competit actio ad exhibendum cuicumque
25 rei vindicationem, aut aliam realem actionem ad rem mobilem, vel ſemoventem intentare volenti, & ubicumque actoris intereſt rem in publico exhiberi, jurato tamen prius de Calumnia, *Plot. de in lit. juran. §.23, n.2,* & † ſignanter
26 interdicto *utrobi*, quod datur pro re mobili, *l.1, ff. utrobi*, agere volenti, *l.3, §. Pomponius ait ff ad exhiben. Boccac. de interd. uti poſſid. c.6, num.1, & ſeqq. & c.22, n.1*, eſtque † actio ad exhibendum
27 principaliter inventa ob rei vindicationem, *l.3, §. eſt autem. ff. ad exhib.*

Eſt autem † exhibere in publico poteſtatem facere, ut ei, qui agit, experiendi fiat copia, *l.2, ff.*
28 *ad exhiben. l.3, §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhib. Boccac. de interd. uti poſſid. d.c.22, n.5.*

Primò igitur, ut quis teneatur exhibere, re-
29 quiritur, quòd actor probet res, quarum exhibitio petitur, fuiſſe penes eum, à quo exhibitio poſtulatur, de tempore introducti judicii, & motæ litis, *l. Tigri appellatione, §. penult. ubi Odofred. & Alberic. ff. ad exhiben. Plot. de in lit. juran. §.23, num.3, & ſeq. Boccac. de interd. uti poſſid. d. cap. 22, num.9, Saluſt. Tiber. in Prax. lib.2, c.18, num.4, Verall. deciſ.294, par.2, Cavaler. deciſ.82, n.1, & n.3, Rot. dec.581, nu.4, par.4, & deciſ.297 n.7, & n.16, par.6, recent. Beltram. ad Gregor. dec. 129, n.6.*

30 Nec ſufficit probatio exiſtentiæ penes eum ante litem motam, *Coccin. dec.63, nu.3, Rot. dec. 296, n.6, poſt conſ. crim. Farin. lib 2.*

Nam in hac exhibitionis materia non præ-
31 ſumitur exiſtentia de præterito in futurum, *gloſ. in l. non ignorabit, in verbo fuiſſe*, & ibi *Caſtr. nu.4, C ad exhiben. Rot. dec.267, nu.1, & dec.278, nu.1, & ſeq. poſt conſil. crimin. Farin lib.2, & dec.297, n.14, par.6, recent. Coccin. dec.63, n.3, Beltramin. ad Gregor. dec.129, n.6.*

32 Idem juris eſt ad hoc, ut quis teneatur edere inſtrumenta, & alia jura, nam exiſtentia illorum penes eum, à quo editio petitur, ut ſupra, debet pariter probari, *l. in hac actione, §. fin. & l. Tigri appellatione, § ſi quis non poſſideat. ff. ad exhiben. Ruin. conſ. 69, num.14, ubi de communi. lib.4, Seraph. dec.1224, num. 4*, ubi de ſtylo Rotæ teſtatur, *Rota dec.278. num.1, & ſeqq. & dec.318, n.2, & ſeqq. poſt conſil. Farin. li.2, & deciſ.194. num.5, & deciſ.380, nu.4, in fin. par.3, recent. Cavaler. deciſ.82, n.1, & dec.542, n.1, Beltram. ad Greg. dec. 129, n.5.*

33 Et quidem de tempore motæ litis, ut ſupra, *Rota dec.259, n.6, p.1, rec. Ferentill. ad Buratt. dec. 278, num.12, Caval. d. dec.82, nu.3, Beltramin. ad Greg. d. dec. 129, n.6.*

34 Et debet eſſe hujuſmodi probatio exiſtentiæ plena, & concludens, aliàs non relevat, nec ſufficiunt probationes præſumptivæ, *l.3, §. ſciendum, ubi gloſ. in verbo ſummatim, ff. ad exhiben. Mantic. dec.298, n.1, Rota dec.259, nu.1, p.1, rec. & dec.296, n.1, poſt conſ. crim. Farin lib.2, Beltramin. ad Greg. dec.129, n.6, Greg. dec.199, n.3, Ferentil. ad Burat. dec.866, n.9, Duran dec.266, n.1, ubi de communi.*

35 Sed concluſio, quòd quis non teneatur exhibere, vel edere, niſi exiſtentia rei, cujus petitur editio vel exhibitio, fuerit penes eum, à quo id petitur, probata de tempore motæ litis,

Primò non procedit, quando exiſtentia fuit de proximo recenti probata, nam tunc illam negans tenetur probare amiſſionem, *Rot. dec.225 num.3, p.6, rec. & dec. 267, nu.2, poſt conſ. crim. Farin. lib.2.*

36 Secundò non procedit, quando exhibitio, & editio petitur incidenter, nam tunc ſufficit, quòd exiſtentia probetur de tempore litis motæ in negotio principali, licèt non probaretur de tempore petitæ exhibitionis, *Caval. dec.82, n.4, Rota dec.278, n.5, & ſeq. poſt conſ. Crimin. Farin. lib.2.*

37 Tertiò non procedit, quando quis ratione officii tenetur cuſtodire Scripturas, tunc enim ſufficit probare exiſtentiam, etiam ante litem motam, *Coccin. dec.63, n.3, Rota dec.296, num.6, poſt conſ. crim. Farin. lib.2, & dec.259. n.1, par.1, rec. Beltram. ad Greg. dec.129, n.7, Ferentill. ad Buratt. dec.278, n.13.*

38 Quartò non procedit, quando quis habuit Scripturam à petente exhibitionem, *l. ſi Creditor, C. de pign. act. Caſtr in l.2, num.7, C. de teſtam. Coccin. dec.63, nu.3. Ferentil. ad Buratt. dec. 278, n.13.*

Quintò non procedit, quando reus, vel is, à quo petitur exhibitio mobilium, & rerum, non negaret ſe habere, tunc enim intraret concluſio, quòd qui olim ante motam litem poſſidebat, præſumatur etiam hodie poſſidere, *Rota dec. 297, n.1, & ſeqq. p.6, rec.*

40 Secundò ad hoc, ut quis teneatur ad exhibendum, vel edendum, ultra exiſtentiam debet Agens ad exhibitionem, vel editionem copulativè probare etiam ejus intereſſe, *l.3, §. ſciendum autem. ff ad exhiben. Boccac. de interd. uti poſſid. c.22, num.5, Seraph deciſ.1224, n.4, Rota dec. 278, n.1, & ſeqq. & dec.318, nu.1, & ſeqq. & dec. 354, n.11, poſt conſ. crim. Farin. lib.2, & dec.348, n.3, p.1, rec. Caval. dec.82, num.1, & dec.187, n.4 & dec.542, num.1, Beltramin. ad Gregor. dec.129, num.5.*

41 Quod quidem intereſſe ad effectum exhibitionis, de quo agitur, ſufficit ſummariè, & aliqualiter probare, *d.l.3, ſciendum, ibi ſummatim,*

rim.ff.ad exhiben.Boccac.de interd. uti poßid. c.22, n.5,Gail.obſerv.c.106.nu.2,& ſeq.lib.1, Ferentill. ad Buratt.dec.266,n.8,Rot.dec. 250,n.1,p.1,recent.Beltramin.ad Gregor.dec. 129, n.10, etiam per Juramentum, *l.Theſaurus ff.ad exhibendum, l.ult. C. de ſid. Inſtrum. Gloſſ.in d.l.3,§.ſciendum, in verbo ſummatim, Cavaler.dec. 82,numer.2,Rot. dec.278,numer.2,poſt conſil. Farinac.lib.2, Beltramin.ad Gregor.dec.129,n.10, Ferentil.ad Buratt.dec.266,n.8.*

42 Tertiò denique Petens exhibitionem , vel editionem debet docere de tali intereſſe, quod ſit cauſatum ex cauſa rationabili,& juſta, *l.3,§. ſi mecum.ff.ad exhib.*& non calumniari, *l.penult. ff.ad exhibend.Boccac.de interd.uti poßid. c.22, numer.6.*

43 Cæterum probata exiſtentia, ut ſupra, & intereſſe Petentis exhibitionem in caſibus de jure permiſſis, Reus de æquitate Canonica quàm ſervat Rota, tenetur edere Inſtrumenta,& Jura Actori, *Saluſt. Tiber.in prax,lib 2,c.18,num.17, & ſeq.Rota dec.5,de prob in nov.Caput.aq.dec.294, p.1,Seraph.dec.232,num.5,& dec.1224,num.4, Greg.dec.129,num.1,& 2,* quod procedit etiam in Libris à Mercatoribus pro eorum memoria confectis , *Rota dec.348,numer.3,p.1,recent.*& etiam in Reo , cui ex eadem æquitate Canonica eſt facienda editio , & eo maximè ad ejus probationes coadjuvandas, *Saluſt. Tiber. in Prax lib.2,c.18, num.17,Rota dec.350,num.1,*

44 *p.1,recent.* & † poteſt Judex ad id compellere, cauſa aliqualiter cognita, *Rota dec.1, de probat.in nov.Saluſt.Tiber.d.lib.2,cap.18,n.18.*

45 Nec intereſt, an quis habeat Proceſſum,ſeu Jura penes ſe, vel in ejus Archivio , quia tenetur cogere ejus Actuarium , ſeu Archiviſtam, qui tenetur ad cuſtodiam, ut exhibeat originale, *Buratt.dec.266, num.6,& dec.278,num.10, & ſeqq.Duran.dec.166,num.2,Seraph.dec.1224, num.3.*

46 Sed Primò hæc non procedunt, quando agitur de detegenda turpitudine illius à quo petitur exhibitio, cùm tunc nec æquitas præfata locum habeat,*Rota dec.318,n.5,& ſeq.poſt. conſil. crim.Farinac.lib.2,Beltramin.ad Gregor.dec.129, num.11.*

47 Secundò non procedunt, quando exhibitio petitur ſuper delicto,*arg.l.qui accuſare,C.de eden. Verall.dec.293.p.1.*

48 Tertiò non procedunt in Beneficiato , qui licèt,quando ſumus in poſſeſſione de recenti, teneatur exhibere titulum ad inſtantiam Ordinarii,vel Patroni, *Coccin.dec.191,n.1,& dec.224, num.1,* non tamen ad id tenetur, quando Patronus,impetrando Beneficium, ſe fecit partem formalem , & Adverſarium de Jure , ut Beneficiatus privetur , vel quando agitur de illo ſpoliando de facto , vel coram Superiore ad effectum privationis,*Coccin.d.dec.191,n.2,& dec. 224,n.2.*

49 Quartò non procedunt , quando Scriptura aliàs exhibita penes Notarium exiſtit,quia illam quis amplius exhibere non tenetur,*Rota dec.663 n.7,p.4,recent.*

50 Quintò non procedunt, quando Scripturæ exhibendæ nihil relevarent. *Duran.dec.117,nu. 16,& ſeq.*

51 Sextò non procedunt , quando ſequuta eſt tranſactio ſuper adminiſtratione , niſi aliundè, quàm ex Libris, quorum exhibitio petitur, conſtet de errore,vel dolo: cùm tranſactio ſit exceptio litis ſinitæ,*Seraph.dec.230,n.5,& dec.234, per tot.*

52 Septimò non procedunt , quando Scripturæ aliunde perquiri,& haberi poſſunt , prout reluendo illas à Notario;nam tunc debent ab eo relui,*Gregor.dec.129,nu.3,& ſeq. Duran,dec.117,*

53 *num.16, & ſeq.* vel refici expenſæ factæ ab alia Parte in illis à Notario reluendis, *Greg. d. dec. 129,n.3,& ſeq.*

54 Octavò non procedunt in eo, qui jure jurando Scripturas amiſiſſe, & factis diligentiis illas reperire non potuiſſe, affirmat, nam is ab exhibitione excuſatur, *l. ſiu. § ſed quis C. de ſid.Inſtrum. Specul. de edit. Inſtrum. §. poſtquàm numer. 11,* ubi quod ita ſervat uſus , *Saluſt. Tiber. in Prax. libro 2, c. 18, numer. 16, Guido pap. dec. 244, Rota dec. 267,numer.4, poſt conſil. Farin.lib.2, Duran.dec.166,num.2, verſ.non obſtat, Ferentill. ad Buratt. dec.266,numer.10.*

55 Sed hæc octava limitatio Primò non habet locum in eo , qui ratione officii,aut aliàs tenetur cuſtodire Scripturas, nam tunc amiſſio eſt plenè & concludenter probanda , nec ſufficit Juramentum, *l.ſi Creditor, C. de pignor.act.Rot. dec.97,num.4.& dec.297,n.6, & ſeq. poſt conſil. crim.Farin.lib.2.& dec.55,n.7,& ſeq.poſt Zacch. de Societ.offic.Beltramin.ad Gregor.dec.129,nu.7,* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Buratt.dec. 266,n.13.*

56 Idem juris eſt de Hæredibus , nam ſi exhibitio petitur ab Hæredibus ejus, qui non tenebatur Scripturas cuſtodire, ſufficit , quòd ipſi negent medio juramento tactis .&c. illas ad eorum manus perveniſſe,*Gregor.dec.199, n.2,* ubi aliàs deciſiones cumulat,*Beltram.ad eundem dec.*

57 *129,n.8,verſ.quando,* Verum † ſi exhibitio petatur ab Hæredibus,& Succeſſoribus ejus, qui tenebatur Scripturas conficere , & cuſtodire, amiſſio eſt planè probanda, nec ſufficit eorum Juramentum, *Beltramin ad Gregorius dicta deciſione 129,n.7,& ſequent.* de Hæredibus ejus,qui tenebatur Librum exhibere.

58 Secundò non habet locum , quando non concurrunt conjecturæ pro amiſſione Inſtrumenti,prout nec in cauſa ardua , & magni ponderis, nec quando contra eum , qui tenetur edere,eſt ſuſpicio aliqua, *Rota dec.278, numer.7, & ſeqq.poſt conſ.crim. Farin.lib.2, Cavaler. dec. 82, numer.7, & ſeqq.* cum aliis cumulatis per *Ferentill ad Buratt. dec.266, num.10, cum duobus ſeqq.*

59 Tertiò non habet locum in Libro, ſeu Scriptura exiſtente de dominio Defuncti , quia præſumitur penes Hæredem , nec ſtatur Juramento ejus contrarium aſſerentis , *Beltramin. ad Gregor. dec. 199, numer.6,* ubi quod ita fuit dictum *in R.Comp.25, Maii 1615, coram bo.me. Cocc.Dec.*

60 Quartò non habet locum, quando agitur de

Juribus originalibus in actis productis, & restitutis dimissa copia, tunc enim, ex quo ex hujusmodi productione est quæsitum jus Parti, potest peti ejus reproductio non obstante Juramento, quòd hoc casu non probat illorum amissionem, *Salust.Tib.lib.2,cap.18,nu.16,vers. secus.*

61 Circumscripta verò æquitate canonica, Reus de jure regulariter non tenetur edere Actori propria jura ad intentionem fundandam, cum arma non sint sumenda de domo Rei, *cap.1,de probat.l qui accusare, C.de eden.l.nimis grave, C.de Testib.DD.communiter in l fin.C.de eden. Rot.decis. 5,in princ.de probat.in nov.Alex. consil 58, Circa primum,n.4,l.1,ubi de communi, Salust.Tib.l.2,c. 18,n.17,ubi de communi.*

62 Sunt tamen plures casus, in quibus Reus edere Actori omninò tenetur,&

Primus est ad Actoris intentionem coadjuvandam, *Bald cons.362,Creditor,n.1,vers.in contrarium,l.3,Salust.Tib.d.l.2,c.18,n.17.*

Secundus, quando agitur de probatione in supplementum.

Tertius, quando Reus est Argentarius, vel persona publica.

Unde infertur, quòd cùm Mercatores habeant Libros publicos, illos officio Judicis edere tenentur, ad instar antiquorum Argentariorum, seu Nummulariorum, *Buratt. decis.345,n. 1,& ibi Ferentill. sub litt.A.* ubi quòd hoc non procedit in eorum Memorialibus, quos edere non tenentur, ut tradunt *Jas. & Dec. in locu per eum citatu.*

Verum de æquitate Canonica, & stylo Rotæ Mercatores, etiam Libros pro eorum memoria confectos, edere tenentur, *Rot. dec.5,de probat. in nov.Seraph.dec.1224 n.4.* cum aliis allegatis supra, *vers.ceterum probata,n.43.*

Quartus, quando libri conscripti sunt Actore mandante.

Quintus est in Reo usufructuario, qui tenetur edere.

Sextus, quando Actor petit edi Instrumenta ad probandam suam replicationem.

Septimus casus est in Fisco civiliter agente, cui est facienda editio secus in causa criminali.

Octavus in causa Matrimoniali Reus tenetur edere actori, cùm sit magis privilegiata, quàm Fiscus.

Nonus in Ecclesia, quæ pariter est magis privilegiata, quàm Fiscus.

Decimus, quando Actor petit à Reo instrumentum proprium ipsius Actoris.

Decimus primus, quando agitur de periculo Animæ.

Decimus secundus, ubi agitur de magna causa, prout si actor non potest aliter probare.

Decimus tertius, quando Instrumenta, & libri rationum sunt communes ipsius actoris, & rei ratione proprietatis.

Decimus quartus, quando Instrumenta, & libri rationum essent communes ex natura negotii.

Decimus quintus, quando Instrumenta sunt communia ob materiam in eis contentam, ut Instrumentum emptionis & venditionis; nam si sint originalia, & reperiantur apud reum, sunt edenda, *c.quoniam, de probat. & c.G.perpetuus de Fid.instrum.*

Decimus sextus, quando agitur contra Usurarium, nam ille tenetur edere, cùm de usuris agitur, libros suarum rationum, *Clement.1, §.ceterum de usur.*

Decimus septimus, quando ille à quo petitur editio, est deputatus ad custodienda Instrumenta, nam tenetur edere cuicumque petenti prætendenti interesse.

Hos casus respectivè enumerant, & ponunt, *Socc. reg. 112, & Card. Tusc.lit.E.conclus.45,per totam.*

63 Actor verò ad fundandam exceptionem edere ex æquitate reo tenetur, *l fin. ubi Bart. & DD.C.de eden.*

64 Sed primò actor excusatur ab editione Instrumentorum, & Jurium si illa in promptu non habeat, & juret non habere facultatem edendi, tunc proceditur ad ulteriora in causa, *Spec. d. Instr.edit.§.nunc dicamus,vers. quod si quis n.5, lib. 2,p.2,Felin.in c.1,n.27,de prob. Alex. cons.3, n.1, vers.& si essent,l.2, Salust.Tib.in Prax.l.2,c.18,n. 16,Rot.dec.2,de prob.in nov.*

65 Secundò excusatur, quando Jura sunt penes reum conventum, vel tenor illorum satis fuit in libello expressus, *Felyn d.c.1,n.27, de probat. Rota d.dec.2,in fin.de probat.in nov.*

66 Tertiò excusatur actor ab hujusmodi editione, quando Jura possent de facili aliunde perquiri, & haberi, vel editio sic coactè facta nihil relevaret, nam in his casibus æquitas, *d.l.fin.* locum non habet, *Duran.dec.117,n.16,& seq.*

67 Denique in actione ad exhibendum contumax, qui libros, & alia, ad quæ tenetur, non exhibet, prout si rationem non reddit, & reliqua non restituit, dicitur esse in dolo, & contra eum, tanquam præsumptivè dolosum, potest jurari in litem, si actor contra eum proprium interesse probare nequierit, *l.3,§.præterea,ff.ad exhib.Boccac.de Interd.uti possid.c.22, num.14, Plot.de in lit.juran.§.23,num.1,& 3,& seqq. Salust.Tib.d. lib.2,c.18,nu.11,& seq. Contard.in l unica,limit. 14,tit.ad exhibendum,n.22, C.si de moment poss. agat.*

68 Similiter qui dolo desiit possidere, tenetur ad exhibendum, ac si possideret, *l.Julianus,in prin.& §.si quis rem,& l.si vir,ff.ad exhiben. Mantic.dec.298,num.1,Rota dec.380,num.4,in fin.p. 4,recent.* & ob id si non restituit, datur actio contra eum ad interesse, & potest contra eum jurari in litem, *l.Celsus,§ idem Julianus,ff.ad exhiben.*

69 Et pariter in materia exhibitionis, seu editionis Processuum, & Jurium, si Notarius, seu persona publica non edit, tenetur ad interesse, dummodo constet de dolo, vel lata culpa dolo proxima, *Buratt.dec 808.n.1,& seqq.*

70 In hoc judicio exceptio clara admittitur, si à possessore allegetur, exceptio verò turbida non admittitur, sed rejicitur ad petitorium, *l.3,§.ibi-*
71 *dem,ff.ad exhiben,* Exceptionis † autem, quæ in hujusmodi judicio admittuntur, sunt pacti conventi, doli mali, juris jurandi, & rei judicatæ, *d.l. 3,§.ibid.Bocc.de Interd.uti poss.c.22,n.39,& seq.*

72. In

72 In Judicio exhibitionis appellatio non datur, si Condemnatus ad exhibendum habet facultatem rei exhibendæ, nam tale judicium dilationem non patitur, *l. 3, §. ibidem, ff. ad exhiben. Specul. de Appell. §. in quibus, n. 12,* & alii quos refert, & sequitur *Contard. in l. unica, limit. 14, tit. ad exhibendum, n. 21, C si de moment. poss. agatur, Scacc. de Appell. q. 17, limit. 6, membr. 8,* quod statim committitur exequutio, & ita *n. 21, & seq. Salust. Tiber. d. lib. 2, c. 18, n. 8,* ubi sæpè vidit observari in Praxi.

73 Sed hoc primò non procedit, quando Reus ob non exhibitionem fuit condemnatus ad interesse, *Specul. in d. §. in quibus, n. 12, Contard. d. limit. 14, n. 22, & seqq. Bertach. in verb. Appellatio in actis ad exhibendum, fol. 144, Scacc. de Appell. q. 17, limit. 6, memb. 8, n. 19, & seq.*

74 Secundò non procedit, quando exhibitio trahit secum, rem ipsam Actori debere restitui, causas cohærentes eidem, *Specul. in d. §. in quibus, n. 12,* cum aliis cumulatis per *Contard. d. limit. 14, num. 23, & seq. Scacc. de Appell. q. 17, limit. 6, memb. 8, n. 20, vers. secundus casus.*

SUMMARIUM CAP. IV.

1 *Causæ in Tribunali A. C. aut sunt summariæ vigore facultatum, aut de sui natura.*
2 *In causa à scutis viginti ad ducentos ducatos de Camera, A C procedit summariè, terminis non servatis, sed via Monitorii.*
3 *Monitorium in causis à scutis 20. ad ducatos ducentos de Camera, & ejus Formula.*
4 *Monitorium est personaliter exequendum.*
5 *Relatio exequutionis Monitorii, & ejus Formula.*
6 *Negatio Monitorii, & ejus formula.*
7 *Monitorium negatum debet verificari per Instrumenta, & Scripturas servatis servandis, si adsunt.*
8 *Protestatio* non admitti in præjudicium, &c. & *clausula* sine præjudicio, *in Jurium admissione in causis exequutivis tantùm requiruntur, in cæteris regulariter secus.*
9 *Deficientibus scripturis, Monitorium debet verificari per confessiones Partis, & per Testes servatis servandis.*
10 *Scripturis, vel Testibus in partibus existentibus obtinetur Compulsoria, vel Remissoria, tam in causis summariis, quàm in aliis.*
11 *Scripturis, vel Testibus suspectis existentibus, potest citari ad declarandum.*
12 *Citatio ad declarandum, an velit uti Scripturis, vel Testibus probonis, & legalibus, & ejus Formula, & Processus.*
13 *Protestatio in termino citationis ad declarandum, & ejus Formula.*
14 *Volens admitti ad causam pro suo interesse, quomodo citare, & Processum conficere posit.*
15 *Citatio ad videndum admitti ad causam, & ejus Formula & Processus.*
16 *Citatio ad dicendum contra Jura, & ad videndum admitti ad causam simul unitæ, & earum Formula, & Processus.*
17 *Cumulatio citationis ad dicendum contra, & videndum admitti ad causam, rectè procedit, etiam Parte adversa opponente,* generalia contra, & quod pendente, &c. *& quare.*
18 *In causis Commissariis volens admitti ad causam pro suo interesse, debet impetrare Commissionem super admissione, & citare ad dicendum contra illam.*
19 *Verificato Monitorio potest fieri instantia pro expeditione causæ, & n. 20.*
20 *Citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum, & loco Sententiæ reintegrari Monitorium, & ejus Formula, & Processus.*
21 *Citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Processus.*
22 *Cedula Sententiæ definitivæ, & ejus Formula.*
23 *Si Monitorium non fuit negatum, non fit aliqua mentio reintegrationis illius, nec in citatione, nec in Sententia.*
24 *Actore non verificante Monitorium, Reus absolvitur, & Decretum absolutionis potest extendi etiam in pede citationis Actoris, de Stylo Tribunalis A. C.*
25 *Alia citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum, & ad Sententiam, ejus Formula, & Processus.*
26 *Cedula Sententiæ absolutoriæ, & ejus Formula.*
27 *Causæ à ducentis ducatis infra, licèt sint summariæ, & in eis A. C. procedat, terminis non servatis, in reliquis parum distant ab ordinariis, & in eis regulariter datur Appellatio.*
28 *In causis à ducatis ducentis infra potest quis appellare, & commissionem appellationis via ordinariæ signandam curare.*
29 *In causa appellabili, si non constat de Appellat. & ejus legitima prosequutione, quid agendum.*
30 *In Curia Capitolina à Libello, in Curia A. C. à Monit. in Rota à Commissione Lites inchoantur.*
31 *In curiis Vicarii, Camerarii, & Thesaurarii à Monitorio, in Curia Gubernatoris ab Articulis, & in Camera à propositione, Lites ducunt exordium.*
32 *Monitorium in Curia A. C. & similibus, Commissio in Rota, & extra in causis Commissariis, & Articuli in Curia Gubernatoris, & similibus sunt loco Libelli.*
33 *Articuli in Curia Gubernatoris, & hujusmodi sunt loco Monitorii, & petitionis.*
34 *In Tribunali A. C. judicium inchoatur à Monitorio, tam de Stylo, quàm de Jure communi, Monitorium quid sit, & unde dicatur.*
35 *Usus Monitorii est antiquus, unde habuit originem, à quo inventus, & qua ratione.*
36 *Monitorium habet vim citationis, & quos operetur effectus.*
37 *Monitorium exequutum debet reproduci, ut inducat Litis pendentiam.*
38 *Monitorium nulliter exequutum non inducit Litis pendentiam.*
39 *Defectus exequutionis Monitorii suppletur ex illius scientia.*
40 *Forma præscripta in exequutione Monitorii est servanda.*
41 *Si in Monitorio dicitur, quòd illud personaliter exequatur, si Persona haberi potest, sin minus domi, exequutio est nulla. si Nuntius ante exequutionem domi factam, non fecit diligentiam de illo personaliter exequendo.*

43 *Monitorium potest negari in totum, si narrata in parte non sunt vera.*

44 *Monitorium negatum indiget non solum verificatione, sed etiam reintegratione, quæ habet vim Sententiæ.*

45 *A Monitoriis, seu Præceptis pœnalibus non est regulariter inchoandum.*

46 *A Monitorio potest inchoari, quando in eis est clausula, si quis, &c. nam tunc per comparitionem Monitorium resolvitur in simplicem citationem.*

47 *Monitorium cum clausula, si quis, efficit processum ordinarium.*

48 *Monitorium sine clausula, si quis, est nullum.*

49 *Monitorium factum in exequutionem Sententiæ, vel Gratiæ de Beneficio reservato vacante, vel in remedio l. fin. non resolvitur in citationem per comparitionem Moniti, nec in eo est clausula, si quis, apponenda.*

50 *Possessio capta virtute Monitorii cum clausula, si quis, est nulla, & attentata, ex quo lis dicitur introducta.*

51 *Possessio capta vigore Monitorii cum clausula, si quis est valida, quando possessio erat vacans, vel non aderat legitimus Contradictor.*

52 *Clausula, si quis, fuit inventa in Rom. Curia.*

53 *Monitorium de dimittendo possessionem probat possessionem Rei conventi contra Impetrantem, etiam si in eo possessio vitiosa narretur.*

54 *Clausula*, Deducens omne Jus, omnemque actionem, *porrigitur ad casus, in quibus Jus commune admittit cumulationem, & intelligitur secundùm Jus commune.*

55 *Clausula*, Deducens, &c. *in casu in quo de Jure admittitur cumulatio, quid operetur.*

56 *Clausula*, Deducens, &c. *in libello possessorii posita non operatur in petitorio, si fuit oppositum de nimia generalitate.*

57 *Officium Judicis aliud nobile, aliud mercenarium.*

58 *Officium Judicis nobile quid sit, & quid mercenarium.*

59 *Officium Judicis, vel residet in ejus persona, vel in persona Partis: & quid sit officium Judicis in ejus persona residens.*

60 *Officium Judicis residens in ejus persona, est semper nobile, & quare.*

61 *Officium Judicis residens in ejus persona differt ab actione, & quid sit actio,*

62 *Officium Judicis nobile residens in persona Partis aliud datur loco actionis, aliud loco excepti.*

63 *Officium Judicis nobile residens in persona Partis, aliud datur loco competentis, aliud loco deficientis actionis.*

64 *Officium Judicis, quod datur loco deficientis actionis, aliud non habet, aliud verò habet vim actionis, in 1. non datur libellus, in 2. sic.*

65 *Exempla officii Judicis vim actionis habentis.*

66 *Reformatio* Pauli V. *disponens, Procuratores, & Solicitatores non posse petere mercedem, nisi conventam, tollit actionem, sed non officium Judicis.*

67 *Officium Judicis quid sit, & quando sit ei locus.*

68 *Officium Judicis nobile datur in subsidium, quando omnis actio deficit.*

69 *Officium Judicis nobile semper intrat, ne ob carentiam actionis quis amittat jus suum.*

70 *Officium Judicis nobile fundatur in æquitate, & cessat ea sublata.*

71 *Officium Judicis nobile in exorbitantibus à regulis Juris est strictè, & cum magna æquitate interpretandum.*

72 *Officium Judicis nobile, latè sumpto vocabulo potest dici idem cum actione.*

73 *Officium Judicis mercenarium aliud est ordinatorium, & versatur circa ordinatoria Judicii, & in eo non datur libellus.*

74 *Officium Judicis mercenarium aliud est litis decisorium.*

75 *Officium Judicis mercenarium commune versatur indifferenter circa quamlibet actionem, condemnando, vel absolvendo.*

76 *Officium Judicis mercenarium non commune, quod versatur circa certas actiones, aut venit ex natura, aut ultra naturam actionis.*

77 *Officium Judicis non præscribitur minori spatio, quàm triginta annorum.*

78 *Officium Judicis succedens loco exceptionis perpetuò durat.*

79 *Officium Judicis oriens ex Jure in futurum semper stante, durat etiam post triginta annos.*

80 *Officium Judicis ratione subjectæ materiæ aliquando est perpetuum, aliquando non durat, nisi triennio.*

81 *Clausula*, si quis, *in Monit. posita efficit processum ordinarium, secus clausula* Alioquin, &c.

82 *Clausula*, Alioquin, *posita in Monitorio in causis exequutivis non efficit processum ordinarium, & quomodo tunc extendatur, & in causa procedatur.*

83 *Monitorium non debet exequi personaliter, sicut regulariter debet esse personalis prima citatio.*

84 *In summariis habentibus processum ordinarium omnes citationes debent esse personales, licèt si prima personalis præcesserit; aliæ domi dimissa copia possint sustineri, & quid tutius sit.*

85 *Producens Instrumenta, vel Testes Parte instante tenetur declarare, an eis velit uti pro bonis.*

86 *Citatus ad declarandum potest protestari, se velle uti Instrumentis, vel Testibus pro bonis, donec sibi constat de contrario, & cujus virtutis sit hæc protestatio, & cautela.*

87 *Contrarium quod Judex, instante Parte, debeat statuere terminum ad deliberandum, an velit uti Instrumentis, vel Testibus, quibus sub conditione velle uti respondit.*

88 *Concorda primò, aut Pars non instat Respondenti sub conditione præfigi terminum ad deliberandū, an Instrumentis, vel Testibus velit uti pro bonis, & sufficit prima protestatio, aut Pars instat, & Judex præfigit, & tunc secus.*

89 *Concorda secundò, aut Instans præfigi terminum ad simpliciter declarandum assignat causas falsitatis Instrumentorum, vel Testium dando sumum; & quis tenetur purè respondere aliàs secus.*

90 *Responsio, nolo uti aliqua falsitate, est bona.*

91 *Tertius potest pro suo interesse venire ad causam in qualibet instantia.*

92 *Veniens ad causam debet docere incontinenti de suo interesse, aliàs non admittitur.*

93 *Sufficit docere de interesse summariè, & apparenter.*

94 *Ad probandum interesse super electione sufficit probare se electum.*

95. *Ve-*

95 *Veniens ad causam pro suo interesse debet venire in statu, & terminis.*

96 *Tertius potest venire ad causam ad defendendam causam, vel actorem, vel reum, vel principaliter ad exclusionem alterius, vel utriusq; litigantis.*

97 *Veniens ad defendendam causam, vel actorem, vel reum, debet venire in statu, & terminis.*

98 *Tertius veniens principaliter ad causam, ad exclusionem alterius, vel utriusq; litigantis, potest venire in statu, & terminis, vel prout in prima, si ei magis placet.*

99 *Veniens ad causam in statu, & terminis, non declinat forum, nec mutat statum, & naturam Iudicii.*

100 *Veniens ad causam in statu, & terminis, si reperit terminos servatos, non tenetur eos iterum servare.*

101 *Veniens ad causam in statu, & terminis facit omnia acta sua, pro & contra, ac si ea fecisset, & contra eum facta fuissent, ac censetur ea ratificasse.*

102 *Veniens ad causam in statu, & terminis facit omnia acta sua, sive veniat defendendo, sive jure proprio, sive per viam appellationis, sive nullitatis.*

103 *In prophanis Tertius veniens ad causam, non defendendo, sed deducendo principaliter jus suum, licèt veniat in statu, & terminis, non facit omnia acta sua.*

104 *Tertius committens causam de novo, & veniens ad eam prout in prima, non facit acta sua pro se, nec contra se, sive sciverit, sive ignoraverit litem agitari.*

105 *Tertio venienti ad causam in statu, & terminis scienti litem agitari acta nocent, secùs ignoranti.*

106 *Tertius appellans à sententia lata in contumaciam facit eam suam, ad effectum numeri, non ut ei noceat res judicata, si adsit.*

107 *Tertius veniens ad causam, excludendo jura utriusq; litigantis, non facit omnia acta sua.*

108 *Acta facta post admissionem Tertii ad causam illi non nocent, nisi fuerit citatus in unoquoque actu.*

109 *Tertius veniens ad causam, non facit sua illa acta, quæ de directo intentioni repugnant.*

110 *Tertius ad causam explicitè non admissus non facit acta sua.*

111 *In admissione ad causam requiritur Judicis interlocutoria.*

112 *In Romana Curia Judex admittit ad causam, citatis partibus, & docto de interesse.*

113 *Nec comparitio, nec partis citatio, aut aliud sufficit in admissione ad causam, nisi adsit Judicis decretum.*

114 *Tertio non sufficit Decretum admissionis cum clausula,* docto de interesse, *nisi post ea de interesse docuerit.*

115 *Docto de interesse citata parte ad dicendum contra Iura, & obtento Decreto admissionis cum clausula, si, & in quantum, alia admissio ad causam non requiritur.*

116 *Si Tertius fecit actus respicientes merita, & negotium principale, hæc tacita admissio ad causam, ali-* *quod supponens Judicis Decretum, sufficit.*

117 *An, & quando Tertius veniens ad causam possit impedire illius expeditionem, seu exequutionem, est materia controversa.*

118 *Tertius veniens ad causam, ut liti assistat, vel reum defendat, non potest venire, nisi in statu, & terminis.*

119 *Tertius veniens ad causam ante exequutionem, constituit triangularem processum, & admittitur in statu, & terminis, sed non impedit expeditionem, vel exequutionem, nisi quatenus id posset principalis in lite existens, si illa jura haberet.*

120 *Veniens ad causam uti actor laudatus, si ei competit restitutio in integrum, etiam si veniat post conclusum in causa, impedit expeditionem.*

121 *Veniens ad causam assistendo ei, qui est in possessione, vel quasi, si constat de ejus principali interesse, impedit exequutionem, secùs si veniat assistendo in statu, & terminis, & ex jure suo utrumque litigantem excludat.*

122 *Veniens ad causam post exequutionem factam non admittitur, & quare.*

123 *Veniens ad causam ad exclusionem utriusq; litigantis principaliter pro se ipso, regulariter non impedit expeditionem, nec exequutionem causa inter collitigantes, & quare.*

124 *Præsertim si ipse non possidet, & possessio est plena, cùm ei non inferatur præjudicium, nisi fortè inferretur ratione durioris adversarii, quando cæpisset agere ante sententiam latam.*

125 *Veniens ad causam principaliter pro seipso, quando possessio est vacans, impedit exequutionem, & quare.*

126 *Veniens ad causam principaliter pro seipso, si possidet, vel asserit se possidere, impedit exequutionem, etiam trium conformium.*

127 *Tertius veniens ad causam ante exequutionem factam jure proprio, deducendo principaliter ex persona propria jus suum, quod nullam habet connexionem cum jure litigantium, impedit exequutionem etiam trium conformium.*

128 *Veniens ad causam principaliter pro se ipso, deducendo jus suum ex persona propria, sive veniat prout in prima, etiam post tres conformes, sive in statu, & terminis, pariter pro se ipso jure proprio in prima, vel in secunda instantia, etiamsi sententia esset lata in contumaciam, & transisset in judicatum, impedit exequutionem, & quare.*

129 Rota decis. 17. n. 3. vers. Est ulte tertius par. 3. recent. *non potest intelligi de exequutione trium conformium, & quare,* & n. 126.

130 *Quòd tertius possit aliquo modo venire ad causam in statu, & terminis post tres conformes, videtur impossibile, & quare.*

131 *Facta exequutione, tertius non potest venire, nisi illa firma manente, nec exequutionem revocare, nisi prius obtinuerit in causa.*

132 *Tertia præcedens fallentia videtur eadem cum secunda, & quare.*

133 *Veniens principaliter pro se jure proprio ad causam, si plenè, & incontinenti vult docere de jure suo, impedit executionem, & quando, & quomodo hoc procedat.*

134 *Tertius comparens ex jure proprio principaliter pro se in petitorio, quando duo litigant in possessorio,* & exe-

& exequutio non potest fieri sine scandalo, ac actis in Curia faciendis, probat suam intentionem incontinenti, impedit exequutionem trium conformium.

135 Veniens ad causam principaliter pro se ex jure proprio, quando condemnatio est facta in una re, impedit exequutionem in alia re diversa.

136 Juramentum in supplementum quid sit.

137 Juramentum in supplementum non datur, nisi concurrat scientia veri similis per actum corporeum in jurante.

138 Juramentum in supplementum datur ei, qui est bonæ, & honestæ vitæ, non suspecto de perjurio.

139 Juramentum in supplementum non datur ei, qui saltem semiplenè suam intentionem non probavit

140 Testis, ut faciat semiplenam ad effectum juramenti in supplementum, debet esse omni exceptione major.

141 Juramentum denegatur, si in teste adsit minimus defectus.

142 Testis debet reddere causam sui dicti, etiam non interrogatus, ad hoc ut juramento in supplementum locus sit.

143 Juramentum in supplementum datur eò magis illi, qui plus quàm semiplenè probavit.

144 In deferendo juramento in supplementum plurimùm intrat Iudicis arbitrium.

145 Juramentum in supplementum debet peti, ad hoc ut deferatur.

146 Juramentum in supplementum, petitum ante conclusum in causa, potest deferri etiam post conclusionem.

147 Juramentum in supplementum post conclusum in causa, nec peti, nec ad partis instantiam deferri potest.

148 Judex ex officio potest deferre juramentum in supplementum etiam post conclusum in causa.

149 Juramentum in supplementum in prima instantia omissum, potest peti in secunda, & ulteriori.

150 Juramentum in supplementum in causis gravibus & magni momenti, regulariter non datur.

151 In causis prophanis civilibus, etiam magni momenti, personæ honestæ vitæ, quæ plusquam semiplenè probavit, juramentum in supplementum defertur.

152 Rota de stylo non defert juramentum in supplementum, nisi fuerit plusquàm semiplenè probatum, & quare.

153 Juramentum in supplementum datur aliquando ex conjecturis urgentibus.

154 Juramentum in supplementum in his, quæ sunt difficilis probationis, prout liquidationis fructuum, datur ex conjecturis, ex observantia Rotæ.

155 Juramentum in supplementum datur ad probandam qualitatem, quando substantia crediti est probata.

156 Quantitas, sicut qualitas facilius probatur, quàm substantia.

157 Juramentum in supplementum in pluribus casibus non datur.

158 Juramentum in supplementum non datur habenti præsumptionem Iuris contra se.

159 Juramentum in supplementum in pœnalibus, & criminalibus non datur.

160 Juramentum in supplementum datur reo in causa criminali se defendenti.

161 Alii usque ad quadraginta casus, in quibus juramentum in supplementum non defertur.

162 A.C. in causis à ducentis Ducatis infra habet facultatem procedendi manu Regia, sed, ut praxis declaravit processus est ferè ordinarius, & datur appellatio ad utrumq; effectum.

163 A.C. in causis pro, & inter ejus Notarios, & eorum familias causa officii, & inter, & contra mercatores, procedit manu Regia exequutivè, & ab eius Decreto non datur appellatio suspensiva.

164 In causa mercedis, si eam petens habet, unde se alere possit aliundè, datur appellatio ad utrumq; effectum, aliàs secùs.

165 In Curia A.C. in causis mercedum proceditur viâ monitorii, & datur appellatio etiam suspensiva.

166 Si agitur pro alimentis præteritis, quæ petuntur jure actionis, requiritur monitorium, & datur appellatio etiam suspensiva.

167 Si agitur pro alimentis futuris, proceditur exequutivè, & non datur appellatio suspensiva, quando alimentarius non habet unde vivat, aliàs secùs.

168 Venter non patitur dilationem.

169 Si alimentarius non habet, unde aliundè vivat, non datur appellatio suspensiva, sive alimenta petantur jure actionis, sive officio Iudicis, & quare.

170 Privilegium alimentorum non consistit in actione, vel officio Iudicis, sed in paupertate.

171 Alimenta futura dicuntur ea, quæ post litem motam, seu contestatam, sunt decursa.

172 Si Judex debitum modum excedit, datur appellatio suspensiva, etiamsi agatur de alimentis futuris, ab excessu, vel modicitate.

173 Causa semel effecta appellabilis, datur appellatio, etiamsi agatur pro alimentis futuris.

174 Agens viâ ordinariâ censetur renunciare viæ exequutivæ illi competenti.

175 Causa non desinit esse exequutiva, quando monitorium per comparitionem partis est resolutum in simplicem citationem, nisi illud reintegretur, vel servatis terminis, pronunciatum fuerit per Cedulam.

De causis infra ducentos Ducatos auri de Camera, Pars secunda, Cap. IV.

1 TRanseamus nunc ad causas præparatas, & primò ad summarias, causæ summariæ in Tribunali A.C. aut sunt summariæ virtute ordinariarum A.C. facultatum, aut de sui natura.

2 Vigore facultatum suarum, ut suprà hac eadem par. 1. cap. 1. dictum fuit, A. C. potest procedere summariè, sine figura judicii, manu Regia

Regia,& sola facti veritate inspecta absque observatione terminorum in causis à scutis viginti, ad ducentos Ducatos auri de Camera.

Cæterùm praxis rerum magistra, in causis hujusmodi monitorium esse necessarium, & procedendum esse,ut infrà,declaratur, videlicet

3 De mandato illustriss.& Reverendiss.D.A.C sive R.P.D.N. eius in civilibus locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis, tenore præsentium.

A Moneatur A, NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum, sub quingentorum Ducatorum auri,Rev.Cameræ Apostolicæ applicandorum : & pro illis mandati exequutivi, & in juris subsidium, excommunicationis,aliis pœnis &c.debeat supradicto instanti scuta centum octuaginta monetæ, per ipsum debita causa,& occasione (*hic potest exprimi causa, ob quam pecunia, vel res debetur*) suis loco & tempore deducenda, & certificanda, solvisse, & exbursasse,seu solvi,& exbursari fecisse, damnaque expensas, & interesse, præmissorum causa, & occasione passa, & patienda, ac liquidanda, refecisse,& mandatum executivum, & sententiam,seu decretum quodcumque desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, aliaque requisita fieri,& exequi vidisse,& audivisB se,deducendo,B,propterea omne jus, omnemque actionem sibi magis proficuam, & competC entem,ac officium Judicis, C, & beneficium Juris implorando,non solùm,ut suprà,sed omni D alio meliori modo &c.Et si quis &c. D. AlioE quin &c. E, Certificantes &c.omni &c.

NN.Notarius. Locus † Sigilli.

4 Hoc monitorium datur uni ex Sanctissimi D.N. Papæ Cursoribus, qui illud personaliter exequitur, & facit de executione relationem in pede illius,videlicet

F Exequutum personaliter, F, per me NN. Cursorem,die N N.

Cujus quidem relatæ exequutionis virtute adnotatur in Broliardo illius reproductio, ut infrà,videlicet

5 Pro NN.contra NN.

Coram Domino, meq. &c. NN. Sanctissimi D.N.Papæ Cursor retulit se ad instantiam NN. monuisse NN. prout in folio tenoris &c. & prout habuit in mandatis, omni &c.

Exadverso pars monita ante triduum à die exequuti monitorii elapsum, protestari potest, ut infrà, videlicet

6 Pro NN.contra NN.

In officio &c.NN. & negando monitorium, dixit narrata,prout narratur, vel non fuisse, nec esse vera,& ad perita,prout petuntur, non teneri,& contra illud dixit pro nunc generalia contra verbo salvo jure &c. ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis aliàs &c, omni &c.

7 Elapsis tribus diebus currentibus parti ad comparendum in monitorio assignatis, actori incumbit onus verificandi illud,& ob id,si monitorium potest verificari per instrumenta, & Scripturas, citatur pars adversa ad dicendum contra jura, & fit jurium productio, & exadverso opponuntur generalia contra, & si sit necessaria recognitio jurium,actor similiter debet illa recognoscendo curare, in quibus omnibus proceditur, prout dictum est suprà in causis ex8 equutivis,p.1.c.2. † Protestatio tamen, *non admittit in præjudicium obligationis Cameralis,&c.* & clausula, *sine præjudicio,&c.* in Jurium admissione solummodo in causis exequutivis requiruntur,in aliis verò secus, nisi in casibus, in quibus suo loco, & tempore dicetur. Ad legitimationem verò personarum, si illa est necessaria, erit procedendum , juxta superius tradita p.1.c.5. quod in omnibus causis erit observandum.

9 Si vero sit necesse pro verificatione monitorii dare positiones,& cogere partem ad respondendum illis, erit procedendum in omnibus causis,prout dictum est suprà, p.1.c.10. in causis exequutivis.

Et si positiones fuerint negatæ, vel etiam si negatæ non fuerint, sed pronunciatæ pro confessatis,quia fictæ confessiones in hoc Tribunali tantùm faciunt adminiculum , seu semiplenam,& ob id opus sit examinare testes, proceditur ad examen illorum, prout dictum est suprà in causis executivis, p.1.c.11.

10 Et si testes sint examinandi in partibus, vel Scripturæ sint in partibus extrahendæ, & Remissoria,vel Compulsoria sit necessaria, poterit utraque obtineri , ad ejusque exequutionem procedi,juxta superius tradita in causis exequutivis, p.1.c.12. Quæ omnia poterunt observari in omnibus causis, etiam ordinariis, præterea, quæ alicujus causæ naturæ repugnarent, si quæ essent,prout protestationes,& clausulæ superius dictæ, & ubi adest difficultas in quavis causa, & articulo potest informari Judex in Camera juxta praxim,de qua suprà,p.1.c.8.n.27.& seqq.

11 Illud addi potest, quòd ubicumque Scripturæ productæ essent inspectæ , seu testes examinati essent suspecti de falso,potest citari pars, ut infrà,videlicet,

A.C.N.

12 Citetur NN. exadverso principalis ad declaG randum, G,in actis, an velit uti Scripturis productis,& testibus examinatis pro bonis , veris, & legalibus,attento quòd instans intendit illos redarguere, aliàs videndum declarari , nullam eis fidem esse præstandam,ad p.d.Instante NN. principali,sive,&c.

N.Notarius

Decretum.

NN.petiit,& obtinuit, ut suprà, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter.D.declaravit, nullam esse Scripturis, & testibus fidem præstandam , & aliàs prout in actis, instante NN. principali,sive &c.

N.Notarius.

Exadverso verò solet fieri hoc casu hæc protestatio, videlicet

13 Pro NN. contra NN.

In officio &c.NN.in termino &c.dixit,& declaravit,velle uti Scripturis , & testibus pro bonis,veris, & legalibus, donec sibi constiterit de con-

contrario,& non aliàs, &c. ideo &c. omni &c.

14 Cæterùm ſi quis habens in cauſa intereſſe ad cauſam admitti velit, debet citare partem adverſam,primò ad dicendum contra Jura in forma,& productis inſtrumentis , & Juribus opportunis,docere de intereſſe,juxta praxim ſuperius traditam par.1.c.2. deinde verò citare partem,ut infrà,videlicet

A.C.N.

15 H Citetur NN.exadverſo principalis,ad videndũ, inſtantem admitti ad cauſam, H, pro ejus intereſſe,& Decretum neceſſarium, & opportunum fieri,& interponi,ad p.d. inſtante NN.principali,ſive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit,& obtinuit,ut ſuprà, docto de intereſſe, admitti *in ſtatu*, & terminis, in quibus cauſa reperitur,*niſi* ad p.d. cum intimatione,omni &c.

16 Vel ſi magis libet, poteſt citari pars unico contextu, ad dicendum contra, & videndum admitti ad cauſam,ut infrà,videlicet

A.C.N.

Citetur NN.exadverſo principalis,ad dicendũ contra Jura producta,& repetita, videndum jurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit,admitti,committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, necnon inſtantem admitti ad cauſam pro eius intereſſe,& Decretum neceſſarium,& opportunum fieri, & interponi, ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN & repetiit Jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit admitti Jura , ut ſuprà, ſi & inquantum,necnon,docto de intereſſe, admitti, ut ſuprà,ad cauſam in ſtatu,& terminis, in quibus illa reperitur niſi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimatur NN. exadverſo principali, qualiter D.admiſit inſtantem ad cauſam , & alias prout in actis, inſtante NN.principali, ſive &c.

N.Notarius.

Productio verò Jurium fit in Broliardo, juxta formulam ſuperius traditam,p.1.c.2.n.10.& ſeqq.

17 Adeo autem admittitur d. cumulatio citationis ad dicendum contra , & ad videndum admitti ad cauſam, ut ſuprà, ut hoc procedat, etiamſi pars adverſa opponat generalia contra, & quod pendente termino, ad dicendum contra,nihil innovetur,cùm res celeritatem deſideret,& periculum ſit in mora, licèt aliàs regulariter d.cumulatio non admittatur, & pendente termino, Judicis officium conquieſcat.

18 In cauſis verò Commiſſariis habens in cauſa intereſſe,non poteſt ad eam, ut ſuprà admitti , niſi pro hujusmodi admiſſione prius commiſſionem impetraverit, & deinde citaverit ad dicendum contra commiſſionem , & juxta illius formam videndum mandari procedi, cujus citationis formulam ponimus ſuprà p.1.c.13.n.43

19 Verificato demùm monitorio, altero ex ſupraſcriptis modis,ſi illud fuit, ut ſuprà, negatũ, citatur pars adverſa,ut infrà,videlicet

A.C.N.

20 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum I plenæ probationis,I, quatenus opus ſit, abſolvi inſtantem à Cenſuris ad effectum, &c. concludendum,concludique videndum in cauſa,& audiendum ſententiam definitivam , & loco ſententiæ,videndum reintegrari monitorium , & quocunque mandatum exequutivum deſuper neceſſarium,& opportunum decerni, ad p.d. inſtante NN.principali, ſive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſuprà, niſi infra tres,omni &c.

Vel ſi quis voluerit cauſam expediri per cedulam, poterit citare partem,ut infrà, videlicet

A.C.N.

21 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis,quatenus opus ſit,videndum inſtantem abſolvi à Cenſuris ad effectum &c. concludendum,concludique videndum in cauſa,& audiendum ſententiam definitivam in forma,ad p.d. inſtante NN.principali,ſive &c.

Decretum. N.Notarius.

NN.petiit,& obtinuit, ut ſupra, deferri juramentum &c. Qui tactis juravit &c. & ſententiari prout in cedula,quàm Reverendiſſ.D.Locumtenens legit,ſubſcripſit, & mihi conſignavit,' Tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus ſociis teſtibus &c.omni &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſe-
22 dentes, & ſolum Deum præ oculis habentes , per hanc noſtram definitivam ſententiam, quã de Juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus,in cauſa,& cauſis, quæ coram nobis in prima,ſeu alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper ſolutione ſcutorum centum octuaginta monetæ,rebusque aliis &c. Dicimus, pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus,d.NN. condemnandum fore, & eſſe, prout condemnamus ad ſolvendum NN. dicta ſcuta centum octuaginta monetæ , & ob id monitorium deſuper emanatum reintegrandum fore, & eſſe,prout reintegramus, mandatumque exequutivum, & aliud neceſſarium , & opportunum decernendum,& relaxandum fore, & eſſe,prout decernimus,& relaxamus , victumque victori in expenſis condemnamus , quarum taxationem nobis,vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, &c. ac definitivè ſententiamus,non ſolùm præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

23 Si verò monitorium non fuerit, ut ſuprà, negatum,ſeu ſi pars fuerit contumax, nec in d. citatione ad ſententiam , nec in ſententia ipſa fit aliqua mentio reintegrationis illius , quia

cùm

cùm negatum non sit, reintegratione non eget, in reliquis verò tam citatio fieri, quàm sententia ferri potest, ut suprà.

24 Sed si monitorium non fuit ab actore verificatum, absolvitur reus ab impetitis per actorem, & sententia ferri potest sub citatione actoris, de qua suprà, & Notarius potest de stylo Tribunalis A.C. ut suprà dictum fuit, hac eadem par. 2. c. 1. n. 56. extendere Decretum in pede illius etiam ad rei favorem, si verò actor ad sententiam, ut suprà, non citavit reum, vel etiam si citavit, potest reus ipse instare pro sententia favorabili, & citare ad libitum actorem, ut infrà, videlicet

A.C.N.

25 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, absolvi instantem à Censuris ad effectum, &c. concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum sententiam definitivam, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, deferri juramentum &c. Qui tactis &c. juravit &c. & sententiari prout in cedula, quàm Reverendiss. D. Locumtenens legit, & subscripsit, & mihi facto consignavit, Tenoris &c. super quibus &c. præsentibus sociis testibus &c. omni &c.

Tenor Cedulæ.

26 Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quâ de Juris peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seu alia veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, & super prætensa solutione scutorum NN. monetæ, rebusque aliis &c. Dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN. reum conventum absolvendum fore, & esse, prout absolvimus, & liberamus ab impetitis per d. NN. actorem, ac propterea eidem NN. actori in præmissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imponimus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure, imposterum reservamus, & ita dicimus &c. atque definitivè sententiamus, non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

27 Licèt autem in his causis, à ducentis Ducatis infra, summariè procedatur absque terminorum observatione, ut suprà, in vim ordinariarum A.C. facultatum, nihilominus processus hujusmodi, ut ex præmissis patet, si causa ad scuta viginti ascendat, seu excedat, parùm distat ab ordinario, & ob id regulariter datur in eis appellatio ad utrumque effectum, L

28 Ob id qui sententiam contrariam reportavit poterit appellare prout in Cedula, & commissionem appellationis viâ ordinariâ signandam curare, juxta formulas, & praxim superius traditam, *sub tit. de appell. par. 1. c. 13. num. 2. & seqq. & n. 45.*

29 Cæterùm appellatione non interposita, vel minus legitimè interposita, vel minus legitimè prosequuta, elapsis decem diebus datis ad appellandum, servantur quatuor termini ad docendum de appellatione, & alii pro exequutione Decreti, seu sententiæ, & rei judicatæ, juxta praxim superius traditam, par. 1 c. 33. nu. 69. & seqq. & tunc demum ser. ser. proceditur ad ulteriora in executione.

Observationes.

A 30 IN diversis Rom. Curiæ Tribunalibus, tam in causis summariis, quàm in Curia Capitolina, libello, in Curia A.C. monitorio, & in Sac. Rotæ auditorio, commissione lites inchoantur, *Salust. Tib. in prax. lib. 1. c. 1. num. 3.*

31 Rursus in Curiis Vicarii, Camerarii, & Thesaurarii à monitorio, in Curia Gubernatoris ab articulis, & in supremo Cameræ Apostolicæ Tribunali à propositione, quæ à Clerico mensario in libris Cameræ scribitur, ut suprà, par. 1, c. 7, lit. M. n. 98, dictum fuit, lites ducunt exordium, ut nemo ignorat, & est notorium.

32 Sicut autem in Curia A.C. & aliis, in quibus via monitorii proceditur, monitorium est loco libelli, *Salust. Tib. in prax. lib. 2, cap. 8. num. 11. Put. dec. 17. de re iud. Gregor. dec. 235, n. 15. Rota decis. 4, n. 24, par. 7, recent.* Ita in Rota, & extra eam in causis Commissariis loco libelli est commissio, *Salust. Tib. lib. 2, cap. 8. n. 11. Rota dec. 39, n. 25. par. 5. recent. Duran. dec. 90 n. 21. & seqq.* & in Curia Gubernatoris, & similibus, in quibus inchoatur lis ab articulis, articuli sunt loco libelli *Oldr. cons. 290. num. 2, vers. Sed hic, Neviz. cons. 30. n. 12,*

33 *Duran. dec. 90, num. 2,* & † loco monitorii, & petitionis, *Rota dec. 78. n. 7. par. 7. recent.*

34 Et non solùm de jure communi, sed etiam de stylo in A.C. Tribunali judicium inchoatur à monitorio, *Rota dec. 123. n. 6, par. 7, recent.*

35 Est autem monitorium quoddam præceptum, quo aliquis monetur sub pœna ad aliquod peragendum.

Nam quòd monitio sit præceptum, colligitur *ex cap. Ignorantia, 38, dist. Oldr. ad. cons. 80. Talia in fin.* & quòd monitorium dicatur à verbo moneo, quod est memorem facio, adverto, doceo, tradit *Mandos. de monit. q. 1. n. 1.*

36 Usus monitorii est valde antiquus, & potuit habere originem *à tex. jun. glos. ult. in c. ex parte, il primo, de verb. signif. Mandos. de monit. q. 7. n. 1, & seq.* fuit autem jam diu inventus hujusmodi usus à Romana Curia, ut lites breviores redderentur, *Mandos. de monit. q. 17. n 4.*

37 Monitorium æquiparatur citationi, & habet vim illius, *Mandos. de monit. qu. 17, num 4.* & ob id litis pendentiam inducit, ut nihil debeat innovari, etiam ad effectum attentatorum, *Rota dec. 4[illegible] 4, & seq. par. 1. recent. Coccin. dec. 492, n. 7. & seq. Buratt. dec. 109, n. 1.*

38 Debet tamen produci, postquam fuit exequutum, ut pendentiam litis inducat, *Buratt. decis. 652. n. 1. & seqq.*

39 Sed hæc non procedunt, quando fuit nulliter exequutum; nam tunc litis pendentiam non inducit, *Burat. d. dec. 109. n. 5. & seqq.*

40 Defectus tamen exequutionis illius ex certa ejusdem scientia suppletur, *Rot. dec. 78. n. 6. par. 7. recent.*

41 Forma præscripta in illius exequutione est omnino servanda, aliàs exequutio est nulla, *Seraphin. dec. 972. num. 5., Rota decis. 685. num. 3. par. 2. recent.*

42 Et ob id, quando fuit in monitorio dictum, quòd personaliter præsentaretur, si persona haberi posset, sin minus ad valvas domus, vel Ecclesiæ Cathedralis, exequutio illius domi dimissa copia est nulla, si Nuntius, ante illius exequutionem domi factam, non fecit diligentiam de illo personaliter exequendo, *Rot. dec. 685. num. 3. par. 6. recent., Buratt. dec. 109. n. 5.*

43 Quod si monitorii narrata in parte non sunt vera, potest illud in totum negari, *Caval. dec. 401. n. 1.*

44 Negatum autem indiget non solùm verificatione, sed etiam reintegratione, *Salust. Tib. in prax. lib. 1. cap. 5. num. 5 & l. 2. c. 13. n. 26. & seq.* & ita indies observat praxis, reintegratum verò habet vim sententiæ *Seraph. dec. 164. n. 1.*

45 Neque præmissis adversatur, quod regulariter à monitorio, seu præcepto pœnali non sit inchoandum, *Anchar. cons. 267 n. 2. vers. 2. dicitur, Gambar. de potest Legat. lib 8. n. 40.*

46 Quia hoc nõ procedit quando in monitorio adest clausula, *Si quis senserit se gravatũ, recurrat &c.* prout solet apponi in monitoriis A. C. & aliorũ urbis Tribunalium, in quibus via monitorii proceditur; nam tunc, per comparitionem citati monitorium resolvitur in simplicem citationem, *Ang. in l. de Pupillo, §. meminisse n. 1.* & ibi *Alexand. num. 3 ff. de nov. oper. nunciat ff. in l. Nec quicquam, num. 6. ubi d. magis communi, ff. de offic. proconf. & Leg Bald. cons. 117. in princ.* ubi quod ita tenet Curia, *lib. 3. Paris. cons. 116. num. 24 lib. 1. & cons. 113. in princ.* ubi loquitur de monitorio A. C. *lib. 4. Anchar. cons. 397. n. 3. vers. quinto, Mandos. de monit. qu. 17. n. 2. & n. 5. in fin. & n. 7. versic. verum, Mart. de clauf. par. 1. clauf. 17. num. 1. Maran. de ord. Iud. in 3. par. 9 par. princ. act. 1. n. 27. Gambar. de potest. Leg lib. 8. num. 42. Seraph. dec. 1044. n. 2. Rota decis. 551. n. 1. par 3. diverf. lib. 3. & dec. 520. num. 10. par. 2. & dec. 30 num. 3. par 4. & dec. 295. num. 18. par. 7. rec Gregor. dec. 105. n. 7. Coccin. dec. 492. n. 7. & seq. Duran. dec. 146. n. 6.*

47 Et processus efficitur ordinarius, *Salust. Tiber. in prax. lib. 3. cap 7. n. 3. Rota decis. 551. n. 1. & n. 5. & seq. par 3. diverf. lib. 3.*

48 Aliâ fine dicta clausula, *si quis*, monitorium est nullum *ff. in l. Nec quicquam, nu. 6. ff. de offic. proc. & Leg. Salust. Tiber. lib. 2. cap. 6, num. 4. Rota dec. 30 nu. 3. par. 4. recent. Gregor. decis. 105. n. 8.*

49 Sed hoc non procedit in mero exequutore, quando monitorium fuit actum in exequutionem sententiæ, vel gratiæ purè de beneficio reservato vacante, obtentæ, vel in remedio *l. fin.* nam tunc per comparitionem moniti non resolvitur in citationem, *anchar. d. cons. 297, num. 7 & seqq. & n. 10.* quinimò hoc casu clausula, *si quis*, non est in monitorio apponenda, *Salust. Tib. d. lib. 3. c. 7. n. 3. Rota dec. 551. nu. 1, par 3 diverf. lib. 3.*

50 Quòd si clausula, *si quis*, fuerit nihilominus in monitorio apposita, dicitur lis, ut suprà, introducta, & propterea possessio capta, virtute hujusmodi monitorii, est nulla, & attentata, *Mar. de clauf. par. 1. clauf 170. n. 2, Seraph. d. dec. 1244. n. 2, Coccin. dec. 492, n. 7.*

51 Sed hoc non procedit, quando possessio esset vacans, vel non adesset legitimus contradictor; nam tunc possessio capta vigore monitorii cum clausula *si quis*, obtenti, est valida, *Rota in Tudertina parochialis, 4, Novembris 1652. coram bon. mem. Card. Pamphilio seniore, & in Neapolitana beneficii, 5 Junii 1626. coram bon. mem. Card. Virili, Coccin. dec. 492. n. 3. Duran. decis. 382, n. 2.*

52 Fuit autem clausula, *si quis*, inventa in Romana Curia, *Angel. in l, de pupillo, §. Meminisse. n. 1.* quem sequitur *Alex. n. 3, ff. de nov. oper. nun, Mandos. de monit. q. 17, n. 5,* & illius praxim ponit *Bart. in d. l. de pupillo, § Meminisse, n. 1. ff. de nov. oper. nunc.* & tangit *Paf. in d. l. Nec quicquam, n. 5 ff. de offic. proconf. & Leg.*

53 Cæterùm non omitto, monitorium de dimittendo possessionem, licèt in eo possessio hujusmodi vitiosa narretur, probare possessionem rei conventi contra eum, qui hujusmodi monitorium impetravit, *Rot. dec. 802, num. 2. par. 1. diverf. Burati. dec. 252, n 1, & dec. 648, n. 7, Gregor. dec. 458. n. 3, & seqq.* in quibus dicitur, hoc procedere etiam ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo.

B Clausula, *deducens omne jus, omnemq; actionem*

54 ad illos casus porrigitur, in quibus cumulatio plurimum jurium, vel actionum de Jure communi admittitur, & sic inteligi debet secundùm jus commune, *Papien. in prax. in form. libell. act. real. §. Deducendo, nu. 7, Mart. de clauf. par. 1. clauf. 256. n. 2.*

55 Et in hoc casu operatur, ut libello non attento, possit ferri sententia super omnibus in discursu causæ probatis, *Mart. de clauf d. par. 1. clauf. 256, n. 6. Rota dec. 256 num. 1, & seq. par. 1. diverf. Duran. dec. 90. n. 1.*

56 In libello tamen possessorii posita non operatur in petitorio, si fuisset oppositum de nimia generalitate, *Mart. de clauf. d. par. 1, clauf. 256. n. 7.*

C Officium Judicis est multiplex; nam aliud est

57 nobile, aliud mercenarium, *Felyn. in c. 2, nu. 7 de offic. Iud. Papien. in prax. in form. libell. act. real. §. Quatenus, n. 2.*

58 Nobile officium Judicis est illud, quod per se stat; Mercenarium verò est illud, quod actioni, vel expeditioni deservit, & famulatur, *Bart. in l. si deposita, n. 2, & seq. C. depos. Felyn. in cap. 2. nu. 8, de offic. Iudic. Papien. in d. form. libell. act. real. §. Quatenus, num. 2, Card. Tusc. lit. O, conclus 107. n 4.*

59 Resi-

Resident autem officium Judicis, vel in perso-
59 na Judicis, vel in persona partis; officium Judi-
cis residens in persona Judicis, est jus faciendi
ea, quæ Judici ex ipsius officio incumbunt, *Bart.
in l. prima, n. 10. ff. de jurisd. omn. Iud. Asin. in prax. §.
13. c. 10. n. 4. Bart. in l. si deposita, n. 2. vers. vel cla-
rius, C. depositi. Card. Tusc. d. lit. O. conclus. 107, num. 1*
60 ubi † quòd hoc officium est semper nobile,
61 cùm nec actioni, nec † exceptioni deserviat, sed
differt ab actione, in hoc, quia actio prout est
jus persequendi in Judicio, quod sibi debetur,
Instit. de act. in princ. residet in persona par-
tis, *Asin. in prax. d. §. 31, cap. 10. num. 3. &
seq.*

62 Officium verò Judicis nobile in persona
partis residens, aliud datur loco actionis, de quo
est *text. in l. prima, §. pen. de offic. præfect. urb. & in
l. ea quidem, C. de accus. Bart. in d. l. si deposita, n. 4.
C. depos. Card. Tusc. d. concl. 107. n. 9.* aliud datur
loco exceptionis de quo est *text. in l. planè, ff. de
petit. hared. Bart. in d. l. si deposita, n. 4. C. depos.
Card. Tusc. d. conclus. 107. n. 8.*

63 Iterùm officium Judicis nobile, residens in
persona partis, quod datur loco actionis, est du-
plex; nam aliud datur loco competentis actio-
nis, de quo est *text. in l. 1. §. per hanc, il primo, ff. de
rei vindicatione, Bart. in d. l. si deposita, n. 4. C. depos.
Card. Tusc. d. conclus. 107. n. 7. Guidopap. dec. 362.
n. 1.*

64 Aliud datur loco deficientis actionis, quod
rursus est duplex; Nam aliud non habet vim,
seu vicem actionis, prout quando petitur decer-
ni bonorum possessio, ut in *l. 1. §. decerni talu. ff. de
succ. edict. & in l. 1. ff. de jurisd. omn. Iud. Bart. in
d. l. si deposita, n. 4.*, ubique quòd in hoc datur Li-
bellus, *Card. Tusc. d. concl. 107. n. 6.*

Aliud habet vim, seu vicem actionis, & in
hoc datur Libellus, *Bart. in d. l. si deposita, n. 3. C.
depos. Card. Tusc. d. concl. 107, n. 5. Buratt. dec. 174
n. 9.*, nam conceditur ad instar actionis, *Rot. dec.
327. n. 7. p. 5. recent.*

65 Hujus officii Judicis exemplum in petitione
restitutionis in integrum, ac in petitione salarii
Advocatorum ponit *Bart. in d. l. si deposita, n. 3,
C. depos. Card. Tusc. d. concl. 107, n. 5.*

Et potest poni etiam in Notariis, quibus pro
solutione mercedis officium Judicis competit,
Buratt. dec. 174. n. 10. necnon etiam in procura-
toribus, & solicitatoribus, quibus datur offici-
66 um Judicis pro eorum mercede, licèt † non
conventa, non obstante quòd *fel. rec. Paulus V.*
in reformatione Tribunalium urbis, *quæ est ejus
Const. 71, Universi agri sub tit de Advoc. & Proc.
ac solic. vers. Procuratores 13.* disposuerit eos non
posse petere salarium, nisi conventum; nam sub-
lata actione, remanet officium Judicis, quod
non est sublatum; *Rota in Romana salarii 23. Ja-
nuarii 1626. coram bon. mem. Remboldo, Ferentill.
ad Buratt d. dec. 174. n. 17. & seq.*

67 Est autem officium Judicis nobile hujus-
modi remedium extraordinarium, cui non est
locus, quando fuit intentata certa actio, & sic
remedium ordinarium, *Rota decis. 427, num. 2.
par. 1. recent. Duran. decis. 153. num. 4. &
num. 6.*

68 Et datur in subsidium, quando omnis actio
deficit *Anchar. in cap. Apostolicam, num. 2, de Si-
mon. Signorol. cons. 135. num. 9. Guidopap. dec. 362
n. 2. Adden. Rota dec. 329. n. 2. par. 1. & dec. 766. n. 4
par. 3. & decis. 327. num. 4. & seq. par. 5 recent. Du-
ran. dec 153. num. 6. Ferentill. ad Buratt. d. dec. 174.
n. 16.*

69 Et semper intrat, ne quis amittat jus suum ob
carentiam actionis, *Rota d. dec. 627. n. 4. par. 5. &
dec. 332. n. 3 par. 6. recent.*

70 Nam fundatur in æquitate, *Anchar. in d. cap.
Ad Apostolicam, n. 2. de Simon. Signorol. d. cons.
135. numer. 9. Guidopap. d. decis. 362. num. 2.
Rota d. decis. 327. num. 10.* idem cessante æqui-
tate, & sic sublato ejus fundamento, cessat,
*Duran. d. decis. 153, num. 26. Buratt. d. dec. 174.
n. 10.*

71 In exorbitantibus tamen à regulis Juris stri-
ctè, & cum magna æquitate est interpretan-
dum, *Rot. decis. 372. n. 2. p. 1. recent.*

72 Licèt autem differat ab actione, latè tamen
sumpto vocabulo, potest dici idem cum actio-
ne, *Felyn. in d. c. 2. n. 4. de offic. Iud. Rot. d. dec. 327. n.
8. p. 5. recent.*

73 Officium verò Judicis mercenarium est in
quadruplici differentia; nam aliud est ordina-
torium, quod versatur circa ordinatoria Judi-
cii, prout circa dilationes, & similia, & de hoc
loquitur *text. in Auth generaliter, C. de Episc. &
Cleric.* & circa interrogationes, *tot. tit. ff. de inter-
rog. act.* & in hoc non requiritur libellus, *Bart.
in d. l. si deposita, n. 4. post med. C. depos. Card. Tusc.
d. concl. 107, n. 10.*

74 Aliud est decisorium litis, de quo est textus *in
d. l. si deposita,* & ibi *Bart. d. num. 4. C. depos. Card.
Tusc. d. concl. 107. n. 11.*

Aliud est commune, quod habet se indiffe-
75 renter circa quamlibet actionem, cognoscendo
de causa, & ubi reperit partem condemnan-
dam, condemnat, absolvendam verò absolvit,
ut, *in l. Qui accusare, C. de eden. Bart. in d. l. si depo-
sita, num. 4. post med. C. depos. Bart. Tusc. d. conclus.
107. n. 12.*

76 Aliud denique est non commune, sed consi-
stens circa certas actiones, & istud quandoque
venit ex natura actionis, quandoque ultra na-
turam actionis, ut in arbitrariis, quæ sunt stricti
juris, *Bart. in d. l. si deposita, num. 4. C. depos. Card.
Tusc. d. concl. 107. n. 13.*

77 Præscribitur autem officium Judicis non
minori spatio, quàm triginta annorum, *l. sicut,
ubi glos. in verbo persecutione, C. de præscript. 30, vel
40. annorum,* cum aliis cumulatis per *Asin. in
prax. §. 31. cap. 2. limit. 18. num. 2. Bald. de
præscript. in 4. par. quarta par. princ. quæst. 30.
n. 1.*

78 Sed hoc primò non procedit in officio Ju-
dicis succedente loco exceptionis, quia tunc
perpetuò durat, *Bald. de præscript. dicta quæst. 30.
n. 2.*

79 Secundò non procedit in officio Judicis,
quod oritur ex jure in futurum semper stante,
quia cum illud semper nascatur, durat etiã post
triginta annos, etiam dato quòd loco actionis

succedat, *Glos. mag. in l. 2. C. de serv. & aqua*, cum aliis cumulatis per *Bald. 4. par. quæst. 30. nu. 2. & seqq.*

80 Tertiò non procedit ratione subjectæ materiæ, à qua regulatur, & ob id aliquando est perpetuum, ut in casu d. secundæ limitationis, aliquando non durat, nisi triennio, prout quando competit pro fructibus, latè *Bald. in d. par. 4. q. 30 n. 5. vers. 3 limita.*

D De clausula, *si quis*, satis dictum est suprà, *sub lit. A.*

E Clausula *Alioquin, &c.* differt à clausula, *si* 81 *quis*; nam clausula *si quis*, in monitorio apposita reddit processum ordinarium, ex præallegatis, sub lit. A. Clausula verò *Alioquin*, non efficit processum ordinarium, *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 3. c. 7. n. 3.*

82 Sed hoc procedit, quando clausula, *Alioquin*, apponitur in monitorio, quod obtineri solet in causis executivis, prout super executione Brevis, in quibus terminis loquitur etiam *Saluſt. Tib.* tunc enim extenditur, *alioquin compareat, ad videndum declarari, se incidisse in pœnas, &c.* & in hoc casu non est necessaria reintegratio monitorii, sed servatis quatuor terminis ad docendum se paruisse, de quibus inferius suo loco dicetur, proceditur ad declaratoriam, *Saluſt. Tiber. lib. 3. c. 1. n. 6. c. 7. n. 3. & n. 7. Achill. dec. 5. de sent. excom. Rot. dec. 224. n. 3. lib. 2. p. 3. divers.* cum aliis cumulatis per *Duran. dec. 60. n. 37.*

F Monitorium debet exequi personaliter, non 83 solùm quia hoc de stylo Tribunalis A. C. *Saluſt. Tib. in prax. lib. 2 c. 3. n. 1. & n 24.* sed etiam quia de jure prima citatio regulariter debet esse personalis, ex allegatis suprà *par. 1, c. 3. lit. B. vers. sed si prima citatio, n. 25.*

84 Quinimò in causis etiam summariis habentibus processum ordinarium, omnes citationes de stylo Tribunalis debent esse personales, licèt si prima personalis præcesserit, aliæ, domi dimissa copia exequutæ, subsistineri possint, ex præallegatis. *Saluſt. Tib. d. lib. 2. c. 12. num. 24.* ubi tamen subdit, tutius esse, quòd citationes magis essentiales, prout ad sententiam, & similes personaliter exequantur.

G Producens instrumenta, vel testes tenetur in- 85 stante parte declarare, an eis pro bonis, & legalibus uti velit, *Bart. in l. Divus, la seconda, n. 1. & seq. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Neviz. conſ. 5. num. 20. Clar. in §. Falſum, n. 20. & n. 24.*

86 Potest tamen citatus ad declarandum, ut suprà, protestari, velle uti instrumentis, seu testibus pro bonis, donec sibi constet de contrario, *Bald. in l. si adversarius, num. 9. in fin. cap. de fid. inſtrum. Cyn. in l. ſi falſitas, C. ad leg. Corn. de falſ.* qui notant hanc cautelam prudentium advocatorum uti optimam, quia per hujusmodi protestationem utens falsis testibus, vel instrumentis, non tamen à se fabricatis, evitat pœnam falsi, si testes, vel instrumenta falsitatis vitio subjacere postea compertum fuerit, *Fulgoſ. conſ. 77. Publicato, n. 1. & seqq.*

87 Sed contrarium quod instante parte debeat Judex producenti, vel utenti statuere terminum ad deliberandum, an velit uti instrumentis, vel testibus, quibus aliàs sub conditione, quatenus falsitatis vitio non subjaceant, velle uti respondit, tradit *Bart. in d. l. Divus, la seconda, n. 2. C. ad leg. Cornel. de falſ. Clar. qui de commun testatur in §. Falſum, n. 25. vers. Utens.*

88 Concorda primò has opiniones; nam aut quando quis protestatur, velle uti instrumentis vel testibus pro bonis, & legalibus sub dicta conditione, pars non instat, illi præfigi à Judice terminum ad deliberandum, & tunc procedit opinio Bald. & Cyn. aut pars instat, & Judex præfigit hujusmodi terminum, & tunc debet producens respondere purè, & simpliciter, an instrumentis, vel testibus pro bonis uti velit, aliàs illis utendo non evitaret pœnam falsi, si testes, seu instrumenta falsitatis vitio subjacere constiterit, & in his terminis procedit opinio Bart. & sequacium, prout has opiniones concordat *Fulgoſ. d. conſ. 177. vers. ſed videtur dici poſſe, & per tot.*

89 Concorda secundò has opiniones; nam aut quando quis protestatur, velle uti testibus, vel instrumentis pro bonis, donec sibi constet de contrario, pars adversa non assignat causas falsitatis, aut causas assignat, dando fumum falsitatis, Primo casu respondio, & protestatio conditionalis, de qua suprà, subsistit. Secundò verò casu quis tenetur declarare purè, & simpliciter, an illis uti velit nec ne pro bonis legalibus, aliàs si quis post rationes assignatas, & datum fumum, ac terminum præfixum purè, & simpliciter non declarat, & illis utitur, non evitabit pœnam falsi; nam conditionalis responsio in hoc casu non relevat, ut post *Gaudin. de maleſic. ſub tit. de falſ.* tradit *Felyn. in cap. præſentium, n. 11. & signanter vers. & adde quod notat, de teſt.* & ita observat praxis.

Et prædicta comprobat *Decisio Rotæ in Lunen. Sarzanen. Jurispatr. 16. Novemb. 1622. coram Sanctiſſ. D. N. Innoc. X.* juxta quam rescripsit Signatura justitiæ, *26. Martii 1643. in causa Albanen. ſimulationis contractus* proponente *R. P. D. à Valle.*

90 Scribit tamen *Corn. conſ. 233. n. 4. lib. 2.* quem refert, & sequitur Apostilla *ad Caſtr. conſ. 203. Quantum, in fin. ſub lit. C. in verb. Utens, lib. 2.* quod si quis respondeat, nolle uti aliqua falsitate esset bona responsio.

H Tertius habens interesse potest venire ad 91 causam non solùm in prima, sed etiam in ulteriori instantia, *Oldrad. conſ. 55. n. 4. & seq. Laderch. conſ. 21. n. 4. Mandoſ. de commiſſ. formul. 9. in verb. in prima vertitur inſtantia, Rota dec. 312. n. 10. par. 7. recent.* & est ad illam omnino admittendus. *Rot. dec. 618. n. 3. par. 2. recent.*

92 Et tenetur veniens ad causam docere de suo interesse, aliàs non admittitur, *Cap. veniens, il ſecondo, §. cùm igitur, de teſt. Bald. conſ. 427. in princ. lib. 4. Mandoſ. de commiſſ. d. form. 9. in verb. ad cauſam, & in verb pro ſuo intereſſe, Bisignet. deciſ. 1. de reſcript. Rot. dec. 11. de Iud. in antiq. & deciſ. 33. n. 1. & ſeq. par. 1. recent.* & quidem debet de illo docere incontinenti, *d. cap. veniens, §. cùm igitur, de teſt. Mandoſ. de commiſſ. d. form. 9. in verb. pro ſuo intereſſe, vers. quæritur autem.*

93 Suffi-

93 Sufficit tamen, quòd quis doceat de suo interesse summariè, & apparenter, *Felyn.in cap. Cùm super,n.16.de re Iud.Mandos.in d.formul.6.in verb.ad causam,in fin.Ludovic.dec.Perus.26.n.1.& n.10. Bisignet.d.dec.1.de rescript. Rota d.dec.11.de Iudic.in antiq. Put.dec.166.n.3.l.3.Coccin.dec.47. n.19.Seraph.dec.906.n.2.*

94 Et ideò sat est ad probandum interesse, v.gr. aliquem docere se electum, licèt non probet se canonicè electum, *Innoc.in cap. Veniens, il secondo,n.2.vers.debet autem,* & ibi *Felyn.nu.13. vers. quinta conclusio,* ubi quod *Innocentium* in hoc omnes sequuntur,*de Test. idem Felyn.in d. cap. cum super,nu.16,de re jud.Mandos.de Commiss. d.form, 9,in verbo ad causam.*

95 Veniens autem ad causam pro suo interesse, debet venire in statu, & terminis,*cap.2,ut lit. pend.in 6,Oldrad.cons.255,Contra n.4,vers. præterea.Feder.deSen.com.242,in princ.Alex.cons.82 In causa,num.6,l.1,ubi App,in verbo,statu,Felyn.in cap.cùm super,n.15,de re jud.*

96 Sed potest quis venire ad causam dupliciter scilicet Primò ad defendendum causam ceptam, vel Actorem,vel Reum. Secundò principaliter pro suo interesse,ad exclusionem alterius,vel utriusque Litigantis,*Mandos.de Commiss.d.form.9, in princ, vers duobus autem modis.*

97 Primo casu procedit conclusio,quòd Veniens ad causam debet venire in statu,& terminis, in quibus causa repetitur, *Covar.pract. quæst.c.13, nu.1,vers.nos verò,Ludovic.Perus.26,num.25,Seraph.decis.1442,n.5,& 6,Rot.dec.325,n.2,p.3, recent.Coccin.dec.144.n.18,Gregor.dec.303,n.3, Buratt.dec.833,n.2,& seq. Beltramin.ad Gregor. decis.259,n.4.*

98 Secundo verò casu, Tertius potest venire ad causam,vel in statu, & terminis,vel principaliter prout in prima, & debet ad illam admitti prout sibi magis placet.*Covar.pract. quæst.c.13, in princ.& c.14,nu.4,Afflict.dec.235,n.6,Cassad. decis.1,n.3,de except.Rot.decis.17,n.3,part.3,rec. Coccin.decis.144,n.3.Greg decis.303,n.3,Beltramin.ad Gregor.decis.259,n.4,& seq.*

Verumtamen Veniens ad causam in statu, & terminis dicitur litigator voluntarius, & non
100 potest declinare forum,*Bald.cons.427,Reverendissimus,in princ.lib.4,Anchar.cons.183,num.1.& seq.* nec potest mutare naturam, & statum judicii,*Anchar.d.cons.181,num.1,Franc.dec.467,per tot.Rot.in Majoricen.Sacristiæ,16,Decembr.1602, coram clar.me.Card.Pamphilio seniore. Gregor.decis.567,n.7,* † & si reperit terminos subsantiales servatos, non tenetur eos iterum servare,
101 *Chissianen.decis.194, Tertius veniens.*

Quinimo facit omnia acta sua, quæ illi nocent,ac si contra eum facta fuissent, vel ipse ea fecisset, *Rot.decis.98,n.5,& seq.par.1,& decis. 351,n.2.par.3,& decis.450,n.1,& seq.par.4,& decis.313,n.6,& seq.par.6,& decis.224,n.4,par. 7,rec.Coccin.decis.224,n.3,Greg.decis.259,n.1,& decis.303,nu.1,& n.3,Beltramin.ad Gregor.d.decis.259,n.3. Ferentill.ad Buratt.decis.833,n.8,& seqq.*& censetur ea ratificasse,*Rota decis.431,n.5, & decis.705,n.1,par.1,recent.* & non solùm facit acta sua contra se, sed etiam pro se, adeò ut etiam illi prosint, *Gregor. d. decis.303, num.1, Rota d. decis. 452, num.2. par. 3, recent.*

102 Quæ ex præsentatis locum habent,sive Tertius veniat defendendo, sive jure proprio, sive per viam appellationis, sive per viam nullitatis, *Acchil,decis.13,de Appell. Rot.decis. 98,num.5,& seq.par.1,recent.Beltramin.ad Greg decis.259, numer.8.*

103 Sed hoc primò non procedit in prophanis, quando Tertius non venit ad alterius defensionem, sed deducendo principaliter jus suum,licèt veniat in statu,& terminis, *Seraph.decis.906, num.2.*

104 Secundò non procedit,quando Tertius causam de novo committit,veniendo prout in prima,tunc enim non facit acta sua pro se,nec contra se,*Rota decis.98,n.5,& seq.par.1,& decis.352 n.2,par.3,& decis.350,n.2,par.4,recent. Beltramin.ad Gregor.decis.259,n.3, Ferentill.ad Buratt. d.decis.833,num.11.* nec † in hoc casu quicquam
105 refert,an Veniens ad causam sciverit,vel ignoraverit litem agitari, quia distinctio de sciente & ignorante procedit in eo ad quem principaliter causa defensionis pertinet, nam si talis scivit causam agitari,acta illi nocent, secus si ignoravit,*Rota d.decis.460,par.4,recent.*

106 Tertiò non procedit, quando Sententia est lata in contumaciam Partis, & transitum fecit in iudicatum, licèt enim tunc Tertius ab ea appellando faciat eam suam ad effectum numeri, secus est ad effectum, ut ei noceat res judicata, *Seraph.d.decis.906,n.2.*

107 Quartò non procedit, quando tertius venit excludendo Jura utriusque Collitigantis,*Covar. pract.quæst.c.1,n.3,vers.hactenus, Rot. decis.352, n.2.par.3,& decis.357,nu.6, & seq.par.6.recent. Beltramin.ad Greg.decis.259,n.7,Ferentill.ad Buratt.decis.833,n.11.*

108 Quintò non procedit in actis factis post admissionem ad causam, nisi admissus fuerit in unoquoque actu specialiter citatus, *l. de uno quoque ff. de re jud.Vant.de Nullit.ex defect citat.n.19, In trigliol.decis.15,n.97, Beltramin. ad Gregor.decis.259, n.6,* cum aliis cumulatus per *Ferentill.ad Buratt.decis.71,n.5.& decis.833,n.7.*

109 Sextò non procedit in actis, & probationibus,quæ de directo intentioni repugnant, prout si diceretur,quod quis posset appellare, & fecisset suam rem judicatam appellando, *Seraph. decis.996,n.2,Rot.decis.705,n.5.par.1,recent.Beltramin.ad Gregor.decis.259, n.6, Ferentill.ad Buratt decis.833.*

110 Septimò non procedit, quando quis non fuit à Judice explicitè admissus,nam tacita admissio non sufficeret,*Rota in Toletana pensionis, 12, Decembris 1567.coram bo.me.Litta impress.apud Marches.de Commiss.quand.Tert.ad caus.admitt.par.2 §.unico.fol.258.Beltram.ad Gregor.decis. 259,n. 5,Ferentill.ad Buratt.decis.833,n 5.*

111 Nam in hujusmodi admissione requiritur Judicis interloquutoria, *cap. veniens, il secondo, §.cùm igitur ibi interloquuti fuimus, de Test.Mandos.de Commiss.d.formul.6,in verb.admittat.*

112 Et in Romana Curia solent citari Partes in causa existentes, ad videndum admitti ad causam,& docto de interesse Judex admittit, *Mandos.*

doſ. de Commiſſ. d. form. 9, in verbo admittat, & ita quotidie obſervat Praxis.

113 Ex quibus infertur, Primò ut non ſufficiat, ſola Tertii comparitio, nec ſola mandati productio, aut Partis citatio, vel quid ſimile, abſque Judicis decreto, *Creſc. deciſ. 3 de reſcript. Rota in d. Toletana Penſionis, coram bo. mem. Litta, n. 2, apud Marcheſ. de Comm. par. 2. fol. 268.*

114 Infertur ſecundò, ut nec etiam pro admiſſione ſufficiat petere, & obtinere à Judice decretum admiſſionis, cum clauſula conditionali docto de intereſſe, niſi poſtea d. conditio fuerit adimpleta, docendo de intereſſe, aliàs decre m evaneſcit, *Creſc. d. deciſ. 3. de reſcript.*

115 Verum enim vero d. ſeptima fallentia, & illationes præfatæ Primò non habent locum, quando fuit doctum de intereſſe citata Parte, ad dicendum contra Jura, & Judex interpoſuit decretum cum ſolita clauſula admiſſionis, *ſi & in quantum*, nam tunc alia admiſſio non eſt neceſſaria, *Burat. deciſ. 833, n. 1.*

116 Secundò non habent locum, quando Tertius comparendo fecit aliquos actus, qui reſpiciunt merita cauſæ, & negotium principale, vel ſaltem obtinuit decerni Compulſoriales generales, nam hæc tacita admiſſio, aliquod Judicis decretum ſupponens ſufficit, *Put. dec. 91. num. 1, & nu. 3, lib. 1, in correct.* & deciſio *Creſcentii* non loquitur, nec procedit in his caſibus à *Gregor. deciſ. 303, num. 4, & ſeqq.* ubi quod Rota aliàs ita reſolvit.

117 An autem, & quando Tertius poſſit impedire expeditionem, vel exequutionem cauſæ, eſt materia implicita, quia Doctores ſatis confusè loquuntur confundendo terminos, ut etiam advertit *Ludovic. deciſ. Peruſ. 26, num. 7, verſ. verum*, & plures, ac diverſæ deciſiones in ea emanarunt, unde pro clariori intelligentia videtur diſtinguendum.

118 Nam aut Tertius venit ad cauſam, ut liti, vel Reo aſſiſtat, vel ut Reum defendat, & tunc non poteſt venire, niſi in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, juxta tex. *in c. 2, ut lit. pend. in 6.* cum aliis allegatis ſupra *verſ. Primò caſu procedit*, & † ſunt diſtinguenda tria tempora; etenim aut quis venit ad cauſam ante condemnationem, aut poſt condemnationem, ſed ante exequutionem, aut poſt exequutionem factam. In duobus primis temporibus Tertius non citatus veniens ad cauſam dicitur conſtituere triangularem proceſſum, & admittitur ad cauſam in Statu, & terminis, latè *Rota dec. 313, numer. 9, & ſeqq. par. 6, recent.* ſed non poteſt impedire expeditionem, vel exequutionem, niſi quatenus id poſſet Principalis, qui eſt in lite, ſi illa Jura haberet, & deduceret, *Covar. pract. quæſt. c. 13, numer. 1. Ludovic. dec. Peruſ. 26, num. 25, Put. dec. 31, lib. 3, Mantic. dec. 74, num. 4, Burat. deciſ. 833, num. 2, & ſeq. Rot. deciſ. 313, n. 4, par. 6, & dec. 214 n. 13, p. 7, recent.*

120 Sed hoc primò non procedit, quando quis veniret ad cauſam, uti author laudatus, nam tunc, etiam ſi veniret poſt concluſionem in cauſa, ſi ei ſic venienti, ratione minoris ætatis aut aliàs, competeret reſtitutio in integrum, dum ad eum ſpectat principalis cauſæ defenſio, retardaret expeditionem. *Afflict. deciſ. 15, num. 1. & ſeqq.* & ibi *Cæſ. Urſill. nu. 1.* ſe deciſionem *Afflicti* ſæpius practicaſſe teſtatur *Franc. deciſ. 261, nu. 7, & ſeq.*

121 Secundò non procedit, quando quis venit ad cauſam aſſiſtendo ei, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi, & conſtat de principali intereſſe aſſiſtentis, ut fuit deciſum *in Oſcen. de la Piedra, 6. Martii, 1564. coram bo. me. de Rubeis*, quam deciſionem in his terminis procedere, declarat *Coccin. deciſ. 237, nu. 3, verſ. non obſtat, & deciſ. 257, num. 4*, ſi verò iſte Veniens ad cauſam aſſiſtendo in ſtatu, & terminis ex jure ſuo utrumque Litigantem excluderet, tunc non poſſet cauſæ expeditionem impedire, *Fachin. controv. lib. 1. c. 5*, ubi alios allegat, *Biſignett. dec. 4, de Jud. Coccin. d. dec. 237, num. 3, & deciſ. 257, n. 1, & ſeq.* ubi de veriori opinione teſtatur.

122 In tertio verò tempore, quando quis venit ad cauſam poſt executionem factam, tunc non admittitur, quia res non eſt integra, *Magon. dec. Floren. 104 in fin. Rota deciſ. 313, num. 11. par. 6, recent.*

123 Aut Tertius non venit ad cauſam aſſiſtendo, vel defendendo alterum ex Litigantibus, ſed principaliter pro ſe ipſo ad excluſionem utriusque Litigantis, & tunc Tertius poteſt venire, prout in prima novum judicium inchoando, & aliàs prout vult, ex allegatis ſupra, *verſ. ſecundo verò caſu, num. 98*, & regulariter non impedit expeditionem cauſæ inter Collitigantes vertentem, nec exequutionem, cum cauſa Tertii hoc caſu ſit diſtincta, & ſeparata à cauſa Litigantium *l. ſi is, à quo fundus, & l. ſeq. ff. de rei vind. Covar. pract. quæſt. c. 14, num. 4. Mandoſ. de Comm. in for. 9. in verbo, in ſtatu, & terminis, verſ. quæro pendente lite, Ludov. dec. Peruſ. 26. numer. 26, & ſeq. Biſignett. dec. 4, de Jud. Franc. dec. 261, num. 7, & ſeq. Rot. in Melevitana Baiulivatus, 18. Maii 1617. coram bo. me. Dunozetto*, ubi quod hæc eſt regula Juris clariſſima, & à Rota pluries canonizata, *Gregor. deciſ. 396, num. 2. Buratt. deciſ. 824, nu. 4*, & ibi alias cumulat *Ferentill. ſub n. 10, Rot. dec. 357, n. 6, & ſeq. p. 6, recent.*

124 Præſertim ſi ipſe non poſſideat, & poſſeſſio ſit plena, nam poterit uti Jure ſuo contra denuo Miſſos, cùm ei ex immiſſione inferatur præjudicium, *d. l. ſi is, à quo, ff. de rei vindic. Covar. pract. quæſt. c. 16. n. 2, verſ. jus tandem, Caſ. de Graſſis dec. 5, nu. 4, de verb. ſignif. Rot. dec. 539, n. 10, in fin. p. 4, recent. Cavaler. dec. 305, nu. 1*, niſi forte ratione dubitationis Adverſarii, quæ militat, quando cœpiſſet agere ante latam Sententiam ut poſt *Covarr. d. c. 16, num. 2, & ſeq.* tradit *Caſ. de Graſſis d. dec. 3, n. 4, de verb. ſignif.*

125 Sed concluſio Primò non procedit, ſi poſſeſſio eſſet vacans, nam tunc poteſt Tertius impedire executionem, quia facilius poterit obtinere immiſſionem, ſi poſſeſſio ſit vacans, quàm [illegible] plena. *Ludovic. d dec. Peruſ. 26, n. 14, Caſar. d. Graſſ. d. dec. 4, n. 4, de verb ſignif.*

126 Secundò non procedit, quando Tertius, qui contendit impedire exequutionem Sententiæ, poſſidet, vel aſſeverat, rem petitam eſſe penes ipſum, vel ſe poſſidere; nam tunc cùm Poſſeſſor ſit ſemper audiendus, impedit Sententiæ exequu-

quutionem, nam aliàs fieret exequutio contrà Tertium non victum, quod non est admittendum, *Cap. cum super, de re jud. l. à Divo Pio, § si super rebus, ff. de re jud. Covar. pract. quæst. c. 19, numer. 3, vers. tertia solet, Ludovic. decisione Perus. 26, n. 15, Gregor. decis. 396, n. 5, Rot. decis. 17, n. 1, & seqq. & nu. 6, par. 3, recent.* in qua fuit decisum, Tertium hoc casu impedire exequutionem, etiam trium conformium.

127 Tertiò non procedit, quando Tertius ante exequutionem factam venit Jure proprio, deducendo principaliter ex persona propria jus suum quod nullam habet connexionem cum jure Litigantium, nam tunc impedit exequutionem, 132 etiam trium conformium, latè *Rota dec. 17, n. 1, & seqq. par. 3, & decis. 313, num. 16, & seq. par. 6, recent.*

128 Et hoc locum habet, sive quis veniat principaliter deducendo jus suum, prout in prima etiam post tres conformes, *Rota d. dec. 17, n. 1, & seqq.* sive veniat in statu, & terminis, pariter jure 133 proprio, non ad defensionem alterius, sed pro se ipso in prima, vel secunda instantia, etiamsi Sententia fuisset lata contra Partem in contumaciam, & transisset in rem judicatam, quia licèt Veniens ad causam in statu, & terminis, ab ea appellando, faciat sententiam suam, quoad numerum, cum aliis sententiis faciendum ad effectum rei judicatæ, non tamen operatur, ut dictus Veniens in statu, & terminis censeatur approbare illam qualitatem transitus in judicatum, cùm hoc repugnet ejus intentioni, contraria enim sunt facere rem judicatam suam, & Sententiam impugnare: nam admissio ad causam præ- 134 supponit eam adhuc durare, non autem illam esse penitus exstinctam per rem judicatam, latè *Seraph. decis. 906, n. 2.*

129 Et in his terminis, & secundùm *d. decis. Seraph.* quam allegat, debet intelligi *Rota d. decis. 17, n. 3, vers. & iste Tertius, par. 3, recent.* dum dicit quod Tertius veniens in statu, & terminis impedit exequutionem, non enim hoc potest intelligi de exequutione trium conformium.

Tum quia *Jo. Andr. in c. 2, num. 1, vers. ille autem, & Gemin. num. 9, ut lit. pend. in 6, & Covar. pract. quæst. c. 13. in prin.* per eam allegati, id non dicunt, sed solùm quòd Veniens ad causam pro suo interesse, quando non venit ad defensam, vel assistentiam alterius, potest venire, vel in statu, & terminis, vel prout in prima, sicut idem etiam tradit *Seraph d. decis. 906, nu. 1*, pariter per eamdem *Rotam d. n. 3*, allegatus, qui ut supra 135 expressè loquitur tam sub *nu. 1*, quàm sub *nu. 2*, de unica Sententia lata in contumaciam, quæ transierat in judicatum, non autem de tribus conformibus.

130 Tum etiam quia videtur impossibile, quòd 136 post tres conformes possit quis venire ad causam in statu, & terminis, etiamsi non veniat assistendo alteri, vel defendendo Collitigantem, sed jure proprio, & principaliter ex persona sua, nam quicquid sit, quando est lata una, vel altera 137 Sententia, etiam si transierit in judicatum juxta *d. decisionem Seraphin.* tamen quando fuerunt latæ tres conformes, cùm Tertius veniendo in statu, & terminis faciat illas suas signanter quoad numerum, *Seraph. d. decisione 906, nu. 2*, causa remaneat penitus extincta ob rem judicatam, quàm tres Sententiæ faciunt: & non entis nullæ sunt partes *arg. l. ejus qui in provincia, ff. si cert. petat.*

Facta verò exequutione, quia res non est amplius integra, non poterit Tertius audiri, nisi firma manente exequutione, etiam si veniat principaliter prout in prima, ex jure, & persona propria, nec poterit exequutionem revocare, nisi prius obtinuerit in causa, quia hoc non reperitur Jure cautum, *Rot. d. decis. 17, nu. 6. par. 3, recent.*

Hæc tamen tertia fallentia videtur eadem cum secunda, nam *in d. decis. 7, n. 6, par. 3, recent.* constat quòd Tertius asserebat se possidere, in d. verò *decis. Seraph. 906, n. 3*, idem videtur, dum ibi interesse Clericorum censetur inseparabile ab interesse Civitatis, quæ est ratio, ob quam ibi Civitas, uti tertia, exequutionem retardabat.

Quartò non procedit, quando Tertius plenè & incontinenti veller docere de jure suo, quia cum tunc cesset omnis calumnia, & suspicio fraudis, non solùm recipienda est probatio, sed etiam per illud breve tempus retardanda exequutio, *Covar. pract. quæst. c. 16, n. 2, & seq. Ludovic decis. Perus. 24, n. 10. & seq.* ubi declarat, hoc procedere, quando Tertius antea non habuisset notitiam litis, vel in casibus, in quibus Sententia lata non obesset Tertiò, *& num. 13, & seq.* ubi tradit exempla probationis faciendæ incontinenti per Instrumenta, vel sententias in judicatum transactas.

Quintò non procedit, quando duo litigant in possessorio, & Tertius comparet in petitorio ad impediendam exequutionem trium conformium in casu, in quo exequutio fieri non potest sine scandalo, dummodo incontinenti, id est, ex actis, vel probationibus in Curia faciendis Tertius hanc suam intentionem probet, in quibus terminis fuit admissus *Rex Portugallia* ad hujusmodi probationem faciendam, ad effectum impediendi exequutionem trium conformium latarum inter duas Moniales de Abbatissatu Monasterii contendentes, ut per *Mohed. decis. 19, de rest. spoliat. Put. decis. 317, libro 2, in correct. Rota decis. 313, nu. 15. par. 6, recent.* secus si nihil probetur de novo incontinenti, *Verall. decis. 153, in princ. par. 3, Put. d. decis. 317, num. 5, in fin. lib. 2, in correct. Rota decis. 323, n. 15, & seq. par. 6, recent.*

Sextò denique non procedit, quando condemnatio esset facta in una re, & exequutio fieret in alia, nam tunc Tertius illam impediret, *Ludovic.* qui alios allegat *decis. Perus. 26, num. 16,* 1 Juramentum in supplementum plenæ probationis non est propriè probatio, sed relevatio ab onere probandi, *l. eum qui in princ. ff. de jurejur. Alex cons. 59, in causa nu. 5, lib. 7, Marches, de commiss. relax. Jur. ad eff. agen. par. 3, § 1, n. 23. fol. 191 secundùm nov. impress.*

Sed primò ad hoc ut delationi Juramenti in supplementum locus sit, requiritur scientia verisimilis per actum corporeum in jurante, qui in hoc æquiparatur Testi, *Marian. de ord. Jud. par. 6, act. 9, num. 5, Papien. in Prax. in for. respon. Rot. con-*

conven.§. jusjurandi,n.11,Seraph.d.privil.33,n.5, Ludov.dec.Lucen.42,n.16.

138 Secundò requiritur, quòd petens hujusmodi Juramentum sibi deferri, sit bonæ, & honestæ vitæ,& non suspectus de perjurio, *Maran.d.par. 2,act.9,n.6, Seraphin.d.privil.33,nu.5,Ludov.decis.Lucen.42,n.17.*

139 Tertiò requiritur, ut his, cui juramentum suppletorium est deferendum, semiplenè probaveri suam intentionem, *admonendi ibi solent, &c.ff de jurejur. l.in bonæ fidei, C. de jurejur cap. fin.de Jurejur.Jason.in d.l admonendi. numer.75, ff.de Iurejur. Roderic.Suar.in 4 lib.2, Foroleg.sub tit.de las Iuras, numer.19, & seqq.* ubi de recepti testatur, *Alex.cons.53 numer.3, & seq.lib.1 Papien in Prax.in Form. resp. Rei convent.§.Ius jurandi,num.11,& seq. Vestr.in Prax. lib.7,cap.1, nu.10,*ubi de communi, *Laurent.decis. Avenion. 109,n.3,Ludovic.decis.Lucen. 42,nu.12,& seqq. & nu.27. & seq.Seraph.de privil.Iuram.privil.33, n.4,*ubi de communi.

140 Unde infertur, quòd testis ad hoc,ut faciat semiplenam probationem, ad effectum de quo agitur,debet esse omni exceptione major, *Glos. in§. item verborum.in verbo idoneos, instit. de inutil.stipul.las.in l.admonendi,numer. 29.ff.de jurejur.Seraph.d.privi.33,n.9,Lauren.decis. Avenionen. 105,n.3.*

141 Et ad hoc ut juramentum hujusmodi denegetur,Parte opponente, sufficit in Teste quilibet minimus defectus,*Mandos decis. Florent.12,nu.*

142 *12.& seqq.& decis.Lucen 9,num.22,* & † debet Testis reddere causam scientiæ sui dicti, etiam non interrogatus,*Maran.de ord.Iud.par.6,act.6, num.14.*

143 Et multo magis deferendum est hujusmodi juramentum ei,qui plusquam semiplenè probavit, *Amat,decis Ferrar.61,n.1,Mantic.decis.124, num.12.*

144 In quo deferendo plurimum intrat arbitrium Judicis,*Menoch.de arb.jud.lib.1,c.160,nu. 12,nu.18,& nu.11,Seraph.d.privil.33,nu.112. Marches,de commiss. relax. juram. ad effect. agen. par.3,§.1,num.34.fol.19,Amat.d.dec.Ferrar.61, nu.1.*

145 Quartò requiritur, quòd juramentum fuerit petitum, sufficit tamen quòd petitum fuerit generaliter per clausulam,*petens,&c.* in libello appositam, *Bonserin.Magon.decisione Lucen.96,sub lit.A,in versi.clausula,petens, &c.* ubi alios cumulat.

146 Et si fuit petitum ante conclusum in causa, potest deferri etiam post conclusionem, *Fulgos. cons.145,col.fin.vers.ex quibus,Seraph.d.privil.33, nu.7,& seq.*ubi de communi, *Maran.de ord. jud. par.4,distin.9,n.29,& par.6,act.9,n.3,& seq. Asin in Prax §.23,cap.6,limit.28.n.1, Ludovic.dec. Lucen.42,n.21.*

147 Post conclusum autem in causa peti non potest,nec ad instantiam Partis deferri, *Fulgos cons. 11, Emphiteota in fin Seraph. d.privil.33,nu.10, Burat.* qui ita observare consuetudinem tradit *in l.admonendi,nu.61.ff.de jurejur.Capic.decis.35, n.2.*

148 Sed ex officio Judex potest illud deferre etiam post conclusum in causa, *Maran.de ord.jud. par.4,dist.9,n.20, Seraph.d.priv.33, nu.10,vers. ultim.*

149 Et si in prima instantia fuit omissum, poterit peti in secunda instantia, vel ulteriori, *Capic.d. dec.35,n.4,& n.6.*

150 Quintò requiritur, quòd causa sit modici momenti,nam in causis gravibus,& magni momenti, juramentum suppletorium regulariter non defertur *Marant. de ord. jud. d. par.6,act.9, n.7,Seraphin.privil.33.n.10.vers.in causis, & nu. 11,& seq.Papien.in Prax.d.§.jusjurandi n.11,Ludov.decis.Lucen.42,n.18,*cum aliis cumulatis per *Ferentill,ad Buratt.decis.266,n.12.*

151 Sed hoc non procedit in causis prophanis civilibus, in quibus quando quis plusquam semiplena probavit,si persona sit honestæ vitæ,Juramentum in supplementum rectè defertur etiam in causis magni momenti,*Seraph. d privil.33,nu. 10,& n.135,& n.228,Ludovic. decis. Perus.100, n.7,Mantic.decis.6,n.8, & nu.10, & decis.34.n.4, decis.114,n.12.Put.d.decis.421,n.3, & seq.lib 2,in correct.*

152 Et hinc est,quòd cùm in Rota cognoscantur causæ graves,& magni momenti, de stylo illius S.Tribunalis non defertur juramentum suppletorium,nisi probatum fuerit plusquam semiplenè,*Seraph.dec.566,n.1,& n.3.*

153 Aliquando tamen datur juramentum suppletorium ex conjecturis probabilibus, & urgentibus,ut post *Bald.in l.si fundus in fi.C.de rei vindic.* tradit.*Seraph.d.priv.33,n.9.*

154 Quod signanter procedit in materia liquidationis fructuũ,quæ est difficilis probationis, adeo quòd sicut probatur ex præsumptionibus & conjecturis,ita concurrentibus aliquibus conjecturis,potest in ea deferri juramẽtum in supplementum,*Rot.dec.767,n.3,i fin.p.3,recent.Burat. decis.17,n 8.*ubi quod ita observat Sacrum Palatium,*& decis.727,n.7,* cum aliis cumulatis per *Ferent.ibidem sub n.9,lit.C.*

155 Aliquando etiam datur Juramentum ad probandum qualitatẽ,prout quando substantia crediti est probata,nam tunc quantitas probatur juramẽto suppletorio,*Cravet.cons.198.n.9,Seraph. de priv.juram.priv 36,n.2,Ludov.dec.Lucen.42,n.*

156 *28,Duran.dec.90,n.19,*quia quantitas sicut qualitas facilius probatur,quàm substantia,*Rota dec. 358,n.13 par.3.recent. Gregor.dec.458,n.10, Ros. decis.87,n.13,par.6,recent.Burat.de.is.183,n.3.*

157 Sunt tamen plures casus, in quibus juramentum suppletorium deferendum non est,qui paucis,ut infra,perstringi posse videntur.

158 Primò igitur non defertur juramentum suppletorium ei, qui habet præsumptionem juris contra se,*Bart in l.inter omnes,§ rectè n.3,vers.tamen brevius.ff.de furtis*, cum aliis cumulatis per *Ossasc.decis.71,numer.1, Ludovic. decis Lucen.42, num.33.*

159 Secundò non defertur in pœnalibus, & criminalibus,*Papien.in prax in form.resp.Rei conven. §.jusjurandi,nu.12,Maran. de ord jud. par.6,prin. act.9,n.7.Seraph d privil.35,n.201, & seqq. Rota Lanuen.decis.5,n.3,Bonserin.ad Magon decis.Lucen. 57,in verb.juramento suppletorii sub lit B.* ubi de communi,*Ludovic.d.decis.Lucen.42,n.17.*

160 Sed hoc non procedit in Reo in causa Criminali

nali se defendente, *Alex.consil.66,n.1, & seqq.lib.1, Bonserin. ad Magon.dec. Lucen. 57,in d.verbo juramenti suppletorii sub lit.B.*

161 Tertiò non defertur, quando Lex seu Statutum requirit certum numerum Testium.

Quartò, quando agitur de probando Errore publici Instrumenti, vel illo reprobando.

Quintò, quando verisimiliter possunt haberi plures Testes, prout si agatur de probanda consuetudine, vel aliquo notorio in quibus terminis procedunt etiam tradita per *Ludovic. decis. 42, n.18, & seq.*

Sextò, quando Actor fuit negligens in faciendo examinari plures Testes, quod habere poterat, & non curavit examinari, nisi unum, imputet enim sibi.

Septimò, quando non est probatum semiplenè per Testem de visu, & sic per veram probationem, sed solùm per Famam.

Octavò, quando Testis non est omni exceptione major, ex prælegatis *vers. unde infertur n.140.*

Nonò, quando Testis deponit in verisimilia.

Decimo, quando agitur contra Judicem stantem in Sindicatu.

Decimo primò, quando agitur de revocatione alterius Juramenti, vel declaranda sententia nulla.

Decimo secundò, quando agitur de probando, quòd quis sit Procurator, aut simili probatione requirente scripturam.

Decimo tertiò, quando agitur de probanda ingratitudine.

Decimo quartò, quando recurritur ad Ecclesiam ob defectum Justitiæ sæcularis.

Decimo quintò, quando Fidejussor repetit à Principali solutum.

Decimo sextò, quando agitur de probatione doli.

Decimo septimò, quando agitur de causa gravi, prout Filiationis, Status, Spurietatis, & hujusmodi.

Decimo octavò, quando agitur de causa Matrimoniali, vel Monachatus, vel Usurarum.

Decimo nonò, quando agitur de causa omnium, vel majoris partis bonorum.

Sed hoc non procedit, quando fuit plusquam semiplenè probatum, ex allegatis supra in quinto requisito, *vers. sed hoc non procedit, n.171.*

XX. quando agitur de causa Beneficiali, secus si tantùm de fructibus Beneficii.

XXI. quando agitur de conditione adjecta per Judicem verificanda, prout condemno te si non probaveris.

XXII. quando agitur de probanda præscriptione triginta annorum.

XXIII. quando agitur de probando interesse singulari ob majorem affectionem, quam quis habet in re ultra alios, prout in Filio.

XXIV. quando examinantur Testes ad perpetuam rei memoriam.

XXV. quando examinantur Testes, qui possunt repelli ex causis, de quibus *in l. 3, ff. de Test.*

XXVI. quando Lex, vel Statutum requirit legitimam probationem.

XXVII. quando agitur de probanda exceptione Excommunicationis proposita in vim dilatoriæ.

XXVIII. quando agitur de probando dominio, juxta *dec. Coccin. 69, n.1, & seq.*

XXIX. quando agitur per viam Denuntiationis Evangelicæ, juxta *tex. in c. novit. de Jud.*

XXX. quando non fuit petitum ante conclusionem in causa ex allegatis supra, *vers. post conclusum, n.147.*

XXXI. quando Testis non respondit Interrogatoriis sibi factis, aut alium paritur defectū.

XXXII. quando Petens Juramentum sibi deferri, laceravit Instrumentum per iracundiam.

XXXIII. In ultimis voluntatibus.

XXXIV. quando causa est decidenda de rigore Juris.

XXXV. quando non fuit adhibita causæ cognitio.

XXXVI. quando quis fuit protestatus contra personam ejus, quem examinari curavit, quia videtur eum reprobasse.

XXXVII. quando agitur contra Tertium ex delicto alterius, prout quando Villa tenetur pro Delinquente, tunc enim damnum debet plenè probari.

XXXVIII. quando Testis non reddit rationē sui dicti, quod tamen non caret dubitatione.

XXXIX. quando Testis, vel Principalis jurare volens esset persona ignota.

XXXX. quando jurare volens non esset de negotio benè informatus, nam hujusmodi juramentum solummodo defertur scienti veritatem.

Hos casus latè tradit, ac discutit *Seraph. de privil. Juram d.privil. 33, à n.14. per tot.* Et licèt *Card. Tusc. lit. I. conclus. 140.* ponat casus quadraginta quinque cum pluribus declarationibus, *Soccin. verò reg. 204.* octuaginta congerat casus, quia tamen Doctores videntur aliquos superfluè retro asse, ad superius deductos illos restringit *Seraph. d. privil. 33*, ut ipse asserit ibidem *sub num. 4.*

162 Quamvis in causis à ducentis ducatis infra A. C. habeat facultatem procedendi manu regia, processus tamen, ut Praxis declaravit, in his causis est ferè ordinarius, & datur appellatio ad

163 utrumque effectum. † Quò verò ad causas pro, & inter Notarios A. C. & eorum Familias, occasione negotiorum officii, & inter, & contra Mercatores, in quibus pari modo A. C. manu regia vigore ejus facultatum procedere potest, fit Processus exequutivus sine Monitorio, & non admittitur in eis appellatio suspensiva, juxta superius tradita, *part. prima, capitulo primo, vers. 6, exequutive n.65.*

164 Quinimò, licèt causæ Mercedum sint de Jure summariæ, ut dictum est supra, hac eadem *par.2, c.1 sub lit.H. vers. 28, quando* & pro Mercede competat etiam via exequutiva, ut dictum est supra, *parte 1. cap.1, sub lit. B. versic. 10, pro Mercede*, & quoad appellationem soleat distingui, quod aut Petens Mercedem habet unde, se aliunde alere possit, & tunc

cùm Merces non possit esse loco alimentorum detur appellatio ad utrumque effectum, *Scace. de Appell.qu.17,limit 8,n.8,Gratian.discept.257, n.44,& seqq.& decis.March.53,n.9,Rot.dec.764 nu.3,par.1,divers. & in Anconitana Mercedis, 20 Decembris 1602.coram bo.memor. Card.Sacrato impress. apud Marches.de commiss. Appell. in caus. Merced.par.1,fol.1199.* Aut Petens Mercedem est pauper non in genere, sed in specie, & non habet unde se alat, & non datur appellatio suspensiva, quia tunc Merces succedit loco alimentorum, *Marches.de Commiss. appell. in caus. Merced.par.1,§.1,n.57,& nu.62,fol.1195, Rot. d.dec.764,in princ. & per tot.par.1,divers. & in d. Anconitana Mercedis,apud Marches.d.fol.1199,il primo.* 169 170

165 Nihilominus in Tribunali A. C. in causis Mercedum proceditur via Monitorii, & fit processus,prout in aliis causis pecuniariis, & obid datur etiam appellatio suspensiva, & ita Praxis in dies observat,hoc enim casu, agendo via ordinaria Monitorii,censetur viæ exequutivæ renunciatum,juxta tradita per *Burat.dec.208,n.1, & seqq.* 171

166 Quo verò ad causam Alimentorum est distinguendum, Nam aut agitur de alimentis præteritis, quæ petuntur jure actionis, & tunc requiritur Monitorium, & fit processus,prout in aliis casibus pecuniariis appellabilibus, ac proinde datur appellatio etiam suspensiva, *Spec. de Appell.lib.2,§.in quibus,n.11,Surd. de Alim. tit. 8,privil.60,num.15.& seqq.Salust.Tiber.in Prax. lib.4.fol.489, vers. & licèt, Marchesan.de Commiss.appell.in caus.alim.par.1,§.1,numer.176,& seqq.fol.166,& seq. Rot.decis.764,num.4,par.1, divers.* cum aliis cumulatis per *Burat.decis.208, num.5.* 172

167 Aut agitur de Alimentis futuris, & tunc proceditur via exequutiva,absque Monitorio, juxta superius tradita *par.1,c.1, sub lit.B, vers.pro Alimentis futuris*, & non datur in hoc casu appellatio suspensiva, *Specul. de Appell.d.lib.2,§.in quibus,vers.sed numquid,numer.11, Marches.de Commiss.in caus. Alim.par.1,§.1,num.16 fol.1152, & num.166,& seq.fol.1166,Surd.de Alim. tit.8,privil.60,num.5,& seqq.& num.17,& seqq. Sal.Tib. in Prax.lib.4.fol.489,vers. & licet,Pontan.de Aliment.c.19,n.3,Rot.decis.764,nu.1,& seqq. p.1,diverſ.Buratt.d.decis.208,n.6,& seqq. optimè Rot. in Anconitana Alimentorum de Aquilanis,4,Decembris 1585, coram bo.me. Orano,apud Marches.de Commiss.par.1.fol.1171.* 173 174

Quod sine difficultate procedit , quando constat de paupertate Alimentarii, qui non habet unde aliunde vivat, aliàs secus, *Jo. And. ad Specul.de appell. §.in quibus, sub lit. Q. Marches. de commiss.app.in caus.alim.par.1,§.1,num.12, fol. 1152,Afflict.decis.152.n.3,Rot.d.decis.764, nu.1, & seq.par.1,divers.Buratt.d.decis.208,num.6,& seq.* 175

168 Et ratio est , ne interim donec disceptatur, Creditor alimentarius fame pereat, cùm Venter dilationem non patiatur , *Marches. de Commiss.appell in caus.alim. par.1,§.1, numer.167,& seqq fol.1166,Surd.de Alimen.tit.8,privil.60, numer.11.*

Ac proinde infertur , quòd quando Alimentarius est pauper , & non habet unde aliunde se alat,non est distinguendum , an alimenta petantur jure actionis, vel Officio Judicis , nam utroque casu appellatio suspensiva denegatur, quia militat eadem ratio in utroque , ne scilicet Creditor fame pereat, *Marches. de Commiss.appell in caus.alim.p.1,§.1,nu.170 & seqq.fol.1166, Surd.de Alim.d.privil.60, numer.22,vers.hoc tamen.*

Quod etenim dicitur de officio Judicis, ideo dicitur , quia alimenta Pauperis regulariter petuntur officio Judicis , sed quando datur casus , quòd Pauperi fuerint relicta alimenta, licèt petantur tunc jure actionis, non tamen datur appellatio suspensiva, cùm privilegium non consistat in actione, vel officio Judicis, sed in paupertate,ut benè explicat *Surd. de Alim. d.privil.60,n.22.*

Alimenta verò futura ea dicuntur, quæ post litem motam , seu contestatam decursa sunt, *Surd.de Alimen.d.privil.60,n.16,Marches. de commiss.appell in caus alim.par.1,§.1,num 13 fol.1152, Pontan.de Alim.c.19,num.3,Verall.decis.24,par.1, Rot.decis.764,n.5,par.1,divers.* ubi quod ita sæpius fuit in Rota decisum.

Sed conclusio , quòd quando agitur de Alimentis futuris,non datur appellatio suspensiva, Primò non procedit , quando Judex debitum modum excessisset , quia tunc ab excessu, sicut à modicitate, datur appellatio, *Specul.de Appell. lib.2,§ in quibus,num.11,vers. nisi diceretur Judex, Marches.de Commiss.appell.in caus.alim.par.1,§.1, n.202.fol.1169.*

Secundò non procedit , quando causa esset effecta semel appellabilis,*Pontan.de Alimen.c.19 n.6,& seq.*

Tertiò non procedit, quando fuit actum via ordinaria , quia tunc videtur renunciatum viæ exequutivæ,etiam si illa aliàs competiisset, *Buratt.decis.208,n.1,& seq.*ubi alias decisiones cumulat.

Verum si causa sit exequutiva , & Monitorium per compartionem Partis resolutum in simplicem citationem , juxta superius tradita hac eadem *par.2.c.3. sub lit.* A. non ideo causa desinit esse exequutiva,*Gregor decis.307, nu.18, Ferentill.ad Burat.d.decis.208, nu.11,* nisi postea illo reintegrato,vel servatis terminis substantialibus pronunciatum fuerit per Cedulam , prout in causis ordinariis, in quibus terminis procedit d.decis.*Buratt.308,n.1,& seqq.*

SUMMARIUM CAP. V.

1 *Post causas summarias vigore facultatum A.C. existentes , superest videre de causis summariis de sui natura.*

2 *Judicia possessoria inter causas summarias non infimum locum tenent.*

3 *Possessorium aliud adipiscendæ, aliud retinendæ, aliud recuperandæ.*

5 *Constituens se nomine alterius possidere, transfert in eum*

eum veram, ac realem possessionem, adeò quòd non egeat alio Mandato de immittendo.

5 *Constitutum possessorium in quibus clausulis consistat.*

6 *Clausula* Constituti *vigore potest procedi exequutivè absque Monitorio, etiam contra Tertium.*

7 *Licèt judicium vigore clausulæ* Constituti *sit exequutivum, rectius de illo agitur inter possessoria summaria, & quare.*

8 *Virtute clausulæ* Constituti *agere volens pro obtinendo Mandato de Associando, quid facere debeat.*

9 *Citatio ad videndum associari ad possessionem, & ejus Formula, & Processus.*

10 *Agens vigore clausulæ* Constituti, *quando possit citare ad videndum concedi Familiam ad effectum associandi, absque alia citatione ad dicendum contra.*

11 *Citatio ad videndum concedi Familiam ad effectum associandi, & ejus Formula, & Processus.*

12 *In terminis ad dicendum contra, & ad videndum associari, quid à Constituente opponi possit.*

13 *Si Constituens jura producit ad probandas suas exceptiones, quid opponere, & quomodo protestari debeat Constitutarius, & quomodo Judex pronunciare super admissione illorum.*

14 *Si Constituens nihil relevans opponit, elapso termino contento in Decreto post exequutam Intimationem, expeditur Mandatum de Associando.*

15 *Mandatum de Associando, ad effectum satisfaciendi sibi de credito ex fructibus rei, ad quam fit associatio, & ejus Formula.*

16 *Aliud Mandatum de Associando ad rem uti propriam & ejus Formula.*

17 *Mandatum de Associando expeditum datur Exequutori Curiæ, ut associet, & Notarius de Associatione conficiat Instrumentum.*

18 *Instrumentum publicum associationis in vim Mandati de Associando, & ejus Formula.*

19 *Apprehendens possessionem domus, in qua est Inquilinus, quid facere debeat, ut illam acquirat.*

20 *Constitutum possessorium quid sit.*

21 *Constitutum differt à Precario, & in quibus, quid sit Precarium.*

22 *Clausula Precarii generaliter apposita super incertis non transfert aliquam possessionem manutenibilem, secus super certis ratione quota, vel loci, vel utriusque.*

23 *Constitutum possessorium transfert in Constitutarium possessionem, etiam in incorporalibus.*

24 *Constitutum possessorium potest transferre possessionem in Constitutarium, licèt titulus habilis, vel justa causa non procedat.*

25 *Constitutum possessorium, licèt dicatur fictus modus traditionis, transfert tamen veram possessionem, ac manutenibilem.*

26 *Constitutum possessorium transfert omnem possessionem, tam civilem, quàm naturalem, adeò quòd penes Constituentem non remaneat, nisi nuda detentatio.*

27 *Constitutum possessorium operatur translationem dominii, etiam in Infantem ex stipulatione Notarii.*

28 *Constitutum possessorium tribuit facultatem capiendi possessionem propria authoritate, sed nihilominus Debitor constituens, & multò magis Tertius, est citandus ad videndum associari.*

29 *Constitutum probat possessionem ad quoscumque effectus, & operatur, ut Constitutario competant omnia remedia possessoria.*

30 *Constitutum possessorium est sufficiens ad intentandum remedium recuperandæ.*

31 *Constitutum possessorium est sufficiens ad probandum primum extremum in Spolio.*

32 *Constitutum possessorium est sufficiens ad obtinendum Mandatum de Manutenendo.*

33 *Constitutum possessorium est sufficiens ad probandum primum extremum in Salviano.*

34 *Constitutum possessorium operatur, ut possit agi ad traditionem actualis possessionis, & obtineri Mandatum de Associando.*

35 *Constitutum possessorium operatur, ut Mandatum de Associando possit obtineri, etiam contra singularem Successorem, & etiam mortuo Constituente.*

36 *Constitutarius, qui est negligens in apprehendenda possessionem actualem, & patitur illam ab alio occupari, non potest obtinere Mandatum de associando, secus si ignoravit, & n. 61.*

37 *Constitutum possessorium probat possessionem Constituentis contra illum, & ejus Hæredes, ac habentes causam ab eo, etiam si sint Successores singulares.*

38 *Constitutum possessorium probat possessionem Constituentis contra Constitutarium, sicut ad ejus favorem, & contra habentes causam ab illo.*

39 *Constitutum possessorium operatur, ut mortuo Constitutario continuetur possessio in ejus Hæredes.*

40 *Constitutum probat inter Contrahentes, & habentes causam posteriorem ab eis.*

41 *Solum Constitutum possessorium non probat possessionem ad favorem Constituentis.*

42 *Solum Constitutum possessorium non probat possessionem Constituentis contra Tertium, non habentem aliquam causam ab eo, sed debet possessio aliunde probari de tempore contractus.*

43 *Constitutum in contractu simplicis Donationis positum facit illam præsumi inter vivos.*

44 *In claris non est opus conjecturis.*

45 *Constitutum possessorium assumit naturam contractus, cui adjicitur, ab eo regulatur, & intelligitur secundùm subjectam materiam.*

46 *Constitutum positum in contractu nullo nihil operatur, & n. 52.*

47 *Constitutum positum in obligatione conditionali efficitur conditionale, sed purificata conditione retrotrahitur, nisi interim sit alteri jus quæsitum.*

48 *Constitutum possessorium nihil operatur, si constat, quòd Constituens de tempore constituti sibi non possidebat, vel possidere non poterat.*

49 *Constituens, se possessurum post mortem nihil agit, & quare.*

50 *Quis potest constituere se possessurum post mortem, si in Constituto apponatur clausula,* ex nunc prout ex tunc.

51 *Clausula, ex nunc prout ex tunc, quid operatur.*
52 *Constitutum possessorium in contractu invalido nihil operatur.*
53 *Constitutum in contractu simulato, nihil operatur.*
54 *Constitutum non operatur, si Constitutus remanet in possessione, nisi remaneret jure familiaritatis.*
55 *Constitutum non operatur, si Lex, Statutum, vel Consuetudo requirat veram, & actualem traditionem.*
56 *Constituens se possidere rem incertam, ratione quotæ, & loci, nihil agit.*
57 *Quis potest constituere se possidere rem incertam dummodo postea certa reddatur.*
58 *Quis potest constituere, se possidere rem certam ratione loci, vel quotæ.*
59 *Constitutum possessorium appositum super omnibus bonis præsentibus, & futuris operatur translationem possessionis in Constitutarium.*
60 *Constitutum possessorium debet continere certitudinem ab initio in particulari, vel in universali aliàs nihil operatur.*
61 *Alii usque ad triginta sex casus in quibus Constitutum possessorium nihil operatur.*
62 *Clausula, Constituens, &c. non importat Constitutum possessorium, & quare, & quid importet.*
63 *Per verbum* & donec, &c. *extenditur clausula Constituti de Stylo Notariorum Urbis.*
64 *Clausula Constituti sub clausula caterata,* & interim, &c. *continetur.*
65 *Possessio regulariter non acquiritur, nisi expulsis Colonis, & Inquilinis à facie rei, cujus possessio capitur.*
66 *Si possessio est vacans, sufficit quòd Coloni, vel Inquilini Capientem possessionem in dominum recognoscant, respondendo de fructibus, ac solvendo Pensiones, & facta de his adimplendis obligatione jurata.*
67 *Si possessio est capta de mandato Judicis, sufficit vel expulsio Colonorum, seu Inquilinorum, vel recognitio.*
68 *Immissio facta auctoritate Judicis aliquam Colonorum, vel Inquilinorum expulsionem non requirit.*
69 *Authoritas Judicis operatur, ut Possessor debeat suspicari se posse repelli, quæ sola suspicio sufficit ad amissionem possessionis.*
70 *Possessio capta authoritate, & mandato Judicis non requirit recognitionem in Dominum, si Judex ritè, & rectè causa cognita processit, aliàs secus.*
71 *Judex ritè & rectè procedendo privat possessione.*
72 *Judex, nulliter, & injustè procedens, non privat aliquem sua possessione, adeo ut nec etiam recognitio Colonorum suffragetur.*
73 *Colonus de jure novo non potest invertere possessionem Domini, alteri possessionem tradendo, eumque in dominum recognoscendo.*
74 *Rota passim contra factum Judicis, nulliter, & injustè procedentis, concedit Mandatum de manutenendo.*
75 *Judex nulliter, & injustè procedens, si Possessor suspicatur, se posse repelli, privat possessione, unde infertur spolium.*
76 *Judex, qui non ritè, nec rectè procedit, dicitur procedere ut privatus, & spoliare.*
77 *Ut Judex dicatur spoliare, injustitia debet esse patens, & notoria.*
78 *Negligens per decennium in recuperatione possessionis naturalis amittit etiam civilem.*

De Constituto possessorio. Pars Secunda, Cap. V.

1 VIso de causis, quæ virtute ordinariarum A. C. facultatum summatim cognoscuntur, reliquum est, ut juxta propositum ordinem, de causis de sui natura summariis videamus.

2 Quoniam verò inter causas de sui natura summarias judicia Possessoria non infimum locum tenent, & in Praxi quotidie occurrunt, de illis subnectemus.

3 Possessorium trifariam dividitur, nam aliud est adipiscendæ, aliud retinendæ, aliud recuperandæ. Adipiscitur autem possessio multifariam,
A & Primò per clausulam *Constituti*, *A*, nam si quis
4 contrahendo constituerit, se aliqua bona alterius nomine possidere, transfert in eum veram, & realem possessionem, adeo quòd Constitutarius non indigeat alio Mandato de immittendo, sed illi sit satis obtinere Mandatum de associando ad effectum continuandi pacificè in ejus possessione jam quæsita, & possessionem actualem sine aliquo strepitu, aut timore apprehendendi.

5 Consistit Constitutum possessorium in illis clausulis à Notariis in Instrumentis venditionum, & aliarum obligationum apponi solitis, videlicet, *Ponens, &c. Constituens, &c.* B, *Dans, &c. Et donec, &c.* C. *constituit, &c.* quæ extenduntur, Ponens D. NN. in omne jus, & locum suum, Constituens eum Procuratorem in rem propriam, Dans licentiam capiendi possessionem ejus propria authoritate, & donec illam acceperit, constituit se ejus nomine precario possidere, &c. & ob id d. clausula *Constituti*, non continetur in d. clausula *Constituens, &c.* sed in d. clausula, *Donec, &c. constituit, &c.*

6 Licèt autem quando ad favorem alicujus apposita est in aliquo Instrumento clausula *Constituti*, possit contra Constituentem, & habentes causam ab eo, ac probatis probandis, etiam contra Tertium, agi exequutivè absque Monitorio,
7 & ob id videretur potius de hoc judicio fuisse agendum supra in prima parte, in qua fuit per tractatum de Judiciis exequutivis, quia nihilominus judicia exequutiva sunt summaria, & mediante Constituto possessorio adipiscitur vera, & realis possessio, et virtute Mandati de associando, et associationis Familiæ, absque aliquo strepitu, et timore, actualis etiam possessio acquiritur, rectius videtur de Jure constituti possessorii inter possessoria summaria pertractatum.

8 Virtute igitur clausulæ *Constituti*, agere volens pro obtinenda associatione debet citare Partem adversam, ad dicendum contra Jura in forma, et reproducta citatione, producere in actis Instrumentum, in quo est d. clausula, nec

non

non alia jura opportuna, & necessaria, si quæ sint, & obtinere illorum admissionem cum solita clausula, *si, & in quantum*, juxta superius tradita par. 1. cap. 2. de prod. Jur. & successivè citare partem adversam, ut infrà, videlicet.

A.C.N.

9 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum instantem associari ad possessionem infrascriptorum bonorum, in vim clausulæ Constituti in Jutibus, in actis productis appositæ, & concedi familiam, ac quodcumque mandatum de associando desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p.d. Instante NN. principali, sive, &c.

Bona, de quibus agitur.

Una casa posta in Roma nel Rione di Parione, à lato alli beni di NN. & di NN. & di altri &c. N. Notarius

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter. D. relaxavit Mandatum de Associando, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

10 Quòd si instrumentum, in quo est clausula *Constituti*, sit in actis rogatum, & personæ non sunt ex aliqua parte mutatæ, nec est aliqua illarum legitimatio, aut aliorum Jurium productio necessaria, non est necesse citare ad dicendum contra Jura, juxta superius tradita, par. 1. c. 6. n. 1 & seqq. sed sufficit citare adversarium, ut infrà, videlicet

A.C.N.

11 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum instanti concedi familiam, ad effectum associandi eumdem ad possessionem infrascriptorum bonorum in vim clausulæ *Constituti*, in instrumento in actis rogato, sub die NN. appositæ, & mandatum de Associando desuper necessarium, & opportunum concedi, & relaxari, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Tenor bonorum, de quibus agitur.

Una Vigna posta fuori di Porta Pia, al lato alli beni di NN. & NN. & altri &c.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. mandavit instantem associari, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

12 Exadverso in termino citationis, ad dicendum contra Jura, debent opponi generalia, juxta superius tradita, par. 1. c. 2. de produc. jur. In termino verò ad videndum associari, poterit citatus opponere exceptiones sibi de Jure competentes, prout in aliis judiciis exequutivis juxta superius tradita, par. 1. c. 7. & c. 8.

13 Quòd si constituens ad probandas suas exceptiones, aliqua jura produxerit, non solùm pro parte constituentis sunt opponenda generalia contra, sed etiam facienda est in actis protestatio, non admitti in præjudicium processus exequutivi, Decreti facti, & mandati relaxati, quo casu Judex dd. Jura sine præjudicio, ut suprà cum solita clausula, *si, & in quantum*, admittet prout in aliis judiciis exequutivis fieri consuevit, *ut in d. par. 1. c. 8. de Except. dilat. & peremp.*

14 Sed si exceptiones, pro parte constituentis deductæ, non sunt relevantes, & multò magis si nihil opponit, elapso termino in Decreto contento post intimationem exequutam, si agitur de fructibus censuum, vel de credito, de quo quis sibi satisfacere debet ex fructibus rei, ad quam fit associatio, intimatione reproducta expeditur mandatum de associando, tenoris videlicet

15 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. N. eius in civilibus Locumtenentis; & ad instantiam NN. principalis creditoris in scutis NN. tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, exequutoribus, subexequutoribus, & aliis, ad quos spectat &c. quatenus statim visis, ac receptis præsentibus sub 400. Ducatorum &c. aliisque pœnis &c. supradictum NN. instantem, principalem creditorem NN. exadverso principalis in scutis NN. vigore instrumenti, & Jurium, de quibus in actis, associetis, & associari faciatis ad possessionem bonorum in pede præsentis mandati descriptorum, ad hoc, ut vobis associantibus tutius, & quietius illorum possessionem liberè capere valeat, ad effectum retinendi, donec ex fructibus eorumdem fuerit sibi de d. credito satisfactum in omnibus, & per omnia &c. præsentibusque &c. pareatis, quoniam in vim clausulæ *Constituti*, in d. instrumento appositæ, ac d. NN. exadverso principali citato, & intimato, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die NN.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumte.

Aliud mandatum, quando quis est associandus, ad rem uti propriam, non autem ut ex fructibus illius de aliquo credito sibi satisfiat.

16 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis. Tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, & exequutoribus, ac subexequutoribus Curiæ nostræ, & aliis, ad quos spectat, quatenus, sub 500. Ducatorum &c. aliisque pœnis &c. supradictum NN. instantem principalem, ad possessionem infrascriptæ vineæ, per eum emptæ ab NN. exadverso principali, prout in instrumento in actis rogato, sub die NN. (*vel prout in instrumento, & Juribus, de quibus in actis*) cujus corporalem, & actualem possessionem ob id apprehendere, & retinere intendit, associetis, & associari faciatis ad d. vineæ possessionem, ad hoc ut vobis associantibus, dictam possessionem liberè, & quietè contra quoscumque impedire prætendentes, capere, & retinere valeat, quoniam in vim dicti Instrumenti emptionis, et clausulæ *Constituti* in eo appositæ, ac d. NN. venditore citato, & intimato, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die &c.

Tenor bonorum,

Una Vigna posta nel distretto di Roma fuori di

di porta pia, à lato alli beni di NN. & di NN. & altri &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumte.

17 Hoc mandatum de associando sic expeditum ab emptore, seu creditore, datur exequutori Curiæ, ad quem spectat, qui ejus virtute illum associat ad possessionem bonorum, de quibus agitur, & de associatione hujusmodi conficitur à Notario actuario publicum Instrumentum, tenoris videlicet

18 In Dei nomine Amen. Anno &c.

NN. Exequutor Baroncelli Curiæ Illustrissimi, & Reverendiss. D.A.C. mihi cognitus &c. cui est directum mandatum de Associando ad possessionem unius vineæ sitæ in districtu urbis extra portam piam, juxta bona NN. & NN. viam, & alios, si qui sint &c. ad instantiam NN. contra NN. per acta mei &c. per R.P.D. NN. A.C. Locumtenentem, sub die NN. seu &c. servatis servandis, in vim clausulæ *Constituti* in Instrumento NN. de quo in actis, appositæ, decretum, & relaxatum, quod quidem mandatum præ manibus habens, mihi tradidit hîc inserendum, tenoris infrascripti, videlicet, De mandato dato &c. (*hîc inseratur tenor mandati*) vigore dicti mandati suprà dictum NN. ad possessionem suprà dictæ vineæ associavit &c. qui NN. sic associatus d. vineæ realem, corporalem, & actualem possessionem accepit, & adeptus fuit, per eam deambulando, glebas terræ, ac palmites vitium, in signum veræ, & actualis possessionis, accipiendo &c. Domunculam in eadem vinea existentem intrando, ejusque portas, & fenestras aperiendo, & claudendo &c. & alios actus possessorios faciendo, protestans d. NN. quod per ejus discessum, aut recessum è dicta vinea non intendit illius possessionem acceptam, & acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo, & corpore retinere, & continuare, non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo &c. Actum &c. Præsentibus, &c. testibus ad præmissa &c. vocatis, habitis, atque rogatis &c.

19 Cæterùm, si apprehendenda sit possessio alicujus domus, in qua adsit inquilinus, curet possessionem apprehendens, illum expellere, ac proinde illi ad partes locationem facere, seque in Dominum, & in possessorem recognosci facere, aliàs enim possessio non acquireretur Domino, D.

D

Observationes.

A



20 Constitutum possessorium est fictus modus tradendæ possessionis, per quem vendens, donans, aut aliàs concedens constituit, se rem ejus nomine, cui illa conceditur, possidere, *Tiraq. de Iur. constit. possess. par. 1, n. 1.*

21 Differt constitutum à precario; nam precarium est, quod petenti precibus utendum conceditur, quamdiu patitur, qui concessit, *l. 1. ff. de precar. Azo. in summ. C. de precar.* & transfert in rogatum solam civilem possessionem, naturali penes eum, qui precario nomine se possidere rogavit, manente *l. & habet, §. eum qui ff. de precar. Bart. in l. Interdum, num. 1, & alii, ff. de acquir. possess. Cuman. cons. 54. Leonardus, in princ. Alex. cons. 82, Perspectis, n. 8, vers. Nec prædictis, li. 2.* Constitutum verò transfert etiam naturalem possessionem, *Bart. in d. l. Interdum, num. 1, ff. de acquir. possess.* adeò, quòd nihil penes constituentem remaneat, præter nudam detentationem, latè *Tiraqu. de Iur. const. poss. par. 1, n. 4.*

22 Quod tamen procedit in re certa ratione quotæ, vel loci, vel utriusque precario concessa juxta text. *in d. l. & habet, §. Eum qui, ff. de precar.* secùs si clausula *precarii* sit generaliter apposita super incertis, quia tunc ratione incertitudinis utriusque scilicet tam quotæ, quàm loci non operatur aliquam translationem possessionis manutenibilis, *l. 3, §. Incert. ubi Bart. & DD. ff. de acquir. possess. Tiraq. de Iur. constit. poss. p. 3, lim. 19, n. 1.*

23 Constitutum possessorium plura operatur inter cætera verò

Primò non solùm transfert possessionem in constituarium, *l. Interdùm, & l. quod meo, ff. de acquir. possess. Tiraqu. de Iur. constit. poss. ff. p. 1, num. 2,* ubi plures cumulat, & de communi testatur, *Rota decis. 161. num. 1, & decis 312, num. 4, par. 3, & decis. 284, num. 1, par. 5. & decis. 251, num. 12. p. 6, recent. Cavaler. dec. 399, num 3, & decis. 513, nu. 1,* etiam in incorporalibus *Tiraqu. de Iur. const poss. p. 2, ampliat. 24. Rota decis. 764, num. 2, par. 2, & decis. 284, nu. 2, par. 5, recent. Cavaler. decis. 319, n. 5, Buratt. dec. 133, num. 3, & dec. 275, num. 6,* & †

24 potest translationem hujusmodi operari, etiamsi non procedat titulus habilis, vel justa causa ad eam transferendam, *Rota dec. 549, num. 8,*

25 ubi † de communi *par. 1, divers.* & licèt dicatur modus fictus traditionis, *Tiraqu. de Iur. constit. possess. par. 2, num. 1, Rota dec. 242. num. 2, par. 7, recent.* transfert tamen veram possessionem, *d. l. quod mei, ff. de acquir. possess. Tiraqu. Iur. constit. poss. d. par. 2, num. 2, Rota decis. 83, num. 1, & dec. 270, num. 1. & n. 1, & dec. 128, num. 1 par. 3, & decis. 17, num. 3, par. 5, recent. Duran. dec. 40, n. 3, decis. 49 num. 4, & decis. 84, num. 1,* ac manutenibilem, *Rota decis. 258, num. 2, & dec. 471, num. 2, p. 4, recent. Andr. decis. 61, num: 2. Duran. dec. 84, num: 1, & num. 3. Beltram. ad Gregor. decis 437, n. 6, Ferentill. ad Buratt. decis. 179, lit. A. & dec. 887, n. 3.*

26 Sed etiam omnem possessionem, *Rota decis. 227, n. 1, par. 1, recent. Cavaler. decis. 128, num. 6, & dec. 420, num. 2, Buratt. decis. 179. num. 4,* & tam civilem, quàm naturalem, ita ut penes constituentem nihil remaneat, nisi nuda detentatio, *l. Quod meo, ubi Bart. num. 3. ff. de acquir. Ang. poss. cons. 373, Visis omnibus, in princ. Castren. cons. 10. Si vera, num. 3, lib 1, Alex. cons. 82, Perspectis, num. 7, vers. Nec prædictis, lib. 2, Tiraq. de Iur. constit. poss. p. 1, num. 4, Sallust. Tiber. in prax. lib. 1, cap. 57, n. 9. ante fin. vers. & licet, Rota dec. 551, num. 4, par. 2, & dec. 408, num. 8. par. 4, & decis. 261, num. 15, par. 7, recent. Buratt. dec. 145, n 2, Caval. 128, n. 6.*

27 Secundò operatur etiam translationem dominii, *Angel. d. cons 373, Visis, in princ. Alex. cons 92 Perspectis, num. 1,* ubi de communi, *lib. 1, Rota decis. 261, n. 16, par. 7, recent. Cavaler. decis. 399, n. 3. Duran. dec. 84, n. 16, & num. 18,* etiam in infantem ex stipula-

stipulatione Notarii, *Seraph.dec. 472, num.8, & seq.*

28 Tertiò tribuit facultatem capiendi possessionem propria authoritate, *Rot.dec.339,n.39, par.5 recent.*

Sed nihilominus debitor, quia constituit se nomine creditoris possidere, & multò magis tertius possessor habens causam ab eo, debet citari ad videndum associari, ut suprà *l.de unoquoque ff.de re Iud. Salust.Tib.in prax.lib.1,c.57,n.9.* & ita quotidie observat praxis.

29 Quartò constitutum probat possessionem ad quoscumque effectus, *Mart. de claus. par.1. claus.26.n.4. Beltram.ad Gregor.decis 437,num.6, Coccin.decis. 240 n.4,* & operatur, ut constituta-rio competant omnia remedia possessoria, *Osasc.dec.133.n.7.Gregor.dec.437.n.2,* & ibi *Beltram.n.6.*

30 Et ob id est sufficiens ad intentandum remedium recuperandæ, *Salust.Tib.lib.1.cap.55 n.10. Tiraq.de Iur const.poss.par.2.ampl.11,num.1. Beltram.ad Gregor.dec 437,n.5. Andr.dec.89,n.1.* & reintegrandæ, *Osasc.decis.133,num 7, Buratt.dec.*

31 *317,n.1,& dec.136,n.2,& seq.* & ad probandum primum extremum in Spolio *Mart. de Claus. par.1.claus 20,n.5. Duran.dec.89.n.1.* nec non ad

32 obtinendum mandatum de manutenendo *Rota dec.599.n.1.par.3.recent.* cum aliis superius allegatis. Et † denique ad probandum possessionem debitoris, & sic primum extremum in Sal-

33 viano, *Seraph.dec.1415.nu.1.& seqq.Greg.dec.491 n.10.Buratt dec.780.n.2. Duran.dec.40,n.2. decis. 193,n.2,& seq. & dec.401.n.6,*

34 Quintò operatur signanter, ut illius virtute possit agi ad possessionis actualis traditionem, *Rota dec 242.n.1.par.7,recen.* & sit constituario concedendum mandatum de associando *Rota dec.587,num.4,par.2,& decis.34, nu.1. & dec.65, num.1,par.6.recent.* etiam creditori, *Duran.dec. 364,n.1.& n 5.* adeò quòd constituens se constitutario opponere non valeat, *Rot.decis.232.n.2.*

35 *par.2.recent.* Et insuper sit dictum mandatum concedendum, etiam contra singularem successorem, *Duran.dec.49.n.7.* etiam mortuo constituente, quia constituarius ob id non privatur sua possessione, latè *Tiraq.de Iur.const.poss.par.2. ampliat 13,n.4.* cum aliis quos cumulat, & sequitur *Buratt.dec.623,n.3.* & ibi *Ferentill lit.A.*

36 Sed hæc non procedunt, quando constituarius est negligens in apprehendendo possessionem actualem, & pariturillam ab alio occupari; nam videtur suspicari se posse repelli, *Rota dec.694.num.8.par.1.& d.dec 34,num 2. & d.decis.65.num.8.par.6. & dec.181.num 5. par.7. recent.* nisi constituarius ignoraſſe; nam tunc non posset ei negligentia imputari, *Rot.d.dec 181.n.6. par.7. recent.*

37 Sexto, constitutum possessorium probat possessionem constituentis contra eum, *Cavaler.decis.473.num.2. Rot.dec.520.num.2,par.2, recent.Gregor.decis.362,num.1.& seqq.* & non solùm contra constituentem, sed etiam contra ejus hæredes, & alios causam ab eo habentes, *Salust.Tib.in prax.lib 1.cap.57.num 9.post med. Rota Ianuen.dec.13.num.14,Gregor.decis.491, num.10. Rota decis.324,num.5.par.2, & decis.182, num.2. & decis 408.num.11, & decis.412,nu.3, & dec.599. num.1,par.4, & decis.59. num.4, par.6.recent. Duran.decis.49.num.3,& decis.193,num.3, & decis.401,num.6.* etiamsi habens posteriorem causam hujusmodi à constituente sit successor singularis, *Tiraq.de Iure const.possess.par.3.limit.1.n. 23.Rota dec.766.num.11, par.1, diverss. & decis. 587,num.4,par.3,recent. Duran. d.dec.49,num.3,*

38 quinimò probat possessionem constitutionis, etiam contra constitutarium, *Rota decis.539,n.2. par.4, & dec.100.n.2,par.7.recent. Beltram.ad Greg.dec.362,n.11.* sicut ad ejus favorem, ex præallegatis, & contra alios habentes causam ab illo, *Rot.in S.Severini dotis, seu Salviani, 4, Maij 1640.coram R.P.D. Dunozet. in §. verùm etiam.*

39 Constitutario verò mortuo efficit, ut continuetur possessio in ejus hæredes, si debitor, vel alius etiam illorum nomine, se possidere constituerat, *Duran.dec.84,n.30.*

40 Illud certum est, constitutum probare inter contrahentes, & habentes posteriorem causam ab eis, *Rota dec.4:2,num 3.par.4.recent. Buratt. decis.505,num.2.* ubi quod ita fuit sæpiùs resolutum.

41 Sed hoc primò non procedit ad favorem constituentis; nam tunc ex solo constituto possessio ejus non probatur, *Cavaler.decis.473,n.2.*

42 Secundò non procedit contra Tertium non habentem causam aliquam à constituente, quia tunc constitutum solum, quoad probandam constituentis possessionem nihil operatur, *Glos. in l 2.in verbo tradita,* & ibi *Ang.n.4.C.de acquir. poss. Alex.cons.10.n.2,lib.4.Tiraq. de jur.const.poss. par.3,lim.1.num.20. & seqq Seraph.decis.302,n.6 Rota decis.768.num.4.par 2.recent.* sed possessio debet aliundè probari de tempore contractus, *Salust.Tiber.in prax. lib.1.cap.57.num.9.vers.Præmittendum, Rot.decis.408.nu.11. par.4.recent. Burat.dec.701.n.3.*

43 Septimò constitutum appositum in contractu donationis simplicis facit illam præsumi inter vivos, *Rota dec,9.n.21.par.7 recent.Ferentill. ad*

44 *Burat.decis. 581,n.19,* nisi † donans expressisset, se causa mortis donare, tunc enim in claris non est opus conjecturis, *l. Continuus, § Cùm ita ff.de verb.oblig.*

45 Octavò, constitutum possessorium tanquam accessorium assumit naturam contractus, cui adjicitur *Rot.dec.549 num.5 par 1.diverss. Ferentill.ad Buratt.decis 937,num.17, & seq.* & ab eo regulatur, *Cavaler.dec.5.n.6.* & intelligitur secundùm subjectam materiam, *Rot.dec.261.num.*

46 *30 par.7.recent.* & † ob id, contractu nullo existente nihil operatur, *Salust.Tib.lib.1.cap.57.nu. 12 & seq.Rota decis.549.n.5.p.1.diverss. Buratt.decis.220,n.10.* & ibi *Ferentill.n.13. Duran.dec.155.*

47 *n.20.& seqq.* & † si apponitur in obligatione conditionali, efficitur conditionale, *Rot.dec. 471 n.4.par.4.recent. Duran.dec.154,n.2.* purificata tamen conditione retrotrahitur, nisi medio tempore sit alterius quæsitum, *Tiraqu. de Iur. const poss.p 2.ampliat.17.n.4. Hond.cons 18 n 66. & seq.lib.2. Rot.d.dec.471.n.6.par.4.recent. Buratt.dec.952.n.6.*

48 Sunt tamen plures casus, in quibus constitutum possessorium nihil operatur, &

Primus

Primus casus est, quando constat, in quibus const tuens de tempore, quo se nomine alterius possidere constituit, non possidebat. *l. Quamvis, §.1, ubi glos. in fin. & DD. ff. de acquir. possess. Tiraq. de Iur. const. poss par.3. limit.1, n.1, & seqq. Rota decis.63, n.5. par.1, recent. Buratt. dec.220, n.8,* & ibi *Ferentill. sub lit. B.* vel possi debat, sed nomine alterius, *Rota dec. 505. n.1,* vel constat, quod possidere non poterat, *Rota decis.787. n.3, par.3. recent.*

49 Secundus, quando quis constituit se possessurum post mortem, quia tunc confertur in tempus, in quo quis possessurus non est, *l. Qui universas, §. quod per colonum, & l. cùm heredes, in princ. ff. de acquir. possess.* cum aliis cumulatis per *Tiraq. de Iur. const. poss. par.3, limit.2, n.1, Salust. Tib. d.l.1, cap.57, n.11, Rota dec.258, n 3, & seq. par.4, recent. Duran. decis. 62, n.21, & dec.84, n.6. & dec. 134, n.3.*

50 Sed hoc signanter non procedit, quando in constituto apposita est clausula, *ex nunc prout ex tunc, Tiraq. de Iur. const. poss. d. par.3, limit.2. n.15, Buratt. dec.179, n.8. & dec.220. n.9, Rot dec.787,*

51 *n.4, par.3. recent.* ubi † alias decisiones cumulat. Natura enim hujus clausulæ *ex nunc, prout ex tunc,* operatur, ut unum tempus alteri iasit, *Rota dec.86, n.18. par.7. recent.*

52 Tertius casus est, quando constitutum apponitur in contractu nullo, & invalido. *Tiraq. de Iur. const poss. par.3. limit.7. Salust. Tiber. lib.1. c.57 n.13. Rota dec 224, n.1, par.2. diverf. & dec.694. n.9 par.1, & dec.787, n.5. par.3, recent. Cavaler. dec.473 num.3. Buratt. dec.200, num.1,* & ibi *Ferentill. n.13 Duran. dec.155. n.22.*

53 Quartus, quando opponitur in contractu simulato *Tiraq. de Iur. const. possess. par.3, limit.8, Salust. Tiber. d. lib.1. c.57. n.13.*

54 Quintus, quando constituens remanet in possessione. *Tiraq. d. par.3 limit.9. Bart. in l. sicut §. supervacuum, n.5, in fin. ff. quibus mod. pig. Caval. dec.503, n.1.* ubi quòd hoc non procedit, quando remanens possideret jure familiaritatis.

55 Sextus, quando lex, vel statutum, vel consuetudo requirit veram, & realem, & actualem traditionem, *Tiraq. de Iur. const. poss. par.3. limit.11. Mart. de claus. par.1. claus.20, num.13. vers. ubi statutum Gratian. decis. March.238. n.6. Andr. dec.86 n.2.*

56 Septimus casus, quando quis constituit, se possidere generaliter rem incertam ratione quotæ, & loci, *l.3. §. incertam, ff. de acquir. possess. Tiraq. de Iur. const. poss par.2 ampliat.32, nu.10. & d. par.3. limit.19 n.1. Gamm. dec. 56, ubi de communi, Cavaler. decis 39, num.2. Rota decis.787, n.2, par. 3. recent. Buratt. dec.220, n.6,* & ibi *Ferentill. sub lit. A.*

57 Sed hoc primò non procedit, quando res incerta postea certificaretur, *Tiraq. d. par.3. limit.19 n.4. Buratt. d. decis. 220, n.7.*

58 Secundò non procedit, quando res est certa saltem ratione loci, vel quotæ, quia sufficit certitudo ratione alterutrius, *Tiraq. de Iur. const. poss. par.3. limit.19. n.2.* cum aliis suprà allegatis.

Tertiò non procedit, quando constitutum
59 est appositum super omnibus bonis præsentibus, & futuris; nam tunc operatur translationem possessionis in constitutarium, *Alex. cons. 85, n.8. vers. & etiam quia lib.6,* ubi de communi testatur, & ibi *Apostilla in verb. futuris,* dat concordantes, & dicit communem, *Tiraq. de Iur. const. poss. par.2. ampl.31, & ampl.32, n.1, & seqq. & n.12,* ubi de receptiori, & in practica observata opinione testatur, *Duran. dec.49, n.13.* ubi quòd aliàs obligatio omnium bonorum præsentium, & futurorum inserviret de vento.

60 Et ratio est, quia in hoc casu adest respectu universi ab initio certitudo, quæ sufficit, *Arg. l. Quijure militari, ff. de test. milit. Tiraqu. de Iur. const. possess. par.2. ampliat 32, n.11.* Secùs si ab initio non fuisset certitudo in particulari, nec in universo, in quibus terminis procedit *d.l.3, §. incertam, & l. locus. ff. de acquir. poss.* cum aliis allegatis suprà *vers.7. casus, Tiraq. d. par.2, ampliat.32 n.11.*

61 Octavus casus, quando res est emphiteutica donec obtineatur investitura à Domino directo.

Nonus, quando constituens fictè possidet.

Decimus, ubicumque intervenit alia fictio vel fictus titulus.

Decimus-primus, quando nulla adest causa, vel titulus, cui constitutum accedere possit.

Decimus-secundus, quando lex utitur verbo accipiendi, quia tunc requiritur corporalis traditio.

Decimus-tertius, quando res est apud constitutarium ignorante constituente.

Decimus-quartus, quando procurator est constitutus simpliciter ad videndum, non potest transferre possessionem per constitutum, aut alium actum fictum.

Decimus-quintus, Colonus, conductor, & alii, per quos possidemus, non possunt transferre possessionem nostram per constitutum.

Decimus sextus, Tutor, & curator non possunt per constitutum transferre possessionem pupilli, vel minoris.

Decimus septimus, Prælatus sine consensu Capituli non transfert possessionem rei Ecclesiasticæ.

Decimus-octavus, Judex, vel alius repræsentans factum partis, non transfert possessionem per constitutum, nisi quando non potuit ingredi fundum, & tradere possessionem realem, vel nisi quando in contrarium extaret consuetudo, vel nisi quando mitti jussus ex alia causa detineret, vel denique nisi quando exequutor usus est illis verbis, dedit, tradidit, quia tunc poterit is, qui obtinuit ingredi possessionem propria authoritate.

Decimus-nonus, quando constitutarius est incapax possessionis illius rei, quam quis constituit ejus nomine possidere.

XX. quando agitur de resolutione contractus, qui fuit per realem traditionem consummatus, sed est opinio controversa, & contrarium tenet etiam *Tiraq. d. par.3. limit 20.* nam is, cui facta est traditio, realiter possidet, ergo potest per constitutum possessionem in eum, qui tradidit, transferre.

XXI. quando constitutarius fuit negligens

per

per decem annos in accipiendo possessionem actualem, *Rot.dec. 634.n.5.par.1. recent.* & ita censuit Signatura *in Faventina donationis*, inter DD.de Caccinis,& Marcum Antoniũ Fornasatium,die 17.Septembris 1633.proponente R.P. D.meo à Valle.

XXII. quando precarium est appositum in contractu conductionis ; nam per illud non transfertur possessio in conductorem.

XXIII. quando in eodem contractu est appositum simplex constitutum, & precarium, quia se mutuo impediunt, sed hæc est res controversa,& contrarium tenet *Tiraq. de Iur. const. poss.par.3,limit.23.*

XXIV. quando precarium, & affictus apponuntur in eodem contractu, quia tunc adest repugnantia, sed si hoc esset verum precarium, semper esset inutile in contractibus onerosis, ut advertit *Tiraq.d.p.3.limit.24.*

XXV. quando apponitur in aliquo contractu inter personas prohibitas, *Buratt. dec. 220. n.10.*

XXVI. quando lex, seu constitutio pœnalis loquitur de traditione, quis non incidit in pœnam si constituat pro alio possidere. In contrarium tamen est magis communis opinio.

XXVII. quando possessio est translata per constitutum,Dominus directus non potest exigere laudemium, antequam emptor accipiat realem possessionem.

XXVIII. quando emptor tenetur ad usuras pretii non soluti, non sufficit traditio per constitutum, si adhuc venditor fructus rei venditæ percipiat secùs si illos percipiat emptor.

XXIX.quando cessat causa,seu titulus,cui est adjectum constitutum,cessat etiam ipsum constitutum.

XXX. quando quis constituit, se possidere nomine absentis,nisi postea absens id ratum habeat.

XXXI. quando Notarius apponit constitutum in aliquo contractu, absque eo quòd id fuerit à partibus expressè conventum.

Hos casus latè tradit,& discutit *Tiraq.de Iur. const.poss.ss.par.3.per tot.* ideò ad eum in facti contingentia poterit haberi recursus.

XXXII. casus, quando constitutum concurrit cum alio constituto anteriore, *Rota decis.150 n.8.p.7.recent.*

XXXIII. quando quis possessionem semel accepit, constitutum amplius non operatur,*Caval dec.6.n.4.*

XXXIV. quando res fuit evicta medio tempore.*Caval.dec. 5.n.6.*

XXXV. quando nullitas contractus fuit in controversiam deducta,non datur immissio vigore constituti, quia ejus virtus interim est suspensa,*Socc.conf.78.n.7,lib.3.* cum cumulatis per *Ferentill. ad Buratt. dec 220.num.15. & seq.* ubi quòd hoc non procedit, quando exceptio non probatur incontinenti, sed rejicitur ad petitorium,*Rota post Pacif. de Salvian.dec.92,n.6.*

XXXVI.quando agitur de possessione actuali; nam illam per constitutum non transfertur, nisi corporaliter apprehendatur, *Salust.Tiber.in lib.1,c.57,n.9.Put.dec.2.de empt.& vend. Rota dec. 242,n.1,p.1,recent.*

B Clausula,*Constituens,&c.* non importat possessorium constitutum ; nam de stylo tantùm 62 extenditur,*Constituens procuratorem in rem propriam*,ut colligitur ex *Bertaz.clausul.38, glos.1,& 2,& claus.29.glos.1. Mart.de claus.p.1. claus.232,* & tradit apertè *Duran.dec.134,n.1,* quod transit sine difficultate.

C Per illud verbum, *& donec &c.* extenditur 63 clausula constituti possessorii, de communi stylo Notariorum urbis, ut testatur *Rota decis.258* 64 *n.5.par.4.recent.* Et † similiter clausula constituti sub clausula cæterata, *& interim &c.* continetur *Duran.dec.401,n.8.* & eò magis , quando clausula, *& interim &c.* non potest intelligi de constitutione procuratoria, dum ille fuit in alia ejusdem instrumenti parte constitutus, *Duran. d.dec.401,n.9.*

D Regulariter possessio non acquiritur, nisi a- 65 ctualiter,ac penitùs expulsis colonis, seu inquilinis à facie rei, cujus possessio capitur, apprehendatur,*l. Quamvis*, §.*1. & l.peregrè*, §.*quibus,ff. de acquir.poss.ss. Salust. Tiber.lib.1. cap.57,num.8. Veral.dec.169.p.3. Put.dec.2. & dec.17.de caus. poss. & prop.Rot.dec.412.num.1.p.4. div. & post Pacif. de salu.141.num.8.Ferentill.ad Buratt.dec.732,n.5. & seqq.*

66 Sed hoc primò non procedit,quando possessio est vacans, quia,cùm tunc colonus, vel inquilinus alteri non possideat,sufficit quòd capientem possessionem in dominum recognoscat *Rolan.cons.46,n.12,lib.2. Affl.dec.167,nu.6. Veral. dec.169.p.3.Rot.post Pacif.de salu.dec.141.n.9.*

Recognitio autem in dominium fieri poterit respondendo illi de fructibus prædii, vel solvendo pensiones domus, & cum obligatione jurata de faciendo præmissa, *Salust.Tiber. d.lib.1, cap.57,num.7. Afflict.dec 325,n.3,Seraph.dec.567, num.3.Buratt.dec.732.n.1,*& ibi *Ferentill.n.8. vers. Hoc tamen.*

67 Secundò non procedit, quando possessio fuit capta authoritate, & de mandato Judicis, quo casu sufficit,vel expulsio colonorum,seu inquilinorum,vel recognitio *l.peregrè*, §.*Quibus, ff.de acquir.possess. Afflict.dec.325.n.3.Rota in Asten. feudi 16 April.1584 coram bon.mem. Bubalo, Buran.dec.84,n.8.*

68 Quinimò cùm immissio facta auctore prætore idem operatur sine ulla violentia, quòd operatur violenta expulsio,per quam perditur omnis possessio , tam civilis, quàm naturalis aliquam expulsionem colonorum, aut inquilinorum non esse tunc necessariam, per doctrinam *Angel. in l. Qui universas,* §. *Item cùm prator. vers. in textu, ff. de acquir. possess.* tradit *Rota decis. 802, num. 6, & seq.par.1,& decis 62 num. 3, & seq. par. 2. divers. Seraph. dec. 342,num.1, Rota dec.393,num.5, in fine,par.1, & dec.226,num.6, & dec.305,num.1,par.6. & dec. 306,num.3.par.7.recent.Gregor.dec.69,n.2. & dec. 203.n.1.*

69 Nam authoritas Judicis operatur, ut possessor debeat suspicari,se posse repelli, *Rot.dec.641. num,7.par.1. diversi. & decis.226. num.7, par.6.*

recent. quæ ſola ſuſpicio ſufficit ad amittendam poſſeſſionem, *Seraph.dec.769.num.1. Beltram.ad Gregor.dec.203,n.5,* & † ob id per eamdem Angel. doctrinam, quando poſſeſſio capitur Judicis authoritate, & mandato, nec etiam recognitionem aliquam eſſe neceſſariam dixit *Rota in d. Aſten. Feudi 16 Aprilis 1574. coram bon.mem. Bubalo.*

70

Sed hoc procedit, quando Judex ritè, & rectè cauſa cognita procedit, aliàs ſecùs *Rota in Romana domus de anno 1572. coram bon. mem. Cardin.Lancell & in d. Aſten. Feudi 16 April.1584. coram bon.mem.Bubalo, Duran.d.dec 84.num.8. & ſeq.*

71

Eſt enim certa in Jure concluſio, quòd Judex ritè, & rectè procedendo, privat poſſeſſione, *Angel.in l.Clàm poſſidere,§. Qui ad nundinas, num.2 in fine,* & ibi *Imol.num.1, in fine, verſ. ſit autem, Roman.num.3.verſ.ſecundo, Alexand.num 3, in fin. Jaſ.num.20,Seiſel num.3,ff.de acquir.poſſeſſ. Compoſtell.in cap.transmiſſam,num.3, verſ.de poſſeſſione alterius,* & ibi *Joan.And.col.penult circa med. verſ. Ideo dixit, Butr.num.17. in fin. Card. quæſt.6. Henric,Boic,num,4,& ſeq,de elect. Ferrett. conſ.5.n.9. in fin.lib.1. Rota deciſ.62.num.3,& ſeqq,par.2,diverſ.& deciſ,293,num.5. par.1.dec.78. num.3, & dec.123,num.15, & deciſ.229.num.6. & dec.306. num.3.par.7.recent.Gregor.dec.9.num.4.& dec 69 num.3.deciſ.203.num.1,* & ibi *Beltram. num.5, Cavaler.deciſ.2.num.4.& ſeqq. dec.42. num.2. & dec.62.num.3.deciſ.470 n 4.& deciſ.478.n.4.Duran.deciſ.257.n.4.& nu.17.* & fuit aliàs ſæpè deciſum.

72

Secùs, quando Judex injuſtè, & nulliter procedit, tunc enim aliquem ſua poſſeſſione non privat, *Angel in l. Clàm poſſideri,num.2, in fine,ff. de acquir.poſſeſſ. Alexand.in l. juſtè poſſidet, num.5. ff.de acquiren.poſſeſſ. Rip. in l. naturaliter,* §. *Nihil commune, ff.de acquiren.poſſeſſ.Roman. conſil.158, num.1,* & ibi *Mandoſ. lit.A. Ruin.conſ.17. num.7, lib.5. Rolan.conſ.5,num.18.lib.2, Cavaler. dec.48 num.2.& ſeq. deciſ.432,num.2. & d deciſ. 535. num.3.Buratt.deciſ.32.num.4,& deciſ.169,num.2 Gregor.dec.9, num.4,deciſ.69,num.3, deciſ.105, num.22. deciſ.458, num.9. deciſione 546,num 2 & deciſ. 555. nu.6. Duran. dec. 114, num.3. deciſ. 432. num.6.deciſ.198,num.17.& dec.257. n.4.*

Adeò quòd neque in hoc caſu recognitio colonorum ſuffragetur, *Rota deciſ.555.num.1, &*

73 *ſeqq. & num.7,par.1, recent.* cùm † nec de jure novo colonus poſſit intervertere poſſeſſionem Domini, alteri poſſeſſionem tradendo, eumque in dominum recognoſcendo, *l. fin.C.de acquir. poſſeſſ.Rota dec. 139,num.22,ubi de communi,par.6*

74 *recent.* & † Rota paſſim contra factum Judicis nulliter injuſtè procedentis concedit mandatum de manutenendo, *Buratt.deciſ.393, nu.3,* & ibi *Ferantill. ſub lit.B.Duran.dec.114,n.4 Rota in Romana vineæ,* 17 *Junii 1642, coram R.P.D.Ghiſilerio.*

75

Sed hoc primò non procedit, quando poſſeſſor, ſuſpicando ſe poſſe repelli à poſſeſſione, habet ſe pro ſpoliato, *Afflict. deciſ. 395, num.7. Put.deciſ.419,num.4.& ſeq.lib.2.Rota dec.81.n.1, par.1,diverſ. Gregor.deciſ.105,num.22,* tunc enim intrat Spolium, *Abb. in cap.Conquerente,num.8,de reſtitut.ſpoliat. Rolan.conſ.6,num.33,lib.3 Gregor. deciſ.43,num.2.& deciſ.105,num.5.deciſ.198,nu.2 & deciſ. 209,num.2, Coccin.deciſ.97,num.1,* &

76 † fuit ſæpiùs deciſum cum hoc caſu Judex, qui nec ritè, nec rectè procedit, dicatur de facto procedere, ut privatus, & propterea ſpoliare, *Cravett.conſil.140,num 2. Roman. conſil.158 num.6. Gabr.de reſtitut.ſpoliat. concluſ.1. num: 124. Veràll.deciſ.186,par.3. Put.deciſ.419, nu.3 & ſeq.lib.2, Seraph.deciſ.867,num.1. Rota deciſ. 365.num.11,par.1,& deciſ.646,num.1, & dec 724 num.5 par.2,& deciſ.743,num.1,par.3, & dec 81, num.1,& deciſ.448,num.6,par.4,recent. Cavaler. deciſ.337,num.1,deciſ.524,num.5, & deciſ.539 num 9. Gregor. deciſ.362, num:4,* ubi quod ita

79 fuit ſæpiſſimè deciſum. Debet tamen injuſtitia ad dictum effectum eſſe patens, & notoria, † *Rota dicta deciſ. 646.num.1, par.2, recent.* & aliàs ſæpè.

78

Secundò non procedit, quando quis per decennium fuit negligens in recuperando naturalem; nam tunc perditur etiam poſſeſſio civilis, *Bartol. in l. ſi de eo,* §. *ſi ſorte, num. 4. ff. de acquir.poſſeſſ. Cravett. conſ.235. num.1. Curt. Sen. conſil.24.num.4. Alexand. conſ.94. num.7. verſ. Nec obſtat, lib.5.* ubi de magis communi opinione teſtatur, *Beniuſtend deciſ.10,num.3. Caſſad. deciſ.5,num.3, de reſtitut.ſpoliat.Rota deciſ 81, num.1,par.1,diverſ. Cavaler. deciſ.242,num.4, & dec.470,n.2.*

SUMMARIUM CAP. VI.

1 *Salvianum interdictum quid ſit.*

2 *Salvianum competit creditori in bonis hypothecatis,etiam contra Tertium,ad effectum ſe ſatisfaciendi de fructibus.*

3 *Salvianum competit etiam Legatario, & fideicommiſſario,& cui competit hypotheca,ad effectum conſequendi rem ſibi relictam ſeu debitam.*

4 *Monitorium in Salviano, ad effectum ſe ſatisfaciendi de credito ex fructibus, & eius formula.*

5 *Monitorium in Salviano ad effectum conſequendi rem ſibi relictam,ſeu debitam, & eius formula.*

6 *Proteſtatio Rei conventi contra monitorium, & eius formula.*

7 *Monitorium eſt verificandum.*

8 *Bonis,in quibus petitur immiſsio, penes debitorem exiſtentibus,quid probandum pro verificatione monitorii.*

9 *Bonis penes Tertium exiſtentibus,ſunt in Salviano probanda duo extrema, & quare.*

10 *Petita immiſsione in poſſeſsionem bonorum legatorum,vel fideicommiſſo ſubjectorum,docto de exiſtentia Legati, vel fideicommiſſi, ſunt adhuc probanda duo extrema, & quæ.*

11 *Si monitorium eſt verificandum per Scripturas, quomodo citanda pari, & conficiendus proceſsus.*

12 *Si scripturæ non sufficiunt pro verificatione monitorii, sunt producendi articuli, & examinandi testes.*
13 *Articuli in Salviano quomodo conficiendi.*
14 *Articuli in Salviano, & eorum formula.*
15 *Testibus in partibus existentibus, sunt expediendæ literæ missiuæ.*
16 *Reus conventus in salviano quid opponere possit, & quomodo actor ab eo citatus ad dicendum contra protestari, & quomodo tunc Judex admittere debeat Jura, & articulos.*
17 *Facta mixtura in salviano potest suspendi petitorium.*
18 *Protestatio facienda pro suspensione petitorii, & eius formula.*
19 *Citatio ad libellandum in terminis substantialibus in salviano, & eius formula, & processus.*
20 *Productio Jurium in termino substantiali, ad dicendum contra producta, & eius formula.*
21 *In salviano, & aliis possessoriis summariis sufficit servare quatuor terminos substantiales.*
22 *Citatio ad articulandum in terminis substantialibus in salviano, & eius formula, & processus.*
23 *Citatio ad videndum reiterari terminos substantiales, & ad sententiam, & ejus formula, & processus.*
24 *Sententia in salviano, quando agitur pro immissione, ad effectum se satisfaciendi de credito ex fructibus, & eius formula.*
25 *Sententia in salviano, quando agitur pro consequutione rei sibi relictæ, vel debitæ, & eius formula.*
26 *In causis possessoriis, & aliis omnibus, summam ducentorum Ducatorum non excedentibus, non est necesse servare terminos substantiales, servari tamen potius possunt prodesse, quàm obesse.*
27 *In possessoriis summariis non datur appellatio suspensiva, ideo appellare volens debet adire præfectum Signaturæ pro supersessoria, & causam in Signatura proponendam curare.*
28 *Appellatio est infra decem dies coram Judice à quo proponenda.*
29 *Interpositio appellationis coram Iudice à quo, & eius formula, cum responsione Iudicis.*
30 *Cedula appellationis à sententia lata in salviano, & eius formula.*
31 *Commissio appellationis in salviano in Signatura proponenda, & eius formula.*
32 *In causa non Rotali, quomodo concipiatur commissio appellationis in Salviano.*
33 *Signatura in casibus, in quibus appellatio non est admittenda in salviano, rescribit cum clausula,* sine præjudicio.
34 *Signatura in casibus, in quibus non est ita clarum, an appellatio sit, nec ne admittenda in salviano rescribit cum clausula,* quatenus sit locus Ægidianæ.
35 *Signatura si appellatio sit admittenda in salviano rescribit pro appellatione, absq; aliqua clausula.*
36 *Si ille, qui sententiam obtinuit, potest ad ulteriora procedere, absque vitio attentatorum, expediri curat mandatum de immittendo.*
37 *Mandatum de immittendo in possessionem in judicio salviani, & ejus formula.*
38 *Exequutor in vim mandati immittit in possessionem, & actuarius de immissione conficit instrumentum publicum.*
39 *Instrumentum immissionis in possessionem in salviano, & ejus formula.*
40 *Aliud instrumentum immissionis in possessionem in Salviano, & eius formula.*
41 *Immissus in salviano, si non potest nisi longo tempore de credito satisfieri, & vult devenire ad subhastationem, debet obtinere rescriptum à Signatura Sanctissimi.*
42 *Commissio, quæ obtineri solet ab immisso in Salviano à Signatura Sanctissimi, ad effectum procedendi ad subhastationem, & eius formula.*
43 *Commissione signata, & judici præsentata, necesse est citare partem ad dicendum contra illam.*
44 *Citatio ad dicendum contra Commissionem manu Sanctissimi signatam, & eius formula, & processus.*
45 *Citatio ad videndum præfigi terminum ad probandum, & reluendum bona, juxta formam commissionis, & eius formula, & processus.*
46 *Citatio ad videndum subhastari bona, juxta formam commissionis, & eius formula, & processus.*
47 *Ad subhastationem, & deliberationem quomodo procedatur remissivè.*
48 *Interdictum quid sit.*
49 *Interdictum est multiplex.*
50 *Interdictum unde dicatur.*
51 *Interdictum aut est adipiscendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ possessionis.*
52 *Interdictum salvianum quid sit.*
53 *Salvianum, aliud directum, aliud utile.*
54 *Salvianum directum, contra quem detur, & ad salvianum unde dicatur.*
55 *Ad quid inventum, & contra quem, & ad quid detur utile.*
56 *Salvianum utile competit cuicumq; creditori hypothecario.*
57 *Cui competit hypothecaria, competit salvianum.*
58 *Salvianum datur propter hypothecam.*
59 *Hypotheca est mater, & fundamentum salviani.*
60 *Salvianum cessat hypotheca cessante.*
61 *Salvianum ratione hypothecæ competit Legatario.*
62 *Salvianum utile competit pro Legato.*
63 *Salvianum competit pro Legato non solùm contra alia bona per testatorem possessa, sed etiam contra res ipsas legatas, ac mobilia, pecunias, & nomina debitorum.*
64 *Salvianum utile competit fideicommissario, etiam particulari, contra bona fideicommissaria à testatore tempore obitus possessa, & in re fideicommisso subjecta.*
65 *Salvianum utile competit hæredi, ac hæredi hæredis, ac substitutis in testamento.*
66 *Salvianum utile competit Cessionario.*
67 *Salvianum utile competit in alijs casibus, ratione hypothecæ, de quibus remissivè.*
68 *Salvianum ut detur, necesse est probare requisita opportuna, & necessaria.*

69 Requisita probanda in Salviano sunt duo extrema; Primum extremum est creditum cum hypotheca, & possessio debitoris de tempore obligationis, vel posteà.

70 Secundum verò extremum est possessio Rei conventi.

71 Si agatur pro consequutione Legati, vel fideicommissi, Primum extremum in Salviano est possessio testatoris de tempore obitus, seu conditi testamenti, secundum verò possessio Rei conventi.

72 Salvianum est remedium personale in rem scriptam.

73 Salvianum utile redditur contra quemcumque etiam Tertium possessorem, ac etiam contra singularem successorem ipsius debitoris, & quare.

74 Si agitur in Salviano contra ipsum debitorem, sufficit ultra creditum cum hypotheca, probare possessionem ipsius debitoris, & quare.

75 Creditum est fundamentum, hypotheca verò est mater Salviani.

76 Creditum cum hypotheca in Salviano probatur non solùm ex instrumentis publicis, sed etiam ex Apocis privatis subscriptis, & judicialiter recognitis.

77 Primum extremum in Salviano probatur ex instrumentis, & scripturis publicis.

78 Primum extremum in salviano probatur per testes.

79 Primum extremum in Salviano probatur ex clausula Constituti.

80 Primum extremum in Salviano probatur ex confessione judiciali, & aliis legitimis probationibus.

81 Secundum extremum in salviano probatur ex instrumentis, & scripturis publicis.

82 Secundum extremum in salviano probatur ex scriptura privata.

83 Secundum extremum in salviano probatur per testes.

84 Secundum extremum in salviano probatur per confessionem partis adversæ, & per manutentionem.

85 Secundum extremum in salviano probatur ex sustentatione litis, præsertim concurrente aliquo adminiculo.

86 Secundum extremum probatur aliis decem modis, de quibus remissivè.

87 Actor ut obtineat in Salviano, debet plenè probare, quòd res à Reo possessa sit eadem, quam debitor possidebat.

88 Identitatem rei in salviano sufficit probare ex verificatione duarum demonstrationum.

89 Judicium in salviano dirigitur contra rem, licèt agenti non debeatur principaliter res, sed creditum.

90 Salviani natura est, ut creditori satisfiat de suo credito ex fructibus rei, non quòd res distrahatur, vel adjudicetur.

91 Salviani natura in creditore bonorum est, ut creditor consequatur ipsa bona.

92 Immissus in salviano, ad effectum se satisfaciendi ex fructibus, non potest vendere pignus, sed debet agere petitorio, & sic devenire ad ejus distractionem.

93 Immissus in salviano, qui porrectis precibus Principi, obtinet licentiam distrahendi pignus, potest illud vendere, absq; eo, quòd petitorio agat.

94 In salviano avocatur sola possessio, & de illa tantùm disceptatur.

95 Immissus in salviano acquirit solam detentationem, ita ut creditor non sibi, sed debitori possideat.

96 Fructus in salviano cedunt in extinctionem debiti ad favorem debitoris, penes quem remanet vera possessio.

97 Creditor immissus in salviano, postquam est satisfactus de credito ex fructibus, tenetur restituere debitori bona in quibus fuit immissus.

98 Creditor satisfactus in salviano, nolens restituere bona debitori, dicitur spoliare, & competit contra eum actio spolii.

99 Creditore satisfacto ex fructibus de eius credito in salviano videtur debitori competere manutentio, si non habuit se pro spoliato, & quare, & num. 100.

100 Dictio, donec est de sui natura limitativa, & determinativa temporis.

101 Finita emphiteusi competit domino directo summariissimum possessorium retinendæ contra hæredes emphiteutæ.

102 Judicium salviani debet continere summam certam, & quare.

103 Conventus in salviano liberatur per oblationem crediti.

104 Immissio in salviano non impeditur per exceptiones requirentes indaginem.

105 Exceptio dominii requirens indaginem fideicommissi detractionis legitimæ, & satisfactionis turbida non impedit immissionem in salviano.

106 Exceptio melioramentorum illiquida simulationis, nullitatis contractus, & respiciens probationes extrinsecas, non impediunt immissionem in salviano.

107 Exceptio excussionis non admittitur in salviano.

108 Contrariam opinionem, uti aquiorem defendit Cæcina.

109 Sed à prima opinione, in praxi observata, ac receptiori, non est recedendum in judicando, & consulendo.

110 Exceptio præscriptionis in salviano non admittitur, nisi sit 30. vel 40. annorum.

111 Tertius possessor succedens debitori titulo singulari, præscribit hypothecarium decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes.

112 Præscripta hypotheca remanet præscriptum salvianum.

113 Præsentia in cive, vel incola civitatis præsumitur, nisi contrarium probetur.

114 Non valenti agere non currit præscriptio.

115 Et cui competit restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, non obstat præscriptio decem, vel viginti annorum, & quare.

116 Debitore constituente se nomine alterius possidere, non obstat agenti præscriptio decem, vel viginti annorum, & quare.

117 Exceptiones dominii, & aliæ probatæ, vel probandæ incontinenti, impedium immissionem in salviano.

118 Facta mixtura in possessorio summario, necesse est suspendere petitorium, & quare.

119 Suspensio petitorii potest fieri in quæcunque instantia.

120 In

120 *In Salviano quatuor tantùm termini substantiales sunt de necessitate observandi, & qui.*

121 Innocentius Sextus *Cardinalem Ægidium in toto Statu Ecclesiastico in Italia Legatum in temporalibus deputavit.*

122 Sixtus Quartus *Constitutiones Ægidianas à Cardinale Ægidio editas ad urbē, & alia loca status Ecclesiastici extendit, confirmavit, & servari mandavit.*

123 Paulus Tertius *Constitutiones Ægidianas cum sua extensione etiam in Urbe, & locis ditioni Ecclesiæ immediatè subjectis confirmando servari mandavit.*

124 Paulus Tertius *Constitutiones Carpenses, à Cardinale* Pio de Carpo *Provinciæ Marchiæ Legato, editas, confirmavit, & in eadem Provincia servari mandavit.*

125 *Carpenses non ligant extra Provinciam Marchiæ, & quare.*

126 *Constitutiones Ægidianæ non præjudicant, nec ligant in casibus, in quibus statuta locorum particularia disponunt.*

127 *Appellatio in possessorio momentaneo de jure civili non datur, quoad effectum suspensivum.*

128 *Signatura in possessoriis summariis committit causas appellationum cum clausula*, sine præjudicio, *vel cum clausula*, quatenus sit locus Ægidianæ.

129 *Si appellatur ab inordinato processu, committitur causa appellationis ad utrumque effectum.*

130 *Si infertur præjudicium irreparabile, datur appellatio ad utrumque effectum.*

131 *Appellatio in possessoriis de jure Canonico datur ad utrumque effectum.*

132 *Amplissima appellandi licentia de jure Canonico in possessoriis fuit per Constitutionem Ægidianam, & Summos Pontifices reducta ad terminos juris Civilis.*

133 *Ægidiana habet locum in Salviano, & alio quolibet possessorio.*

134 *Ægidiana locum habet etiam si sententia sit lata per Cedulam, dummodo in mero possessorio.*

135 *Ægidiana, si non fuit opposita in prima, potest opponi in secunda, vel alia instantia, contra appellantem.*

136 *Lata sententia prima ad favorem rei, & secunda ad favorem actoris non est locus Ægidianæ.*

137 *Lata prima sententia evidenter ex eisdem actis nulla & injusta ad favorem rei; secunda verò valida, & justa ad favorem actoris intrat Ægidiana: secus si prima sententia fuisset revocata uti nulla, & injusta ex noviter deductis.*

138 *Si in secunda sententia lata pro actores revocetur expresè prima lata pro reo, vel fiat alia mixtura, non intrat Ægidiana.*

139 *Ægidiana habet locum in omnibus locis Romano Pontifici immediatè subjectis.*

140 *Ægidiana habet locum ubi lis vertitur in curia inter personas Sedi Apostolicæ immediatè subjectas, etiam si bona non sint Sedi immediatè subjecta.*

141 *Ægidiana intrat, ubicumque sententia fuit restricta ad merum possessorium, licet incidenter sit cognitum de Petitorio, & eo magis Petitorio suspenso.*

142 *Sententia, ut sit locus Ægidianæ, debet esse justa & valida.*

143 *Sententia ut sit exequenda, debet esse justa, & valida.*

144 *Ægidiana habet locum, sive sit pronunciatum contra reum, sive contra actorem.*

145 *Ægidiana æquiparatur* l. unicæ, C. si de moment, *& recipit easdem limitationes.*

146 *Ægidiana recipit interpretationem passivam à jure communi.*

147 *Ægidianam producere non est necesse, cùm sit notoria.*

148 *Ægidiana an intret nec ne attenditur sententia & non petitio, aut probatio.*

149 *Ægidiana non habet locum inter personas Ecclesiasticas.*

150 *Ægidiana non comprehendit personas Ecclesiasticas, etiam ad earum favorem, & litis Consortium Laicorum.*

151 *Ægidiana non intrat, quando agitur de bonis Ecclesiasticis.*

152 *Ægidiana non intrat, quando agitur de utili dominio Ecclesiæ, etiam si lis sit tantùm inter Laicos.*

153 *Ægidiana numquam locum habet, quando agitur de aliquo præjudicio Ecclesiæ, etiam si lis sit tantùm inter Laicos.*

154 *Ægidiana intrat, quando agitur tantùm de possessione bonorum Emphiteuticorum Ecclesiæ inter Laicos, & lis vertitur in Foro Sæculari, secus si in foro Ecclesiastico.*

155 *Ut dicatur agi de bonis Ecclesiasticis, jus metimur ex parte actoris.*

156 *Bon. mem. Cardinalis Ægidius, qui Constitutiones Ægidianas compilavit, non habebat jurisdictionem, nisi in temporalibus, & prophanis, unde dictæ Constitutiones non ligant personas, bona, & causas Fori Ecclesiastici.*

157 *Ægidiana non comprehendit Ecclesiasticos, & eorum bona, licèt sit confirmata à Summis Pontificibus, & quare.*

158 *Statutum Urbis habuit originem à Papa, à quo fuit etiam confirmatum, & ob id tanquam Papale ligat Clericos, & personas, & bona Ecclesiastica.*

159 *Ægidiana non intrat, quando sententia continet mixturam petitorij.*

160 *Ægidiana intrat, licèt mixtura sit in processu, dummodo non sit in sententia, cujus tenor tantùm ad hoc debet attendi.*

161 *Licet verba sententiæ sint dubia, si tamen constat, Judicem voluisse procedere solo possessorio est locus Ægidianæ.*

162 *Ægidiana non intrat lata sententia in petitorio.*

163 *Ægidiana non habet locum in Jurisdictionibus, & quare.*

164 *Ægidiana non intrat, quando sententia est notoriè injusta.*

165 *Ægidiana non intrat, quando sententia non justificatur ex eisdem actis factis ante sententiam.*

166 *Sententia, ut sit locus Ægidianæ, non potest ex noviter deductis justificari, nisi post sententiam esset facta probatio contraria, nam tunc executio non impediretur.*

167 *Ægidiana intrat, nisi doceatur de notorio gravamine, aut injustitia.*

168. *Aegi-*

168 *Ægidiana non habet locum, quando constat de evidenti nullitate Sententiæ.*

169 *Ægidiana non intrat, si agitur de gravamine irreparabili.*

170 *Ægidiana non habet locum in sententia conditionali.*

117 *Ægidiana non habet locum in Terris imperii.*

De Salviano Interdicto Pars Secunda. Cap. VI.

A 1 VTILE Salvianum Interdictum, A. quod est adipiscendæ possessionis remedium, quotidie occurrit in Praxi, est enim possessorium summariũ valdè frequens & utile.

2 Datur autem Primò Creditori in bonis ei à Debitore hypothecatis, sive ab ipso Debitore, sive à Tertio possessis, ad effectum se satisfaciendi de ejus Credito ex eorumdem bonorum fructibus.

3 Datur, & Secundò etiam Legatario, & fideicommissario, vel alteri, cui competit actio hypothecaria pro consecutione proprietatis rei legatæ, vel per fideicommissum relictæ, aut aliàs sibi debitæ.

Primò casu, scilicet super immissione ad effectum se satisfaciendi de credito ex fructibus, fit Monitorium, tenoris sequentis videlicet.

4 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam N N. principalis Creditoris NN, in scutis NN. (*vel in scutis NN. pro fructibus decursis, & non solutis Census scutorum NN. in sorte, vel aliàs secundùm facti contingentiam*) Tenore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso (*principalis possessor unius Domus sitæ in Urbe in regione N. juxta bona N. & N. si agitur contra principalem Debitorem, sin minus*) detentor, & occupator unius Domus sitæ in Urbe in regione N. aliàs per d. NN. principalem Debitorem possessæ, juxta bona N. & N. & alios notissimos fines, prout in actis suis loco, & tempore verificabitur, &c. quatenus infra triduum sub 500. ducatorum Cameræ Apost. applicandorum, &c. & pro illis Mandati exequutivi, & in Juris subsidium excommunicationis, aliisque &c. pœnis, &c. debeat dictum Instantem in realem, actualem, & corporalem possessionem d. Domus, & illius annexorum jurium & pertinentiarum quarumcunque immississe, posuisse, induxisse, positumque & inductum, & immissum manutenuisse, defendisse, & conservasse, & de fructibus, proventibus, & pensionibus ejusdem respondisse, & satisfecisse, damnaque expensas, & interesse præmissorum causa, & occasione passa, & patienda, &c. ac liquidanda, &c. refecisse, Mandatumque de Immittendo, Manutenendo, &c. ac aliud necessarium & opportunum decerni, concedi, & relaxari jus & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria & opportuna fieri vidisse, &c. & per d. Instantem, &c. retinendam, & usufructandam, &c. donec, & quousque ex fructibus d. Domus fuerit de d. ejus Credito satisfactus (*vel de fructibus Census, de quo agitur decursis, necnon decurrendis, vel aliàs secundùm facti contingentiam*) in vim utilis Salviani Interdicti, aut alterius remedii possessorii magis utilis & proficui, Deducens, &c. omne jus, omnemque actionem, ac remedium in præmissis competen. &c. non solùm præmisso, sed etiam omni alio meliori modo, &c. præsentibus, &c. paruisse, etsi quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

Secundo verò casu, videlicet pro consecutione rei debitæ, fit Monitorium super immissione, Tenoris sequentis, & aliàs secundùm facti contingentiam mutatis mutandis.

5 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. N. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis fideicommissarii quondam NN. exponentis, quod aliàs d. quondam NN. suum condidit ultimum nuncupativum Testamentum sub die NN. in actis rogatum, cum quo decessit relicto Hærede NN. cui sine liberis decedenti eumdem NN. instantem vulgariter, & per fideicommissum substituit, qui NN. Hæres, ut supra, institutus, adita Hæreditate, nullis Liberis superstitibus, diem clausit extremum, prout in actis suis loco, & tempore verificabitur. Tenore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso detentor, & occupator unius Domus sitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona N. & N. ac unius Vineæ sitæ extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona N. N. & NN. nec non aliorum bonorum in processu causæ specificandorum, quæ d. q. NN. dum vixit, & tempore sui obitus possidebat, &c. quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum auri Cam. Apostolicæ applicandorum, &c. & pro illis Mandati exequutivi, & excommunicationis in Juris subsidium, aliisq; &c. pœnis debeat d. Instantẽ in realem, actualẽ & corporalem possessionem dd. bonorum, &c. fideicommissariorum, ac illorum annexorũ, Jurium & pertinentiarum, & membrorum quorumcumque, immisisse, posuisse, induxisse, positumque, inductum, & immissum manutenuisse, & defendisse, & conservasse, ac de fructibus redditibus, & proventibus eorundem respondisse & satisfecisse, ac responderi, & satisfieri fecisse, dãnaque, expensas, ac interesse præmissorum causa, & occasione passa, facta, et incursa, et in futurum patienda, facienda, et incurrenda, ac liquidanda, refecisse, Mandatumque de Immittendo etc. manutenendo, etc. et aliud desuper necessarium, et opportunum decerni, concedi, relaxari, jus et justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, et opportuna fieri vidisse, in vim utilis Salviani interdicti, aut alterius remedii possessorii magis utilis, et proficui, Deducens, etc. omne jus, omnemque actionem, et remedium in præmissis sibi magis competen. et si quis, etc. compareat, etc. alioquin, etc.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

Ex adverso is contra quem Monitorium fuit ex-

exequutum, ante lapsum triduj ab illius exequutione, protestatur, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

6 In officio NN. & negando monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideo nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs, &c.

7 Cæterum, sive negato, sive non negato monitorio, necessaria est illius verificatio, nam aliàs actor obtinere non potest.

8 Pro verificatione autem Monitorii in hoc judicio, si bona, in quibus petitur immissio, sunt penes debitorem, probandum est creditum cum hypotheca, necnon quòd Debitor illa possideat.

9 Si verò bona sunt penes Tertium, tunc probanda sunt duo extrema, primum scilicet creditū cum hypotheca, & sic quòd debitor de tempore obligationis, aut postea possederit, secundùm quod Reus conventus eadem bona in corpore, & substantia possideat.

10 Quod si agatur de immissione in possessionē rei legatæ, aut bonorum fideicommisso subjectorum, docto de existentia legati, vel fideicommissi, per productionem Testamenti, sunt adhuc duo extrema probanda. Primum scilicet quòd Testator, qui legavit, vel fideicommisit de tempore obitus bona legata, vel fideicommisso subjecta possideret, secundùm quod Reus eadem bona in corpore, & substantia possideat.

11 Igitur citanda est pars ad dicendum contra Jura, & in termino citationis sunt in actis producenda instrumenta, & scripturæ necessariæ, & opportunæ, & obtinenda admissio illorum cum solita clausula, *si, & in quantum.*

Ex adverso verò contra hujusmodi jura sunt opponenda generalia, juxta superius tradita, *par. 1, cap. 2. num.* 18.

Et si Scripturæ indigent recognitione, & personæ legitimatione, procederur ad recognitionem, & legitimationem earumdem, ut dictum est supra *p. 1, c. 2, n. 11, & seqq. & c. 5, n. 1. & seq.*

12 Sed si scripturæ non sunt sufficientes ad extremorum probationem, erunt conficiendi articuli, & in actis producendi, citata parte ad dicendum contra illos, & videndum admitti in forma, & jurare Testes, juxta superius tradita *d. p. 2, c. 11, n. 2, & seqq.*

Articuli verò in Salviano sunt in mero possessorio conficiendi, ne fiat mixtura petitorii, ob id detur appellatio, & contra Tertium possessorem poterunt confici, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam, videlicet.

14 Articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, & producit procurator, & eo nomine NN. contra NN. perens recipi, & admitti, & super eis Testes inducendos servatis servandis examinari ad superfluam tamen probationem non se adstringens, &c. de quo protestatur, salvo jure, &c. non solùm ut supra, sed omni alio, &c.

In primis hic loco articulorum repetit omnia jura in quantum, &c. ex quibus, &c. licèt, &c. tamen ad majorem cautelam, &c. probare vult, intendit, quatenus opus sit.

1. Che la varità fù, & è che fù già al Mondo NN. quale mentre visse dell' anno NN. e sino alla sua morte possedè una vigna posta fuora di porta NN. à lato delli beni di NN. & di NN. & altri, &c. della quale il detto NN. pigliava, e riceveva li frutti da' suoi lavoratori, Vignaroli, & Affittuari à debiti tempi, e come meglio li Testimonii informati deporanno la verità del fatto, e cosi, &c.

2. Item che dell' anno NN. la detta Vigna articolata di sopra fù, & è anco al presente occupata da NN. Avversario, il quale, ne hà preso, e riceuto, e piglia, e riceve li frutti dalli suoi Lavoratori, Vignaroli, & Affittuarii alli debiti tempi, e come meglio li Testimonii informati diranno la verita del fatto, e cosi, &c.

3. Item che la Vigna articulata di sopra occupara al presente dal detto NN. Avversario, è quella istessa in corpo, e sustanza, che già possedeva, e possedè anche visse ii d. q. NN. come sopra nel primo articolo, e cosi, &c.

4. Item che nelle dete cose ne fù, era & è publica voce, e fama, publico, notorio, &c. e cosi, &c. Hos, &c. salvo jure, &c. omni, &c.

Nomina Testium.

NNNNNN. & altri da nominarsi.

15 Si verò Testes examinandi sunt in partibus, expediuntur literæ missivæ loco remissorialium, & proceditur ad examen illorum, ut supra *par. 1, c. 12. n. 1, & seq.*

16 Sed reus contra agentem in Salviano poterit opponere exceptiones, de quibus supra dictum est *par. 1, c. 7, & c. 8,* & aliàs quascumque sibi de jure competentes, ad effectum impediendi immissionem.

Verumtamen actor citatus, ad dicendum contra jura, vel contra articulos, debet in hujusmodi terminis protestari, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio, &c. NN. protestatus fuit non admitti aliqua jura (*vel aliquos articulos*) in præjudicium processus, & possessorii summarii intentati, & his salvis contra prætensa jura (*vel prætensos articulos*) dixit pro nunc generalia contra verbo, salvo jure, &c. & pendente, &c. omni, &c.

Et insuper in termino, ad dicendum contra articulos, debet addere in protestatione *nihil fieri, nisi specificatis materiis, nominibus, cognominibus Patrio, & exercitio Testium, & intimato die, & hora certis, ad effectum,* &c. *& aliàs juxta superius tradita, par. 1 c. 11, n. 5.*

Qua protestatione stante, Judex non debet admittere jura, vel articulos nisi cum clausula *sine præjudicio processus, & possessorii summarii intentati.*

17 Quod si in hoc, aut alio judicio possessorio aliquam Petitorii mixturam fieri contigerit, tunc actor, ne causa efficiatur appellabilis, poterit suspendere Petitorium, ut infra, videlicet.

18 Pro NN. contra NN.

In officio, &c. NN. protestatus fuit, quòd si aliquid in præsenti judicio factum fuit, aut fieri contigerit, quod aliquo modo concernat Petitorium, illud tantùm factum fuit, & fieri tantummodo ad colorandum possessorium, & nō aliàs, ideo suspendendo in omnibus, & per omnia

B nia petitorium, B. dixit nihil fieri, nisi in mero possessorio, & ipso possessorio in primis, & ante omnia terminato, non solùm ut supra, sed omni alio, &c.

Cæterum, si Reus exceptiones oppositas non probaverit, vel illæ probatæ apparent irrelevantes, poterit actor, complero processu, procedere ad observantiam terminorum substantialium, ut infra videlicet.

A. C. N.

19 Citetur NN. ex adverso principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p. d. in terminis substantialibus, instante NN. principali, sive, &c.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in actis producta, & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admitti, si, in quantum, omni, &c.

In quo quidem termino, ad dicendum contra producta, repetuntur jura in actis exhibita, & potest etiam fieri nova jurium productio, si opus fuerit, absque alia citatione ad dicendum contra jura ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

20 In officio, &c NN. facto per compulsum produxit instrumentum NN. rogatum per acta NN. sub die NN. prout in folio, tenoris, &c. & repetiit omnia jura, acta, & actitata, gesta, & facta per acta mei, &c. in parte, & partibus, &c. & in quantum, &c. & non aliàs, &c. petens, &c. omni, &c.

21 Non est tamen necesse in Salviano, & aliis summariis possessoriis in Tribunali A. C. servare omnes supradictos terminos substantiales, sed sufficit servare quatuor ex illis, ut infra, videC licet, C.

A. C. N.

22 Citetur NN. ex adverso principalis, ad articulandum ad 8. d. ad dicendum contra articulos ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. d. in terminis substantialibus, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admitti, si, & quantum, omni, &c.

Successivè citatur pars, ad videndum reiterari terminos præfatos, & ad sententiam, ut infra, videlicet.

A. C. N.

23 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, habitos, atque servatos, in vim quarumcunque facultatum, absolvi instantem à censuris ad effectum, &c. deferri juramentum ut supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum sententiam definitivam in forma, & aliàs omni meliori modo, &c. ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra; admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis, &c. juravit, &c. & sententiari prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris, &c. super quibus, &c. præsentibus Sociis testibus, &c. non solùm, ut supra, sed omni alio, &c.

Tenore Cedulæ.

24 Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram nobis in primis, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & super immissione in possessionem unius Domus sitæ in Urbe, in Regione NN. juxta bona NN. &c. rebusque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. immittendum fore, & esse prout immittimus in realem, actualem, & corporalem possessionem d. Domus, illiusque jurium, & pertinentiarum quarumcunque, ad effectum retinendi donec, & quousque d. NN. fuerit ex fructibus d. Domus de ejus credito scutorum NN. (*vel de fructibus Censis, de quo agitur, scutorum NN. in sorte, decursis, & non solutis, ac decurrendis vel aliàs secundùm facti contingentiam*) integrè satisfactus, & quodcunque mandatum de immittendo, desuper necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in Expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure, imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, declaramus, & definitivè decernimus, non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Tenore alterius Cedulæ super immissione in possessionem rei legatæ, seu aliàs debitæ.

25 Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & super immissione in possessionem unius Domus sitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona N. & N. unius vineæ sitæ extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona, N. & N. &c. occasione de qua in actis, &c rebusq; aliis, &c. Dicimus pronunciamus, & definitivè sententiamus, decernimus, & declaramus d. NN. Actorem immittendum fore, & esse, prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem possessionem dictorum bonorum, omniumq; illorum jurium, ac pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, amoto exinde d. NN. detentore, ac quodcunq; mandatum de immittendo, desuper necessarium, et opportunum, decernendum fore, et esse, prout decernimus, et relaxamus. Victumque Victori in expensis condemnamus

qua-

quarum taxationem nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè sententiamus non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

26 Cæterum si causa non excederet valorem ducatorum ducentorum, non esset necesse servare terminos substantiales, sed posset citari Pars ad videndum deferri juramentum in supplementum, & ad Sententiam juxta superius tradita, hac eadem *par. 2, c. 4, n. 20, & seqq.* quæ procedunt in omnibus causis summam ducentorum ducatorum non excedentem. Sed quia termini hujusmodi servari, etiam in his Possessoriis summariis, quando causa venit expedienda per Cedulam, non possunt obesse, sed fortè potius prodesse, poterunt à quolibet ad libitum, etiam in causis Possessoriis infra valorem dictorum ducentorum ducatorum servari absque scrupulo.

27 Et quia in Judicio Salviani, & aliis Possessoriis summariis regulariter non datur appellatio suspensiva, idcircò si quis à Sententia lata in simili judicio appellare voluerit, necesse habebit adire Præfectum Signaturæ justitiæ, pro Supersessoria usque ad Signaturam, si illa obtinere voluerit, & causam in Signatura parte citata proponendam curare, juxta superius tradita *par. 1, c. 13, de Appellat. n. 19, & seq.*

28 Erit autem appellatio coram Judice à quo in primis proponenda infra decem dies, & aliàs, ut supra *d par. 1, c. 13, n. 2, & seqq.* ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

29 Coram Domino, meque, &c. NN. habita notitia de Sententia lata contra N. ad favorem N. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus ad Sanctissimum D.N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula; quam facto dedit, Tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit Refutatorios in forma, &c. omni, &c.

Tenore Cedulæ.

30 A quadam asserta definitiva Sententia per R. P.D. NN. Locumtenentem latam ad favorem NN. contra NN. de, & super immissione in possessionem quorumdam bonorum, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis Procurator, & eo nomine d. NN. sentiens se læsum, & gravatum, et timens imposterum magis lædi, et gravari, etc. ab illa, et toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D.N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, et appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit petens semel, bis, tertio sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, et instantissimè sibi de Apostolis responderi, et quatenus, etc. à non admissione, ac toto ulteriori processu iterum, et toties quoties, ut supra, provocat, appellat, et de nullitate dicit, etc. Ita ut sit ultimus in appellando, etc. et interim, etc. nihil innovari, etc. aliàs de nullitate, et attentatis, etc. non solùm, ut supra, sed omni alio, etc.

Commissio verò in Signatura proponenda poterit fieri, ut infra, et aliàs mutatis mutandis secundùm facti contingentiam, videlicet.

Romana.

31 Beatissime Pater NN. Adversarius assertus Creditor quondam NN. in scutis N. monetæ egit coram A.C. et obtinuit contra NN. devotum S. V. Oratorem Sententiam favorabilem super immissionem in possessionem unius Domus, et aliorum bonorum valoris scutorum mille per Oratorem spatio decem annorum, et ultrà legitimè possessorum. Verum quia idem NN. nullam super dictis bonis habet Hypothecam, et in omnem casum cessat ex Oratoris possessione decennali, ultra quod agitur de bonis Emphiteoticis Ecclesiasticis. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus ut dignetur causam et causas appellationis, et appellationum, necnon nullitatis, et nullitatum ex tribus, iniquitatis, et notoriæ injustitiæ à d. asserta Sententia, infra legitima tempora, interpositæ, et interpositarum, necnon attentatorum, et innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de jure, etc. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, et quam, et quas, etc. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditori, vel Locumtenenti (si adest) audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, et mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque statum, etc. plenè, etc

32 Si verò causa non est Rotalis, dicitur in Commissione, alicui Romanæ Curiæ Prælato audiè. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. Committere, et mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, singulis diebus, et horis feriatis, et non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis. Constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, statum, etc. pro plenè, etc. ut in Formulis positis supra *p. 1, c. 13, n. 29, & seqq.*

33 Solet quo Signatura in his summariis possessorius, si Sententia est justa, et valida, et lis non est inter personas Ecclesiasticas, vel non agitur de bonis Ecclesiasticis, etiam Emphiteoticis, rescribere cum clausula, *sine præjudicio Mandati de immittendo, &c.*

34 Si verò justitia Sententiæ non est clara, vel aliàs adest difficultas, an Sententia admittat appellationem, solet rescribere cum clausula, *quatenus sit locus Ægidianæ*, quæ clausula est ejusdem virtutis in judicii possessoriis, cujus est clausula: *si quid exequendum in executivis.*

35 Sed si Sententia sit nulla, vel injusta, vel contineat mixturam possessorii cum Petitorio, vel agatur inter, pro, vel contra personas Ecclesiasticas, vel de bonis Ecclesiasticis, ut supra Signatura rescribit pro appellatione simpliciter, causam appellationis committendo.

36 Cæterum si supersessoria non fuit obtenta, vel signatura rescripsit cum clausula, *sine præjudicio*, aut aliàs juridicè, ad ulteriora potest absque vitio attentatorum procedi, expeditur Mandatum de immittendo, tenoris sequentis, videlicet.

37 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis Tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Exequutoribus, Subexequutoribus & aliis, ad quos spectat, &c. quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub 500. ducatorum, aliisque, &c. pœnis debitis eumdem Instantem in realem, actualem, & corporalem possessionem unius Domus sitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona NN. & NN. &c. necnon unius Vineæ sitæ extra Portam N. juxta bona NN. & NN. &c. amoto NN. Adversario, & quocumque alio illicito Detentore, immisisse, induxisse, & imposuisse, ac immissum, inductum, & impositum manutenuisse, defendisse, & conservasse, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus dictorum bonorum respondisse, & responderi fecisse (*& si Actor petit immitti, ad effectum se satisfaciendi de suo credito, additur in Mandato*, per instantem retinen. &c. donec, & quousque fuerit ex fructibus dd. bonorum integrè de ejus Credito scutorum N. satisfactus) quoniam d. N. Adversario citato, & intimato, servatis servandis, in vim Sententiæ desuper latæ, prout in actis Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

38 Hoc Mandatum de immittendo sic expeditum datur Exequutori Curiæ, ad quem spectat, qui illius vigore immittit eum, qui Mandatum obtinuit in possessionem bonorum, de quibus in eo, de qua immissione Notarius actuarius conficit Instrumentum publicum tenoris, videlicet.

In Dei nomine Amen.

39 NN. Exequutor Baroncelli Curiæ Illustriss. & Reverendiss. Domini A. C. mihi cognitus, &c. cui est directum Mandatum de immittendo in possessionem unius Domus sitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona NN. & NN. necnon unius Vineæ sitæ extra Portam N. N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & N. N. &c. ad instantiam N. N. contra N. N. per acta mei, &c. per R. P. D. N. A. C. Locumtenentem sub die N. N. seu, &c. servatis servandis in vim Sententiæ, decretum & relaxatum, prout in actis, &c. quod quidem Mandatum præ manibus habens mihi tradidit præsenti Instrumento inserendum, tenoris, videlicet.

De Mandato, &c. Virtute dicti Mandati supradictum NN. immisit in realem, & actualem possessionē præfatæ domus, qui NN. sic immissus ejusdem Domus realem, corporalē & actualem possessionem accepit, & adeptus fuit, per eam deambulando, Portasque & Fenestras illius claudendo, & aperiendo, ac NN. Inquilinum, ibi repertum, extra illam expellendo &c. Protestans d. NN. quòd per ejus inde discessum, aut recessum è d. domo, non intendit illius possessionem acceptam, & acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo, & corpore retinere, & continuare non solùm, ut supra, sed omni alio meliori modo &c. Actum, &c. præsentibus, &c. Testib° ad præmissa, &c. vocatis habitis, atq; rogatis &c

In Dei nomine Amen. Anno, &c. eadem die.

40 Idem NN. Exequutor Curiæ Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. suprascriptus mihi cognitus, etc. virtute supradicti Mandati de immittendo, accessit ad Vineam sitam extra Portā NN. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. una mecum Notario, etc. & imposuit, & immisit NN. suprascriptum in realem, et corporalem dictæ Vineæ possessionē. Qui NN. sic immissus accepit, et adeptus est veram, realem, corporalem, et actualē ejusdem Vineæ possessionem, per eam deambulando, et in signū veræ, et realis possessionis glebas Terræ in manibus accipiendo, et alia necessaria, et opportuna faciendo, etc. Protestans, etc. d. NN. quòd per ejus discessum, aut recessum è d. Vinea non intendit illius possessionem acceptā, et acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo, et corpore continuare, et retinere, non solùm, ut supra, sed omni alio meliori modo, etc. actum, etc. præsentibus, etc. Testibus ad præmissa, etc. vocatis, habitis, atque rogatis, etc.

41 Cæterum quia ubicumque quis fuit immissus in possessionem aliquorum bonorum, uti Creditor in vim utilis Salviani, donec ex illorum fructibus fuerit de ejus Credito satisfactus, evenit aliquando, ut non possit, nisi longo interveniēte tempore ob modicitatem fructuum de Credito satisfieri, et interim ad subhastationem, et deliberationem eorumdem bonorum deveniri sine licentia Principis non potest, necesse est ob id adire Signaturam Sanctissimi, et porrigere, et obtinere Commissionem, et rescriptum tenoris sequentis videlicet.

Romana.

42 Beatissime Pater. Cùm NN. devotus S. V. orator esset creditor NN. in scutis mille monetæ, fuit ideò pro dicti ejus Crediti satisfactione per R. P. D. A. C. in vim utilis Salviani Interdicti immissus in possessionem unius Vineæ ejusdem NN sitæ extra Portam NN. in loco nuncupato N juxta suos notissimos fines. Verum quoniam Pater Sancte, dicta Vinea est infructifera, et ob id Orator non potest ex illius fructibus de ejus Credito satisfieri. Ideo supplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. A. C. ut præfixo d. NN. aliquo brevi, et competente termino, tam in petitorio, quàm in possessorio, ad dicendum, et probandum quicquid vult, et potest, dictam Vineam reluendum, seu Oratori de suo Credito satisfaciendum, quo elapso, et nihil quod relevet docto, et dictis bonis non redemptis, ac Oratore non satisfacto, ad ejusdem Vineæ subhastationem et deliberationem ad effectū, ut Oratori ex illius pretio possit satisfieri procedat, committere, et mandare, cum potestate citandi, et inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, et quando opus fuerit, etc. præmissis, necnon Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisq; contrariis nō obstantibus quibuscunq; Statū, etc. pro plenè, etc.

Reseriptum.

De Mandato D. N. Papæ idem Judex præfigat, et procedat, ut petitur. Placet I.

43 Quæ Commissio signata, ac proinde ad Bancum Cursoris allata, et in Capsa Judicis, cui est directa, reposita, per Notarium mensarium inde extrahitur, et Judici præsentatur, et successivè citatur Pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

A. C. N.

44 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad dicendum contra commiſſionem in actis exhibitam, necnon videndum illam admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, ad p.d. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Commiſſionem in actis præſentatam, & petiit, & obtinuit admitti, ſi, & in quantum, & juxta illius formam mandari, ut ſupra, procedi, omni, &c.

Deinde iterum citatur Pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

45 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum ſibi præfigi terminum ad probandum, & reluendum bona, de quibus agitur, juxta formam Commiſſionis, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit præfigi, ut ſupra, terminum quindecim dierum. Vel *aliàs arbitrio Judicis*, cum intimatione omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. præfixit terminum, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Elapſis verò dictis quindecim diebus currentibus poſt Intimationem exequutam, citatur Pars, ut infra videlicet.

46 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum ſubhaſtari bona, de quibus agitur, juxta formam Commiſſionis, & quodcumque Mandatum de ſubhaſtando deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni, & relaxari, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi per totam, omni, &c.

47 Et ſucceſſivè d. die elapſa expeditur Mandatum de ſubhaſtando Curſori directum, & producta in actis Cedula ſubhaſtationis, citatur Pars ad videndum deliberari, & proceditur denique ad deliberationem bonorum, juxta Praxim ſuperius poſitam *p. 1, c. 15, de ſubhaſt. & delib. pign. n. 12, & ſeqq.*

Obſervationes.

A 48 INterdictum eſt quædam formata, & ſolemnis conceptio verborum, quibus Prætor aliquid fieri jubet, vel prohibet, quod tunc maximè is faciebat cum de poſſeſſione, vel cauſis inter aliquos contendebatur, *Inſt. de Interd. in princ.* & ſic eſt actio extraordinaria ex edicto Prætoris profluens: vel hodie interdictū eſt actio Prætoria in factum, cum antiquæ ſolemnitates, & formulæ ſint ſublatæ, §. *fin. inſtit. de interd.*

49 Interdictum eſt multiplex, ut conſtat ex tot *tit. Inſtit. de interdict. & tot. tit. ff. de interd. ſeu extraord. act.*

50 Dicitur autem interdictum, quaſi inter duos dictum, §. *ſunt tamen, in fin. inſtit. de interd.*

51 Ad rem autem proprius accedendo, Interdictum eſt triplex, videlicet, adipiſcendæ, retinendæ, et recuperandæ poſſeſſionis, §. *ſequens diviſio, inſtit. de interd.*

52 Eſt igitur interdictum Salvianum actio Prætoria in factum, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum, §. *interdictum, inſtit. de interd. Scapuc. de util. Salv. interd. q. 1, n. 1, lib. 1.*

Vel eſt remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, *l. 2, §. ſunt autem. ff. de interd. d. §. Interdictum Inſt. de interd.* cum aliis cumulatis per *Pacific. de util. Salv. interd. inſpect. 1, c. 1, n. 59*, imò merum poſſeſſorium adipiſcendæ. *Scapuc de Salv. q. 1, n. 4, lib. 1, Rota deciſ. 150, n. 2, par. 2, recent. & deciſ. 5, n. 2, poſt Pacific. de Salvian.*

53 Salvianum eſt duplex directum, et utile *Scapuc. de Salv. q. 2, n. 4, lib. 1, Pacif. de Salv. inſp. 1, c. 1, num. 6.*

54 Directum præcipuè datur, et inventum fuit ad favorem Locantis contra Conductionem prædii ruſtici: Utile verò contra Conductorem prædii Urbani pro adipiſcenda poſſeſſione rerum tacitè pro penſione, ſeu affictu oblignatarum, et in prædium Domini introductorum, *Scapuc. de Salvian. d. q. 2, n. 4, lib. 6, Pacif. de Salv. d. inſp. 1, c. 1, n. 9, & ſeq.*

55 Et fuit hoc interdictum appellatum Salvianum à Salvio Juliano Prætore illius authore, ut poſt alios tradunt *Scapuc. de Salv. q. 1, n. 1, lib. 1, Pacific. de Salv. in præfat. n. 12, & ſeqq.* ubi rationibus *Theſauri* contrarium tenentis reſponder.

56 Licèt autem utile Salvianum propriè competat, ut ſupra, pro rebus Inquilini, competit tamen etiam cuicumque Creditori hypothecario *Bart. in l. 1, n. 2, ff. de Salv. interd.* et alii quos cumulat *Scapuc. de Salv. q. 5, n. 1, lib. 1, & q. 15, nu. 3, eodem lib. 1, & Pacif de Salvian. inſpect. 1, c. 1, nu. 11,*

57 cui † enim competit hypothecaria, competit Salvianum *Gabr. conſ. 46, n. 20, lib. 1, & conſ. 44, n. 5, ubi de communi, & obſervantia Rotæ teſtatur lib. 2, Rota deciſ. 44, n. 4, p. 1, diverſ. & dec. 139, nu. 1, & deciſ. 387, n. 1, p. 1, recent. & dec. 131, num. 4, & deciſ. 376, n. 3, & deciſ. 292, n. 2, & deciſ. 291, n. 1, poſt Pacific. de Salvian. Duran. deciſ. 181, nu. 3,* et

58 datur † Salvianum propter hypothecam, *Seraph. deciſ. 563, n. 1, Rot deciſ. 15, n. 1, deciſ. 26, n. 1,*

59 *& deciſ. 126, n. 1, poſt Pacific. d. Salv.* quæ † quidem hypotheca dicitur ejus mater, et fundamentum, *Rota deciſ. 365, n. 3, par. 1, recent. & dec. 9, poſt Pacific. de Salvian. ſecun. nov. impreſſ. Duran. deciſ. 268, n. 1, & deciſ. 309, n. 1, Aul. Cecin. in ejus*

60 *vot. apud Scapuc. de Salv. lib. 1, d. 12, n. 2*, ceſſante † verò hypotheca ceſſat Salvianum, & ſine illa non datur, *Rota deciſ. 185. num. 5, par. 4, & deciſ. 17, num. 17, & deciſ. 407, num. 11, par. 5, & deciſ. 205, num. 2, par. 7, recent. & deciſ. 17, num. 2, deciſ. 18, num. 1, deciſ. 30. num. 1, deciſ. 31, num. 3, & deciſ 104, num. 3, poſt Pacific. de Salv. ſecundum nov. impr. Cavaler. deciſ. 253, num. 1, & deciſ. 333, num. 5, Duran. deciſ. 40, num. 15, & deciſ. 176, numer. 2.*

61 Primò igitur ratione competentis Hypothecæ Salvianum utile competit Legatario, *Bertrand.cons.449 lib.4, Pacific.de Salvian.insp.3,c.4, q 8,n.325.Rot.decis.674.n.4,& seq.par.3 lib.3, divers.Mantic.decis.256,nu.4, Cavaler.dec.420, n.1,Buratt.decis.257,n.20,* ubi de observantia Rotæ testatur.

62 Et quòd pro legato competat Salvianum juxta communem,& veriorem opinionem,quam passim servat Rota,*Gabr.cons.46,num.48, lib.1, & cons.44 numer.4,lib.2, Scapuc.de util. Salv.interd.qu.7,nu.1,lib.1,Seraph.dec.828,n.1, Rot. decis.689,n.4 par.3,lib.3.divers.& decis.1, nu.2, decis.45,n.1,decis.52,num.1 decis.83,n.2, & decis. 292,n.1,post Pacific.de Salv.& dec.193, nu.1,& decis.387,n.1,& decis.559,n.2,par.1,& dec.302 n.2,& decis.560,n.2.par.4.recent.Duran.dec.185 n.2,& n.5,* ubi de communi,veriori, & observantia Rotæ testatur,*& decis.352,nu.1, Ferentill.ad Buratt.decis.257, lit.C. & decis.286,lit.A, in fin.n.19.*

63 Et non solùm contra alia bona per Testatorem possessa, quæ sine dubio sunt hypothecata, *Rota decis.387,n.2,par.1, recent. Duran.d.decis. 185,n.6,& seqq.* Sed etiam contra res ipsas legatas,ex veriori opinione, *Scapuc.de Salvian.q. 7,nu.3,lib.1, Duran.d.decis.185,n.8,& seqq.& nu.13,* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Buratt.decis.286,n.19,* & contra mobilia,pecunias, & nomina Debitorum,*Rota decis. 559,n.2,p.1, recent. & post Pacific. de Salv,decis.83,num.1,& seqq.*

64 Secundò competit etiam Fideicommissario, *Gabr.cons.44,n.1,& seqq.lib.2, Pacif. de Salvian. inspect.3,c.4,q.8,nu.325, Scapuc.de Salvian.q.8, n.1,lib.1,* & passim tenet Rota,*Seraph.decis.828, n.1,Rot.decis.444,n.4.par.4,recent. Duran. dec. 43,n.1,decis.258,n.8.& decis.432,n.1, Buratt. decis.693,n.3,Cavaler.decis.204, n.4,* etiam Fideicommissario particulari. *Ferentill.ad Burat.decis.115,n.17,* & tam contra bona fideicommissaria à Testatore tempore obitus possessa, *Rota decis.193,nu.1,par.1,& decis.755,n.1,par.3,recent.* quàm in re Fideicommisso subjecta, *Buratt.decis.693,n.1,* & indistinctè secundùm opinionem,quam servat Rota, *Burat.decis.275, num.11.*

65 Tertiò competit Hæredi, necnon Hæredi Hæredis,*Scapuc.de Salvian q.18,n.1,& seqq. lib. 1,* & substitutis in testamento,*Cavaler.decis.357, num.1.*

66 Quartò datur Cessionario,*Scapuc.d.q.18,nu. 2,& seq.lib.1,Rot.decis.23,n.1,par.4, recent. Duran decis.401,n.4.*

67 Nec desunt alii casus, in quibus ratione hypothecæ competit Salvianum, quos cumulat *Scapuc.& Pacific. in eorum de util. Salvian. interd. tractatibus,* ad quos in facti occurrentia poterit haberi recursus.

68 Ad hoc autem, ut detur Salvianum, requisita necessaria, & opportuna probare necesse est, *Seraph.decis 685,n.1,& decis.828,n.3, Burat.decis.822.n.1.*

69 Et sunt hæc requisita duo extrema, Primum scilicet creditum cum hypotheca, & possessio Debitoris,seu Hypothecantis de tempore obligationis vel postea *Rol.cons.14,nu.13,lib.1, Menoch.de adipisc.rem,3,q.29,n.160, Scapuc. de Salvian.q.25,n.4,lib.1, Pacific.de Salvian. inspect.1,c. 5,n.1,& seqq.Seraph.decis.579,n.1, Rota decis.23 n.2,& seq decis.25,n.4,decis.29,n.2,decis.56,n.1 & seq.decis.98,n.9,& decis.171,n.3, post Pacif.de Salvian.& decis.307,nu.4,par.1,& decis.477,n. 1,& decis.669,n.3,& dec.775.nu.1,par.2,& decis.123,nu.1,par.3 & decis.513,n.1, & seq par. 4,& decis.308,nu.1,decis.324, nu.1,& seq.decis. 347,n.1,& decis.318,n.2,par.6, recent. Cavaler. dec.399,in princ.& n.2, Gregor.decis.491,n.6, Duran.decis.401,n.1.*

70 Secundum verò extremum est possessio Rei conventi, *Aret.in §.item Serviana,n.9, Inst.de act. Menoch de adipisc,remed.3,nu.15, Rolan. cons.14, n.13,lib.1, Rota decis.674.nu.4,par.3,lib.3,divers. & decis.56,nu.2, post Pacific. de Salvian. & decis. 324,n.2,& decis.669 nu.3,par.2, & decis. 560, n.1,par.4,& decis.323,n.2,& decis.407,n.1,par. 5,& decis.59,n.1,& decis.318,n.2,par 6,recentior. Duran.decis.401,n.1,dec.461,n.1.*

71 Sed quando agitur pro Legati, vel fideicommissi consequutione, primum extremum est possessio Testatoris de tempore obitus,seu conditi Testamenti,*Rota d.decis.674, n.4,lib.3.par. 3,divers.& decis.560,n.1,par.4,recent.* Secundum verò extremum possessio ex parte Rei conventi, *Rot.d.dec.560,n.1.*

72 Est namque Salvianum remedium personale in rem scriptum,*l.1,ubi Glos. in verbo comperit. C. de præc.Scapuc.de Salvian. q.4.nu.1,& nu.3.lib.1, Rolan.cons.14,in prin.lib.1. Menoch. de adipisc.remed.3,q.7,n.57,Rota decis.324,n.2,par.2,recent.*

73 & † ob id redditur contra quemcumque, etiam Tertium possessorem, *Bart in l.prima,n.1 ff. de Salv.interd.Rolan.cons.14 n.18 lib.1, Scapuc.de Salv.q.4,n.1,& n.3,lib.1, Sal Tib in Prax.lib.2,c. 2,n.10,Rota decis.1.n.5, decis.10, num.4. decis.15, n.2,decis.25,n.5,decis.56,n.5,decis.98, num.4,& decis.207,n.2, post Pacific.de Salv. Seraph.decis. 935,n.3 & decis.1143.n.5,Rota decis.294,nu.4, par.1,decis.314,n.2,par.2,decis.539,n.1, ante fin. p.4,recent.* etiam contra singularem possessorem, & titulo possidentem,*Alex,cons.185,nu.4, lib.6. Seraphin.decis.935,n.3,Rota decis.208,n.6,par.5 recent.*

74 Verum ubi agitur in Salviano contra ipsum Debitorem, sufficit, ultra creditum cum hypotheca, probare possessionem ipsius Debitoris, *Aret.in §.item,Serviana, num. 9, instit.de act.Menoch,de adipisc.remed.3,n.14,* & passim observat praxis, cum Salvianum non detur, nisi contra possidentem,*Scapuc.de Salv.q.25,num.8 lib.2,* & præsupponat reum possidere, *Pacif. de Salviano, inst.3,c.2,n.435, Rota dec.144, post eumdem Pacif.de Salvian.*

75 Creditum est præcipuum fundamentum Salviani,*Scapuc.de salu.q.5,n.5.lib.2,Greg dec.26,n. 3,Rota dec.61.n.1,p.2,& dec.123,nu.1 p.3,rec & dec.23,n.1,post Pacif.de Salvian.* Hypotheca verò Salviani mater,ex cumulatis supra,*vers. licèt autem,n.56.*

76 Probatur autem Creditum cum hypotheca non solum ex publicis instrumentis, *Rota decis. 456,num,2,& decis.669,n.1,& seq.par.2, recent.*

& ibi

& ibi fæpè, *Duran.decif.40,n.1. & dec.401, n.1.* fed etiam ex Apochis privatis fubfcriptis,&judicialiter recognitis,*Duran.decif.193,n.1.*

77 Primum autem extremum primo probatur ex inftrumentis,& fcripturis publicis,*Seraph.decif.828,n.4.Rot.dec.387,n.2.par.1, & d.dec. 669 num.1,& feq.par.2,& decif.123,num.1. par.3, recent.Cavaler.decif.204, num.4, Buratt. decif.32, n.2.*

78 Secundò probatur per teftes, *Seraph. decif. 1200.in princ. & n.1. Rota dec.1.n.1. poft Pacif.de Salu.& dec.669,n.2,& feq.par.2, & dec.123.n.1. par.3.rec.& alibi fæpè.*

79 Tertiò probatur ex clauſula conſtituti in inſtrumento venditionis appoſita, *Seraph. dec. 1415,n.2, Rota dec.98,n.10,pro Pacif. de Salvian. Duran.dec.40,n.4.*

80 Quartò probatur etiam ex confeſſione judiciali in reſponſione ad poſitiones, & aliis legitimis probationum generibus, quibus in aliis Judicijs ſolent incumbentia probari.

81 Secundum verò extremum primò probatur ex inſtrumentis,& ſcripturis publicis, *Pacific.de Salv.inſp.1,c.6.n.9. Seraph.dec.1200, n.1, Duran. dec.40,n.2.*

82 Secundò probatur,ex ſcriptura privata manu adverſarii confecta, *Pacif.de Salvian.inſp.1,c.6. n.8,Rota decif.227.in princ.par.2.diverſ.*

83 Tertiò probatur per teſtes,*Rota dec.1. n.1. poſt Pacific.de Salvian.& deciſ.669,num: 2,& ſeq: par: 2.recent.*

84 Quartò probatur per confeſſionem partis in reſponſione ad poſitiones, & præparatoria, *Scapuc.de Salv.qu.25,num 9,lib.1.Seraph.dec.1200 n.1.*

Quintò ex mandato de manutenendo alicui conceſſo ſuper eisdem bonis, quod non datur, niſi poſſidenti,*Mantic.dec 252.n.2. Rota in Peruſina Salviani,3 Decembris 1646 coram R.P.D. Meltio in § alterum,verſ.Verùm etiam.*

85 Sextò,ſi pars non negat ſe poſſidere, ſed ſe opponit contradicendo, actitando, & litigando,probatur ex hujusmodi litis ſuſtentatione, *Scapuc.de Salvian.q.25,num.9. verſ.ſi autem pars, lib.1.Verall,deciſ.360.n.1,par.2. Seraph.deciſ.1415 n.3.Rota dec.83.n.2.par.1.recent.*ubi quod ita ſæpè fuit deciſum,*& dec.669.n.2. & ſeq:par.2. & dec. 135.n.4.par.6.recent. & deciſ.20.n.2.* ubi quod ita tenet Rota, *& dec.171.num.2. poſt Pacific. de Salv.& in Romana Salviani,17 Aprilis 1643 coram R.P.D.Cerro.Gregor.dec.491, Duran.dec.40.n.5. & dec.193,n.4.Buratt.dec.584,n.5,* ubi quod ita ſæpè fuit reſolutum, *& dec. 693,n.4,* præſertim ſi cum litis ſuſtentatione concurrat aliquod adminiculum, *Rota dec.24.num.5.deciſ.26.num.16 & deciſ.98.num.5.dec.202.n.1,poſt Pacific.de Salvian.& dec.123,n.1.par.3.recent. Cavaler.deciſ 204 n.6. Rot.in 5. Severin.dotis, ſeu Salviani 4 Maii 1640. coram R.P.D.Dunozet.in §. poſſeſſio denig.*

86 Et alijs decem modis probatur ſecundum extremum ex *Menoch.de adipiſc.* quem refert, & ſequitur *Pacific. de Salvian.inſpect.1.c.6,n.9,* & ſufficiunt ad illud probandum probationes etiam ſemiplenæ,& leviores,*Rota dec.8.de reſt.ſpol. in nov.& in Romana prætenſi Salviani 30.Januarii 1617.coram bon mem.Remboldo.*

87 Denique,ut actor poſſit obtinere,debet conſtare, quòd res à reo poſſeſſa ſit eadem in corpore, & ſubſtantia, quam debitor de tempore obligationis, vel poſteà poſſidebant, quæ quidem identitas eſt plenè ab actore probanda, *l. duo ſunt Titij, ubi Bart.ff.de teſtam.tutel. Cravett. conſ.112,n.5.& ſeq.Saluſt.Tib.in prax.lib.2.c.2.n.2 Scapuc.de Salv.q.25.n.10.lib.1.Pacif.de Salv.inſp.1 c.6 n.3.*

88 Probatur autem plenè identitas ex pluribus demonſtrationibus, *Rota in Bononien.fideicommiſſi, 6 Februarii 1645. coram R.P.D. Rojas:* Sed ſufficit illam probare ex verificatione duarum demonſtrationum,ſeu confinium, *l.forma.ff.de Cenſ,Rota dec.26.n.18.dec.184.n.6.& dec.294,n.1 poſt Pacific.de Salv.& deciſ.123,n.1.p.3.recent.*

89 Licèt autem in Salviano judicium principaliter dirigatur contra rem,agenti tamen non debetur principaliter res, ſed creditum, *Rot.deciſ. 383.num.2.& ſeq.par.1.recent. & dec. 274.num.7 poſt Pacif.de Salvian. & deciſ.376, num.2. & ſeq. par.2,recent.*

90 Hujus namque judicij natura eſt, quòd creditor ex fructibus bonorum,in quorum poſſeſſionem fuit immiſſum, de ſuo credito ſatisfieri debeat,non autem quòd illa diſtrahantur, vel adjudicentur,*Scapuc.qu.11.num.4.lib.3. Seraph. dec.713,num.15.& dec.915.num.2. Rota deciſ.43. num.2.& dec.44.n.7.par.1.diverſ. & in Romana de Comitibus,17 Maii 1581 coram fel.rec. Clemente VIII. num.2,& ſequen.verſ.non obſtat apud Saluſt. Tib.in prax.lib.2.poſt cap.5.fol.175.& deciſ.161.n.3 & n.14.par.6. & deciſ.179.n.13.par.7.recent. Duran.dec.109.n.1.*

91 Sed hoc non procedit in creditore bonorum cui competit Salvianum ad effectum conſequendi rem ipſam,*Rota dec.44.n.7.par.1. diverſ. & in d.Romana de Comitibus,17 Maii 1581. coram fel.rec.Clemente VIII.impreſſ.apud Saluſt.Tib.in loco ſuprà citato.*

92 Cæterùm Immiſſus,ad effectum ſe ſatisfaciendi ex fructibus, pignus vendere minimè poteſt,*Seraph.dec.1100.n.2.Rota dec.43.n.2.p.1. div.* ſed debet agere petitorio, & ſic devenire ad illius diſtractionem,*Saluſt.Tib.in prax.lib.2.c.2.n. 36.in fin.Rota d.dec.43,n.5 p.1.diverſ.*

93 Sed hoc non procedit, quando Immiſſus, porrectis precibus Principi,aliqua ratione ab eo licentiam diſtrahendi pignus obtinet, prout paſſim, hujusmodi preces in Signatura Sanctiſſimi porrigi ſolent; nam tunc obtenta commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata,juxta formulam ſuperius poſitam nu. 42. benè poterit illius vigore absque eo, quòd petitorio agatur, ad pignoris diſtractionem deveniri, *Marcheſ.de commiſſ.appell.in Salv.p.1.§.2.n.81.fol.100. Pacif.de Salvian.inſpec.4.c.1.n.144.* cum aliis cumulatis ſuprà *p.1.c.15.verſ.8.in actione reali,n.88.*

Advertendum tamen eſt, quòd non ſolùm, quoad bona,in quorum poſſeſſione creditor eſt immiſſus in Salviano, Papa, & alij Principes ſolent ex cauſa reſcribere, quòd procedatur ad ſubhaſtationem,ut ſuprà, ſed ſignanter quando fructus ipſorum bonorum ſunt adeò tenues,

quod

quòd creditor ſpatio 10. & ultra annorum non poteſt ex illis ſatisfieri, & ſententia immiſſionis aliquo modo tranſivit in indicatum, & ita frequenter practicatur in Signatura Gratiæ.

94 In hoc autem Salviani judicio avocatur ſola poſſeſſio, *Seraph.dec.1100.n.1.Rota dec.2.n.8.poſt Pacif.de Salv.* & de illa tantummodo diſceptatur, *Saluſt.Tib.in prax.lib.2.c.2,n.10.*

95 Quinimò immiſſus acquirit ſolam detentationem, *l. ſi cùm venditor, ff. de evict. Seraph.dec.* 105 *725.n.14. Buratt.dec.240.n.11.* adeò quòd creditor non ſibi, ſed debitori poſſideat, *Alex.in l.1 §.ſi per ſervum corporaliter,n.5. & ſeq.ff. de acquir. poſſeſſ. Saluſt.Tib.d.lib.2.c.2.n.36.Rota dec.172.n.8*

96 *par.5 recent.* & fructus † cedant in extinctionem debiti ad commodum ejusdem debitoris, *l.1. & 2.C.de pignor. act.* penes quem remanet vera poſſeſſio, *Rota dec.49.n.7.& ſeq.par.5.recen.* 106 *Duran.dec.70.n.5.*

97 Poſtquam verò creditor ex fructibus de ejus creditis ſatisfactus remanſit, bona, in quorum poſſeſſionem immiſſus fuit, reſtituere debitori tenetur, *Greg.dec.254.num.1. Rota dec.161.num.3. par.6 recent.* adeò, ut reſtituere nolens dicatur ſpoliare, *Greg.dec.254.n.1.* & ibi *Beltram.n.6. Fe-*

98 *rentill.ad Burat.deciſ.848.n.16.* & competat contra eum actio ſpolii, *Rota deciſ.130.n.15. & dec. 223.n.10.par.7.recent.* ſeu interdictum recuperandæ, *Scapuc.de Salv.qu.12.n.1.lib.3, Saluſt.Tiber.* 107 *lib.2.c.2.num.37.Rota dec.11.num.8. poſt Pacif.de Salvian.* cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Gregor.dec.254 n.6.*

99 Quinimò, cùm debitor verus poſſeſſor re- 108 maneat, ex prælegatis, ſi non habet ſe pro ſpoliato, videtur illi competere manutentio, quia nec dominio, nec poſſeſſione civili eorumdem bonorum privatus remanſit, & naturalis, quæ fuerat ei tantùm ad tẽpus determinatũ, cõceſſa cum clauſula *donec, & quoſq; de ejus credito fuerit ex fructibus ſatisfactum*, ſequuta ſatisfactione,

100 remanet extincta, & finita: † natura etenim illius dictionis, *donec*, eſt limitativa, & determinativa temporis, *Aret.in l.quod meo, n. 11.ff.de acqu. poſſeſſ. Pacif.de Salv.inſpect.4.c.2.n.217.Grat.dict. 45.n.1.& ſeqq.*

101 Sic in ſimili ſummariiſſimum hoc poſſeſſorium retinendæ datur domino directo ficta emphiteuſi contra hæredes, & ſucceſſores emphiteutæ, poſſeſſione naturali cum civili, quæ apud eumdem dominum directum remanſerat, conſolidata *Bart.in l.1.§.fin.15.ff.uti poſſid. Abb. in c.Item cùm quis,n.4. verſ. poteſt etiam agere, de reſt.ſpol.Bero con.102.n.43.lib.1. Put.dec.198,n.4, lib.1.Rota in civitatis Caſtelli bonorum, 8 Novembr. 1589.coram clar.mem.Card. Pamphilio ſeniore patruo Sanctiſſimi D.N.Innoc.X.impreſſa apud March. de commiſſ.par.1.fol.969.*

102 Debet autem hoc Salviani judicium continere ſummam certam *Rolan.conſ.14.n.13.l.1.Aret.in §.Item Serviana,n.15.inſtit.de act. Rot. deciſ. 609, n.1.par.4.recent.* ad hoc ut poſſeſſor poſſit, illam ſolvendo, evitare immiſſionem *Duran.dec.268.n.*

103 17, nam per oblationem creditur conventus liberatus *l.1.C. qui pot.in pign. habean. Rot.dec.207. num.8.poſt Pacif.de Salv.* & ſic ceſſat Salvianum *l. Paulus §. qui pignoris, ff. quibus mod.pign.vel hypot. ſolv.Rota dec.78.n.1.poſt Pacif.de Salvian.*

104 Immiſſio verò in hoc judicio non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, ſed iſtæ ad petitorium rejiciuntur, *l.fin. C.quorum bonorum Rip.in rubr.ff.de pign,n.19.Pacif.de Salv.inſp.4.c.1.nu.225. Greg.dec.563.n.15. Rot.dec.52,n.7.dec.61.n.1.& dec.63, n.12. poſt Pacif.de ſalvian.Burat.dec.420.n.4 & dec.822.n.4*

105 prout † de exceptione dominii indaginem requirente tradit *Put.dec.233.n.1.lib.3. Seraph.dec. 1200.n.5.Cavaler.dec.399.n.2,* & de exceptione fideicommiſſi, *Seraph.d.dec.1200.n.5. & ſeq. Rota deci.23,n.4.& dec.107.n.3.poſt Pacif.de Salv.Rota dec.477.n.5.par.2.recent.Buratt.dec.858.n.4.* & de exceptione detractionis legitimæ, aut illius ſupplementi *Pacif. de Salv.* & de exceptione ſa-

106 tisfactionis turbida, *Buratt.dec.858.n.4.* & de exceptione Melioramentorum aliquid *Put.dec. 471.num.1.lib.2.Cavaler.dec.54,n.1,* & de exceptione ſimulationis *Caval.dec.420,num.3. Rota in Romana ſalviani 23 Maii 1644. coram Eminentiſſimo D.Card.Cecchino, quæ deciſio fuit confirmata in eadem cauſa 16 Januarii 1645. coram R.P.D. Ghiſilerio,* & de exceptionibus reſpicientibus nullitatem contractus *Gregor.dec.491.n.9.* & de exceptione reſpiciente probationes extrinſecas, *Rota dec.56.n.25.poſt Pacif. de Salv.*

107 Et de exceptione excuſſionis, quod pariter non admittatur in hoc judicio, *Gabr. concluſ.1. n.112 de fidejuſſ.Seraph.dec.383,n.9. Rot.dec.10, n.5 poſt Pacif.de Salv.*

108 Et † quamvis contrariam opinionem, ſcilicet exceptionem excuſſionis etiam in Salviano admittendam tamquam veriorem, & æquiorem defendat, & ſequatur *Aul. Cecin. in ejus reſponſo* ad favorem bon.mem. patrui mei Equitis Ridolphini de Ridolphinis, Ordinis S.Stephani, edito *in Cortonen.Salviani, quod eſt apud Scapucin.de Salviani,poſt qu.19.nu.2, & ſeqq. li.2,in impreſſ.Peruſiæ.* Nihilominus à prima opinione tamquam veriori, & in praxi obſervata recedendum non eſſe, teſtatur *Pacif.de Salv.inſpec.2, c.2.num.5.& ſeqq.* & eam magis uſu forenſi receptam aſſerit *Gail.de credit. cap.4,qu.7,nu.776, & ſeqq.*& latè defendit *Scapucin.de ſalv. d.q.19,n. 4.& ſeqq. Thomat.dec.March.96,nu.19,& ſeqq.* & magis communem, & veriorem, & ſemper ita obſervari in practica dicit *Gratian.dec.March.15 num.8,* & hodie tam in foro, quàm in ſcholis canonizatam, & ab ea in judicando, & conſulendo nullo pacto recedendum affirmat *Scapucin. de ſalv.d.qu.19,num.4,ante fin.lib.2,* & denique hanc obſervat *Rot.ut in dec. 43, num.5, & dec. 444,num.1,& 7,par.1,div. & dec.10,nu 5. & dec. 277,num.2, poſt Pacif.de ſalvian.ſec.nov.impreſſ. Duran.deciſ.40,num.48, & ſeqq.* & fuit ſæpiùs reſolutum.

110 Et de exceptione præſcriptionis oppoſita à debitore, vel ab eo, qui poſſidet titulo univerſali, uti hæres, in hoc judicio ſimiliter non admittenda, niſi eſſet triginta, vel quadraginta annorum per text.in *l.Cùm notiſſimi §.1, ubi Bal n.2, & alii,C.de præſcript.30, vel 40, annorum,* tradit *Gratian.d.dec.March.15,num.9, Mantic..dec.291*

n.5,

num.5.Rot.dec.85,n.9, post Pacif.de salv. & decis. 750,n.1,p.2.recent.

111 Sed hoc non procedit in tertio possessore succedente debitori titulo singulari, prout excepto,vel donato, vel alio modo, quia iste præscribit hypothecariam spatio decem annorum inter præsentes,& viginti inter absentes *l.fin.C. de act.& oblig.Pacif.de salv.inspect.2,c.2,n.272.&*

112 *seqq.* præscripta autem † hypotheca remanet etiam præscriptum interdictum *Salviani l.1, & 2,C.si adversus credit.Rolan.cons.79,n.7,& seqq.lib.1. Tiraq.de retract.lignag.§.1,glos.10, n.11,* ubi hoc passim ab omnibus receptum testatur,quem refert,& sequitur *Mantic.d decis.201,n.3,& n.5. Rot. dec.17,n.8,dec.85,n.10,& seqq. & dec.87,n.15, post Pacif.de salv.& dec.634,n.8,p.1,& dec.59,n.6,p.6 recent.Duran.dec.401,n.12.*

113 Præsentia autem in eo,qui est civis, & incola alicujus civitatis, præsumitur, nisi contrarium probetur,& ita millies se observari vidisse, affirmat *Bald.in l.Emptor.num.2, & seqq. & Ang. n.2,vers.sed pone,* C. *de præscr.10, vel 20 annorum, Mantic.decis.291,n.4.Rota dec.85,num.6.post Pacific.de salv.*

114 Verumtamen hujusmodi limitatio primò non habet locum contra eum, qui non potuit agere, cùm non valenti agere, non currat præscriptio,*l.fin.C.de annal.excep. Scapuc. de salv.q. 21,n.9.lib.2.Rota dec.300,n.8. post Pacif.de salv.& dec.59,n.7,p.6,recent.*

115 Secundò non habet locum, quando competit restitutio in integrum ex capite ignorantiæ,*Rota d.dec.300 n.7,post Pacif. de salv. & d.dec. 59,n.8.p.6 recent.*

116 Tertiò non habet locum, quando debitor constituit se nomine alterius possidere; nam tunc agenti non obstat præscriptio decem, vel viginti annorum,nam præscripta hypotheca supereſt constitutum, vel precarium, quo casu competit condictio *ex l.fin.C.de acquir.possess.* & non præscribitur nisi spatio trigintà annorum *Cenc.de Cens.p.3.c.1,q.8,art.1,in addit. Rot.d.dec. 300 n.10,post Pacif. de salv.& dec.75,n.9,& seq. post Cinc.de Cens.in addit.*

117 Econtrà verò exceptio dominii probati, vel incontinenti probandi, venit in salviano admittenda, *Put.dec.433, n.5,lib.3, Seraph.dec.757 n.1.* sicuti alæ exceptiones incontinenti probatæ in hoc eodem judicio admittuntur, etiamsi aliàs non admitterentur,tradit *Rota dec.19,n.4, post Pacif.de salv. & dec.57,n.4,p.2,divers. & dec. 704,n.1,p.3,recent.Duran dec.193,n.12.*

Necnon omitto quòd hypotheca anterior obstat agenti in *Salviano l.2 ff. qui pot in pig. hab.* cum aliis cumulatis per *Rot. in Ravennaten salv. 18 Junii 1642. coram R.P.D.Meltio,* & fuit dictum in *Fulginaten.salv.1.Julii 1643. coram R.P. D.Bichio.* Et omnes exceptiones, quæ obstarent defuncto agenti,obstant etiam ejus hæredi *l. Scia.ff.de evict.l.venditrici,C.de reb.alien. non alienan,* cum aliis cumulatis per *Rot. in Rom.dotis 15 Junii 1633.coram R.P.D.Cerro.*

B Ubicumque pendente judicio in salviano,
118 aut alio quocumque possessorio, aliquam petitorii mixturam fieri contigerit, necesse est ante sententiam petitorium suspendere, ne aliàs ratione mixturæ causa efficiatur appellabilis, *Salust.Tiber.in prax.lib.2,c.2,n.5.*

119 Quæ quidem suspensio potest fieri in quacumque instantia,ut tradit *Rota dec.15, n.3, post Pacif.de salv.ubi quod ita passim observat Rota.*

C Quatuor tantùm terminos substantiales videlicet ad articulandum, ad dicendum contra
120 articulos,ad producendum omnia,& ad dicendum contra producta,prout in formula citationis superius posita,in hoc salviani judicio esse de necessitate observandos, testatur *Salust.Tiber.in prax.d.lib.2,c.2,num.22,* & passim prout in illa, & etiam prout in alia formula citationis superius tradita,ut magis libet,observat praxis.

D Fel. rec. Innocentius VI. Summus Pontifex, Avenioni degens, bon. mem. Ægidium
121 Cardinalem Conchen.Hispanum S.R.E. Presbyterum Cardinalem tituli S. Clementis, in toto Statu Ecclesiastico in Italia Legatum, & Vicarium in temporalibus constituit, & deputavit,ut expresè legitur in ejusdem *Innoc.VI. Constit.1. Cùm onus, secundum nov. impress. & ibi Cherub.in Compend.Bullar.*

122 Hic Cardinalis,uti Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatus, nonnullas Constitutiones Provinciales vulgo Ægidianas nuncupatas edidit,quas ad urbem, & alia loca Status Ecclesiastici immediatè Sedi Apostolicæ subjecta,extendit,& confirmavit,atque observari mandavit Sixtus IV, *Const.8, Etsi,secundum antiq.impress.*

123 Verùm quoniam non constabat hujusmodi Constitutiones fuisse usu receptas, easdem utiles,& proficuas,una cum sua extensione,confirmavit,& observari præcepit etiam in urbe, & aliis locis,ut suprà, ditioni Ecclesiasticæ immediatè subjectis Paul. III.*Constit.17 Officii, & in appendice eiusdem ibi annexa, secundum antiq.impress.*

124 Et quia bon.mem.Cardinalis Pius de Carpo nuncupatus, eiusdem Apostolicæ Sedis Legatus in gubernio temporali Provinciæ Marchiæ, Ægidianis Constitutionibus nonnulla adjecit, has quidem additiones,seu Constitutiones vulgò Carpenses appellatas,confirmavit, & in eadem Provincia Marchiæ servari mandavit idem Paulus III. *const 39.Ex debito,secundum antiq impress.* Proinde non ligant degentes extra dictam provinciam, quia nec etiam confirmatio ligat eos, quos non comprehendit Constitutio confirmata *Beltram.ad Greg.dec.260,n.17. Duran.dec.84,n.28.*

126 Non sunt tamen Ægidianæ Constitutiones observandæ in casibus, in quibus disponunt civitatum,& locorum statuta particularia, quia his Ægidianæ Constitutiones non præjudicant, Sixtus IV. *d.const.8. Etsi. Cherub.in compend.Bullar.ad const.17. Paul.III. scol.1, Rota dec.330,n.3. p.2,divers.* prout etiam facultatibus A.C. *Paul. III. d.const.17,Officii,& in d.Const.appendice incipien. Cum onus secundum antiq. impress. Rota dec. 248,n.1.& n.3.& n.5 post Pacif. de salv.*

127 Sed propius ad rem, de qua agitur accedendo, observandum est, quòd appellatio in possessorio momentaneo, non datur de jure civili

civili quoad effectum ſuſpenſivum *l. unica, ubi DD. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell. Bart. in l. 2, n. 6. verſ. poſſumus dicere, ff. de appell. recip. Maran. de ord. jud. p. 6. act 2, n. 294, & ſeqq.* ubi de magis communi teſtatur *Caballin. ad conſt. Aegid. lib. 6 cap. 2, in §. poſſeſſiones, n. 1,* ubi quod in hoc ferè o- 134
mnes DD. conveniunt *Gravat. ad Veſtr. lib. 7, c. 3 n. 38,* ubi quod crebriori calculo à DD. in hanc itum eſt ſententiam *Marcheſ. de commiſſ. appell. in poſſ. ſalv. p. 1, § 2, n. 24 fol. 999,* ubi hoc videtur firmare pro indubitabili *Menoch. de adip. rem. 4. n. 828, & ſeqq.* ubi crebriori DD. opinione teſtatur 135
latè *Scac. de appell. q. 17. lim. 6, membr. 7, n. 16, & ſeqq.* ubi quòd hæc opinio ſervatur in toto Statu Eccleſiaſtico & num. 22, ubi quòd apud nos hæc opinio ſervatur in praxi *Afflict. dec. 269, n. 3, & ſeq.* ubi quod *Scac. Conc.* hanc opinionem ſemper ſervavit *Ludov. dec. Peruſ. 20, n. 16. & ſeqq.* ubi quamplures hanc Bart. opinionem magis communem affirmantes allegat, & magis com- 136
munem, ac receptiorem opinionem moderno-rum eſſe hac tempeſtate, teſtatur, & ita etiam
128 paſſim † obſervat Signatura committendo in poſſeſſoriis cauſas cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ,* vel ſi clarius conſtat de validitate, & 137
juſtitia ſententiæ cum clauſula *ſine prajudicio mandati de immittendo, vel de manutenendo, aut de reintegrando,* & ſic quoad effectum tantùm devolutivum, non autem ſuſpenſivum, *Scac. de appell. d. q. 17, lim. 6, membr. 7, n. 22.*

Verumtamen concluſio primò non proce-
129 dit quando appellatur ab inordinato proceſſu; nam tunc admittitur appellatio ad utrumque effectum, *Covarr. pract. quæſt. c. 23. n. 8. verſ. cæterum,* cum aliis cumulatis per *Menoch. de adipiſ. rem, 4. n. 807. & ſeqq. Ludov. dec. Peruſ. 39. n. 8. & ſeqq. Scac. de appell. q. 17. lim. 6. membr. 2, n. 33. & ſeq. & memb. 7. n. 13, & ſeq.*

130 Secundò non procedit, quando infertur præjudicium irreparabile, *Bart. in l. 2, n. 3. ff. de appell. recip. Dec. conſ. 28, n. 2. Scac. de appell. q. 17. limit. 6. membr. 8, n. 1, & ſeqq.*

131 De Jure verò Canonico datur appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio, non ſolùm quoad effectum devolutivum, ſed etiam ſuſpenſivum, *c. ex conqueſtione de reſtit. ſpol. c. ſignificaverunt de teſt. clem. 1. in fin. de ſeq. poſſ. & Fucc. Marant. de ord. jud. p. 6. act. 2, n. 295. Contard. in l. unica in 3, oppoſ. n. 1, ubi de communi, C. ſi de moment. poſſ. Afflict. dec. 269, n. 2, ubi de communi, Ludov. dec. Peruſ. 20, n. 19. Rota dec. 231, n. 2 poſt Pacif. de ſalv.*

132 Sed hæc adeò ampla in poſſeſſoriis appellandi licentia fuit per Conſtitutionem Ægidianam lib. 6. c. 2. & per ſummos Pontifices, qui illam, ut ſuprà, per totum ſtatum Eccleſiaſticum extendendo approbarunt, coarctata, & ad ter- 141
minos Juris civilis reducta *Veſtr. in prax. lib. 7, c. 3. n. 5. Scapuc. de Salv. q. 1. n. 9. lib. 3. Marcheſ. de commiſſ. appell. in poſſ. p. 1. §. 2, n. 1. & ſeqq, & n. 10. fol. 997. Rota deciſ. 324. n. 1. p. 2. & dec. 300. n. 2. par. 5 recent. & dec. 98, n. 3, & deciſ. 228. n. 1. poſt Pacif. de Salv. Gregor. dec. 461. num. 3. Duran. deciſ. 219, n. 2.* 142

133 Habet autem locum Ægidiana Conſtitutio in quolibet poſſeſſorio, & ſic etiam in Salviano-

Pariſ. conſ. 108, n. 15. lib. 1, Benintend. dec. 17. in fin. Caputaq. dec. 141 par. 3. Pacif. de ſalv. inſp. 4, c. 2. nu. 49. Rot. dec. 5, n. 5. & dec. 229 n. 1. & dec. 240. nu. 1. poſt Pacif. de ſalvian. & dec. 150. n. 3. & dec. 324. n. 1 p. 2. recent Greg. dec. 491, n. 2, & ibi Beltram. lit. B quod eſſe etiam † de ſtylo Curiæ tradit *Rot. dec. 51. n. 1. p. 5. recent.* & procedit, etiamſi ſententia ſit lata per Cedulam, dummodo ſit lata in mero poſſeſſorio *Pariſ. d. conſ. 108. n. 23. lib 1. Rota dec. 173, n. 1. & num. 3. p 1. & dec. 79. num. 8. par. 5 recent.*

Et in quacunque inſtantia *Scapuc de Salv. q. 3. n. 1. lib. 1. Rota dec 173. num. 3. p. 1. recent. Cavaler. dec. 42. num. 3. & dec. 69. n. 2,* adeò, quòd ſi non fuerit oppoſitum de Ægidiana contra appellantem à prima ſententia poſſit opponi in ſecunda inſtantia contra appellantem à ſententia confirmatoria primæ *Put. dec. 480. n. 13. lib. 2. Rot. dec. 201. n. 1. & ſeq. lib. 3. par. 3. diverſ.*

Sed hoc non procedit, quando prima ſen- 136
tentia fuit lata ad favorem Rei, ſecunda verò ad favorem actoris, quia tunc non eſt locus Ægidianæ, *Scapuc. d. q. 3. n. 2 lib. 3. Put. d. dec. 480. n. 11 lib. 2. Rota dec. 144 n. 4. poſt Pacif. de ſalv.*

Niſi prima ſententia lata pro Reo eſſet evi- 137
denter nulla, & injuſta ex ejuſdem actis; nam tunc non reputaretur ſententia, & per conſequens intraret Ægidiana, ſecus, ſi ex noviter deductis, quia tunc intraret regula, quòd cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper datur appellabilis, *Scapuc. d. q. 3. n. 2. & ſeqq lib. 3. Put. d. dec. 480 n. 13. & ſeq. lib. 2. Rota d. dec. 144 n. 5. poſt Pacif. de ſalv.*

Vel niſi in ſecunda ſententia lata ad favorem 138
actoris fuiſſet expreſsè revocata prima lata ad favorem Rei, vel facta expreſſa mentio injuſtitiæ, vel nullitatis ejuſdem, quia tunc ratione mixturæ daretur appellatio, nec poſſet intrare Ægidiana, *Scapuc. d. q. 3. n. 3 lib. 3 Rota d. dec. 144. n. 6. poſt Pacif. de Salvian.*

Et ſtantibus ſupradictis extenſionibus, & 139
confirmationibus Apoſtolicis habet locum Ægidiana in omnibus locis, & terris Romano Pontifici immediatè ſubjectis; *Pacif. de Salv. inſpect. 4. cap. 2. n. 23. Mohed. dec. 47. altàs 5. de Conſt. Rota deciſ. 112. n. 1 & 8. lib. 1 par. 3. diverſ. & deciſ. 233. n. 1. poſt Pacif. de ſalv. & dec. 238. n. 16. & dec. 260. n. 4. p 6. recent.* Quinimò etiam ſi bona, † 140
de quibus agitur, non ſint Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta, ſi tamen lis vertatur in Curia, & perſonæ litigantes ſint Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectæ, intrat nihilominus Ægidiana, *Pacif. de Salv. inſpect. 4. c. 2. n. 26. Rota dec. 79. n. 19. & dec. 117. n. 19. par. 5. recent. & d. dec. 233, n. 2. poſt Pacif. de Salv.*

Dummodo ſententia ſit reſtricta ad ſolum 141
poſſeſſorium, licèt incidenter fuerit cognitum de nullitate, & eò magis ſi peritorium fuit ſuſpenſum, quo caſu quicquid factum fuit, intelligitur tantùm ad effectum poſſeſſorii, & ad illud colorandum factum *Rot. dec. 230. num. 1, & dec. 242. n. 1. & dec. 243. n. 1 poſt Pacif. de Salv.*

Requiritur etiam ad hoc, ut Ægidianæ locus 142
ſit, quòd ſententia ſit juſta, & valida, *Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. num. 5. Rota dec. 98. nu. 5. poſt Pacif.*

de

de Salv.& dec.343.n.1.par.2.recent. Greg.dec.491
n.5.Duran.dec.259.n.1, prout † requiritur eadem
143 validitas, & justitia, ad hoc ut sententia sit exequenda, *Seraph.dec.603.in princ.*

144 Et habet locum hæc Constitutio, sive fuerit pronunciatum pro actore, sive pro reo, & sive contra unum, sive contra alterum ex eis, *Put.dec. 307.lib.2.in correct. Buratt.dec.315.n.6.*

145 Aequiparatur autem Ægidiana *l.unic. C.si de moment.possess.* & easdem recipit limitationes, quas recipit d.*lex unica*, *Rota dec.252.num.2.post*
146 *Pacif.de salvian.* & recipit à Jure communi passivam interpretationem, *Scapuc.de salv.qu.1.nu.8 lib.3.*

147 Cùm tamen sit notoria, non est necesse illam producere, ut per *Pacif.de Salv.inspect.4.c.2.nu. 54.Rot. decis.244,n.1, & dec.245.n.4, post eumdem Pacif. de Salv.*

148 Ad effectum verò ut detur, vel non detur appellatio in hac materia Ægidianæ, attendenda est sententia, non autem petitio, aut probatio *Contard.in l.unica, limit.2, § 5, n.12, & seqq. C.si de moment.poss. Scac.de appell.quæst.17.limit.6.memb. 9.num.6.Rot.dec.61.n.15. & dec.79.num.20, par.5 recent.*

Denique non omitto, plures adesse casus, in
149 quibus Constitutioni Ægidianæ locus non est.

Primò namque Ægidiana non habet locum inter personas Ecclesiasticas, *Scapuc.de salv.qu.2. n.7.lib.3. Scac.de appell.qu.17.lim.6.membr.3.n.15 Pacif.de Salv.insp.4.c.2 num.28.Rot.dec.234.nu.1 dec.237.num.6.& dec.238,num.1, & dec.239.n.5. post Pacif.de Salvian. & dec.32,num.2, par. 1, & dec.51,num.13.par.5 recent.* prout nec quando in causa adsunt Clerici, & personæ Ecclesiasticæ, *Rota in Viterbien.fideicommissi, 16 Junii 1642 coram R.P.D.Cerro.*

150 Adeò quòd non comprehendat personas Ecclesiasticas, etiam ad illarum favorem, *Buratt. dec 315,n.1, & seqq. Rota dec.61,n.13.par.5. recent.* Et sicut, si sententia lata esset in possessorio contra personas Ecclesiasticas, liceret eis appellare non obstante Ægidiana, ita etiam ratione æqualitatis servandæ inter actorem, & reum, alteri parti laicæ debet esse licita appellatio adversus personas Ecclesiasticas in eodem possessorio, *Hond.cons.20.num.2, lib.2. Scapuc. de Salvian.qu.2,num.7*, & ibi *Adden.sub lit.C.lib.3. Beltram.ad Greg.dec.581,num.8. Buratt. dec.315.n.3. & seqq.*

151 Secundò non habet locum, quando agitur de rebus, seu bonis Ecclesiasticis, *Scapucin.de salvian. d.qu.2,num.7,lib.3. Scac.de appell.qu 17.lim. 6,membr.3,num.14. Pacif.de Salv.inspec.4,cap.2, num.33.Rot.dec.231,num.1, & dec.235.n.1.dec.236 n.3,dec.238,num.1 & seqq. & dec.339,num.5. post Pacif. de Salv.& dec.32,num.1.par.1, & dec. 391, n.5.& decis.472,num.1.par.2, & decis 326.nu.6, recent. Cavaler.dec.267,n.6.& dec.493,n.1. Burat.dec.151.n.11.*

152 Quod procedit, etiam si agatur de utili dominio Ecclesiæ, & lis sit tantùm inter laicos, *Rot.in Romana domus de Scapuciis, 19 Januarii 1611 coram bon.mem. Coccino Decano, quæ est dec. 238,n.2. & seqq. post Pacif.de Salv.* quam sequitur *Rota dec.572,n.1.par.2, & dec.49.n.1.par.5. recen. & in Viterbien.fideicommissi, seu Attentatorum, 12 Maii 1645.coram R.P.D.Cerro, Caval.dec.493.n.2 Duran.dec.70.in princ.*

153 Nunquam † enim est locus Ægidianæ, etsi agatur inter laicos, quando agitur de quocumq; præjudicio Ecclesiæ, *Rota dec.239.n.6. post Pacif. de salv.*

154 Sed hoc non vendicat sibi locum, quando agitur tantùm de possessione bonorum emphiteuticorum Ecclesiæ inter laicos, quia tunc non dicitur agi de bonis, seu rebus Ecclesiæ, cùm non agatur de utili dominio annexo, & dependente à directo dominio Ecclesiæ, & per consequens, cùm non agatur de aliquo Ecclesiæ præjudicio, intrat Ægidiana, *Coccin. dec.150. n.5.* Quod est intelligendum, quando lis vertitur in foro sæculari, secùs si vertatur in foro Ecclesiastico, in quo non habet locum Ægidiana, ut declarat *Rota dec.238.n.23. & seq. post Pacif.de Salv.*

155 Ad effectum autem, ut dicatur agi de rebus, seu bonis Ecclesiasticis, jus merimur ex parte actoris, adeò, ut satis sit, quòd Ecclesia sit actrix arg. *l.1.in princ.ff.si pars hared.petat. Scapucin. de Salvian,qu.2.n.7.lib.3.Bellamer.dec.617, Rota dec. 231.n.4.dec.234.n.2.& dec.246.n.3, post Pacif. de Salv. & dec.391,nu.9.par.2.recent. Buratt.dec.315 n.2.*

156 Et est ratio, cur Ægidiana non comprehendat personas, bona, & causas fori Ecclesiastici, quia bon.mem.Cardinalis Ægidius, qui Constitutiones Ægidianas condidit, & compilavit, erat Legatus in gubernio temporali, & non habebat jurisdictionem, nisi in temporalibus, & prophanis Innoc. VI. *constit.1, Cùm onus, secundum nov.impress. Cherub.compend.Bull.ad constit. 17, Paul. III. scol.2*, ubi quòd hoc caret omni difficultate, *Pacif.de Salv.inspect.4.c.2.n.32. Scac.de appell.q.17.limit.6.memb.3,n.14.Rota decis.235, & decis.250,n.5, post Pacif.de Salv. & decis.472, n.1. par.2, recent.Cavaler.decis.493,n.1. Buratt.dec.315 n.1*, & sæpiùs fuit in Rota firmatum.

157 Et licèt Ægidiana fuerit confirmata à Summis Pontificibus Sixto IV. & Paulo III. nihilominus non comprehendit Ecclesiasticos, aut causas fori Ecclesiastici, cùm ut suprà dictum fuit, bon.mem. Cardinalis Ægidius illius author, à quo Ægidiana originem traxit, non haberet jurisdictionem super Ecclesiasticis, & Summi Pontifices simpliciter hujusmodi Constitutionem confirmarunt, & extenderunt ad universum Statum Sedi Apostolicæ immediatè subjectum, cum eisdem qualitatibus, eademque d.Constitutionis remanente natura, *l. & si remanente.ff.de precar.l.Labeo, § hæc autem, ff.de arbit. Vestr.in prax lib.7.cap.2,num.5.Rota dec.237, num.6.& 8, post Pacif.de Salv. Beltram.ad Greg. dec.260.num.17.* neque aliquam in dd. confirmationibus, & extensionibus de Ecclesiasticis mentionem specialem fecerunt, prout erat perneccesse ad comprehensionem; *Marches.de commiss.appell.in possess.Salv.p.1, §.2, num.17. fol.998. secundum nov.impress.Scac.de appell.qu,17, limit.6, membr.3,num.14.* Robur etenim constitutioni

non provenit ad effectum, de quo agitur, ex confirmatione Apostolica, nisi ab initio fuisset condita authoritate Papali, *Rota dec.250, n.4, & seq. post Pacif. de Salv.*

158 Unde infertur, quòd cùm statutum urbis fuerit conditum authoritate summi Pontificis, & à Deputatis ab eo, ac proinde etiam à Papa confirmatum, dicitur habuisse originem ab ipso Summo Pontifice, & sic tamquam Papale, ligat clericos, & personas, & bona Ecclesiastica, *Seraph. decis. 794, n. 26. Rota decis. 452, n. 1, par. 1, diverſ. & decis. 37, n. 2, & seqq. & decis. 250, n. 2, & seqq. post Pacif. de Salv.*

159 Tertiò non habet locum, quando sententia continet mixturam, & connexitatem cum petitorio, *Scac. de appell. qu. 17 limit. 6, memb. 9. Put. decis. 278, n. 2, lib. 2, & decis. 108, lib. 3. Rota dec. 243 num. 2, & dec. 253, n. 3, post Pacif. de Salv. & dec. 305. n. 13, par. 6, recent. Cavaler. dec. 505, n. 1, & dec. 510, n. 1.*

160 Sed hoc procedit, quando mixtura, & complicatio est in ipsa sententia, non autem quando esset tantùm in processu, quia tunc intelligeretur ad effectum colorandi possessorium, si Judex posteà in sententia ad possessorium tantùm se restrinxit, *Rota dec. 263, n. 1, & s. qq. par. 1. diverſ.* nam tenor sententiæ debet ad hoc attendi, *Rota in Romana melioramentorum, 24 Novembris 1617*

161 *coram bon. mem. Ubaldo*, prout † nec etiam quando complicatio non esset clara, sed verba sententiæ essent dubia, dummodo constet Judicem voluisse procedere in solo possessorio, *Cavaler. dec. 499, n. 4.*

162 Quartò eò minus habet locum, quando sententia fuit lata in petitorio, *Seraph. dec. 536. nu. 9. Rota decis. 230, num. 2, & decis. 242, n. 2, post Pacif. de Salv.*

163 Quintò non habet locum in jurisdictionalibus, quia jurisdictionalia habent admixtam causam proprietatis, *Rota dec. 252, n. 1. post Pacif. de Salv.*

164 Sextò non habet locum, quando sententia est notoriè injusta, *Gregor. dec. 491, n. 5, Burat. dec. 151, num. 10. Rota decis. 187, num. 1, par. 7, recent.*

165 prout † nec quando sententia non justificatur ex actis, *Corn. conſ. 10. n. 2. verſ. Niſi fortè diceretur, lib. 4. Rota decis. 445. n. 6, par. 1. diverſ.* sed ex eisdem actis factis ante sententiam, constat de illius injustitia, *Seraph. decis. 701, n. 3, Rota dec. 31. n. 1, post Pacif. de Salv. & dec. 391, n. 6. & n. 8. par. 2, recent. Buratt. decis. 630, n. 2. & dec. 850, n. 4.* adeò

166 † quod ad effectum, de quo agitur, non possit ex noviter deductis justificari, *Corn. d. conſ. 10, n. 2, verſ. Niſi fortè, lib. 4. Rota decis. 446. n. 8. par. 1. diverſ.* ubi quod ita pluries resolvit Rota, & ob id, si post sententiam fuisset facta probatio contraria, tunc exequutio non impediretur, ut per *Seraph. decis. 872, n. 2.*

167 Proinde sequitur, quòd nisi doceatur de notorio gravamine, aut injustitia, intrat Ægidiana, *Buratt. dec. 63. n. 11. dec. 457, n. 10. dec. 749, n. 1. decis. 780. n. 1. & dec. 850. n. 1.*

168 Septimò non habet locum, quando constat de evidenti nullitate sententiæ, *Rota dec. 18. n. 1. par. 1. & dec. 391. num. 6. par. 2, recent. & dec. 68, n. 1. dec. 72, n. 1, & dec. 144. n. 5. & n. 7, post Pacif. de salv. Buratt. d. dec. 141. n. 10.*

169 Octavo non habet locum, quando agitur de gravamine irreparabili, *Rota dec. 197, n. 9, post Pacif. de Salv.*

170 Nonò non habet locum in sententia conditionali, *Rota in Perusina spolii, 17 Martii 1586 coram bon. mem. Gypsio.*

171 Decimò, non habet locum in terris Imperii, *Pontan. de spol. p. 3. c. 3, n. 42. Pacif. de Salv. insp. 4. c. 2, n. 25.*

Hæc satis de Salviano, in reliquis adsunt tractatus Bartholomæi Scapuccini, & Statilii Pacifici, qui de eo ex professo scripserunt.

SUMMARIUM CAP. VII.

1 *Remedium*, l. fin. C. de edi. div. Adrian. tollen. *quibus, & quomodo competat.*

2 *Hæres scriptus, si possessio bonorum hæreditariorum est vacans, exhibito testamento, & legitimata eius persona, absq; alia citatione cum clausula*, sine præjudicio aliorum, *immissionem obtinet.*

3 *Hæres, si possessio bonorum non est vacans, debet agere via monitorii contra Detentores.*

4 *Monitorium in remedio*, l. fin. C. de edict. div. Adrian. toll. *& eius formula.*

5 *Monitorii exequutio adnotatur, & reproducitur actis, & quomodo, & n. 6.*

6 *Reproductio monitorii, & eius formula.*

7 *Protestatio contra monitorium, & eius formula.*

8 *Monitorium est omnino verificandum, aliàs reus absolvitur.*

9 *In Judicio remedii*, leg. fin. *est producendum in actis testamentum in forma probanti, una cum fide obitus testatoris.*

10 *Articuli in remedio*, l. fin. *conficiendi, & eorum formula.*

11 *Factâ mixtura potest suspendi petitorium, ne causa efficiatur appellabilis.*

12 *Citatio ad libellandum in terminis substantialibus, & eius formula, & processus.*

13 *Citatio ad articulandum in termino substantiali in remed.* l. fin. *& eius formula, & processus.*

14 *Judex in remedio* l. fin. *potest expedire causam per Cedulam, vel per Decretum ad libitum.*

15 *Citatio ad videndum reiterari, & loco sententiæ reintegrari monitorium, & ejus formula, & processus.*

16 *Citatio ad videndum reiterari, ad sententiam, & eius formula, & processus.*

17 *Cedula sententia in remedio*, l. fin. *& eius formula.*

18 *Facto Decreto, vel latâ sententiâ, nisi adsit impedimentum, vel superſessoria, expeditur mandatum de immittendo.*

19 *Mandatum de immittendo in possessionem bonorum hæreditariorum in remedio*, l. fin. *& eius formula.*

20 *Mandatum de immittendo virtute* l. fin. *quando possessio bonorum hæreditariorum est vacans, & eius formula.*

21 *Appellare volens in remedio*, l. fin. *debet obtinere superſessoriam, & adire plenam Signaturam justitiæ.*

22 *Appellatio coram judice à quo, interponenda infra decem dies.*

23 Inter-

23 *Interpōsitio appellationis in remedio*, l.fin. *coram Iudice à quo, & eius formula, & responsio Iudicis.*

24 *Cedula appellationis in remedio*, l.fin. *& ejus formula.*

25 *Commissio appellationis in plena Signatura proponenda in remedio*, l.fin. *& eius formula.*

26 *Signatura in remedio*, l.fin. *rescribit, vel cum clausula*, sine præjudicio, vel quatenus sit locus Ægidianæ, *vel appellationis causam simpliciter committit.*

27 *Si locus est executioni, in remedio*, l.fin. *Executor virtute mandati expediti, immittit in possessionem bonorum, & actuarius super immissione conficit Instrumentum.*

28 *Instrumentum testamenti non vitiatum habet executionem paratam.*

29 *Remedium*, l.fin. *est civile competens tantùm hæredi scripto, interdictum verò quorum bonorum est prætorium, competens hæredi ab intestato.*

30 *Remedium* l.fin. *competit hæredi scripto in testamento in scriptis (quod conficere cum omnibus solemnitatibus est ferè impossibile, & obid videtur recessisse.)*

31 *Remedium*, l.fin. *competit etiam hæredi instituto in testamento nuncupativo in scriptis redacto, secùs si testes sint tantùm ducti coram Iudice, & oretenus de eius tenore fidem faciant.*

32 *Remedium*, l.fin. *competit tantùm hæredi ex testamento, interdictum verò quorum bonorum, tam hæredi ex testamento, quàm ab intestato.*

33 *Hæredi scripto in remedio*, l.fin. *suffragatur præsumptio continuationis possessionis usq; ad mortem defuncti.*

34 *Hæres scriptus, ut possit obtinere immissionem, debet exhibere in actis testamentum non rasum, non cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, aut suspectum.*

35 *Ex sola productione copiæ, aut vigore simplicis sumpti testamenti non datur immissio.*

36 *Vigore copiæ, seu transumpti in forma authentica, & probanti immissio est concedenda.*

37 *Si fides testamenti revocatur in dubium, est producendum Originale.*

38 *Vt detur immissio ex remedio*, l.fin. *probanda est mors testatoris.*

39 *Disposita in testamento locum non habent, nisi post testatoris mortem.*

40 *Testamentum nondum valet, dum vivit, qui testatus est.*

41 *Voluntas hominis est ambulatoria.*

42 *Immissio ut detur requiritur, quòd bona fuerint à testatore tempore mortis possessa.*

43 *Immissio virtute* l.fin. *datur in bonis à testatore tempore obitus civiliter, & naturaliter, vel naturaliter tantùm possessis, vel detentis.*

44 *Immissio ex* l.fin. *datur etiam in bonis civilissimè tantùm à testatore tempore mortis possessis.*

45 *Remedium*, l.fin. *competit hæredi hæredis.*

46 *Immissio virtute*, l.fin. *in bonis tempore obitus testatoris per tertium possessis denegatur.*

47 *Intentans remedium*, l.fin. *debet citare partem.*

48 *Intentans remedium*, l.fin. *quando possessio est vacans, non tenetur etiam aliquem generaliter citare, & quare.*

49 *Remedium* l.fi. *non datur contra legitimè possidentem, seu legitimum contradictorem, sed agendum est contrà viâ ordinariâ.*

50 *Legitimus contradictor, ut impediat immissionem, debet bona fide, & sine vitio possidere, & incontinenti docere de jure suo.*

51 *Legitimus contradictor, ut impediat immissionem, debet ostendere titulum parem.*

52 *Ad impediendam immissionem nihil interest, an possidens habeat parem titulum ab eodem testatore, vel ab alio.*

53 *Ad immissionem expediendam nihil interest, an possessor habeat titulum ex testamento, vel ostendat alium titulum singularem legitimè obtentum, dummodo sit talis, per quem possit impediri immissio.*

54 *In Iudicio ordinario in quo adest legitimus contradictor, obtinet, qui habet meliora, & potiora jura.*

55 *Legitimus contradictor non est, qui possidet, etiamsi habet titulum.*

56 *Legitimus contradictor est habens titulum, & facultatem in testamento capiendi possessionem propria authoritate: licèt non possideat, præsertim si pro tali fuit citatus, & admissus.*

57 *Possidens sine titulo non est legitimus contradictor.*

58 *Legitimus contradictor non est possidens cum titulo post mortem testatoris quæsito.*

59 *Legitimus contradictor est, qui habuit titulum suæ possessionis à defuncto, vel ab hærede, & incontinenti docet de jure suo.*

60 *Legitimus contradictor non est, qui habet in causa interesse.*

61 *Legitimus contradictor non est, qui non habet in causa interesse.*

62 *Legitimus contradictor non est fideicommissarius etiam possidens ad impediendam hæredis immissionem, quando sunt faciendæ pro hærede detractiones, nisi prætensiones detractionum sint valde turbidæ.*

63 *Legitimus contradictor non est legatarius ad impediendam hæredis immissionem, & quare.*

64 *Legitimus contradictor est legatarius, qui erat in rei detentatione, vivente, & multò magis consentiente testatore.*

65 *Legitimus contradictor non est administrator, nisi habeat in re cum domino communionem.*

66 *Legitimus contradictor non est filius contra fideicommissarios, volentes ei concedere retentionem pro eius legitima, & Rota concedit immissionem fideicommissario pro indiviso, quando detractiones sunt claræ, & certæ.*

67 *Contradictor de facto per citationem necessariam non est legitimus.*

68 *Contradictor de facto quis dicatur.*

69 *Legitimus contradictor non est fideicommissarius, qui debet capere de manu hæredis, etiamsi cœperit possessionem ante aditam.*

70 *Fideicommissarius, qui possidebat unà cum defuncto pro indiviso, potest continuare, & non dicitur vitiosus possessor respectu totius.*

71 Legitimus contradictor est fideicommissarius habens facultatem capiendi possessionem propria authoritate.

72 Legitimus contradictor est fideicommissarius existens in rerum detentatione sine vitio vivente testatore.

73 Possidenti, vel semel immisso non datur immissio virtute, l. fin.

74 Nulliter immisso adhuc competit remedium, l. fin.

75 Immissio virtute, l. fin. potest concedi ad confirmandam possessionem jam obtentam.

76 Possidens sine vitio potest petere in sua possessione confirmari, secùs si possessio sit vitiosa.

77 Possidens potest petere se in sua possessione confirmari, secùs si facto suo à possessione ceciderit.

78 Petens immitti fatetur non possidere, & si antè possidebat, cadit à possessione.

79 Intentans remedium, l. fin. pro possessione confirmanda, quid, & quomodo petere debeat.

80 Notarius debet de immissione rogari, & publicum instrumentum conficere.

81 Remedium l. fin. competit etiam fideicommissario post purificatum fideicommissum, etiam contra tertium habentem causam ab hærede, probata possessione fideicommissarii de tempore obitus.

82 Ut remedium, l. fin. detur fideicommissario primo videndum de fideicommisso, secundò de identitate bonorum, tertio de detractionibus.

83 Remedium, l. fin. non competit fideicommissario, quando ei saltem verbo non est facta restitutio per hæredem.

84 Remedium l fin. competit Ecclesiæ fideicommissariæ etiam nulla restitutione facta.

85 Remedium, l. fin. de æquitate Canonica ad evitandos inanes circuitus competit, etiam nulla restitutione facta.

86 Remedium, l. fin. competit fideicommissario in casibus, in quibus recta via jura, & actiones in eum transeunt etiam nulla restitutione facta.

87 Salviano sicut hypothecaria competit fideicommissario, absq; aliqua etiam verbali restitutione illi facta, vel facienda.

88 Clausula, deducens, &c. omni &c. in libello apposita operatur, ut non censeatur intentatum solum remedium, l. fin. sed etiam utilis salviani quod competebat.

89 Remedium, l. fin. competit fideicommissario, quando gravatus decessit sine hærede.

90 Salvianum competit fideicommissario contra hæredem ratione hypothecæ, ut hæreditatem sibi per fideicommissum relictam restituat.

91 Immissio in remedio, l. fin. non retardatur per exceptiones respicientes possessorium ordinarium, aut petitorium, aut requirentes indaginem.

92 Immissio virtute l. fin. impeditur per exceptiones peremptorias relevantes incontinenti probatas.

93 In judicio vigore l. fin. probationes debent esse plenæ, & quare.

94 In remedio, l. fin. quando adest legitimus contradictor, debent probationes esse plenæ, secùs si legitimus contradictor non adsit, & quare.

95 Clausula, sine præjudicio possidentium &c. quando venit in mandato de immittendo apponenda.

96 Clausula, sine præjudicio, &c. non comprehendit, in quibus, quis sibi expressè præjudicat.

97 Possessio tradita cum clausula, sine præjudicio, intelligitur data sub conditione, si alius non possideat.

98 Clausula, sine præjudicio, operatur præservationem possessionis alterius.

99 Possessio tradita cum clausula, sine præjudicio, constito de possessione, aut potiori jure alterius, resolvitur.

100 Obtinens possessionem cum clausula, sine præjudicio, donec non constat de possessione, aut jure alterius, habetur pro possessore.

De remedio, l. fin. C. de edic. D. Adr. toll. Pars II. Cap. VII.

1 REmedium, *l. fin. C. de edict. div. Adr. toll.* est pariter adipiscendæ possessionis, & valde frequens occurrit in Tribunalibus urbis, & orbis, datur etenim hæredi scripto in testamento, A, pro adipiscenda possessione bonorum hæreditariorum, quæ defunctus de tempore obitus sui possidebat, exhibito scilicet in actis Testamento non abolito, non cancellato, non raso, nec in aliqua sui parte vitiato, aut suspecto, illoque, quatenus opus sit, recognito, ac probata morte testatoris per testes, vel per Scripturas.

2 Ubicumque igitur hæres vult petere immissionem in possessionem bonorum, quæ defunctus tempore obitus possidebat, si possessio est vacans, tunc exhibito Testamento, ut suprà, & ejus persona legitimata, absque alia citatione conceditur ei mandatum de immittendo cum clausula, *dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio possidentium, & habentium meliora, & potiora jura, juxta formulam inferius traditam sub num.* 20. cujus quidem mandati vigore in dd. bonorum hæreditariorum possessionem sine præjudicio aliorum, ut suprà, hæres immitti curat, ut inferius, num. 27.

3 At si possessio non est vacans, sed plena, tunc necesse est monere detentorem, & occupatorem bonorum, ut infrà, videlicet

4 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. hæredisque NN. ex Testamento rogato per acta NN. sub die N. mense N. Anni N. in actis suis loco, & tempore exhiben. Tenore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso prætensus detentor, & occupator infrascriptorum bonorum hæreditariorum q. NN. & quæ d. NN. de tempore obitus sui possidebat, quatenus infra triduum proximum sub quingentorum Ducatorum, & pro illis mandati exequuti, ac in Juris subsidium excommunicationis, aliisque pœnis &c. debeat d. instantem in realem, actualem, & corporalem possessionem dd. bonorum hære-

hæreditariorum q.NN. ac illorum annexorum, Pertinentiarum, ac Membrorum quorumcunque immisisse, posuisse, & induxisse, positumque inductum, & immissum, manutenuisse, defendisse, & conservasse, ac de fructibus, redditibus, & provenibus respondisse, fructusque decursos perceptos, ac damna, expensas, & interesse passa &c. & pation. ac liquidan. refecisse, mandatumque de immittendo, manutenendo, &c. & aliud desuper necessarium, & opportunum concedi relaxari, Jus & Justitiam ministrari, aliaq; desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse in vim *l. fin. D. de edict. div. Adr. tollen.* & alterius cujusvis remedii possessorii magis utilis & proficui, & aliàs, omni meliori modo, &c. deducens, &c. omne jus, omnemque Actionem, ac remedium sibi in præmissis magis competens, implorans, &c. præsentibusque paruisse, & si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

(Hic describitur Tenor bonorum, nisi supra in corpore Monitorii fuerit adnotatus.)

5 N. Notarius. Locus † Sigilli.

Monitorio per Cursorem personaliter executo, ac in fidem Exequutionis subscripto adnotatur in actis illius Executio, & reproductio, ut infra videlicet.

6 Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque, &c. NN. Sanctiss. D. N. Cursor retulit, se ad instantiam NN. personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

Ex adverso verò pars monita antequam labatur triduum à die exequutionis Monitorii protestari consuevit, ut infra, videlicet.

7 Pro NN contra NN.

In Officio, &c. NN. negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non fuisse, nec esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, & verificatis verificandis, aliàs, &c.

8 Veruntamen Actor, sive Monitorium fuerit negatum, sive non, tenetur omninò ad illius, ac contentorum in eo verificationem, aliàs Actore non probante Reus absolvitur.

9 Poterit in hoc judicio, in quo competit etiam Salvianum, pro verificatione Monitorii in primis, & ante omnia exhiberi in actis Testamentum, una cum fide obitus Testatoris in forma probanti citata parte ad dicendum contra jura, in cujus citationis termino obtinebitur admissio cum solita clausula, *si & inquantum*, quibus admissis, & quatenus opus sit, recognitis juxta Praxim superius positam, *par. 1, c. 2, num. 10, & seqq.* poterunt dari in actis Articuli opportuni, tenoris infrascripti, & aliàs mutatis mutandis, juxta facti contingentiam, videlicet.

10 Articulos infrascriptos, dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & super eis Testes inducendos, servatis servandis, examinari medio juramento tactis, &c. deducens, &c. non se astringens, &c. salvo jure, &c. non solùm, ut supra, sed omni alio, &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura in quantum, &c. ex quibus, &c. licèt, & c tamen ad majorem cautelam, quatenus, &c. probare intendit, & vult.

1. Che la verità fù, & è, che fù già al Mondo il q. NN. il quale sotto il dì N. del mese di N. dell'anno N. morì, è prima, mentre visse, tenne, e possedette, e morendo, lasò nella sua Heredità gl' infrascritti Beni, de' quali pigliava li frutti da' suoi Lavoratori, & Affittuarii, e pigionanti a' debiti tempi, e come meglio li Testimonii informati deporranno la verità del fatto, e così, &c.

2. Item, che li detti infrascritti Beni in corpo, e sostanza sono stati da alcuni mesi in quà, e sono sino al presente occupati, e tenuti da NN. Avversario, quale ne hà preso, e piglia i frutti, benche indebitamente, e come meglio i Testimonii, etc. e così, &c.

3. Item, quod de prædictis fuit, & est publica vox, & fama palam, &c, *(hic adnotatur tenor bonorum.)*

Hos pro nunc, &c. salvo jure, &c. deducens, etc. non se astringens, etc. non solùm, ut supra, sed omni alio, etc.

Nomi de Testimonii N N. N. N. N. N. et altri da nominarsi.

11 Articulis productis citata Parte ad dicendum contra illos, et admissis, ac Testibus examinatis juxta Praxim de qua supra *p. 1, c. 11, n. 2, & seqq. & c. proximo præcedente, n. 11, & seqq.* vel aliàs per legitima probationum genera, Reus quoque poterit deducere suas exceptiones, si habet juxta Praxim de qua supra *par. 1, cap. 7, & cap. 8,* & illas eodem modo, ut supra probare, & quatenus opus sit, suspendi poterit ab Actore Petitorium, ut in *c. proximo præcedenti, n. 18.* Ne causa efficiatur appellabilis.

Proinde observandi sunt termini substantiales, videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. ex adverso principalis, ad libellandum, ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de Calumnia ad p. d. in terminis substantialibus, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admitti, si, & in quantum, omni, &c.

Productio verò, & repetitio fit, ut supra, *p. 1, c. 2, nu. 11, & seqq. & in c. præcedenti, sub n. 11, dictum fuit.*

Vel termini substantiales possunt servari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

13 Citetur NN. ex adverso Principalis, ad articulandum ad 8. d. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. d. in Terminis substantialibus, Instante NN. Principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura, hac die in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut

ut supra,& admitti si, & inquantum omni, &c.

14 Judex potest in hoc judicio expedire causam per decretum, vel per cedulam prout sibi magis libet.

Si causa est expedienda per decretum, citatur pars adversa,ut infra,videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN.ex adverso principalis,ad videndum reiterari omnes & singulos terminos substantiales,malè forsan,nulliter, & inculcatè tentos,habitos, & servatos in vim quarumcunque facultatum,absolvi instantem à Censuris ad effectum,&c.deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum,concludique videndum in causa,& audiendam sententiam definitivam in forma,& loco sententiæ videndum *(reintegrari monitorium si illius reintegratione opus sit)* & instantem immitti in possessionem bonorum, de quibus agitur,& mandatum de immittendo,&aliud desuper necessarium,&opportunum decerni.&relaxari ad p.d.instante NN.principali,sive,&c.

N.Notarius.

Decretum,

N. N. petiit & obtinuit ut supra admitti ad reiterationem terminorum,qui sic admissus reiteravit in forma,&c. deferri juramentum,&c. qui tactis juravit, &c. *(& reintegrari monitorium)*ac decerni, & relaxari mandatum,ut supra,nisi ad p.d.cum intimatione, omni,&c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali,qualiter Dominus relaxavit mandatum de immittendo,& aliàs prout in actis instante NN principali,sive,&c. N.Notarius.

Si verò causa sit expedienda per Cedulam, citatur pars,ut infra,videlicet.

A. C. N.

16 Citetur NN.ex adverso principalis ad videndum reiterari omnes & singulos terminos substantiales malè forsan,nulliter, & inculcatè tentos, habitos & servatos in vim quarumcunque facultatum,absolvi instantem à censuris ad effectum,&c. deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum,concludique videndum in causa,& audiendam sententiam definitivam in forma,& aliàs omni,&c. ad p.d. instante NN.principali, sive,&c.

Decretum. N.Notarius.

NN.petiit,& obtinuit, ut supra admitti ad reiterationem terminorum,qui sic admissus reiteravit in forma,&c.deferri juramentum, &c. qui tactis,&c. juravit,&c. & Sententiari prout in Cedula, quàm Reverendissimus Dominus Locumtenens legit,subscripsit,& mihi consignavit tenoris,&c.super quibus,&c.præsentibus sociis testibus,&c.non solùm ut supra, sed & omni alio meliori modo,&c.

Tenor Cedulæ.

17 Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes,& solum Deum præ oculis habentes,per hanc nostram definitivam sententiam,quam de Juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa,& causis, quæ coram nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt & vertuntur, instantia inter NN. Actorem ex una, & N.N.Reum conventum ex altera partibus de,& super immissione in possessionem infrascriptorum bonorum hæreditariorum q.NN.de quibus agitur, rebusque aliis,&c. Dicimus, pronunciamus,sententiamus,decernimus & declaramus dictum NN, immittendum fore, & esse prout immittimus in realem,actualem, et corporalem possessionem bonorum, eorumque Jurium ac pertinentiarum quarumcunque,amoto exinde d. NN. Detentore, et quodcumque mandatum de immittendo desuper necessarium et opportunum decernendum fore,et esse,prout decernimus,et relaxamus, Victumque Victori in expensis condemnandum fore,et esse,prout condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, et ita dicimus,pronunciamus, declaramus,et diffinitivè sententiamus non solùm præmisso, sed etiam omni alio meliori modo,etc.

(Hic inserendus est tenor bonorum, de quibus agitur.)

Ita pronunciavi Ego N.N. Locumtenens.

18 Facto autem decreto, vel lata sententia per cedulam ut supra, nisi aliquod adsit impedimentum, seu nisi pars adversa obtinuerit ab Eminentissimo Signaturæ Justitiæ Præfecto mandari supersederi parte citata, ut supra in prima parte *c. 13,n. 18,& seq.* dictum fuit, expeditur mandatum de immittendo,ut infra,videlicet.

19 De Mandato Illustriss.& Reverendiss.D.A.C. sive R.P.D.N.N.ejus in civilibus Locumtenentis,et ad instantiam N. N. principalis, Tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, et exequutoribus,Subexequutoribus, et aliis ad quos spectat, etc. quatenus statim visis et receptis præsentibus sub 500.ducatorum,erc.aliisque, etc, pœnis etc. debeatis eundem instantem in realem, actualem et corporalem possessionem bonorum de quibus agitur, eorumque Jurium,Pertinentiarum, ac Membrorum quorumcunque amoto NN. Adversario, et quolibet alio illicito Detentore immisisse,induxisse,& imposuisse,ac immissum,inductum,& impositum manutenuisse, defendisse,&conservasse,ac de fructibus,redditibus,ac proventibus eorundem bonorum respondisse,& respondere fecisse, quoniam d.N. N.Adversario citato et intimato servatis servandis in vim decreti desuper emanati *(vel sententia desuper lata si causa fuit expedita per cedulam)* prout in actis Reverendiss. Dominus ita mandavit hac die,etc,

(Hic exprimitur tenor bonorum, si supra in corpore mandati expressus non fuit.)

NN Notarius.Locus † Sigilli.NN.Locumten.

Cæterum quando possessio est vacans, non est necesse aliquem citare, sed obtinetur mandatum tenoris sequentis,videlicet.

20 De mandato Illustriss.& Reverendiss. D. A. C.sive R.P.D.N.N. ejus in Civilibus Locumtenentis,et ad instantiam N.N.Principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, Exequutoribus, Subexequutoribus.et aliis,ad quos spectat,etc.

qua-

quatenus statim visis, & receptis præsentibus sub 500. ducatorum, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis eũdem NN. Instantem in realem, actualem, & corporalem possessionem bonorum hæreditariorum q. NN. in pede præsentis mandati adnotatorum, eorumque jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque, dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio possessionis aliorum, & habentium meliora, & potio-
B ra jura, B. immisisse, induxisse, & imposuisse, ac immissum, inductum, & impositum manutenuisse, defendisse & conservasse, & de fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem bonorum respondisse, responderique feciſſe, quoniam in vim ultimi nuncupativi Testamenti d. q. NN. in publicam, & authenticam formam in actis producti, Reverendiss. Dominus ita mandavit, hac die, &c.

(Hic adnotatur tenor bonorum hæreditariorum, de quibus agitur.)

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumtenens.

21 Sed si facto decreto, seu lata Sententia, Parte ut supra citata quis appellare voluerit, & si fieri potuerit, impedire immissionem, necesse habebit adire Eminentiss. Signaturæ Justitiæ Præfectum, & coram illo, seu illius D. Auditore citare Partem adversam ad videndum mandari supersederi usque ad primam, vel secundam Signaturam, juxta superius tradita *p. 1, c. 13, n. 10, & seq.* & obtenta Supersessoria, causam in plena Signatura, juxta ordinem infra relatum *d. p. 1, c. 13, n. 20, & seqq.* proponendam curare.

22 Appellatio verò coram Judice à quo interponitur infra decem dies post Sententiam latam & aliàs ut supra *d. p. 1, c. 13, n. 2, & seqq.* ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque, &c. NN. habita notitia de prætenso Decreto facto, seu Sententia lata ad favorem assertum NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit prout in cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit refutatorios in forma omni, &c.

Tenor Cedulæ.

24 A quadam asserta Sententia, seu Decreto definitivo lata seu facto, ut dicitur, ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super immissione in possessionem bonorum hæreditariorum q. NN. rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. Procurator, & eo nomine d. NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi & gravari, &c. ab illa, & toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit, Petens semel, bis, tertiò, sæpè sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, et instantissimè sibi de Apostolis responderi, et quatenus, etc. à non admissione, ac toto ulteriori processu iterum, et toties quoties, etc. ut supra provocat, appellat, et de nullitate dicit, ita ut sit ultimus in appellando etc. et interim, etc. nihil innovari, etc. aliàs de nullitate, et attentatis, etc. protestans, etc. non solùm ut sup. a, sed omni alio meliori modo.

Commissio autem in plena Signatura proponenda cum narrativa fieri poterit ut infra (*& aliàs mutatis mutandis, secundùm contingentiam factorum*) videlicet.

Romana.

25 Beatissime Pater. licèt devotus S. V. Orator NN. filius, et ab intestato Hæres q. NN. sui Patris reperiatur in quieta, et pacifica possessione bonorum hæreditariorum ejusdem: Nihilominus NN. Adversarius vigore asserti Testamenti nulli, in quo asseritur d. NN. relictis eidem Oratori scutis centum pro ejus Legitima, instituisse eundem NN. Adversarium Hæredem universalem, egit coram A. C, contra Oratorem, et Sententiã favorabilem, ut dicitur, super immissione in possessionem dd. bonorum hæreditariorum valorem scutorum 500. excedentium extorsit. Verum quia d. assertum testamentum non est perfectum, nec legitimo numero Testium munitum, quinimo est etiam nullum, cum d. scuta centum non sufficiant Oratori pro ejus Legitima, nec fuerint ei titulo institutionis relicta. Supplicat igitur humili e: S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ à d. asserta Sententia definitiva infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum prout de Jure, &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditori, vel Locumtenenti, audien. cognoscen. deciden. fineq; debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, &c. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

Quod si causa non sit Rotalis, petitur committi alicui Romanæ Curiæ Prælato, ut in *cap. proximè præcedente sub n. 32.*

26 Signatura verò, si causa est appellabilis, eam simpliciter committi, si non est appellabilis, rescribit cum clausula *sine præjudicio mandati de immittendo*: si verò res est dubia, an detur nec ne appellatio suspensiva rescribit cum clausula *quatenus sit locus Ægidianæ*, C, ut latius in præcedenti cap. sub *n. 33, & seqq. & n. 121, & seqq.* dictum fuit.
C

27 Quod si locus sit exequutioni, expeditur mandatum, & datur Exequutoribus, qui procedunt ad immissionem in possessionem bonorum, de quibus agitur, & Notarius actuarius de hujusmodi Immissione conficit instrumentum, juxta formulam supra in proximo præcedente capite n. 39, traditam, mutatis mutandis.

Obser-

Observationes.

28 A  Nstrumentum Testamenti non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, paratam habet executionem ex remedio *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll. Menoch. de adipisc rem. 4, nu. 693, Surd cons. 214, n. 20, Compeg. de Dot. p. 5. q. 111. n. 5, Suarez in repet. l. post rem judicatam, in 3. not. §. adde quartum. ff. de re jud.*

29 Differt remedium *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll.* ab interdicto, *Quorum bonorum*, in pluribus, signanter verò in eo, quia remedium *l. fin.* est remedium civile, quod competit Hæredi scripto in Testamento, *Papien. in form. libel. quando pet. hared. ex test. in fi in omnibus ejus bonis, nu. 3*, Interdictum verò, *Quorum bonorum*, est remedium prætorium, quod competit Hæredi ab intestato, *Menoch. de adipisc. d. remed. 4, nu. 46, & nu. 54, Marant. de ord. jud. p. 4, dist. 7, n. 2.*

30 Non solùm autem remedium *d. l. fin.* competit Hæredi scripto in Testamẽto in scriptis, quod cùm sit ferè impossibile cum omnibus requisitis solemnitatibus conficere, videtur recessisse, ab eo quod affirmaverit *Bart.* se unum tantùmmodo solemne testamẽtum in scriptis sua tempestate vidisse, quod nihilominus, ob quarundam solemnitatum defectum, subsistere non potuit, ut refert *Port. in §. 1, vers. circa primum Instit. de Testam. Rolan. cons. 36, n. 1, lib. 1, Menoch. de adipisc. d. remed. 4, n. 95.*

31 Sed etiam Hæredi instituto in Testamẽto nuncupato in scripturam à Notario redacto, *Menoch. d. rem. 4, n. 91, & seqq. Argel. de acq. possess. q. 6, n. 6*, ubi de receptissima praxi, & DD. opinione testatur, etiam si de eo constet ex solis Testibus examinatis, & in scriptis redactis, ac publicatis juxta *tex. in l. publicati, C. de Testam. Menoch. d. remed. 4, n. 96, & seqq. Argell. q. 6, n. 22*, ubi de receptissima omnium sententia testatur; secus si Testes non fuissent examinati, nec in scriptis redacti, sed solummodo ducti coram Judice fidem facerent de Testamenti tenore, ut per eumdem *Menoch. de remed. 4, n. 107, & seq.*

32 Differt etiam remedium *d. l. fin.* ab interdicto *Quorum bonorum*, quia remediũ *l. fin.* cõperit Hæredi ex Testamento, non autem ab intestato, ex prælleg. sub n. 29. Interdictũ verò tam Hæredi ex Testamento, quàm ab intestato, *Marãt. de ord. jud. p. 4, dist. 9, n. 2, Menoch. de adipisc. remed. 1, n. 3, & seq.* ubi quod aliquando est utilius experiri hoc remedio, prout si Testamentum aliquam haberet cavillationem, seu aliquo defectu laboraret, *Peregr. de Fideic. art. 46, n. 1, & seqq.*

33 Et suffragatur Hæredi scripto in hoc remedio *l. fin.* ad effectum immissionis, præsumptio continuationis possessionis usque ad mortem Defuncti *l. 3, §. in amittenda & §. quòd si servus, ff. de acquir. poss. l. eum qui ff. de probat. Rot. decis. 4, de probat. in nov. Greg. dec. 394, nu. 4, Caval. dec. 316, in princ. & n. 1, Rot. decis. 237, n. 2, p. 1, recent.*

34 Ad hoc autem, ut immissio ex hoc remedio concedatur, plura requisita concurrere debent.

Primò requiritur, ut Hæres probet, se fuisse institutum, & sic exhibeat in actis coram Judice Testamentum ipsum non rasum, non abolitum, nec cancellatum, aut in aliqua sui parte vitiatum aut suspectum, *text. est in d. l. fin. C. de edict. Div. Adrian, toll. Menoch. de adipisc. d. rem. 4, num. 5, Salust. Tiber. in prax. lib. 2, c. 5, n. 1, Buratt. decis. 781, n. 8, Cavaler. d. decis. 316, in princ & n. 1.*

35 Nec ex sola productione Copiæ Testamenti non authenticæ, licèt datæ à Notario, immissio obtineri potest, *Rot. decis. 135. n. 6. p. 1, recent. Buratt. decis 781, n. 8*, prout nec etiam daretur immissio vigore simplicis sumpti ejusdem Testamenti, *Bart in l. 1, §. si quis in duobus ff. de bon. possess. secundum tab. Menoch. de adipisc. d. rem. 4, num. 651, & seq. Buratt. decis. 211, n. 11, & d. decis. 781, num. 8.*

36 Sed hoc non procedit, quando Copia, vel Transumptum esset in forma authentica, & probanti, nam tunc illius vigore esset concedenda immissio, *Menoch. de adipisc. possess. d. remed. 4, nu. 653, & seq. Verall. decis. 351, ubi de observantia Rota testatur. p. 1, Grat. discept 187, num. 13, & seqq.* cum aliis cumulatis per *Buratt. d. dec. 211, n. 12, & seqq.*

37 Verumtamen si fides Testamenti revocetur in dubium, tunc est producendum originale. *Bero. cons. 1, nu. 9, & cons. 55, n. 5, lib 2, Menoch. de adipisc. rem. 4, n. 54, vers. misi in dubium. Zuccard. in l. fi. n 92, vers. sed nihilominus C. de edict. div. Adr. toll. Rot. dec. 135, n. 6. in fin. p. 1, recent.*

38 Secundò requiritur, ut probetur mors Testatoris, *arg. l. 2, §. si dubitetur, ff. quem ad test. aper. Bart. in l. fin. n. 41, C de edict. div. Adr. toll. cum aliis cumulatis per Menoch. de adipisc. remed. 4, n. 66, & seqq. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 5, n. 1.*

39 Nam † dispositio in Testamento locum non habent nisi mortuo Testatore. D. *Paul. ad Hebr. c. 9, n. 16, & seq. C. cum Martha §. cæterũ, vers. novissimum enim de celebr. Missar. l. 1, C. de Sacrosan. Eccles. l. quoniam indignum C. de Testam. Glos. in d. c. cum Martha § caterum, in verbo immobile, de celebr. Missar. Castr. cons. 101, n. 2, vers. & quod dixi*

40 *in fin. lib. 1*, alioquin † nondum valet, dum vivit, qui testatus est *Apost ad Hebr. d. c. 9, n. 17, d. c. cum Martha §. caterum, vers. novissimum enim, de celebr. Miss. Brun. in tract. de Monet. vol. 11, p. 9, n. 2*, Ambulatoria † est enim hominis voluntas usque ad

41 supremum vitæ spiritum, *l. 3, §. fin. & l seq ff. de adim. leg. l. cùm hic status §. pœnitentiam, ff. de donat. inter Vir. & Uxor. l. si quis C. qui test. fac. poss. Glos. in c. cum Martha §. caterum in verbo non valet, de celebr. Miss. Glos. in princ. Inst. de Donat. in verbo mortis, & in rubr. Inst. de adim. leg.*

42 Tertiò requiritur, quòd bona, in quibus petitur immissio, fuerint à Testatore de tempore ejus obitus possessa, aliàs enim immissio non concederetur, *l fin. ubi Glos. in verbo fuerunt, & DD. communiter uno ore affirmant, C. de edict. div. Adr. toll. Soccin. jun. cons. 77, n. 160, lib. 1, Ruin. cons. 168, n. 26 lib. 1, & cons. 51, n. 2, l. 4, Menoch. de adipisc. rem. 4, n. 363, Ubi de communi. Salust. Tiber. in prax. lib. 2, c. 5, n. 9, vers. Et hac decisione ibi, Fideicommissario autem, Rota dec. 237, n. 1, p. 1, & dec. 131, n. 1, p. 2, & dec. 445, n. 5, p. 4, recent. Mãtic. decis. 33, n. 9, & n. 11, Greg. decis. 206, num. 1,*

Cava-

*Cavaler.decis.316.num.1, & nu.8, Duran.decis.301,nu.3,decis.321,nu.2,& decis.358,nu.2,*ubi quod hoc est unum de duobus extremis necessariis ad immissionem.

43 Quod procedit non solùm in bonis per Testatorem civiliter,& naturaliter,sed etiam naturaliter tantùm possessis,*Menoch.de adipisc.remed.4,n.3,& seqq.*

Necnon etiam in bonis per Testatorem detentis,*d.l.fin.ubi Glo.in verbo fuerint, & Castr.nu.12.C.de edict.div.Adr.tollen.Bero.cons.55,n.5.lib.2,Rolan.cons.2,nu.30, ubi de communi lib.3,Menoch.d.remed.4,n.368,Rot.decis.131,n.5,par.2,recent.Gregor.decis.394,n.11.*

44 Quinimò etiam in bonis à Testatore civilissimè tantùm possessis, *Menoch.d.remed.4,n.365,*

45 *& seq.*nam comperit hoc Beneficium,seu remedium etiam Hæredi Hæredis, *Menoch.d.remed.4,n.250, Tiraq.in tract.le mort.saisit levif.par.2,declar.5,num.17,& seq.Rot.decis.116,n.1,par.3,recent.*

46 Cæterum pro bonis de tempore obitus Testatoris per Tertium possessis immissio hujus remedii virtute denegatur,*d.l.fin.*& ibi *Salic n.18 & seq C.de edict.Div.Adr.toll.Jas.cons.138,nu.1,vers.secundò respondetur,lib.4,Grat.cons.149,n.6 & seq.lib.2,Soccin.Jun.cons.77,n.161,& seq.lib.1 Menoch.de adipisc.d.remed.4,num.363,vers. hinc respondet Gratus.*

47 Quartò requiritur citatio Partis, *Bart. in l. fin.n.26,*& ibi *Salic.n.20,ubi de communi,& alii, C.de edict.Div.Adr.toll.Menoch.d.remed.4,n.447 & seq.*

48 Sed hoc non procedit, quando possessio est vacans,tunc enim aliqua citatio, etiam generalis,non est necessaria,*Bart.in l.fin.nu.16, C.de edict.Div.Adr.toll.Menoch.de adipisc.d remed.4,nu.458,& seq ubi de communi,& n.460,* ubi reddit rationem, quia hoc casu agitur de modico,vel nullo præjudicio, unde citatio non requiritur arg.*l.de uno quoque.ff.de re jud.*

49 Quinò requiritur, quòd alius legitimè non possideat text. est in *d.l.fin. ibi,non autem legitimo modo ab alio detentis, C.de edict. Div.Adr.toll.* & ob id si adsit aliquis possessor bonorum, qui sit legitimus contradictor, utique immissio ex hoc remedio non conceditur, *Bart.in l.filiam, numer.1,*et ibi *Alex.nu.3,ff.ad sen. Consul.Trebell. Cavaler.decis.316,numer.2,* Sed contra eum agendum est via ordinaria,*Bart.in l.fin. num.21, vers.aut comparet, C.de edict. Div. Adr.toll.Suarez.in l.post rem judicatam in 3,not. §.adde quartum circa fin.ff.de re jud.Peregr.de Fid.art.48,numer.40.Seraph.dec.801,numer.1, Rot.decis.711, nu.1.& seq.par.1,& decis.306,nu.1.par.3,recent. Cavaler.dec.485,n.1,Duran.decis.178,num.31, & seq.*

50 Ad hoc autem, ut quis dicatur legitimus Contradictor ad effectum impediendi immissionem,debet possidere bona fide, et sine vitio, ac incontinenti docere de jure suo, *Gabr. de Fideic. concl.5, Seraph.dec.609, numer.4. Rota decis.270,nu.2,par.1,& decis.360,nu.11,par.5, recent.Gregor.decis.206,nu.9, Cavaler decis.401, num.7.*

51 Et ostendere titulum parem, prout ex alio Testamento,*Peregr.de Fideic.art.48, numer.40, Rot.decis.711,num.2, & seq.par.1,& decis.362, numer.2,& seq par.3,recent.Cavaler. decis.450, num.5, & decis.485,num.1, Duran. decis.178, nu.31.*

52 Nec interest,ad effectum impediendi immissionem, an Possidens habeat parem titulum ab eodem Testatore,ut per *Seraph.decis.801, n.1, & decis.1219,n.5,Rota decis.312,num.2, par.3, recent.Cavaler.decis.357,nu.6,*vel ab alio Testatore,ut per *Ruin.consil.28,n.2,vers.& subdit Bartol.lib.5,*quem refert,& sequitur *Rota d.decis.362 n.2,par.3,recent.*

53 Vel etiam an ostendat alium titulum singularem, prout emptionis, donationis,dotis,& hujusmodi legitimè tamen, & non aliàs obtentum,ut per *Peregr.de Fidec.art.48,n.43,Rota decis.127,n.4,par.7,recent.*

Dummodo titulus,qui ostenditur,sit ita legitimus, & talis, per quem possit obtineri,& impediri immissio,*Rot.decis.711, n.2,& seq. par.1, recent.*

54 In judicio verò ordinario, in quo Possessor, habens titulum,est legitimus Contradictor, ille debet obtinere, qui habet meliora,et potiora jura,*Bart.in l.fin.num.21, vers. aut comparet aliquis,C.de edict.Div.Adr.toll.Cagnol.in l.in pari.171 nu.3.vers.sed ubi apparet ff. de reg. jur. Rolan.cons. 78,num.4.& num.27.lib.3,Rot.decis.198, nu.1, par.3,recent.*

In pluribus autem casibus quis legitimus Contradictor non est ad immissionem impediendam in hoc remedio,*leg fin.*et

55 Primò ille, qui non possidet, non est legitimus contradictor,*Seraph.decis.33,n.2, & decis. 37,n.3,& decis.144,n.5,Rot.decis.185,n.8, par. 5,recent.*

Quod locum habet etiam in eo, qui habet titulum,*Seraph.decis 29,n.1.*

56 Sed hoc non procedit, quando habens titulum,habet etiam facultatem in Testamento capiendi possessionem propria authoritate, tunc enim licèt adhuc non possideat,est nihilominus Contradictor legitimus.*Eugen.cons.55,num.12 lib.1,Menoch.de adipisc.remed.4,num.633,* cum aliis cumulatis per *Rot.decis. 185, numer.9,& seq.par 5,recent.*ubi quod hoc eo facilius locum sibi vendicat, quando quis fuit etiam simpliciter citatus et admissus pro legitimo Contradictore.

57 Secundò qui possidet sine titulo, similiter non est Contradictor legitimus,*Cocc.decis.475, num.10.*

58 Tertiò nec etiam qui possidet cum titulo post Testatoris mortem quæsito, *Salust.Tiber.in Prax. lib.2,cap.5.num.9, vers. nota amplius, Peregr.de Fideicom. ar.48, num.51, ubi de communi,Afflict.decis.119,num.6,Mantic.decis.311,numer.3.*

59 Sed hoc non procedit, quando quis titulum suæ possessionis habuit à Defuncto, *Soccin.Junconsil.77,numer.161, ubi de communi lib.1, Peregr.de Fideicom.art.48,numer.41, & seqq.* ubi quod idem juris est, quando quis habuisset titulum ab Hærede, et incontinenti de Jure suo doceret.

60 Quartò qui habet contra se Decretum irritans, legitimus contradictor esse non potest, quia decretum hujusmodi inficit titulum, & possessionem, *Rot.decis.362,nu.3,par.3,recent. Cavaler.dec,278,n.10.*

61 Quintò, nec etiam est legitimus contradictor, qui non habet in causa interesse, *Cravet. cons.184,n.8,Seraph.decis.144,n.1,Rot.dec.147, n.4.par.6,recent.Duran.dec.55,in prin.*

62 Sextò similiter nec Fideicommissarius etiam possidens ad impediendam Hæredis immissionem est contradictor legitimus, quando sunt pro Hærede faciendæ detractiones, *l.filiam fratribus,ff. ad Trebell. l.lineam Margaritarum,ff.ad leg.Falcid.ff.ad l.non est dubium in princ. C. de legat.Rip.in l.1,n.24,ff.quor.legator.Boer.dec.156, n.2,Seraph.decis.609,n.4, Rot.decis.115,nu.11, par.2,recent.Duran.decis.180,n.9.*

63 Nisi prætensiones Hæredis circa detractiones essent valde turbidæ, quia tunc respiciunt Petitorium, & ad illud rejiciuntur, *Rota apud Post.de Manut.decis.216,n.14,Seraph.dec.1219, n.7,Cavaler.decis.573,n.3, Rot.dec.47,nu.13,& decis.5,n.21,par.5,recent.*

Septimò, Legatarius debet regulariter capere de manu Hæredis rem legatam, & ob id si possideat,ejus possessio dicitur vitiosa, & ob id ad Hæredis immissionem impediendam legitimus contradictor non est in hoc *l.fin.* remedio, *Rot.decis.315,n.5,par.5,recent.*

64 Sed hoc non procedit, quando quis vivente Testatore erat in rei detentatione sive vitio, tunc enim competit Legatario retentio ad immissionem impediendam, præsertim ad hoc accedente consensu expresso, vel etiam tacito ipsius Testatoris, *Rot.d.decis.315,num.6,& seqq. par.3,recent.*

65 Octavò, administrator etiam, si aliquid pro labore percipiat, nisi habeat in re cum Domino communionem, non est contradictor legitimus *Seraph.decis.707,n.5.*

66 Nonò, Filius non est legitimus contradictor adversus Fideicommissarios petentes immissionem, si velint ei concedere retentionem pro ejus Legitima, aliàs secus, *Rot.decis.562,num.2,& seq.par.2, recent.* Quinimò detractio legitimæ non impedit immissionem, secundùm opinionem, quam servat Rota, quæ concedit immissionem Fideicommissario pro indiviso, *Rot. apud Post. de Manuten. decis.316, num.13,* ubi plures decisiones cumulat, *Burat.decis.63,nu.9, & seq.*

Sed hoc procedit, quando detractiones sunt certæ ratione quotæ, & loci, aliàs secus ex decisionibus cumulatis per *Beltramin. ad Greg. dec. 185,n.4,& latius per Ferentill.ad Buratt. dec.63, n.14,sub lit.C.*

67 Decimò, contradictor de facto per citationem non voluntariam, sed necessariam non efficitur legitimus contradictor, *Seraph. decis. 144,nu.5, Cavaler.decis.450,num.5,Rota decis. 601,num.4.par.4,& decis.348, num.15,par.5, recent.*

68 Dicitur autem contradictor de facto non solùm, qui de interesse in causa non docet, ut per *Seraph.d.decis.145,num.1,& num.5, Rot.d.decis. 601,num.4,par.4,recent.* Sed etiam qui habet contra se sententiam, & executoriales Rotæ, & illarum virtute ordinationes, *Cavaler.d.decis.283 num.2.*

69 Undecimò, Fideicommissarius, qui debet capere de manu Hæredis, etiamsi cœperit possessionem ante aditam Hæreditatem, legitimus non est contradictor, sed ejus possessio, tamquam vitiosa, ad immissionem impediendam non attenditur, *Gregor.dec.296,n.5,& seq.* & ibi *Beltramin.n.10.*

70 Sed hoc primò non procedit, quando Fideicommissarius possidebat unà cum Defuncto pro indiviso, nam tunc potest continuare, & non dicitur vitiosus possessor, respectu totius, *Paris.cons.53,n.110,lib.3,Maresc.var.resol.l.2,c. 139,n.36,* cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg.d.dec.206,n.10,vers.sitamen.*

71 Secundò non procedit, quando Fideicommissarius haberet facultatem capiendi possessionem propria authoritate, sive facultas, seu licentia sit expressa, sive tacita, *Eugen.cons 5.n.12 lib.1,Menoch.de adipisc.remed.4,n.633 vers.hanc extensionem,Rot.decis.315,n.7.par.3,& decis.185 n.9,par.5,recent.*

72 Tertiò non procedit, quando Fideicommissarius vivente Testatore esset in rerum detentatione sine vitio, cùm militet in eo eadem ratio, quæ militat in Legatario in hoc casu contradictore legitimo, ut per *Rot.d.dec.315,n.6,*

73 Quartò ad obtinendam immissionem in remedio *l fin.* opus est, quod Petens se immitti, non possideat, nam immissio possidenti, vel semel immisso non datur §. *sequens, Instit.de interdict.Bald.cons.186,n 8,lib.1,Menoch.de adipisc.remed 4,n.56,vers.7,& num 178, & n.505,& seq. Seraph.dec.1268,n.4,* ubi quod ita fuit sæpius in Rota resolutum, *Mantic.dec.33,n.12, Rot.dec. 613,n.5,vers.secundo considerabatur,par.1,divers. & decis.324,n.9.par.4,recent.*

74 Sed hoc primò non procedit, quando quis fuisset nuliter immissus, tunc enim ei hoc remedium *l.fin.* adhuc competeret, *Rot.d.dec.324, n. 9.par.4,recent.*

75 Secundò non procedit, quando peteretur immissio ad confirmandam possessionem jam obtentam, *Bald.d.cons.186,n.1.lib.1, Menoch.de adipisc.d.rem.4,n.348,* ubi de communi, *Rota d. decis 613,n.8.par.1,diver.Mantic.decis.20,n.3,& seq.& decis.33,n.12,vers. neque ad rem.pertinet, Buratt.dec.201,n.1.*

76 Quod declaratur primò, ut locum habeat, quando possessio esset sine vitio, secus si esset vitiosa, tunc enim quis non potest petere, se in ea confirmari, ut post alios, quos cumulat, tradit *Menoch.de adipisc.remed.4,n.362.*

77 Declaratur secundò, ut locum habeat, quando quis possidet, secus, si facto suo à possessione ecciderit, tunc enim remedium adipiscendæ ei competere non potest, *Mantic.d.dec.33,num. 12,vers.neque ad rem. Rot.decis.561,nu.2,par.3, recent.*

78 Et ob id, si immissus petat, se denuo immitti, fatetur per consequens, se non possidere, & si antea possidebat, cadit à possessione, quæ solo animo perditur, *lib.3.§.in amittenda, ff.de acq. poss.*

poss. Mantic. decis. 20, n. 1, & seq. igitur frustra hoc casu allegaret quis remedium, *l fin.* à se intentatum ad possessionem confirmandam, *Mantic. d. decis. 20, n. 2, & seq.*

79 Quapropter, cùm quis remedium *l. fin.* pro possessione confirmanda intentat, petere debet specialiter in possessione earum rerum, quæ possidet, confirmari, & in earum possessione, quas non possidet, immitti, qui est modus tutior in hoc remedio intentando, teste *Alex. in l. fin. in fin. C. de edict. Div. Adr. toll. & Ruin. cons. 164, in fin. lib. 2*, quos refert, & sequitur *Mantic. d. dec 20, n. 5.*

80 Septimò denique requiritur, quòd de immissione rogetur Notarius, qui de illa publicum conficiat instrumentum, *Bero. cons. 55, vers. quintum, lib. 2, Menoch. de adipisc. d. remed. 4, num. 56, vers. quinto, & n. 914, & seq.*

81 Competit autem remedium *l. fin.* non solùm Hæredi scripto ex superius allegatis, sed etiam Fideicommissario post purificatum fideicommissum, *Menoch. de adipisc. remed. 4, n. 181, Peregr. de Fideicom art 48, n. 55, Rot. decis. 45, nu. 3, p. 3, & decis. 43, n. 4 & decis. 444, n. 4, par. 4, & decis. 180, nu. 1, & decis. 408, nu. 6, & seq. p. 5, recent. Cavaler. decis. 167, nu. 4, Duran. decis. 146, nu. 5, decis. 248, n. 8, & decis. 432, n. 1*, etiam contra Tertium habentem causam ab Hærede gravato, probata tamen possessione fideicommittentis de tempore ejus obitus, *Gabr. cons. 44, numer. 6, lib. 2, Salust. Tib. in Prax. lib. 2, cap. 5, num. 9, vers. & de hac decisione, Rota decis. 237, num. 1, par. 1, & decis. 33, nu. 6, par. 4, & decis. 408, n. 7, & seq. par. 5, recent.*

82 Verumtamen ad hoc Primò videndum est de fideicommisso, deinde de identitate bonorum, & postremò de detractionibus ex eodem fideicommisso, & bonis faciendis, *Rot. d. decis. 408 n. 7, par. 5, recent. Duran. decis. 296, n. 1.*

83 Sed conclusio hujusmodi, quòd scilicet remedium *l. fin.* competat fideicommissario post purificatum fideicommissum, non procedit, quando saltem verbo non est illi facta restitutio per Hæredem, *Bart. in d. l fin nu. 9, vers. tu verò dicas, C. de edict. Div. Adr. toll. Salust. Tib. in Prax. lib. 2, c. 5, num. 8, Menoch. de adipisc remed. 4, n. 181 Rot. decis. 36, n. 2, par. 1, & decis. 599, n. 1, in fin. par. 3, recent.*

84 Quæ limitatio Primò non habet locum in Ecclesia, cui competit hoc remedium etiam nulla restitutione facta, *Alex. cons. 4, n. 16, lib. 2, Jas. cons. 214, n. 3, lib. 2*, cum aliis cumulatis per *Seraph. decis 848, n. 1.*

85 Secundò non habet locum de æquitate Canonica ad evitandos inanes circuitus, *Bald. in cap. in præsentia n. 31, vers. dubitatur modo de probat. Paris. cons. 12, n. 115, lib. 2, Salust. Tib. in Prax. lib. 2, c. 5, n. 9*, ubi quod ita fuit resolutum *in Senogallien. Hæreditatis, 21, Junii 1567, coram sœl. rec. Clemente VIII. Gul. de Bened. in rep. cap. Raimutius, in verbo absque liberis il secondo n. 85*, ubi quod ideo hodie cessant multæ vanæ subtilitates, & ita judicari vidit in Parlamento Tolosano, *de Test. Boer. decis. 156, num. 8, Peregr. de Fideic. art. 2, numer. 62*, ubi quod restitutionem verbalem nunquam practicavit, aut practicari vidit latè *Rota apud Post. de Manut. dec. 216, numer. 7.*

86 Tertiò non habet locum in casibus, in quibus jura & actiones, nulla facta restitutione trâseunt recta via in fideicommissarium, cùm idè operetur restitutio legalis, quod verbalis, *Gloss. in l. sancimus, §. fin. in verbo ipso jure, C. ad Sen. Cons. Trebell. Bart. in l. fin. n. 9, vers. addo etiam, C. de edict. Div. Adr. tollen. latè Peregr. de fideic. art. 2, n. 56, & plurib. seq.* ubi plures casus enumerat, *& art. 48, n. 14*, ubi de communi opinione testatur, *Rota dec. 180, n 1, & seq. p. 5, recent.*

87 Quartò non habet locum in Salviano, quod competit fideicommissario, absque aliqua etiam verbali restitutione ab Hærede illi facienda, cum eidem fideicommissario simili modo nulla facta restitutione, competat actio hypothecaria pro fideicommissi restitutione, *Salust. Tib. in Prax. lib. 2, c. 5, n. 9, Rota in Romana de Comitibus 30. Januarii 1581, coram sœl. rec. Clemente VIII. impress. apud Salust. Tib. d. lib. 2. post c. 5, & decis. 36, n. 2. p. 1, recent.* ubi † quod non censetur 88 intentatum solum remedium *l. fin.* sed remedium utilis Salviani, quando in libello fuit apposita clausula, *Deducens omne jus, &c. omni meliori modo*, & sic remedium magis utile, ac proficuum, quod actori competebat.

89 Quintò non procedit, quando Hæres gravatus decessit sine Hærede, juxta Praxim, quam post *Bart.* & alios tradit *Peregr. de fideic. d. art. 2, nu. 7.*

90 Ex quibus infertur, ut multo magis fideicommissario competat Salvianum ratione hypothecariæ contra Hæredem, ut sibi Hæreditatem per fideicommissum relictam restituat, ex cumulatis per *Rot. dec. 180, n. 3. p. 5, recent.*

91 Nec immissio in hoc remedio *l. fin.* retardatur per exceptiones respicientes possessorium ordinarium, aut petitorium, *Afflict. decis. 119, numer. 7, Rota dec. 135, n. 11, p. 1. recent.* prout nec etiam ex requirentibus altiorem indaginem, *Greg. dec. 194, n. 22.*

92 Sed benè impeditur per exceptiones peremptorias relevantes incontinenti probatas, *Bart. in l. filiam, n. 1, ff. ad sen. cons. Trebell. Paris. cons. 53, n. 110*, ubi de communi, *lib. 3, Seraph. decis. 367, n. 4, Rot. decis. 88, n. 3, p. 6, recent.*

93 Non omitto, quòd in hoc judicio probationes debent esse plenæ, cùm causa Possessorii non sit modici præjudicii, *l. fin. §. sin autem aliquis Contradictor, C. de edict. Div. Adr. toll. Gloss. in l. 1, in verbo filium, C quorum bon. Bart. in extravag. ad reprimendum, in verbo summariè n. 6, Alex. cons. 130, n. 14, & seq. ubi de magis communi lib. 6, Rimin. cons. 258 n. 32, lib. 2, Cagnol. in l. in pari 171, n. 3, vers. tu autem, & vers. ex quibus, ubi de magis communi. ff. de reg. jur. Menoch. de adip. remed. 4, n. 978, ubi de communi & veriori.*

94 Sed hoc procedit in possessorio ordinario, & plenario, quando adest legitimus Contradictor, secus in mero possessorio, in quo legitimus Contradictor non adest, cum hujusmodi causa momentaneæ possessionis sit modici præjudicii, *l. fin. ubi Dec. in 4, not. & seq. n. 15, C. de edict. Div. Adr. tollen. Rimin. d. cons. 258, n. 33, lib. 2, Cagnol. in d. l. in pari 171, n. 3, vers. sed in contrarium, & vers. postremo. ff. de reg. jur.*

95 Clausula, *sine præjudicio Possidentium seu possessionis alterius, & habentium meliora, & potiora jura*, venit in Mandato de immittendo appo-nenda, quando traditur possessio Parte non citata, *Menoch. de adipisc. remed. 4, num. 467*, & ita quotidie observat Praxis.

Et non comprehendit ea, in quibus quis sibi expresse præjudicat, *Paris. cons. 70, num. 12, lib. 1, Mart. de Claus. p. 1, claus. 358, n. 3, Seraph. dec. 759 n. 2. & dec. 773, n. 10.*

97 Possessio verò tradita cum d. clausula intelligitur data sub conditione, si alius non possideat, *l. qui absenti §. 1, ff. de acquir. possess. Mart. de Claus. par. 1, claus. 158, num. 2, Put. decis. 34, lib. 1, in correct. Surd. decis. 333, post cons. lib. 4, Cavaler. decis. 446, num. 3, Rot. dec. 315, n. 2, in fin. par 3, recent.*

98 Atque operatur alterius possessionis præservationem, *Oldrad. cons. 237, n. 9, Seraph. dec. 144 Rota d. decis. 315, n. 2, in fin. p. 3, recent.*

99 Quod si constet de possessione, vel potiori jure alterius, possessio tradita resolvitur, *Bisignett. dec. 9, in fin. de concess. præb. Cavaler. decis. 446 n. 4. & seq.*

100 Interim verò, donec non constat de possessione, aut jure alterius, qui possessionem cum d. clausula quæsivit, habetur pro possessore, *Seraph. dec. 877, n. 2, Cavaler. decis. 446, n. 5.*

C De Ægidiana satis dictum est *in cap. præcedente, seu lit. D. n. 121, & seq.*

SUMMARIUM CAP. VIII.

1 *Executio Literarum Apostolicarum conceditur ad instar remedii leg. fin. ideò de ea nunc subjicitur.*

2 *In executione Litterarum Apostolicarum in Tribunali A. C proceditur prævio Monitorio, cum earum insertione.*

3 *Monitorium super executione Literarum Apostolicarum, & ejus formula.*

4 *Pro adipiscenda possessione Canonicatus contra Intrusum proceditur via Monitorii.*

5 *Monitorium pro adipiscenda possessione Canonicatus, & Præbendæ contra Intrusum, & ejus formula.*

6 *Monitorium pro obtinenda executione Literarum Apostolicarum in forma Brevis, de capienda possessione nomine Cameræ, & ejus formula.*

7 *Monitorium pro exequutione Literarum Apostolicarum in aliis casibus, in quibus non agitur de possessione, ut supra adipiscenda, & ejus formula.*

8 *Adnotatio relationis executionis Monitorii in actis, & ejus formula.*

9 *Reus debet negare Monitorium infra triduum.*

10 *Literæ Apostolicæ sunt à Proviso justificandæ, & docendum de Clericatu.*

11 *Literæ Apostolicæ possunt justificari per Scripturas, & per Testes servatis servandis.*

12 *Si Reus, ad ejus exceptiones probandas producat Scripturas, vel articulos, Actor debet protestari, & quomodo, n. 13.*

13 *Protestatio Proviso Apostolici contra Jura, vel articulos, & ejus formula.*

14 *Si Reus citet ad dicendum contra articulos, quid addendum in protestatione ab Actore.*

15 *Actore protestante, non admitti Jura, vel articulos in præjudicium judicii executivi, Judex non admittit, nisi cum clausula, sine præjudicio &c.*

16 *In judicio exequutionis Literarum Apostolicarum potest suspendi petitorium.*

17 *Commissarius Cameræ existens in causa est citandus ad singulos actus, & quomodo citatio ad ejus, & Proviso Apostolici illi adhærentis instantiam facta in fine concipi debeat.*

18 *Commissarius Cameræ negotiis gravioribus impeditus in materia exequutionis Literarum Apostolicarum solet substituere Provisum, vel alium sibi benevisum.*

19 *Si Literæ Apostolicæ non sunt justificatæ, fertur absolutoria pro Reo, qui debet servare terminos substantiales ad libellandum, prout in aliis Beneficialibus.*

20 *Literis justificatis servantur ab actore quatuor termini, ad docendum se paruisse Literis Apostolicis.*

21 *Citationes quatuor ad docendum se paruisse Literis Apostolicis, primò pro prima, secundò pro secunda, tertiò pro tertia, & quartò pro quarta, & superabundanti dilatione, & earum formulæ & processus.*

22 *Citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum, & ad Sententiam, in materia executionis Literarum Apostolicarum, & ejus formula, & processus.*

23 *Cedula Sententiæ super immissione in possessionem Beneficii, ac declaratoriæ in simul latæ, & earum formula.*

24 *Cedula Sententiæ super immissione in possessionem Beneficii, & declaratoriæ simul latæ in casu, in quo Commissarius Cameræ est in causa, & earum formula.*

25 *Ut fulminentur Censuræ contra obligatum in forma Cameræ, sufficit citare domi dimissa copia, sed contra eum, qui non paruit Literis Apostolicis, Mandato, vel Sententiæ, & in aliis casibus, ad id requiritur citatio personalis.*

26 *Si Sententia sit ferenda contra Capitulum, vel Universitatem, Censuræ non fulminantur statim.*

27 *Cedula Sententiæ super immissione in possessionem Canonicatus, ac declaratoriæ contra Capitulum, & earum formula.*

28 *Mandatum de immittendo in possessionem Beneficii in vim Sententiæ expeditum, quando R. P. D. Commissarius est in causa, & ejus formula.*

29 *Mandatum de immittendo in possessionem Beneficii vigore Sententiæ latæ, quando R. P. D. Commissarius non est in causa, & ejus formula.*

30 *Si ad parendum declaratoriæ præfigitur terminus, debet intimari Parti cum cedula, quo elapso prout eo non præfixo, affiguntur Cedulones.*

31 *Cedulonus contra Intrusum in Beneficio, & ejus formula.*

32 *Si exequutio Sententiæ super immissione una cum declaratoria fit faciendæ in partibus, transmittitur ad partes illius instrumentum.*

33 *Instrumentum Sententiæ super immissione in possessionem Beneficii una cum declaratoria ad partes expeditum, & ejus formula.*

34 *Declaratus, qui post decem dies à die affixionis Cedulonis non paruit, servatis servandis citatur ad videndum aggravari.*

35 Ci-

35 Citatio ad videndum aggravari, & eius formula, & processus.
36 Brachium saculare ad partes transmittendum contra aggravatum, & ejus formula.
37 Lata sententia in Curia, relaxatur sequestrum super fructibus Beneficii, aliquando non citata, & aliquando citata parte.
38 Citatio ad videndum decerni sequestrum super fructibus beneficii, & eius formula, & processus.
39 Citatio ad dandam listam confidentium, & eius formula, & processus.
40 Sequestrum ad partes transmittendum super fructibus Beneficii, & eius formula.
41 Post declaratoriam aliquando subdelegatur Judex in partibus, pro liquidandis fructibus parte citata.
42 Citatio ad videndum subdelegari Judicem in partibus pro liquidandis fructibus, & eius formula, & processus.
43 Si pars non consensit in Judicem, vel eum allegat suspectum, citatur denuò ad concordandum, & dandam listam, & demum servatis servandis expeditur instrumentum subdelegationis Judicis.
44 Instrumentum subdelegationis Judicis pro liquidandis fructibus in partibus & eius formula.
45 Appellatio suspensiva regulariter non datur in materia exequutionis literarum Apostolicarum.
46 Interpositio appellationis coram Judice à quo, prout in cedula & eius formula, ac responsio Judicis.
47 Cedula appellationis à sententia lata super immissione in possessionem Beneficii, & ejus formula.
48 Appellans, qui exequutionem literarum Apostolicarum impedire pretendit, debet obtentâ supersessoriâ adire plenam Signaturam citata parte.
49 Commissio appellationis in plena Signatura proponenda, ad exequutionem literarum Apostolicarum impediendam, & eius formula.
50 Signatura solet in materia exequutionis literarum Apostolicarum rescribere cum clausula, sine præjudicio.
51 Si virtute literarum Apostolicarum fuit processum ad declaratoriam, commissio non solet signari, nisi cum clausula, parito Brevi.
52 Signatura, si sententia lata pro exequutione literarum Apostolicarum est apparenter injusta, vel notoriè nulla, vel literæ sunt vulneratæ, solet rescribere pro appellatione, & aliquando ex causa cum clausula, arbitrio Rotæ.
53 Literarum Apostolicarum exequutio regulatur secundùm terminos, l. fin. C. de edict. div. Adrian. tollen.
54 Literæ Apostolicæ habent executionem paratam, sic-
55 ut testamentum, licèt sint expeditæ in forma Brevis.
56 Idque ob illarum authoritatem, honoremque summi Pontificis mandantis.
57 Literæ Apostolicæ justificatæ sunt exequendæ, secùs ante justificationem.
58 Literis Apostolicis non justificatis, sententia lata pro illarum exequtione est injusta.
59 Literæ Apostolicæ observatæ spatio quadraginta annorum, & ultrà, non indigent alia justificatione.
60 Narrativa literarum Apostolicarum motu proprio emanatarum non indiget ulla justificatione, etiamsi sit de facto aliena.
61 Sive motus proprius emanaverit ex mera liberalitate Principis, sive ad partis instantiam.
62 Clausula, motu proprio, transfert onus probandi in adversarium.
63 Clausula, motu proprio, aut ex certa scientia operatur, ut non sit opus, literas Apostolicas aliter justificare.
64 Narrativa in literis Apostolicis sub clausula, ut asseritur, est narrativa Papæ, & non compellit ad justificandum.
65 Narrativa sub clausula, ut asseris, est narrativa partis, & indiget justificatione.
66 Clausula, ut asseritur, quando sunt plures supplicantes, secundùm aliquos, non differt à clausula, ut asserunt, sed hæc distinctio reprobata fuit à Rota.
67 Narrativa sub clausula, ut asseritur, non indiget justificatione, sive sit unus, sive sint plures supplicantes.
68 Literæ Apostolicæ habentes clausulam, vocatis vocandis, non habent exequutionem paratam, cùm tunc sit procedendum causâ cognitâ, & parte citata.
69 Clausula, servatis servandis, æquipollet clausulæ, vocatis vocandis.
70 Clausula, vocatis vocandis, facit executorem mixtum, & causam appellabilem.
71 Clausula, vocatis &c. effigit, ut procedatur ordinariè, non exequutivè.
72 Clausula, vocatis &c. non facit appellabilem causam, quæ est de sui natura inappellabilis.
73 Rota decis. 548. p. 1. recent. tenuit clausulam, vocatis &c. efficere ut Judex procedat judicialiter parte citata retento judicio exequutivo, sed esset valde difficile id in praxi obtinere, & quare.
74 Literæ Apostolicæ in forma Dignum, ratione mixturæ, quam habent in corpore, non habent exequutionem paratam.
75 Literæ Apostolicæ in forma Dignum, si non adest legitimus contradictor, nec clausula, vocatis &c. non videntur facere executorem mixtum.
76 Literæ Apostolicæ contra habentem titulum parem, non habent exequutionem paratam.
77 Literæ Apostolicæ vulneratæ non habent paratam exequutionem.
78 Literæ Apostolicæ, si sententia contraria non tangat ipsas literas, sed tantùm processum, postmodum justificatæ, habent paratam exequutionem.
79 Literæ Apostolicæ, quando adest legitimus contradictor, non habent paratam exequutionem.
80 Literæ Apostolicæ spatio triginta annorum amittunt viam exequutivam.
81 Legitimus contradictor est habens parem titulum in materia exequutionis literarum Apostolicarum.
82 Possessor beneficii habens provisionem ab Ordinario est legitimus contradictor.
83 Possessor cum titulo est legitimus contradictor.
84 Possessor producens titulum post sententiam, non est legitimus contradictor, nisi incontinenti per hujusmodi titulum constaret de eius bono jure.
85 Præsentatus, etiamsi non possideat, est legitimus contradictor ad impediendam immissionem contra Provisum Apostolicum, & quando.
86 Clausula, dummodo tempore datæ præsentium non

non sit alteri jus quæsitum, *facit exequutorem mixtum.*

87 *A sententia exequutoris mixti datur appellatio.*

88 *Clausula*, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum, *præservat jus quæsitum per præsentationem patroni.*

89 *Et non solùm jus in re, sed etiam ad rem.*

90 *Clausula*, dummodo tempore datæ &c. *præservat jus validum, & considerabile; non autem invalidum, & coloratum.*

91 *Clausula*, dummodo tempore datæ non sit alteri jus quæsitum, *intelligitur ex præsentatione facta à majori parte, non à medietate tantùm, nisi præsentatus tempore datæ haberet etiam gratificationem ab Ordinario.*

92 *Clausula*, dummodo tempore datæ non sit alteri Jus quæsitum, *habetur in literis pro apposita, licèt fuerit omissa.*

93 *Clausula*, dummodo tempore datæ &c. *non indiget alia justificatione.*

94 *Præsentatus est contra Provisum Apostolicum legitimus contradictor, quando in literis est clausula*, amoto &c. *quæ facit exequutorem mixtum.*

95 *Clausula*, amoto illicito detentore, *operatur, ut exequutor debeat procedere cum causæ cognitione, Juris ordine servato.*

96 *Clausula*, amoto illicito detentore, *operatur, ut exequutor teneatur assumere partes Judicis, & ut detur appellatio suspensiva.*

97 *Clausula*, amoto illicito detentore, *tunc dat cognitionem, quando sententia, & cognitio non præcessit, aliàs secùs.*

98 *Clausula*, amoto illicito detentore, *tunc facit exequutorem mixtum, quando adest legitimus contradictor, aliàs secùs.*

99 *Clausula*, amoto &c. *existente legitimo contradictore facit exequutorem mixtum, etiamsi dictum fuerit, amoto quolibet detentore.*

100 *Clausula*, amoto &c. *operatur, ut facta censeatur mentio de possessione facti, & colorata, si est in gratia principali in parte dispositiva, secùs si in exequutiva.*

101 *Clausula*, amoto &c. *in dispositiva posita, non facit exequutorem mixtum, sed magis roborat ejus authoritatem, in exequutiva verò non mutat dispositionem.*

102 *Clausula*, amoto &c. *si adest legitimus contradictor, facit exequutorem mixtum, sive in dispositiva, sive in exequutiva parte sit posita, & quare.*

103 *Exequutor cum clausula*, amoto &c. *potest amovere intrusum, non possessorem coloratum.*

104 *Exequutor cum clausula*, amoto &c. *tenetur cognoscere de colore tituli.*

105 *Possessio sine titulo saltem relevante, nec in materia, l. fin. nec exequutionis literarum Apostolicarum, attenditur, aliàs secùs.*

106 *Possessio eorum, quæ à tertio possidentur, non acquiritur ex possessione universali regulariter.*

107 *Quando non adest legitimus contradictor, & possessio, cui jus refistit, non habetur in consideratione, ex possessione universali acquiritur possessio etiam eorum, quæ possidentur à tertio.*

108 *Contradictor legitimus non est, qui nec titulum, nec possessionem habet, nec est citandus.*

109 *Exceptio oriens ex ventre literarum admittitur ad earum exequutionem impediendam.*

110 *Exceptio defectus proprietatis non admittitur ad impediendam exequutionem literarum, nisi probetur, vel probatio offeratur incontinenti, Idem in exceptione defectus juris agentis.*

111 *Exceptio concernens defectum tituli tunc demùm debet admitti, quando opponitur crimen cum infamia, vel collatio fuit clandestina, vel allegaretur provisionem non tenere, nisi titulus esset apparenter justus.*

112 *Exceptio inhabilitatis personæ in beneficialibus semper admittitur, & quare.*

113 *Ex magno fumo Jurispatronatus supersedendum est in exequutione literarum, donec meliores fiant probationes.*

114 *Supersedendum est in exequutione literarum ex magno fumo, tunc demum, quando exceptio oritur ex ventre earum, secùs si est aliundè probanda, nam tunc debet esse clara, & notoria ad d. effectum.*

115 *Litera in forma Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, & signanter reservatio, tunc debet justificari.*

116 *Brevia de capienda possessione nomine Cameræ sunt fundata in reservatione, & propter eam conceduntur.*

117 *Reformatione cessante Brevia non conceduntur, & concessa non mandantur exequutioni.*

118 *Reservatio est justificanda ante Brevis exequutionm, quando in brevi adest clausula*, constito, *vel alia faciens exequutorem mixtum, secùs si reservatio tantùm narretur, & A. C. sit exequutor merus.*

119 *Clausula*, constito, *in Brevi posita est semper verificanda.*

120 *Brevis exequutio concedenda est verificatis contentis sub clausula*, constito.

121 *Verificatio narratorum in brevi extra clausulam*, constito, *non est necessaria, & quare.*

122 *Verificatâ clausulâ*, constito, *exequutor efficitur merus.*

123 *Breve justificatum habet exequutionem paratam ad instar literarum Apostolicarum.*

124 *Clausula*, constito, *ante justificationem facit exequutorem mixtum.*

125 *Appellatio à mixto exequutore datur ad utrumque effectum, à mero verò non datur suspensiva, nisi fortè in exequutione adsit excessus.*

126 *Clausula*, constito, *debet plenè, & concludenter justificari, etiamsi non adsit legitimus contradictor, & quare.*

127 *Clausula*, constito, *tunc plenam, & concludentem probationem requirit, quando apponenti conditionem probationis constat, jam adesse probationem præsumptivam, aliàs secùs.*

128 *Clausula*, constito, *ubi agitur de probando obitu in genere, vel de longinquo, vel causa est difficilis probationis, non requirit plenam probationem.*

129 *Clausula*, constito, *de stylo Tribunalis A. C. non requirit plenam probationem, sed justificatur ex semiplena.*

130 *Reservatio debet plenè, & concludenter probari.*

131 *Si Ordinarius, vel ab illo Provisus non est in causa*

obitus

obitus in mense reservato probatur per testes de publica voce, & fama.

132 *Plena probatio requiritur ad effectum reservationis, sed ad effectum justificationis gratiæ sufficit semiplena.*

133 *Clausula*, constito, *requirit citationem partis, aliàs processus est nullus.*

134 *Contrarium quòd citationem non requirat.*

135 *Clausula*, constito, *si committitur exequutio de re vacante, non requirit citationem partis, aliàs secùs.*

136 *Clausula*, constito, *requirit causæ cognitionem.*

137 *Clausula*, constito, *si agitur de modico præjudicio, non requirit citationem partis, nec causæ cognitionem.*

138 *Clausula*, constito, *aliquando justificatur ex informatione extrajudiciali, si natura negotii, de quo agitur, id patitur.*

139 *Mentio litis in Brevi est facienda, aliàs possessio capta eius vigore est attentata.*

140 *Commissarius Cameræ, si non potest de jure consignare possessionem Beneficii Provisо, tenetur illam restituere primo possessori.*

141 *Ad processus validitatem sufficit citare provisum, licèt Commissarius non citetur.*

142 *Clausula*, alioquin &c. *& non clausula*, si quis &c. *apponenda est in monitorio, quod sit pro exequutione Literarum Apostolicarum obtinenda, & quare, & quomodo clausula* alioquin *tunc extendatur.*

143 *Contra negligentem parere Literis Apostolicis, servantur quatuor termini ad docendum se paruisse, & demùm proceditur ad declaratoriam.*

144 *Termini ad docendum se paruisse, inserviunt pro trina monitione, sine qua non fertur excommunicatio.*

145 *Si ferenda sit absolutoria pro reo, non sufficiunt termini ad docendum se paruisse literis Apostolicis, sed servandi sunt termini substantiales, prout in beneficialibus.*

146 *Contra immissum non verificata reservatione datur actio spolii, & expulsus probatis extremis uti spoliatus restituitur.*

147 *Clausula*, sine vitio spolii, *recipit conditionem principalis dispositionis, quatenus breve sit justificatum, si in eo adsit clausula*, constito.

148 *Si in Brevi non adest clausula*, constito, *potest doceri de reservatione quandocumque, & eò magis, si in brevi adsit clausula*, sine vitio spolii.

149 *Si possessio est vacans, potest Breve justificari quandocumq;, etiamsi insit clausula*, constito, *& quare.*

150 *Si alius possidet, & potest intrare spolium, Breve debet justificari ex eisdem actis, non ex noviter deductis.*

151 *Signatura, quando exequitur, vel judex gravat in exequutione literarum Apostolicarum, committit causam appellationis simpliciter, vel cum clausula*, arbitrio Rotæ.

152 *Rota ex justa causa passim interponit arbitrium pro retardanda exequutione literarum, etiamsi fuerit rescriptum cum clausula*, parito Brevi arbitrio Rotæ.

153 *Signatura quando sententia lata pro exequutione literarum, est justa, rescribit cum clausula*, sine præjudicio.

154 *Literæ Apostolicæ, licèt respectu censurarum illarum admittant appellationem, non tamen illam admittunt ad impediendum immissionem, etiamsi fuerit pronunciatum per cedulam.*

155 *Clausula*, sine præjudicio, *præservat facultatem exequendi Iudici à quo, non obstante judicio ordinario.*

156 *Clausula*, sine præjudicio, *non operatur, quòd exequutio attentata, & nulla revocari non possit.*

157 *A sententia lata contra literas Apostolicas, datur appellatio ad utrumq; effectum, & postmodum semper remanet appellabilis.*

158 *Exequutore ritè, & rectè procedente Signatura rescribit cum clausula*, parito brevi.

159 *Clausula*, parito brevi, *importat dimissionem possessionis, & fructuum.*

160 *Clausula*, parito brevi, *non includit expensas litis.*

161 *Clausula*, parito brevi, *tribuit jurisdictionem conditionalem.*

162 *Clausula*, parito, *dicitur impleta ex præstatione patientiæ, & paritione verbali, quoad possessionem, & per oblationem compensationis quoad fructus.*

163 *Clausula*, parito *quoad fructus perceptos, non dicitur impleta, nisi pars probet, non percepisse, vel restituisse, vel obtineat commissionem de præfigendo termino ad illos liquidandum, & quando hoc procedat.*

164 *Virtus Brevis de capienda possessione nomine Cameræ expirat per primum actum adeptionis possessionis, nam semel immisso non datur immissio.*

165 *Si agitur contra negligentem parere literis Apostolicis, proceditur ad declaratoriam servatis quatuor terminis ad docendum se paruisse, sed contra eam, qui in literas commisit, est ad id eo citato, docendum de contravention.*

166 *Impediens executionem literarum Apostolicarum est eo ipso excommunicatus in Bulla Cœnæ, & ob id declarandus.*

167 *Impediens exequutionem literarum Apostolicarum, privatur jure, quod habet in Beneficio, & efficitur inhabilis ad beneficia consequenda.*

168 *Recurrens ad Iudices laicos pro impedienda exequutione literarum Apostolicarum, incidit in excommunicationem majorem Bullæ Cœnæ Domini, & committit sacrilegium.*

169 *Recursus ad Iudices laicos pro impedienda exequutione literarum Apostolicarum est prohibitus, tam ex dispositione sacrorum Canonum, quàm Bullæ Cœnæ Domini.*

170 *Recurrens ad Iudices laicos pro impedienda exequutione literarum tamquam excommunicatus repellitur à limine, & collatio ab eo facta non tenet.*

171 *Excommunicatio clerici resultat ex ipso actu recursus ad Iudices laicos, non ex aliis, quæ fiunt postea per ipsos Iudices.*

172 *Licèt Bulla Cœnæ inducat privationem juris sui ipso jure contra recurrentes ad laicos, requiritur tamen sententia declaratoria privationis.*

173 *Recursus ad Iudices laicos debet plenè, & concludenter probari.*

174 *Licèt excommunicatio Bullæ Cœnæ sit notoria, sufficit*

ficit tamen, quòd non sit Notarius recursus, ob quem illa imponitur.

175 *Sententia excommunicationis judicialiter lata, dicitur interloquutoria.*

176 *A sententia excommunicationis datur appellatio.*

177 *Exequutio sententiæ excommunicationis per appellationem non suspenditur.*

178 *A sententia excommunicationis datur appellatio ad effectum devolutivum.*

179 *A sententia declaratoria excommunicationis seu Censura datur appellatio ad utrumque effectum.*

180 *Judex ferendo declaratoriam excommunicationis, & censurarum de facili potest errare.*

181 *A declaratoria excommunicationis non datur appellatio, quando factum est notorium.*

182 *A declaratoria excommunicationis lata virtute exequutorialium, & rei judicatæ non datur appellatio.*

183 *A declaratoria censurarum contra obligatum in forma Cameræ non datur appellatio.*

184 *A sententia excommunicationis, seu censurarum lata sub conditione, vel in diem datur appellatio.*

185 *Sententia excommunicationis lata sub conditione, vel in diem in exequutionem rei judicatæ non admittit appellationem suspensivam.*

186 *Sententia excommunicationis latâ causâ ferendi testimonium, non admittit appellationem suspensivam.*

187 *Exequutio sententiæ excommunicationis latæ per legitimam appellationem remanet ab appellatione suspensa.*

188 *Appellatione deserta potest quis denunciari excommunicatus.*

189 *Exequutio sententiæ excommunicationis non suspenditur per appellationem, quando causa est commissa cum clausula, appellatione remota.*

190 *Excommunicatus ignoranter si appellat à die scientiæ, impedit denunciationem.*

191 *Si Judex delegatus detulit appellationi, vel appellatio fuit à superiore recepta, non potest appellans denunciari excommunicatus.*

192 *Appellatio impedit denunciationem, quando excommunicatus per denunciationem in plus ligatur.*

193 *A sententia excommunicationis continente intolerabilem errorem, datur appellatio ad utrumq; effectum.*

194 *Possessor non tenetur ad simplex verbum executoris in partibus dimittere jus suum indefensum, nisi declaratoria veniat post rem judicatam.*

195 *Appellatio impedit effectum sententiæ suspensionis vel interdicti à Beneficio, aut Pontificalibus, seu usu pallii.*

196 *Si sententia suspensionis, vel interdicti feratur in pœnam, suspenditur per appellationem, secùs si feratur in contumaciam.*

197 *Appellatio suspendit effectum sententiæ excommunicationis, quando judex ad quem præcipit excommunicatum non denunciari, dummodo non intervenerit manifesta offensa.*

198 *Si fuit appellatum à præcepto facto sub pœna excommunicationis, quis non potest post interpositam appellationem denunciari excommunicatus.*

De exequutione Literarum Apostolicarum. Pars II. Cap. VIII.

1 A QUoniam exequutio Literarum Apostolicarum, A, pro alicujus Beneficii possessione adipiscenda, conceditur ad instar remedii, *l. fin. C. de edict. div. Adrian. tollen.* & secundùm terminos illius regulatur. Idcircò, cùm suprà dictum fuerit de ipso *l. fin.* remedio, meritò subjicitur de Literarum Apostolicarum exequutio &c.

2 In Tribunali A. C. sive Literæ Apostolicæ sint expeditæ sub plumbo, sive in forma Brevis, ad illarum exequutionem proceditur semper prævio monitorio cum insertione earumdem, pro possessione autem alicujus Beneficii adipiscenda conficitur monitorium, ut infrà, videlicet

3 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis præsentantis Literas Apostolicas Sanctiss. D. N. Papæ sub plumbo expeditas, tenoris infrascripti, videlicet

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei &c. (*hîc inserendus est totus tenor literarum*)

Tenore præsentium, suprà dictæ Literæ Apostolicæ, & omnia, & singula suprà dicta in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN. & aliis quibuscumque in exequutionem præsentium nominandis, & cognominandis, & ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & aliàs omni meliori modo &c. necnon.

Moneatur NN. quatenus infra triduum proximum sub 500. Ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applican. &c. & pro illis mandati exequutivi, & in juris subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis etiam in dd. Literis Apostolicis contentis, debet dictum Instantem in realem, actualem, & corporalem possessionem Beneficii in præfatis Literis Apostolicis nominati, & de quo agitur, ac illius annexorum jurium, membrorum, ac pertinentiarum quorumcumque immisisse, imposuisse, & induxisse, immissumque, impositum, & inductum manutenuisse, defendisse, & conservasse, ac de fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus ejusdem respondisse, & satisfeciisse, juxta formam dd. Literarum Apostolicarum, dictasque Literas Apostolicas debitæ exequutioni demandasse, ac suos plenarios effectus sortiri feciisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorum causa, & occasione passa, & incursa, & in futurum patien. &c. ac liquidan. &c. refeciisse, mandetumque de immittendo, manutenendo, & aliud quodcumque desuper necessarium, & opportunum concedi, decerni, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, & alia desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, & aliàs omni meliori modo &c. Deducens &c. omne jus &c. implorans, dictisque Literis

ris Apostolicis, ac præsentibus nostris monitorialibus paruisse, ac de paritione docuisse, &c. Alioquin præfatum NN. sic monitum, & requisitum, si literis Apostolicis, & nostris monitorialibus hujusmodi obtemperare distulerit, contradictoresque omnes, rebelles, & molestatores in exequutione præsentium nominan. &c. cognominan. etc. citamus etc. quatenus die N. compareant &c. ad videndum se excommunicationis, aliasque sententias, censuras, & pœnas prædictas incidisse, incurrisse declarari, & aliàs ad omnes, & singulos actus, & terminos necessarios gradatim usque ad sententiam, ac sententiarum, pœnarum, & censurarum prædictarum aggravationem, et reaggravationem, Brachii sæcularis invocationem procedi, citatorum contumacia, seu absentia in aliquo non obstante, omni &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

4 Pro adipiscenda verò possessione Canonicatus, & Præbendæ contra intrusum poterit fieri monitorium, ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam, videlicet

5 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis præsentantis Literas Apostolicas Sanctissimi, D. N. Papæ sub plumbo expeditas, tenoris infrascripti, videlicet: *Innocentius, &c.*

Tenore præsentium supradictæ Literæ Apostolicæ, & omnia, & singula supradicta in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN. & aliis quibuscumque in exequutione præsentium nominandis, & cognominandis, & ad eorum, et cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & aliàs omni meliori modo etc. necnon,

Moneantur Prior, Capitulum, & Canonici Ecclesiæ NN. omnesque alii, et singuli, ad quos possessionis traditio, et responsio, ac solutio fructuum dictorum Canonicatus, et Præbendæ spectat, et pertinet, necnon NN. in dicto Canonicatu, et Præbenda intrusus, quatenus infra triduum &c. sub 500. Ducatorum auri de Camera, ac mandati exequutivi, & in juris subsidium suspensionis à divinis, ac respectivè excommunicationis etc. aliisque pœnis, etiam in dictis Literis Apostolicis contentis, debeant dictum NN. Provisum Apostolicum in possessionem realem, corporalem, et actualem dd. Canonicatus, et Præbendæ, ac annexorum, jurium que, et pertinentiarum quarumcumque induxisse, imposuisse, et immisisse, ac inductum, impositum, et immissum manutenuisse, et conservasse, ac de omnibus fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem Canonicatus, et Præbendæ, à die obitus q. NN. ultimi possessoris decursis, et decurrendis etc. eidem NN. Provisо Apostolico integrè respondisse, ac responderi fecisse, juxta formam, & tenorem dd. Literarum Apostolicarum, dictasque Literas Apostolicas debitæ exequutioni demandasse, ac suos plenarios effectus sortiri fecisse, damnaque, expensas, et interesse, præmissorum causâ, et occasione passa, et incursa, et in futurum patien. et liquidan. etc. fecisse, mandatumque de immittendo, manutenendo, et aliud quodcumque desuper necessarium, & opportunum concedi, decerni, relaxari, jus, justitiam ministrari, & alia desuper necessaria, et opportuna fieri vidisse, et aliàs omni meliori modo &c. deducens etc. omne jus etc. implorans etc. dictisque Literis Apostolicis, ac præsentibus nostris monitorialibus paruisse, de patitione docuisse, etc. alioquin.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

B Pro obtinenda verò exequutione Literarum Apostolicarum in forma Brevis, B. de capienda possessione nomine Cameræ fit monitorium, ut infrà, videlicet

6 De mandato illustriss. et Reverendiss. D. A. G. sive R. P. D. N. eius in civilibus Locumtenentis, et ad instantiam R. P. D. N. Sanctiss. D. N. Papæ, ejusque Rev. Cameræ Apostolicæ Generalis Commissarii, C. principalis, & NN. Provisi

C Apostolici pro suo interesse illi adhærentis, præsentatis Literas Apostolicas Sanctiss. D. N. Papæ in forma Brevis sub Annulo Piscatoris expeditas, tenoris videlicet *Innocentius Papa X. &c.*

Tenore præsentium supradictæ Literæ Apostolicæ, & omnia, et singula suprascripta, & in eis contenta intimentur, et notificentur NN. et NN. & aliis quibuscumque, in exequutione præsenti-um nominan. et cognominan. et ad eorum, et cujuslibet eorum notitiâ deducantur ad majorem cautelam, et aliàs omni meliori modo &c. necnon.

Moneatur NN. quatenus infra triduum proximum, sub 500. Ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati executivi, & in juris subsidium excommunicationis &c. aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis in dd. Literis Apostolicis contentis, debeat dictum NN. Provisum Apostolicum in realem, actualem, & corporalem possessionem Beneficii in supradictis Literis Apostolicis nominati, de quo agitur, illiusque jurium, ac pertinentiarum quarumcumque induxisse, posuisse, & immisisse, per eum, prælibati Sanctissimi D. N. ac Cameræ Apostolicæ nomine capiendam, & retinendam, & subinde eidem NN. Provisо, si, & postquam Literas Apostolicas provisionis ejusdem Beneficii, sub plumbo legitimè expeditas, præsentaverit, consignandam, inductumque impositum, ac immissum manutenuisse, defendisse, & conservasse, ac de omnibus, & singulis ejusdem Beneficii fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus respondisse, & satisfecisse, juxta earumdem Literarum Apostolicarum formam, & tenorem, dictasque Literas Apostolicas debitæ, ac totali exequutioni demandasse, ac plenarios effectus sortiri fecisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorum, causa, & occasione passa, & incursa, & in futurum patien. ac liquidan. &c. refecisse, mandatumque de immittendo, manutenendo, & aliud quodcumque desuper necessarium, & opportunum concedi, decerni, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, et alia desuper necessaria, et opportuna fieri vidisse etc. & aliàs omni meliori modo etc. Deducens &c. omne jus &c. ac re-

medium in præmissis magis competens, magisque proficuum &c. imploran. &c. dictisque Literis Apostolicis ac præsentibus nostris monitorialibus paruisse, ac de paritione docuisse &c. Alioquin &c. D.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

In aliis verò casibus, in quibus non agitur de possessione adipiscenda, ut suprà, monitorium pro Literarum Apostolicarum exequutione obtinenda fieri potest, ut infrà (& aliàs secundùm facti contingentiam, & subjectam materiam) videlicet

7 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C sive R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis, præsentantis Literas Apostolicas Sanctiss. D. N. Papæ sub plumbo (*vel in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris*) expeditas, tenoris sequentis, videlicet *Innocentium, &c.*

Tenore igitur præsentium supradictæ Literæ Apostolicæ, & omnia, & singula supradicta in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN. ac aliis quibuscumque, in exequutione præsentium nominan. & cognominan. & ad eorum, et cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & aliàs omni meliori modo etc. necnon

Moneatur NN quatenus infra triduum proximum, sub quingentorum Ducatorum Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi, & excommunicationis in subsidium juris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis, etiam in dictis Literis Apostolicis contentis, debeat (Hìc exprimatur petitio eius, quod in Literis Apostolicis principaliter continetur, & ab impetrante illarum virtute prætenditur, juxta formam & tenorem earumdem, & deinde addatur) prædictasque Literas Apostolicas juxta illarum formam, & tenorem, & in eis contenta quæcumque observasse, & adimpleviss e, & debitæ exequutioni demandasse, ac suos plenarios effectus sortiri in omnibus, ac per omnia fecisse, damnaque, expensas, & interesse passa, & incursa, & in futurum patien. &c. & liquidan. &c. refecisse, mandatumque &c. ac de observando, et aliud quodcumque desuper necessarium, & opportunum concedi, decerni, ac relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque in præmissis quomodolibet necessaria, & opportuna fieri vidisse, & aliàs omni meliori modo &c. Deducens &c. omne Jus, omnemque actionem, ac remedium &c. implorans &c. dictisque Literis Apostolicis, ac præsentibus nostris monitorialibus paruisse, & de paritione docuisse &c. Alioquin &c.

NN. Notarius Locus † Sigilli.

Monitorio personaliter per cursorem exequuto, ac subscripto, ad notatur in actis illius intimatio, exequutio, ut infrà, videlicet

Pro NN. contra NN.

8 Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiss. D. N. Cursor retulit, se ad instantiam NN. intimasse Literas Apostolicas, et personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c.

9 Exadverso potest fieri infra triduum protestatio, et negari monitorium, juxta superius tradita in præced. cap. n. 7.

10 Pro parte verò actoris, ut juridicè obtineri possit Literarum Apostolicarum exequutio, sunt omnino literæ justificandæ, docendumque de provisi Clericatu.

11 Justificatio autem potest fieri, tam per Scripturas, citata parte ad dicendum contra Jura in forma, quàm etiam per testes, exhibitis in actis articulis opportunis, secundùm facti contingentiam, citata parte ad dicendum contra illos, et aliàs servatis servandis, juxta superius tradita *in 1. parte cap. 2, n. 10. & seqq. & cap. 11. num. 2. & seqq.*

12 Quòd si reus ad eius exceptiones probandas citaret ad dicendum contra jura, vel etiam articulos, tunc actor poterit protestari, ut infrà, videlicet

13 Pro NN. contra NN.

In officio etc. NN. protestatus fuit, non admitti aliqua Jura (vel aliquos articulos) in præjudicium processus executivi, et Literarum Apostolicarum, ac summarii possessorii, et his salvis, contra prætensa Jura (vel articulos prætensos) dixit pro nunc generalia verbo, salvo jure &c. et pendente etc. omni etc.

14 Et quatenus fuerit facta citatio, ad dicendum contra articulos, addatur etiam in protestatione, nihil fieri, nisi specificatis materiis medio juramento tactis etc. nominibus, cognominibus, patriâ, & exercitio testium, et intimato die, & hora certis ad effectum &c. et aliàs, ut suprà dictum fuit *d. p. 1. c. 21. & seq. sub n. 5. & seqq.*

15 Quoties autem pro parte actoris ut suprà, protestari contigerit, Judex non admittit Jura, seu articulos Rei conventi, nisi cum d. clausula, *sine præjudicio &c.*

16 Potest etiam in hoc judicio, si opus fuerit, suspendi peritorium, juxta superius tradita, hâc eâdem *p. 2. sub c. 6. n. 19. & seq.*

17 Cæterùm, quando R. P. D. Commissarius Cameræ est in causâ, debet etiam ipse ad omnes, & singulos actus citari; in citationibus verò, quæ ad eius, ac provisi illi adhærentis instantiam fiunt, dicitur in fine, *Instante R. P. D. NN. Sanctiss. NN. ejusque Rev. Cameræ Apostolicæ Commissario Generali principali, & NN. Proviso Apostolico, illi pro suo interesse adhærente, sive &c.*

18 Commissarius autem, aliis gravioribus negotiis indies impeditus, non solet de per se citationes reproducere, aut terminos hujusmodi servare, sed vel Provisum ipsum Apostolicum, vel alium sibi benevisum ad id, cum facultatibus necessariis, & opportunis, substituere.

19 Quòd si literæ non fuerint justificatæ, & ob id ferenda sit absolutoria pro reo, non sufficit reo servare infrascriptos quatuor terminos, ad docendum se paruisse, sed opus est illis, servare terminos substantiales ad libellandum &c. prout in aliis Beneficialibus, juxta superius tradita, hìc eâdem *par. 2. c. 1. n. 2. vers. In causis verò n. 106.*

20 Verùm † Literis justificatis, sunt pro parte actoris servandi infrascripti termini, ad docen-

docendum,se paruisse Literis Apostolicis, videlicet.

A.C.N.

21 Citetur *NN.* exadverso principalis', ad docendum se paruisse Literis Apostolicis, ac monitorialibus illarum virtute emanatis,primò pro
E prima dilatione, E, ad p.d.instante NN. principali, sive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit servari secundò pro secunda, omni &c.

Et successivè fiunt aliæ tres citationes,singulæ ad primam,unà post aliam,videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad docendum,se paruisse Literis Apostolicis, & monitorialibus illarum virtute emanatis, secundo pro secunda dilatione, ad p.d. instante *NN.* principali, sive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. petiit,& obtinuit, ut supra servari tertiò pro tertia,omni &c.

Et fit tertia citatio tenoris,videlicet

A.C.N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad docendum se paruisse Literis Apostolicis,& monitorialibus illarum vigore emanatis tertiò pro tertia dilatione,ad p. d. instante NN.principali, sive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. petiit,& obtinuit,ut suprà,servari quartò pro quarta,omni &c.

Et fit quarta citatio,tenoris videlicet

A.C.N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad docendum,se paruisse Literis Apostolicis, & monitorialibus illarum virtute emanatis , quartò pro quarta,& superabundanti dilatione, ad p.d. instante NN.principali,sive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit,& obtinuit,ut suprà,omni &c.

Deinde fit citatio ad sententiam tenoris infrascripti,videlicet

A.C.N.

22 Citetur NN. exadverso principalis,ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, absolvi instantem à Censuris, ad effectum &c. concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam sententiam definitivam in forma, ad p.d. instante NN.principali, sive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut suprà &c.deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. & sententiari,prout in Cedula, quam Reverendiss.D. Locumtenens legit, subscripsit , & mihi consignavit,tenoris &c. super quibus & præsentibus sociis testibus &c. non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo &c.

23 Tenor cedulæ sententiæ super immissione in possessionem Beneficii ad favorem Provisi Apostolici, necnon etiam declaratoriæ insimul latæ.

Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes,& solum Deum præ oculis habentes,per hanc nostram definitivam sententiam,quam de juris peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seu veriori versa fuerunt,& vertuntur instantia, inter *NN.* Provisum Apostolicum actorem ex una,& *NN.* intrusum in Beneficio *NN.* vacan. per obitum N. de mense N. defuncti, assertum provisum ab ordinario,reum conventum,ex altera partibus,de,& super immissione in possessionem dicti Beneficii, rebusque aliis &c. Dicimus,pronunciamus,sententiamus, & definitivè decernimus,& declaramus d. NN. provisum Apostolicum immittendum fore, & esse, prout immittimus in possessionem realem, corporalem,& actualem d.Beneficii,illiusque jurium,& pertinentiarum,ac membrorum quorumcumque,amoto exinde d.NN.detentore, & quodcumque mandatum de immittendo desuper necessarium, & opportunum decernendum fore, & esse,prout decernimus,& relaxamus,non solùm præmisso,sed omni alio meliori modo &c.

Item pari nostra sententia dicimus,sententiamus,decernimus,& declaramus d. *NN.* intrusum in d. beneficio excommunicationis aliasque Ecclesiasticas sententias,censuras,& pœnas, in Literis Apostolicis sibi intimatis, contentas, ob illarum non paritionem,ac ejusdem beneficii possessionis non dimissionem, fructuumque perceptorum,ac in futurum,usque in diem realis dimissionis decurrendorum, non restitutionem damnabiliter incidisse,& incurrisse,ipsumque sic excommunicatum,& declaratum publicè denunciandum,& ab omnibus Christi fidelibus arctius evitandum, literasque declaratorias desuper opportunas decernendas, & concedendas fore,& esse,prout declaramus , evitari mandamus,ac decernimus,concedimus, & relaxamus. Victumque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis', vel cui de jure imposterum reservamus, ,& ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, ac decernimus, non solùm præmisso , sed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Verùm si Commissarius Cameræ fit in causa,Cedula conficitur tenoris sequentis, & aliàs mutatis mutandis secundùm subjectam materiam,& contingentiam facti,videlicet

24 Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quã de juris peritorum consilio ferimus in his scriptis,in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter R.P.D. Ghinum sanctissimi D.N. Papæ,ejusque Rev. Cameræ Apostolicæ Commissarium Generalem, & *NN.* Provisum Apostolicum , pro ejus interesse illi adhærentem actores ex una , & *NN.* intrusum in Præbenda , & Canonicatu Ecclesiæ *NN.* reum conventum, partibus ex altera , de, & super

immissione in possessionem dicti Canonicatus, & Præbendæ, ac literarum Apostolicarum in forma Brevis productarum, & adversario intimatarum, de quibus in actis, paritione, & exequutione, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. Provisum Apostolicum immittendum fore, & esse, prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem possessionem dicti Canonicatus, & Præbendæ, illiusque jurium, & pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, amoto d. NN. intruso, & quolibet alio illicito detentore per eumdem NN. Provisum Apostolicum, prælibati Sanctissimi, ac Cameræ Apostolicæ nomine retinendam, ac proinde eidem NN. Proviso Apostolico, si, & postquam literas Apostolicas provisionis ejusdem Canonicatus, & Præbendæ sub plumbo legitimè expeditas, præsentaverit, consignandam, & tradendam, & quodcumque mandatum de immittendo desuper necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo &c.

Item pari nostrâ sententiâ, dicimus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. in dicto Canonicatu, & Præbenda intrusum excommunicationis, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in literis Apostolicis in forma Brevis sibi intimatis, contentas, ob illarum non paritionem, ac ejusdem Canonicatus, & Præbendæ possessionis non dimissionem, fructuumque perceptorum, & qui percipi potuerunt, ac in futurum usque ad diem realis dimissionis percipiendorum, non restitutionem, damnabiliter incidisse, & incurrisse, ipsumque sic excommunicatum, & declaratũ publicè denunciandum, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitandum, literasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas decernendas, & relaxandas fore, & esse, prout declaramus, & evitari mandamus, ac decernimus, concedimus, & relaxamus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum expensarum taxationem, ac fructuum liquidationem nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

25 Hîc tamen obiter est observandum, ad sententiam declaratoriam procedi non posse contra eum, qui non fuerit prius personaliter citatus, licèt enim quando quis est in forma Cameræ obligatus, ut ad fulminationem Censurarum procedi possit, sufficiat citatio domi dimissa copia, semper tamen, ut, ex quo non sit paritum literis Apostolicis, mandato de manutenendo, & sententiæ, ac in aliis casibus ad Censuras procedi possit, requiritur citatio personalis.

26 Verùm si sententia sit ferenda contra Capitulum, Universitatem, vel Collegium, Censuræ non fulminantur statim, sed ut infrà videlicet

27 Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris peritorum consilio ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter R. P. D. Ghinum S. D. N. Papæ ejusque R. C. Apostolicæ Commissarium Generalem, & NN. Provisum Apostolicum, pro ejus interesse illi adhærentem, actores ex una, & Decanum, Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ NN. reos conventos, ex altera partibus, de, & super immissione, necnon traditione possessionis, ac consignatione fructuum, Canonicatus, & Præbendæ dictæ Ecclesiæ NN. per obitum q. NN. ultimi illius possessoris vacan. de mense N. ac literarum Apostolicarum in forma brevis paritione, & executione, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum R. P. D. Ghinum S. D. N. ejusque R. C. Apostolicæ Commissarium Generalem, sive NN. ab eo ad hoc specialiter substitutum, prout in actis, immittendum fore, & esse, prout immittimus in realem, corporalem, & actualem possessionem d. Canonicatus, & Præbendæ, illiusque jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, amoto quolibet detentore, eidemque de fructibus, & obventionibus dicti Canonicatus, & Præbendæ, à die obitus d. q. NN. juxta formam d. Brevis responderi mandamus, & quodcumque mandatum de immittendo, & aliud desuper necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo &c.

Item pari nostrâ sententia dicimus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictos NN. Decanum, & NN. & NN. Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ NN. nisi infra quindecim dies à die intimationis præsentis nostræ sententiæ, seu illius instrumenti, eis faciendæ, computandos, realiter, & cum effectu eidem sententiæ paruerint, ex nunc prout ex tunc suspensionis à divinis, interdicti ingressus Ecclesiæ, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in eisdem literis Apostolicis contentas ob illarum non paritionem, possessionis, & fructuum d. Canonicatus, & Præbendæ non traditionem, & assignationem, damnabiliter incidisse, & incurrisse, ipsosque uti sic suspensos, interdictos, & censuris Ecclesiasticis suppositos, ac declaratos publicè denunciandos, & ab omnibus Christi fidelibus uti tales habendos, & evitandos, prout arctius evitari mandamus, literasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas decernendas, & relaxandas fore, & esse, prout declaramus, decernimus, concedimus, & relaxamus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum quidem expensarum taxationem, & fructuum liquidationem nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Latâ sententiâ, expeditur illius virtute mandatum de immittendo, tenoris infrascripti, & aliàs secundùm subjectam materiam, videlicet

28 De mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C

sive

sive R.P.D.NN.ejus in Civilibus Locumtenentis,& ad instantiam R.P.D.Chini Sanctiss.D.N ejusque R.C. Apostolicæ Generalis Commissarii principalis,& NN.provisi Apostolici, & pro suo interesse adhærentis, Tenore præsentium.

Mandatur vobis Capitulo,& Canonicis Ecclesiæ NN.necnon Capitaneo,Exequutoribus, & Subexequutoribus nostræ Curiæ, & aliis, ad quos spectat,quatenus statim visis, & receptis præsentibus,sub 500.ducatorum, &c. aliisque pœnis,&c. debeatis eumdem NN.Provisum Apostolicum in realem, actualem,& corporalem possessionem Canonicatus, & Præbendæ NN. per obitum q. NN.vacantis,& annexorum, jurium,membrorum,ac pertinentiarum quarumcunque amoto NN. & quolibet alio detentore, immisisse,induxisse,& imposuisse:ac immissum, inductum,& impositum manutenuisse, defendisse,& conservasse,ac de fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus universis ejusdem Canonicatus, & Præbendæ, à die obitus dicti qq.NN.decursus,necnon etiam decurrendis,respondisse,& satisfecisse, & responderi, & satisfieri fecisse,per d.NN. Provisum Apostolicum,prælibati Sanctiss.D.N.Papæ,ejusque Rev. Cam.Apostolicæ nomine retinen. ac percipien. ac subinde eidem NN.Provisо Apostolico, si, & postquam literas suæ provisionis ejusdem Canonicatus, & Præbendæ sub plumbo legitimè expeditas præsentaverit traden. ac consignan. quoniam NN.Adversario citato, & intimato, servatis servandis,in vim Sententiæ desuper latæ,prout in actis Reverendiss. D.ita mandavit, hac die,&c.

N.Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Si verò R.P.D.Commissarius non est in causa,expeditur Mandatum,ut infra, & aliàs secundùm facti contingentiam,videlicet.

29 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C.sive R.P.D.NN. ejus civilibus Locumtenentis , & ad instantiam NN. Provisi Apostolici principalis, Tenore præsentium.

Mandatur vobis Capitaneo,Exequutoribus, & Subexequutoribus Curiæ nostræ, & aliis ad quos spectat,&c. quatenus statim visis,& receptis præsentibus,sub 500. ducatorum auri,&c. aliisque pœnis,&c. debeatis d.NN. Provisum Apostolicum in realem , actualem & corporalem possessionem Beneficii NN. vacantis per obitum q.N.necnon annexorum jurium membrorum, ac pertinentiarum quarumcunque,amoto NN. adversario, & quolibet illicito detentore, immisisse, induxisse, & imposisse, & immissum, inductum , & impositum manutenuisse,defendisse, & conservasse, ac de fructibus, redditibus universis, à die obitus dicti q. NN.decursis,ac decurrendis,respondisse, et satisfecisse,ac responderi,et satisfieri fecisse, quoniam d.NN. Adversario citato, & intimato servatis servandis , in vim Sententiæ desuper latæ,prout in actis,Reverendiss.D. ita mandavit hac die,&c.

N.Notarius, Locus † Sigilli. N.Locumten.

30 Quo verò ad exequutionem Sententiæ declaratoriæ,si in ea fortè fuit præfixus terminus quindecim dierum ad parendum,ut supra , intimatur d. Sententia Parti adversæ cum Cedula, & demum d.termino elapso, ac relatione facta, prout etiam si nullus terminus fuit in ea præfixus, expediuntur Cedulones , & affiguntur ut infra,& alia secundùm subjectam materiam, & contingentiam facti videlicet.

Cedulones.

31 Dominus NN.Clericus N. intrusus in Beneficio NN.vacante per obitum NN. hic authoritate Apostolica denunciatur Excommunicationis, aliasque Ecclesiasticas Sententias, Censuras, & pœnas in literis Apostolicis , & Monitorialibus desuper pro illarum exequutione emanatis,contentas,ob illarum non paritionem, dicti Beneficii possessionis non dimissionem, fructuumque non restitutionem , damnabiliter incurrisse, ac incidisse, & declaratus, & aliàs prout in actis, instante NN.principali, sive,&c.

N.Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

32 Verum si exequutio Sententiæ aliquo casu sit in partibus facienda,expeditur illius Instrumentum , & transmittitur ad partes tenoris sequentis , & aliàs secundùm contingentiam facti videlicet.

33 Christophorus Vidman Utriusque Signaturæ Sanctiss.D.N.Referendarius,Prothonotarius Apostolicus, necnon causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Judex ordinarius , Sententiarum quoque,& Censurarum tam in Rom. Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcunque universalis , & merus exequutor ab eodem Sanctissimo specialiter deputatus Universis, et singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis,Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus,Custodibus,Thesaurariis,Sacristis, Canonicis,Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, eorum Locumtenentibus, Plebanis,Vicepleb anis,Cappellanis, Curatis, et non Curatis, cæterisque Presbyteris,Clericis,Notariis,et Tabellionibus publicis per Civitatem, et Diœcesim N.ac aliàs ubilibet constitutis, illique vel illis,ad quem,vel ad quos præsentes nostræ Literæ pervenerint salutem in Domino , et nosttis hujusmodi,imò versus Apostolicis firmiter obedire Mandatis. Noveritis,quòd lite, et causa coram nobis inter Rev. Cam. Apostolicam, et R. P. D. Ghinum illius Commissarium Generalem,necnon NN.Provisum Apostolicum illi pro suo interesse adhærentem ex una, et NN. intrusum in Beneficio NN.Reum conventum, ex altera partibus, de et super immissione in possessionem Beneficii NN.per obitum q. N. vacantis de mense N.necnon Literarum Apostolicarum, ac nostrarum Monitorialium intimatarum paritione,rebusque aliis.ere introducta, Exequuto contra NN.d.Monitorio, relatione facta , et pro illius verificatione pro parte d. Commissarii,et d.NN. illi adhærentis exhibitis nonnullis juribus,et articulis,ac examinatis Testibus, servatis omnibus terminis de stylo Curiæ servati solitis,Tandem B.P.D.Caballerius Utriusque Signaturæ Sanctissimi D. N. Papæ Referendarius,ac noster in Civilibus Locumtenens d. NN. ex adverso principali per unum ex Sanctiss. D. N.Papæ Cursoribus, prout etiam omnes et singulos

gulos præcedentes actus citato, visis videndis, &c. ad favorem d. Commissarii, & Provisi Apostolici illi adhærentis principalium, contra d. N. suam in scriptis promulgavit Sententiam tenoris infrascripti videlicet: *Christi nomine invocato, &c.* Quam quidem præinsertam Sententiam, & omnia, & singula supradicta vobis omnibus, & singulis intimamus, &c. insinuamus, & notificamus, & ad vestram, & cujuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætendatis, &c. Vosque omnes supradictos tenore præsentium monemus, & requirimus. Vobis verò aliàs supradictis Justitiæ Ministris, tenore præsentium, committimus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam pro parte d. R.P.D. Commissarii & NN. Provisi Apostolici præsentium vigore fueritis requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, ipsum R.P.D. Commissarium, seu ab eo id specialiter deputatum in realem, actualem, & corporalem possessionem d. Beneficii & illius jurium, & pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque, expulso, & amoto d. NN. & quolibet alio detentore, immittatis, imponatis, inducatis, & immissum, inductum, & impositum manuteneatis, conservetis, defendatis, ac de fructibus ejusdem, juxta formam d. Sententiæ respondeatis, & immitti, imponi, & induci, & immissum, & impositum, & inductum manuteneri, & conservari, ac de fructibus responderi, & satisfieri faciatis, & mandetis, prout nos, quantum possumus, immittimus, imponimus, inducimus, ac inductum, immissum, & impositum manutenemus & conservamus, immittique, induci, manuteneri, & de fructibus per præsentes responderi & satisfieri mandamus. Et nihilominus d. NN. Intrusum, ut supra, excommunicatum & declaratum in vestris Ecclesiis, Monasteriis, & Cappellis, aliisque locis publicis, publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Christi Fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel superiore nostro desuper habueritis in mandatis, lecta, lata, &c. In quorum, &c Datum, &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumten.

34 Quod si Reus conventus per decem dies post publicationem Cedulæ, Declaratoriæ non paruerint, tunc Cedulono exequuto in actis causæ reproducto, citatur ut infra videlicet.

A. C. N.

35 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum se aggravari, & reaggravari, literasque aggravatorias, & reaggravatorias, Brachiumque seculare desuper necessarium & opportunum, ac illius invocationem decerni & relaxari, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

Decretum.

N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus relaxavit gravamen, &c. & Brachium seculare, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive, etc. N. Notarius.

Elapsa prima die juridica post exequutam intimationem, expeditur Brachium seculare, et transmittitur ad partes, tenoris infrascripti, videlicet.

36 Potentissimo, et Catholico Principi, et Domino D. Philippo ab Austria Hispaniarum, etc. Regi, etc. ejusque Proregibus, etc. Prætoribus, Potestatibus, Judicibus, etc. necnon Reverendiss. D. Episcopo NN. ejusque Vicario in spiritualibus Generali, Universis quoque D. Abbatibus, etc. Christophorus Vidman, etc. Aliàs pro parte R.C. Apostolicæ, illiusque R.P.D. Commissarii, et NN. provisi Apostolici, pro suo interesse illi adhærentis præsentatis literis Apostolicis, etc. (*hic narrentur reliqua prout in instrumento Sententiæ Declarateria superius scripto, & inseratur Sententia tenor prout in eo*) Et quoniam idem NN. sic excommunicatus, et declaratus, rebellis, et inobediens, excommunicationis sententiam per decem dies post illius publicationem, et denunciationem in locis publicis per unum ex Sanctissimi D. N. Papæ Cursoribus (*vel aliàs secundùm facti contingentiam*) publicè factam, animo substinuit indurato, ad ulteriorem præfati R.P.D. Commissarii, et NN. Provisi Apostolici instantiam, citato iterum d. NN. et contumace, et parere negligente, Sententiam Excommunicationis antedictam aggravamus et harum serie reaggravamus. Quocirca vobis omnibus Ecclesiasticis personis committimus, etc. quatenus eundem NN. in excommunicatum, declaratum, aggravatum, et reaggravatum in vestris Ecclesiis, Monasteriis, et Cappellis, etiam inter Missarum solemnia, publicè nuntietis, et ab aliis nuntiari, et ab omnibus Christi Fidelibus arctius evitari faciatis, donec aliud à nobis habueritis in mandatis. Et quia ense non proficiente Ecclesiastico, temporalis gladius non immeritò suffragatur, ut quos Dei timor à malo non revocat, saltem exerceat severitas disciplinæ, Brachium seculare invocantes. Vos Serenissimum, etc. benignè in Domino hortamur et rogamus. Vobis verò omnibus, et singulis aliis, quibus possumus, committimus, etc. quatenus eumdem NN. per ejus personæ captionem, et carcerationem, bonorumque suorum quorumcunque temporalium, et Ecclesiasticorum subhastationem, et deliberationem, ac alium quemcunque modum, qui opportunior Vobis videbitur, ad dimittendum, et relaxandum cum effectu d. Beneficii NN. liberam et vacuam, et pacificam possessionem, illiusque fructus à die obitus q. NN. decursos, et imposterum, usque in diem actualis possessionis prædictæ dimissionis, decurrendos, et scuta NN. pro expensis in hac causa legitimè factis, eidem R.P.D. Commissario, vel Substituto ad hoc ab eo deputando integrè persolvendum, etc. cogatis et compellatis, etc. In quorum, etc.

37 NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumt. Quoniam verò lata Sententiâ in Curia fit locus *Clementinæ unicæ, de seq. poss. & fruct.* idcirco donec exequutioni locus fit, solet in vim d. Clem. relaxari sequestrum super fructib. beneficii absq; alia citatione, ut infra n. 40. mutatis mutandis.

Et

Et aliquando etiam conceditur aliud Sequestrum, citata Parte ut infra videlicet.

A. C. N.

38 Citatur NN. ex adverso Principalis, ad videndum decerni, & concedi Sequestrum super fructibus Beneficii NN. de quo agitur, concordandum de Sequestratore, & dandum listam Confidentium, aliàs videndum per Dominum deputari ex officio, ad p. d. Instante NN. Principali, sive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut supra, & dati listam cum Intimatione omni, &c.

A. C. N.

39 Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus concessit & relaxavit sequestrum, & mandavit dari listam, & aliàs prout in actis, Ideò citetur idem, ad dandum d. listam, aliàs videndum per Dominum deputari Sequestratorem ex officio, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit ut supra, Ex tunc Dominus deputavit in Sequestratorem NN. nisi ad p. d. cum intimatione omni, &c. (vel de consensu omni, &c.)

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus deputavit Sequestratorem, & aliàs prout in actis, Instante NN. principali, sive, &c. N. Notarius.

Cæterum in Rota Auditor non mandat dari listam, nec citatur Pars ad illam dandum, sed in prima Citatione ad concordandum deputat Sequestratorem de consensu, sin minus ex officio.

Elapsa prima die juridica post intimationem exequutam, expeditur Sequestrum ut infra, & aliàs mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam, videlicet.

40 Christophorus Vidman, &c. Rev. D. NN. Priori Ecclesiæ NN. Salutem in Domino, & nostris, imò verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis, &c. Aliàs si quidem ad favorem NN. Provisi Apostolici, de, & super immissione in possessionem Beneficii NN. per obitum q. NN. illius ultimi Possessorii vacantis, fructuumque à die obitus d. quon. NN. decursorum, ac decurrendorum restitutione, contra NN. in d. Beneficio intrusum, virtute literarum Apostolicarum sub plumbo legitimè expeditarum, prævio monitorio opportuno pro illarum exequutione emanato, & eidem NN. legitimè intimato, ut in actis, justificatisque eisdem literis, ac servatis servandis, & verificatis verificandis, eodem NN. intruso in quolibet actu, & ad infrascripta per unum ex Sanctissimi D. N. Papæ Cursoribus legitimè citato, Sententiam tulimus, & promulgavimus, prout in actis infrascripti Notarii plenius continetur. Nuper verò ab eodem NN. Proviso Apostolico requisiti ad ejus instantiam, dictum intrusum, ad videndum super fructibus dicti beneficii decerni, & concedi sequestrum, & concordandum de Sequestratore, & alia fieri desuper necessaria & opportuna, citari mandavimus, & quia Partes non concordarunt, Te in sequestratorem ex officio eligimus, prout per præsentes eligimus & deputamus; Quocirca tibi committimus, &c. quatenus, &c. sub mille ducatorum, &c. aliisque, &c. pœnis, &c. mandati exequutivi, ac excommunicationis in subsidium juris, &c. prædictum Beneficium, illiusque possessionem, ac omnes, ac singulos fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque ejusdem Beneficii, ac quascunque Domos, Terras, Vineas, & Possessiones ad d. Beneficium quomodolibet spectan. & Pertinen. dicta authoritate nostra, imò verius Apostolica, sub firmo, & arcto Sequestro teneas, dictosque fructus, & emolumenta quæcunque d. Beneficii, ejusque bonorum exigas, percipias, & omnia prædicta utiliter conserves, & custodias ad usum, & utilitatem Partis in hujusmodi causa victoriam obtenturæ, ac eidem ad omne mandatum nostrum consignanda, & donec, & quousque hujusmodi Sequestrum revocatum fuerit. Volumus tamen, quòd per hujusmodi Sequestri appositionem cultus Divinus debitis non defraudatur officiis, sed quòd Sequestro durante ex dicti Beneficii fructibus debita, & consueta supportentur onera, eidem pro illius manutentione incumbentia, ac illi per d. Sequestratorem fideliter, ac legaliter deserviatur. Inhibemus præterea eidem NN. Adversario, NN. & aliis quibuscunque, ne sub eisdem pœnis audeant, vel præsumant quoquo modo in eodem Beneficio, ac illius fructuum prædictorum perceptione se ingerere, aut d. Sequestratorem in præmissis perturbare, vel impedire, ita quòd liberè sinant, & permittant hujusmodi Sequestrum suum plenarium effectum sortiri. Injungentes nihilominus sub eisdem pœnis, Omnibus ad quos spectat, &c. ut de fructibus & emolumentis universis d. Beneficii eidem Sequestratori respondeant, & responderi faciant, quibuscunque non obstantibus, &c. Absolutionem, &c. In quorum, &c.

N. Notarius, Locus † Sigilli, N. Locumten.

41 Aliquando verò etiam post declaratoriam obtinetur subdelegari Judicem in partibus pro liquidandis fructibus ab intruso perceptis, citata parte, ut infra videlicet.

A. C. N.

42 Citetur NN. ex adverso principalis ad videndum subdelegari Judicem in partibus, pro liquidandis fructibus Beneficii, de quo agitur, concordandum de Judice, loco, loco loci, Portitore, aliàs videndum per Dominum deputari ex officio cum omnibus facultatibus necessariis & opportunis, constituendum (vel substituendum) in partibus Procuratorem reperibilem, & accepptantem, aliàs videndum decerni processu per affixionem ad valvas Ecclesiæ seu loci deputandi, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit deputari in Judicem NN. locum NN. locum loci, Palatium solitæ residentiæ d. Judicis, (vel Ecclesiam NN.) & ut supra, nisi ad p. d. cum Intimatione omni, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principalis, qualiter

ter Dominus subdelegavit Judicem, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

43 Si verò Pars non vult consentire in Judicem, vel allegat eum suspectum, potest citari iterum ad concordandum de alio Judice, & dandum listam Confidentium, juxta superius tradita, *p. 1, sub c. 12, n. 7, & seq.*

Elapsa prima die juridica post intimationem exequutam, illa de more reproducta, poterit expediri instrumentum subdelegationis Judicis ut infra, & aliàs secundùm contingentiam facti, & transmitti ad partes, videlicet.

44 Christophorus Vidman, &c. Rev. D. Priori Ecclesiæ NN. per nos ad infrascripta subdelegato, salutem in Domino, & nostris, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Aliàs siquidem Sententiam declaratoriam, ad instantiam NN. Provisi Apostolici de Beneficio N. contra NN. in d. Beneficium intrusum, ob non demissionem possessionis illius, ac fructuum, à die obitus q. N. illius ultimi possessoris decursorum, & usque in diem realis dimissionis decurrendorũ, non restitutionem, & literarum Apostolicarum, mandati de capiendo ejusdem Beneficii possessionem sub Annulo Piscatoris expeditarũ, Nobis exhibitarum, ac monitorialium per Nos in illarum exequutionem concessarum, & Adversario legitimè intimatarum, prout in actis, non paritionem, servatis de Jure servandis, & verificandis, citata Parte, in scriptis tulimus, & promulgavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur, post cujus Sententiæ prolationem pro illius omnimoda executione, à præfato NN. Provisо Apostolico requisiti ad ejus instantiam, NN. dicti NN. Procuratorem ad videndum per nos Judicem aliquem in partibus, pro fructuum antedictorum liquidatione, subdelegari, ac locum, locumque loci, eligi, citari fecimus, & in d. Procuratoris contumaciam, te Priorem NN. in Judicem, ad dictos fructus liquidandum, liquidarique faciendum subdelegavimus, & in locum Civitatem N. ac locum loci, palatium tuæ solitæ residentiæ (seu Ecclesiam NN.) in quibus hæc liquidatio fieri debet, eligimus; Quocirca tibi committimus, &c. sub mille ducatorum, &c. quatenus omnes, & singulos fructus, &c. & emolumenta quæcunque d. Beneficii à die obitus d. q. N. decursos, & usque in diem actualis dimissionis possessionis dicti Beneficii decurrendos, citato ad omnia d. N. si in dicta Civitate interfuerit, alioquin ad valvas Ecclesiæ d. loci deputati, liquides, & liquidationem debitam facias, & desuper omnes, & singulos Testes coram te, pro parte d. NN. provisi Apostolici, recipias, & juxta Interrogatoria, si quæ d. NN. exhibuerit coram te, sin minus juxta discretionem tuam, prævio Juramento per eos per diem ante præstando, examines, ac per Notarium publicum, per te, Partibus non suspectum, deputandum examinari cures, ipsorumque depositiones, & dicta in scriptis fideliter redacta, juraque, scripturas, libros, & alia quæcunque munimenta pro hujusmodi liquidatione necessaria capias, recipias, extrahas, ac extrahi facias, processumque super hac liquidatione faciendum in publicam, & authenticam formam, tuo sigillo clausum, & obsignatum ad Nos transmittas. Testes examini subjicere, ac scripturas exhibere negligentes per pecuniarias pœnas, & denique per Censuras Ecclesiasticas cogendo, In quibus omnibus exequendis vices, & voces nostras, cum facultatibus necessariis, & opportunis, tibi committimus per præsentes. In quorum, &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumt.

45 Cæterum in hac literarum Apostolicarũ exequutionis materia regulariter Appellatio suspensiva non datur, si quis tamen se læsum, & gravatum senserit, poterit appellare in actis infra legitima tempora ut sequitur videlicet.

Pro NN. contra NN.

46 Coram Domino, meque, &c. NN. habita notitia de prætensa Sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab eo, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctissimum D. N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicã appellavit, prout in cedula, quam facto dedit prout in folio tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit refutatorios in forma omni, &c.

Tenor Cedulæ.

47 A quadam asserta Sententia ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super immissione in possessionem Beneficii NN. fructuumque restitutione, rebusq; aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. Procurator, & eo nomine NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens magis lædi & gravari, &c. ab illa, & aliis gravaminibus, ac toto processu desuper fabricato ad Sanctissimum D. N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertiò, læpè, læpiùs, læpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus, &c. à non admissione, ac toto ulteriori processu iterum ac toties quoties, &c. appellat, provocat, & ut supra de nullitate dicit, ita ut sit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. aliàs de nullitate, & attentatis, &c. protestans, &c. non solùm ut supra, sed omni alio meliori modo, etc.

48 Ad hoc autem ut Exequutio literarum Apostolicarum possit impediri, necesse est adire plenam Signaturam Justitiæ, F. et rationes, ob quas causa appellationis ad utrumque effectum committenda veniat, formiter in voce, et in scriptis deducere, obtenta prius ab Eminentiss. illius Præfecto Supersessoria, si opus fuerit, et juxta superius tradita *p. 1, c. 13, n. 18, & seqq.* causam proponendam curare, Commissio verò proponenda cum narrativa ut infra, et aliàs secundùm subjectam materiam, confici poterit, videlicet,

Viterbien.

49 Beatissime Pater. Vacante Capella NN. sita in Ecclesia NN. de Jure patronatus Laicorum ex dotatione, et fundatione, per obitum NN. ultimi illius Rectoris, et possessoris extra Romanam curiam defuncti, valoris viginti quatuor ducatorum auri de Camera excedentis, fuit à Patronis præsentatus ad illam coram Ordina-

rio NN.S.V. Orator,qui ab eodem Ordinario institutus,ejusdem Beneficii possessionem assecutus fuit,nuper verò NN.adversarius de eodé Beneficio,ut libero & reservato , nulla dicti Jurispatronatus, aut præmissorum facta mentione,subreptitiè,& obreptitiè à S. V. sibi provideri,& à R.P. D. A. C. in hujusmodi provisionis exequutionem Sententiam favorabilem super immissione, ac Declaratoriam extorsit, ob id idem S.V.Orator ab eadem Sententia infra legitima tempora appellavit. Dignetur igitur S.V. causam,& causas appellationis , & appellationum,necnon nullitatis, & nulliratum ex tribus, iniquitatis,& notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ,& interpositarum, necnon attentatorum , & innovatorum quorumcunque,ac restitutionis in integrum, prout de Jure, &c.una cum omnibus inciden. dependen. emergen.annexis,connexis,ac toto negotio principali,& quam,& quas,&c.alicui S.V. Sacri Palatii Apostolici Auditori, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi , inhibendi,quos,quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit,&c.Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis,Stylo Palatii,cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, Statum, &c.pro plenè,&c.

50 Et solet Signatura, ubicumque agitur de Literarum Apostolicarum executione , rescribere in hujusmodi causis appellationum cum clausula,*sine præjudicio executionis Literarum Apostolicarum.*

51 Cæterum si virtute Literarum Apostolicarum fuit etiam processum ad declaratoria, non solet Commissio appellationis , præsertim si Censuræ sunt fulminatæ in Curia, signari, nisi cum clausula,*parito Brevi*, idem quæ importat, quod clausula,*parito judicato.*

52 Si tamen in Litteris Apostolicis adsit clausula,*vocatis vocandis*, aut alia similis,faciens Exequutorem mixtum , vel adesset legitimus Contradictor, vel litteræ Apostolicæ non essent justificatæ,& ob id Sententia esset apparenter injusta,vel notoriè nulla, vel etiam si Litteræ Apostolicæ essent vulneratæ, Signatura solet rescribere pro appellatione simpliciter, & aliquando ex rationabili causa, licèt Judex intulerit gravamen,etiam rescribere consuevit, cum clausula, *arbitrio,&c.*quæ relaxat de rigore Juris , non tamen solet cum hac clausula,arbitrio,rescribere, nisi causa sit in Rota.

Observationes.

A 53 Literarum Apostolicarum exequutio conceditur , & regulatur secundùm terminos remedii *l. fin. C.de Edic. Div. Adr. toll. Franc. in cap. licèt Episcopus,nu.7,de Præben. in 6, Vitalin. in clemen. 1, nu. 68,de caus.possess.& propr. Menoch.de adipisc. rem. 6,nu. 35.Rota decis.45, num.1, & 2,par.1, & decis. 133,numero 2,par.6, recent. Coccin. decis.432, numer.3, Cavaler.decis. 230, numer.2, & decis. 274,numer.2,* ubi quod ita pluries tenuit *Rota, Gregor. decis.221, numer. 2, & decis.339, numer.15.*

54 Et habent Litteræ Apostolicæ exequutionem paratam , sicut testamentum, *cap.si quando,& cap.literis de rescript, Mohed. decis. 13,ut lit.pend. Rot.decis.192,numer.1, & decis.933, numer.2, par.1,& decis.167,num.2,& decis. 338, numero 1,& decis.751,num.1,par.2, & decis.109, num. 22,& decis.199, num.2, & decis. 133,num.1, par.6,& decis.147,numer.2,par.7,recent. Coccin. decis.144,num.3,Gregor.decis.221,num.2,& decis.307,num.18,Cavaler.decis.158, numer.1,decis.230,num.1,decis.299,numer.2, & decis.638, num.1,Buratt.decis.435,numer. 1,* etiamsi † sint
55 expeditæ in forma Brevis , *cap. si Capitulo, ubi Gloss. in verbo exequatur, de concess. Præben. in 6,Mohed.decis.13, ut lit. pendent. Rota decis 234, numer.1,par.3,& decis.174,num.1,par.7,recent. & in Gerunden. Jurisdictionis 1, 1643, coram R.P. D.Roias.*

56 Idque propter illarum authoritatem , *Mohed.d.decis.12,ut lit.pend. Rot.192, numer. 1,& decis.506,numer.1.par.1,recent. Duran.dec.60, numer.1&,* & ob earum reverentiam, *Mohed.d. decis.13,Rota decis.57,numer.2,par.2,& dec.27, num.1,par.6,recent. Duran.decis.59,n.1,& dec. 60,num.16,* & propter honorem Summi Pontificis mandantis, *Staphil.de lit. Grat.fol.153, versic. quando utraque, ibi, alia, & secunda ratio.*

57 Sed primò hoc procedit,quando litteræ sunt justificatæ,*cap.si quando de rescript. Rot.dec.558, numer.2,par.1, decis. 605, num.2,par. 2,decis. 348,num.1,par.5,decis.27, num.2,decis.92,n. 11,& decis.109,num.22,decis.199,num.1,par.6, & decis.174,num.1,par.7,recent. & in Boven. Abbatiæ 3,Julii 1645,coram R.P.D. Arguellio, And. decis.91,n.2,* ubi quod ita sæpius fuit resolutum, *Duran.decis. 59.numer.1,* cum aliis superius allegatis,non autem ante justificationem,quia tunc non sunt exequendæ,*cap.2, ubi Abb. numer.3,de rescript.Rota decis.251,num.2,par.2, decis.129,n.*
58 *5 p.3,decis.166,n.1.par.6,& decis.147,n.5,par.7, recent.Buratt.decis.18,num.8,*ubi,quòd aliàs Sententia est injusta,*& decis.941,n.5, Duran. decis. 54,n.6.*

59 Hæc tamen limitatio Primò non vendicat sibi locum , quando literæ Apostolicæ fuerunt observatæ spatio quadraginta annorum , & ultra, tunc enim non indigent alia justificatione, *Duran.dec.448,n.3.*

60 Secundò nec etiam vendicat sibi locum in literis Apostolicis motu proprio emanatis , nam licèt narrativa in eis sit de facto alieno , non tamen pro ejus justificatione requiritur alia probatio,*cap.si motu proprio de prab.in 6, Clem.1, de probat.Gabr.de Claus.conclus.2,num.89, Achil.decis.10,numero 1,de probat.Put.decis.101,lib.3, Seraph.decis.148,num.10, Rot.decis.633,numer.2, par.1,decis.656,num.1, par.2, decis.30,numer.6, par.5,decis.109, numer.21, par.6, & decis.99,*

num.4,& decis.140,n.8,par.7,recent. Buratt. decis.401,num.6,Cavaler.decis.134,numer.1, Duran.decis.60,num.8,decis.285,num.126,& seqq.
61 *& n.146,& decis.399,n.10,* sive † motus proprius emanaverit ex mera liberalitate Principis, sive ad instantiam Partis, ex cumulatis per *Rotam decis.656,n.1,*ubi de veriori,*nu.2,*ubi quòd quotidiana Praxis Romanæ Curiæ ita servat, *par.2.recent. Ferentill.ad Buratt.decis.621,num.*
62 *24,& seqq.*adeò quòd d.clausula, *motu proprio,* transferat onus probandi in Adversarium, *Put, decis.323,n.5,lib.2,Seraphin.decis.1484,nu.10,*
63 *in fin.* & denique quòd quando in Litteris adest clausula,*motu proprio, aut ex certa scientia*, non sit opus illa aliter justificare, tradit *Duran.d. decis.285,n.126,& seqq.& n.146,* cùm sint ejusdem virtutis,*Mart.de clausul.p.1,claus.73,nu.7,* & eo minus indigent justificatione, si in eis adsit clausula, etiamsi de præmissis non possit aliquo modo edoceri,& clausula sublata, & quòd de obreptione, subreptione, vel intentionis defectu dari non possit,*Rot.in Bononien.Macelli,17. Februarii,& 15. Decembris 1642, coram R.P.D. Peutingero.*

64 Tertiò denique locum non habet,quando in Litteris Apostolicis narrativa est posita sub clausula,*ut asseritur*, quia hæc non refertur Parti,cùm sit narrativa Papæ, & ob id non compellit ad justificandum, *Mart. de Claus. par.1, claus.197,n.8, Bisignett.decis.6,num.2,de præb. Rota decis.60,n.1,& seqq.& decis.77,de rescript. in antiq.Cassad.decis.4,nu.1,nu.6,& 9,de probat. & decis.7,n.1,& seqq.& n.8,vers. secundo verò casu,de jurepatr. Cæsar.de Graff.decis.2,numer.1,& seqq.de probat. Seraph.decis.388, numer.3,Rota decis.412,num.2,& decis.447,num.1.p.1,diverf. & decis.461,n.9,par.1,& decis.591,n.6, & dec. 699,num.4 par.2,dec.591,num.6, & seq.par.4, & dec.371,num.14,par.5,recent.Cavaler.dec.533 nu.3,Ferentill.ad Buratt.dec.621,num.18,& dec.*
65 *706,num.15,& seq.* licèt secus sit, quando est posita sub clausula, *ut asseris*, quæ cùm referatur Parti,indiget justificatione, *Mart.d.clauf.197, num.1,Bisignett.d.dec.6,nu.2, de præbend. Cassad. d.decis.4,n.1,n.6,& n.9,de probat. & dec.7,num. 1,& seqq.& nu.8, vers.secundo verò casu, de jurepatr.Rot.dec.60,num.1,& seqq.& decis.77,de rescript.in antiq.& d.dec.412,nu.1,& seq.par.1,diverf.& in Melevitana Pensionum,26,Junii 1610, bon.me. Litta, apud Marches. de Commiss.appell.in cauf,Pens.par.1,§.1,decis.20,numer.4, fol.527, secundùm nov.impress,Cas.de Graff.decis.2,nu.1,& seqq.de probat.Rota decis.511,num.3,p.4,recent. Cavaler.decis.533,numer.5, Ferentill. ad Buratt. decis.621,numer.28,& decis.708, numer.15,& seq.*

66 Et licèt, quando sunt plures Supplicantes clausula,*ut asseritur*,secundùm aliquos, non videatur differre à clausula,*ut asserunt*, hæc tamen distinctio nunquam fuit à Rota canonizata,sed potius rejecta,uti nimis subtilis, & parum in jure fundata,*Rota decis.371,num.16,& seqq.par.5 recent.Duran.decis.254,num.15,Ferentill.ad Bu-*
67 *ratt.dicta decis.708, num.16,* & ob id narrata per verba, *ut asseritur*, sive sint plures Supplicantes,sive sit unus tantùm, alia justificatione non indigent,ex præallegatis.

68 Secunda conclusio, quòd Litteræ Apostolicæ habent exequutionem paratam, non procedit in Litteris habentibus clausulam, *vocatis vocandis*,quæ facit, ut procedendum sit Judicialiter,Parte citata,& causa cognita, *Staphil.de lit. Grat.fol.41,vers.reperitur & alia, Felyn.in cap. fin.num.23,de præsum.Card.in cap.exhibita,nu.4 vers.in glos.tertia de jud.& cons.63,in princ. Gonzal.ad reg.8,glos.15,§.1,nu.70, Rot.decis.32,de rescrip.in antiq. quæ est eadem cum decis.30,de rescript,in nov.Cavaler.decis.274,num.1,* ubi quod ita pluries fuit resolutum, *Buratt. decis.185, numer.3,decis.529,num.5,& decis.940,num.8.Duran.dec.250,num.10,Rota dec.367,num.10,& dec.371,num.1,par.5,& dec.97,num.49,par.7,*
69 *recent.*ubi † etiam quòd clausula, *servatis servan-*
70 *dis*,æquipollet d.clausulæ, *vocatis vocandis*, & † facit hæc clausula Exequutorem mixtum, *Staphil.de litt. Grat.d.fol.41,vers.reperitur,& alia, Mart.de Claus.par.1,claus.196,numer.1, & seq. Coccin.dec.251,num.1,& dec.366,num.3, Rota dec.367,n.19,& dec.371,n.1.par.5,dec.84, numer.4.par.6,recent. Greg.decis.69, num. Buratt. dec.940,num.8,Duran.decis.198,num.7,& numer.9,*& causam Appellabilem, *cap.exhibita,ubi Abb.num.6,& Felyn.num.4, de jud. idem Felyn.in c.fin.numer.24,de præsumpt. Staphil. de lit.Grat. fol.42, vers. secundo convenit. Card.cons.63,in prin.& numer.2,Mantic.dec.324,num.3, Coccin. dec.253,num.1,* ubi quod ita pluries fuit resolutum,*& decis.374, numer.1, Buratt. decis.185, numer.3,decis.519,numer.3,& decis.940, numer.*
71 *8,Rot.dec.119,numer.21,par.5,recent.* & † per consequens quod procedatur ordinariè non exequutivè, *Rota dec.119, numer.22, par.5, recent.*

72 Sed hoc non habet locum, quod Decretum alias esset inappellabile de sui natura, prout Decretum de exequendo, vel ex Statuto prohibente appellationem,vigore duarum conformium, nam tunc clausula *vocatis*, non redderet causam appellabilem, *Duran.dec. 198, num.4,& seqq.*

73 Et licèt,*Rot.dec.558.par.1 recent.* tenuit clausulam, *vocatis vocandis*, solum efficere, ut Judex non possit procedere extrajudicialiter, sed judicialiter cum causæ cognitione, Parte citata,retento judicio exequutivo, ad instar obligationis Cameralis, idque bonis rationibus comprobaverit, in practica nihilominus esset difficillimum obtinere contra primam opinionem in Rota sæpissimè canonizatam, ut pariter advertit *Beltramin. ad Greg. dec.69 litt.A. num.9*, ubi alias decisiones pro prima opinione cumulat,& alios congerit,*Mart. d.claus.196,n. 1,& seq.*

74 Tertiò non procedit in litteris Apostolicis in forma, Dignum, ratione mixturæ, quam habent in corpore, *Seraph. decis.817, numer.1, & seq. Rot. decis.202, num.2. & seq. par.1, diverf. & decis.278, numer.1, par.1, & decis. 52, numer.2, & dec.159, numer.3, in fin.* ubi quod ita pluries tenuit Rota, *par. 2, recent. Buratt.*

Buratt.dec.171,n.2,& ibi *Ferentill.num.8, & dec. 529,nu.5,Duran.dec.414, num.2,& decis.437, nu.3.*

75 Si tamen nullus adsit Contradictor,nec clausula *vocatis vocandis*, litteræ in forma dignum non videntur facere Exequutorem mixtum, *Card.cons.63,in princ.& cons.71,in princ.* cùm aliis, quos refert, & sequitur *Put.dec.144,nu.1, lib.2.*

76 Quartò non procedit contra habentem parem titulum, *Mohed. dec.13, ut lit.pend,* quia tunc non proceditur exequutivè, sed ordinariè per *doctor.Bart.in l.fin.num. 21, vers.aut comparet aliquis,quid dicit,*& ibi *Bald.nu. 49, in fin.vers. 7.æqualiter, de Edict. Div. Adr. tollen. Mohed.d. dec.13.Menoch,de adipisc.rem.4,num.563,& seqq. Veral.dec.329,num.2,par.1, Cavaler.decis.211, num.5,Greg.dec.221, num.2,& seq. Buratt.dec. 842.num.1.*

77 Quintò non procedit, quando Literæ Apostolicæ sunt vulneratæ per Sententiam contrariam prout si fuit pronunciatum, literas non esse exequendas, *Rota decis.132,num.12.par.2,diverſ. Cocc.dec.78,num.1,& seqq. Caval.dec.2, num.7,* & prout si Reus absolvatur ab impetitis, quando quis in monitorio, seu Libello petiit Litterarum exequutionem, juxta illarum formam,*Cavaler,dec.148,num.2,& dec.158,n.1, & seqq.*

78 Sed hoc non habet locum, quando fuit pronunciatum, Literas non esse justificatas, nam tunc, illis deinde justificatis, poterit ad earum executionem deveniri, prout etiam si annullaretur Processus super earum justificatione confectus, cùm enim Sententia non tangat ipsas Literas, si illas postmodum justificari contigerit,non impeditur earumdem exequutio, *Rota in Astoricen.Archidiaconatus 6.Novemb.1602. coram bo.me.Card.Lancellot.apud Marchesi.de Commiss.appell.ab execu Brev.par.1,§.1,dec.44,num.9, fol.375.Cavaler.dec 11.nu.5,& 6, Rota in Ulixbonen.Beneficii,4.Julii 1618, coram Sanctissimo D. N.Innocentio X.*

74 Sextò non procedit, quando adest legitimus Contradictor, *Cavaler.dec.278, num,2,Buratt. dec.171,n.2,& dec.242,n.6.*

80 Septimò non procedit stante lapsu triginta annorum, quo tempore Litteræ Apostolicæ amittunt viam executivam,*Buratt.dec.267,nu.5, & seq.*

81 Est autem in hac materia legitimus Contradictor,Primò qui habet parem titulum, *Mohed. dec.13.ut lit.pend.*cum aliis cumulatis supra, *vers. 4,non procedit.num.76.*

82 Secundò, possessor habens provisionem ab Ordinario, *Buratt.dec.171, num.1,& dec.242, num.6.*

83 Tertiò Possessor cum titulo, *cap. licèt Episcopus,de Prab.in 6.l.meminerint cuncti, unde vi. Put. dec.271,n.7.lib.3,Mantic.dec.324, n.2, Rota dec. 392,n.1,p.3,recent.*

84 Sed hoc non habet locum, quando titulus producitur post sententiam, nisi per hujusmodi titulũ apparet incontinenti de bono jure Edentis,*Seraph.dec.297,n.4.*

85 Quartò, Præsentatus, licèt non possideat,est legitimus contradictor ad impediendam immissionem contra Provisum Apostolicum, quando in Literis in forma dignum, demandatur cognitio Juris patronatus, cùm Papa non præsumatur voluisse derogare præsentationi, *Rota dec. 52,n.2,& seqq.par.2,recent. Buratt.dec. 211,num.4.*

86 Quod signanter procedit,quando in Litteris adest clausula, *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum*, quæ facit Exequutorem mixtum,*Rota d.decis.52,n.3,par.2,rec. Gregor.dec.91,n.2, Duran.dec.414, num.2, & dec. 437,num.3,Ferentill.ad Buratt.dec.651,lit.A,*&
87 ab † eis Sententia datur etiam appellato, *Duran.dec.414,n.2,& dec.437,n.3, Ferentill.ad Buratt.d.dec.651,lit.A.*

88 Et præservat jus quæsitum per solam præsentationem Patroni, *Suarez in reg. de jure quæsit, q.1,fol.28,lit.E. Rota dec.17, de præb.in nov. Bellamer.dec.167,Crescen. dec.7, numer.3,de jure Patr.Cavaler.dec.231,nu.4. & dec.478,n.6,Rota dec.52,n.3,par.2,& dec.643,n.7.p.4,recent.Duran.dec.100,n.5.*

89 Et non solùm jus in re, *Staphil. de lit.Grat.fol. 31,p.2,diverſ.ex quo infertur,Cavaler. dec.231, n. 4.Ferentill.ad Buratt.dec.55, n.7,* sed etiam jus ad rem.*Rota dec.17,de præben.in nov. Seraph.dec. 1274.nu.4. Cavaler.d.dec.578.num.4 Buratt.dec. 55,n.2,& seq.ubi Ferentill.n.7, & dec.651,nu.4, & ibi Ferentill.nu,10,*& operatur, ut propter bonum jus illius, qui beneficium prius impetravit, secunda Gratia habeatur pro non facta, *Rot.in Barchinon.Canonicatus,24,Januarii 1618, coram*
90 *Sanctiss.D.N.Innoc.X.*

Hoc tamen primò intelligitur de jure valido, & considerabili, *Rot.dec.572,nu.6,par.1,& dec. 253,n.1,& seq.par.2.recent.* non autem de invalido & colorato,*Seraph dec.1498,n.4, Ferentill.*
91 *ad Buratt.dec.55,n.8,& seq.*

Secundò intelligitur de præsentatione facta à majori parte Patronorum, non autem à medietate tantùm,*Rot.dec.643,n.7.p.4,recent.* nisi Præsentatus de tempore datæ haberet etiam gratificationem ab ordinario, *Ferentill. ad Buratt.dec.651,nu.10, & seqq.* tunc enim constito de jure alterius resolvitur Gratia, ac si non esset facta,*Seraph.dec.1484,n.12.Buratt. decis.137,n.6 Beltram.ad Greg.dec.350,lit.A.*
92 Et habetur hæc clausula in Litteris semper pro apposita,licèt fuerit omissa, *Felyn.in c.capitulum,numer.16,vers, adducitur ratio,de rescript. Buratt.dec.55.numer.1,Rota decis.579, numer.1, par.3,& decis.110,numer.5, par.5, & decis.250, numer.44,par.7,recent.Duran.decis.114,numer.5,*
93 non † tamen indiget justificatione, *Gregor.decis.350,numer.2,* & ibi *Beltramin.latè sub littera A.*

94 Eò magis autem præsentatus est, ut supra contra Provisum Apostolicũ contradictor legitimus,quando in Literis adest etiam clausula *amoto illicito Detentore*, quæ similiter facit Exequutorem mixtum, *Rota dec.52, num.2, & dec. 159,n.3,par.2,& dec.142,n.7,par.5,recent. Cavaler.dec.478,n.5, Buratt.dec, 171,n.2,*& ibi *Ferentill.lit.A.n.8,Duran.dec.414,n.2, & dec.437, nu.3.*

95 Cùm enim tunc Exequutor debeat scrutari, An possessor sit illicitus, nec ne, operatur d. clausula, ut ille debeat procedere cum causæ cognitione, Juris ordine servato, *Abb. in cap. de cætero n.8, vers. quæro circa, de re jud. Rebuff. super concord. in form. mand. Apostol. vers. aliquando in rescripto, fol. 669, Mohed. dec. 7, num. 5, de rest. spoliat. Achil. dec. 6, num. 2, super reg. de triennal. Rot. decis. 147, n. 2 par. 2, recent. Burat. dec. 270, n. 5,* nec
96 non assumere partes Judicis, & ob id ab ejus Sententia datur appellatio etiam suspensiva, *Cavaler. dec. 478, n. 5,* ubi aliàs decisiones cumulat, *Buratt. dec. 529, n. 5, Duran. dec. 414, n. 2, & dec. 437 num. 2.*

97 Cæterum tunc hæc clausula dat cognitionem, quando Sententia & cognitio non præcessit, aliàs secus, *Abb. in d. c. de cætero, num. 8,* & ibi *Felyn. n. 9, de Sent. & re jud. Gonzal. super regul. 8, in annot. contra nullit. num. 236, fol. 285, Achil. decis. 6, n. 5, super reg. de triennal.*

98 Et tunc demum facit Executorem mixtum quando adest legitimus contradictor, nam aliàs Exequutor remanet merus, & non tenetur assumere partes Judicis, nec ab ejus Sententia datur appellatio, *Cavaler. dec. 278, n. 8, & dec. 478, n. 5, Feren: il, ad Buratt. dec. 171, n. 8,* ubi aliàs decisiones cumulat.

99 Non solùm autem legitimo existente Contradictore, facit ut supra, Exequutorem mixtum si in ea adest verbum *illicito* ex prælegatis, sed etiam si in illa dictum fuerit *amoto quolibet detentore*, absque d. verbo illicito, *Mart. de clauf. par. 1, clauf. 9, num. 1, Rot. dec. 353, n. 2, ante fin. par. 4, recent.*

100 Operatur etiam clausula, *amoto, &c.* ut censeatur facta mentio de possessione facti, *Rot. dec. 353, nu. 2, par. 4, recent.* & de possessione colorata, si est posita in Gratia principali, & parte dispositiva, non autem si est posita in parte exequutiva, *Felyn. in cap. de cætero, nu. 9, de re jud. Gemin. cons. 86, numer. 6, Staphil. de lit. Grat. fol. 98, vers. ulterius sciendum, Rebuff. in Prax. inform. nov. provis. in verbo amoto, fol. 153, & super Concordat. in form. mand. Apost. vers. aliquando in rescripto, fol. 669, Gonzal. sup. reg. 8, Cancell. de mens. & alter. Gl. 15, §. 1, num. 68 f. 392, Rot. dec. 38, de rescr. in antiq. Caval. dec. 278, n. 6,* nam clausula
101 hujusmodi posita in parte principali, seu dispositiva non facit Exequutorem mixtum, sed magis corroborat authoritarem Exequutoris, *Caval. dec. 354, n. 9,* Posita verò in parte executiva non immutat dispositionem, *Rot. dec. 119, n. 8, par. 5, recent.*

102 Sed quando adest legitimus Contradictor benè clausula, *amoto,* facit executorem mixtum, sive sit in parte dispositiva, sive in exequutiva, quod evenit propter titulum Contradictoris, ut per *Cavaler. dec. 478, n. 5.*

103 Licèt autem Exequutor virtute hujus clausulæ possit amovere intrusum, non tamen potest amovere Possessorem coloratum, *Staphil. de lit. Grat. fol. 98, vers. ex quo sequitur. Rebuff. in Prax. in for. nov. provis. in verbo, amoto, &c. vers. virtute*
104 *hujus clausulæ, fol. 153.* ac † proinde tenetur Exequutor datus eum hac clausula cognoscere de colore tituli, *Achill. dec. 5, num. 4, ut lit. pend. Greg. dec. 335, n. 12.*

105 Non omitto, quòd sicut in materia *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* possessio sine titulo, vel sine titulo considerabili, & relevante, uti injusta & infecta, non attenditur, sic etiam in materia Literarum Apostolicarum, quarum exequutio datur ad instar remedii d. *l. fin.* non habetur in consideratione, secus si titulus sit considerabilis, & relevans, *Menoch. de adipisc. possess. rem. 4, nu. 561, Rot. dec. 711, par. 1, recent.*

106 Et ob id, licèt ex possessione universali regulariter possessio eorum, quæ possidentur à Tertio, non acquiratur, *Imol. in l. 3, num. 4, & seq. ff. de acq. poss. Surd. cons. 139, n. 64, & seq. & n. 67, vers. respondetur, Put. dec. 31, n. 1, & seq. lib. 2, Seraph. dec. 1037, n. 2.*

107 Hoc tamen non procedit, quando non adest legitimus contradictor, & Possessio, cui Jus resistit, non est habenda in consideratione, *Verall. dec. 296, n. 4, par. 1, Put. dec. 310, nu. 1, & seq. lib. 2,* hoc enim casu ex possessione universali acquiritur etiam possessio eorum, quæ possidentur à Tertio, *Greg. dec. 404, n. 1.*

108 Sed hic, qui nec titulum, nec possessionem habet, sine dubio Contradictor legitimus non est, quinimo nec etiam est citandus, *Menoch. de adipisc. rem. 3, n. 556, Rot. dec. 51, n. 10 par. 7, recent.*

109 Signanter autem admittitur ad exequutionem Literarum Apostolicarum impediendam, exceptio oriens ex ventre earumdem, *Salust. Tiber. in Prax. lib. 3, c. 12, n. 6, Cassad. dec. 10, n. 8, & seqq. de rescript. Seraph. decisione 680, n. 13.*

110 Exceptio verò defectus proprietatis non admittitur, nisi in continenti probetur, seu probatio incontinenti offeratur. *Abb. in cap. constitut. 46, n. 15, de appel. Ferret. cons. 3, n. 14, Franc. in cap. licèt Episcopus, n. 4, de præben. in 6,* ubi idem tradit de exceptione defectus juris Agentis.

111 Sed exceptio concernens defectum tituli, quæ in beneficialibus similiter non admittitur, *Menoch. de adipisc. rem. 4, n. 748, Rot. dec. 723, p. 3 lib. 3, diverf.* tunc demum debet admitti, si opponitur crimen, seu defectus, num infamia, vel etiam, & secundò quando collatio fuit clandestina, denique tertiò, quando allegaretur provisionem non tenere, nisi titulus esset apparenter justus, quia tunc secus, *Abb. in c. cum olim. n. 16, & seq. de cauf poss. & prop.* quæ sequitur *Felyn. in cap. accedè. n. 2, vers. sed ut intelligas subtiliter de accusat.*

112 Cæterum exceptio inhabilitatis Personæ in Beneficialibus semper admittitur, ne detur vitiosus ingressus, prout in specie de exceptione Apostolica dixit *Rota in Urgellen. Canonicatus 21 Maii 1593, coram bo. me. Card. Blanchetto.*

113 Ex magno verò fumo Jurispatronatus supersedetur in exequutione Literarum, donec meliores fiant probationes, *Rota dec. 413, nu. 2, p. 5, rec. Andr. dec. 1, n. 3.*

114 Sed hoc procedit, quando exceptio oritur ex ventre literarum, secus quando est aliunde probanda, nam tum exceptio debet esse clara, & notoria ad effectum supersedendi in exequutione, *Rota dec. 381, n. 1, p. 1, recent. & in Aretina*

Pla-

Plebaniæ 27 Martii 1620 coram bon. mem. Archiepiscopo Dunozetto, quæ est dec. 200. par. 4, recens. Tom. 2.

115 Non solùm autem sunt justificandæ literæ sub plumbo expeditæ, ut fuit superius demonstratum, sed etiam expeditæ in forma Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, quo casu est signanter justificanda reservatio, *Lancellot. de attent. lit. pend. in præfat. n. 442, & seqq. vers. secundo quod Rot. dec. 659. p. 3. lib. 3, divers. & in Corduben. portionis 25. Octobris 1557. coram bon. mem. Rubeo, quæ est dec. 54. impress. apud Garz. de benef. p. 6. c. 3. & in Aquilana Canonicatus 14 Novembris, seu 6 Decembr. 1586. coram bon. mem. Cardinali Blanchet, & in Burgen. Præstimonii 24 Octobris 1588. quæ est dec 11. impress. apud Garz. de benefic. p. 6. c. 4. fol. 601. & in Urgellen. Canonicatus 7 Maii 1593. coram bon. mem. Card. Blanchetto, & in Placentina beneficiorum 2 Maii 1603. coram bon. mem. Card. Millino, quæ est dec. 21. impress. apud Marches. de commiss. appell. ab execut Brev. p. 1. c. 1. fol. 353, & in Dertusen. Parochialis 14 Novembr. 1631. coram bon. mem. Card. Ubaldo, quæ est dec. 71, n. 2. p. 6. recent.*

116 Nam hujusmodi brevia sunt fundata in reservatione, & propter reservationem conceduntur *Gonzal. super reg. 8. in annot. contra nullit. n. 262. Garz. de benef. p. 6. c. 3. n. 9. & seqq. Rota in Vicen. beneficij 29 Februar. 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio, impress. apud Salust. Tiber in prax. lib. 3. c. 8 fol. Mihi 329. & in d. Placentina beneficiorum 2 Maii 1603. coram bon. mem. Cardinali Millino, apud Marches. d. p. 1. fol. 353. & in d. Dertusen. parochialis 14 Novembris 1631. coram bon. mem. Card. Ubaldo quæ est d. dec. 71, n. 3 par. 6. recent.*

117 Aliàs reservatione cessante, brevia non conceduntur, & obtenta non mandatur exequutioni, *Rota in Salamantina portionis 16 Maii 1603. coram bon. mem. Juste.*

118 Sed quòd dicitur reservationem esse justificandam, antequam ad Brevis exequutionem deveniatur, procedit, quando in Brevi adest clausula *constito*, aut alia similis, faciens A. C. exequutorem mixtum *Gonzal. super d. reg. 8, in annot. contra nullit. n. 157, Garz. de benef. p. 6. c. 3. n. 25 & seq. Rota d. dec. 659, n. 3. p. 3. lib. 3. divers. & in d. Placentina beneficiorum 2 Maii 1603. coram bon. mem. Card. Millino.*

Secùs si narretur simpliciter reservatio, & A. C. sit executor merus, tunc enim absque alia verificatione reservationis, procedit ad exequutionem brevis, & ita servari de stylo Tribunalis A. C. colligitur ex *Rot. dec. 659, n. 2. vers. Dixerunt tamen Domini, p. 3. lib. 3 divers.*

119 Si tamen in brevi adest clausula, *constito*, illa semper est verificanda, *Gonzal. ad reg. 8. in annot. contra nullit. n. 261, & seqq. Greg. dec. 53. n. 1*, cum aliis superius allegatis.

120 Et sufficit ad effectum exequutionis illius, ut contenta sub d. clausula, *constito*, verificentur, *Anchar. cons. 297, vers. Et hoc maximè, & n. 8. vers. Et proximè dicta, Salust. Tiber. in prax. lib. 3, c. 8, n. 27. Rota dec. 484, n. 1, & dec. 580, n. 5 par. 2, recent.* in quibus aliæ decisiones allegantur.

121 Aliorum verò in brevi narratorum verificatio non est necessaria, *Salust. Tib. d. lib. 3. c. 7, n. 17, Rota d. dec. 484, n. 1, & dec. 580, num. 5, p. 2, recent.* nam in aliis extra dictam clausulam *constito*, is, cui commissa est exequutio brevis, est exequutor merus, cùm ipsi mera exequutio absque aliâ parte Judicis committatur, *Anchar. cons. 297, n. 8 vers. & sic meram, Felyn. in cap. fin. n. 22, vers. Item ampliat. de præsumpt. Salust. Tiber. lib. 3, cap. 3, n. 17.*

122 Quinimò etiam † quoad clausulam, *constito*, illa verificata, exequutor efficitur merus, *Rota dec. 234, n. 2, p. 3. recent. Coccin. dec. 235, n. 2.* & conse-

123 quens † Breve, ad instar literarum Apostolicarum, habet tunc paratam exequutionem, *Duran. dec. 59. n. 1, Rot. d. dec. 234. n. 1, p. 3. recent.*

124 Ante verò justificationem clausula, *constito*, facit executorem mixtum, *Felyn. in cap. Si constiterit, n. 5, vers. Numquid ita clausula, de accus. Salust. Tiber. in prax lib. 3. c. 7, n. 17, Rot. decis. 659, n. 2. & seq. p. 3, divers. lib. 3. Coccin. dec. 225. n. 2. Greg. dec. 91 n. 2.* à quo datur appellatio ad utrumque effec-

125 tum, *Felyn. in c. exhibita, n. 4. de jud. Coccin. 196. decis. 225, n. 6. dec. 251. n. 1. & d. c. 366, nu 3. Greg. dec, 91. n. 3.* Sed à mero exequutore appellatio saltem suspensiva non conceditur, *c. novit. de appell. l. ab exequutore, ff. de appell. & relationib. Coccin. dec. 144, n. 2.* nisi fortè ratione excessus, si adsit in exequutione, ut per eumdem *d. dec. 144. n. 12.*

126 Primò autem requirit hæc clausula, *constito*, plenam probationem, ac concludentem, *Bald. in l. in bonæ fidei, n. 28. C. de reb. cred. Felyn. in c. si constiterit, n. 4. vers. Joan. de Anan. etiam quærit, & n. 5 de accus. Dec. in rubr. extr. de probat. n. 153. & seqq. Garz. de benef. p. 6. c. 3. n. 64. Cagnol. in l. in par. 7, n. 3. vers. Pro qua opinione. ff. de reg jur. Salust. Tiber.* qui de stylo Rotæ refert, *in prax. lib. 3. c. 7. n. 15. Rot. dec. 9. n. 20. p. 2. divers. Greg. dec. 11, num. 2, Beltram. ad Greg. dec. 53, n. 3, Rot. dec. 234. n. 1. & n. 4, p. 3. recent.* ubi quòd hoc procedit, etiamsi non adsit legitimus contradictor, quia hæc clausula facit conditionem, quæ debet perfectè impleri

127 in forma specifica.

Sed hoc primò procedit, quando apponenti conditionem probationis constaret, jam adesse conditionem præsumptivam; nam tunc præsumptiva probatio non sufficeret, sed requireretur vera, & concludens ne fiat contra mentem apponentis conditionem, & conditio reddatur inutilis, secùs si illi de hoc non constaret, ut per

128 *Rot. d. dec. 9. n. 21. p. 2. recent.*

Secundò non procedit, quando ageretur de probando obitu in genere, vel de longinquo

129 ultra montes.

Tertiò non procedit de stylo Tribunalis A. C. vel aliàs causa difficilis probationis, *Salust. Tiber. lib. 3. c. 7. num. 15. Put. dec. 17. n. 4. lib. 3.* nam quicquid sit de stylo Rotæ, in Tribunali A. C. sufficit semiplena probatio, *Salust. Tiber. in prax.*

130 *lib. 3. c. 7. n. 15.*

Reservatio etiam debet plenè, & concludenter probari, *Put. dec. 206. n. 2. & seqq. lib. 3. Rot.*

131 *dec. 234. n. 1. par. 3. recent. Coccin. dec. 87. n. 1.*

Quod tamen primò non procedit, quando Ordinarius, vel ab eo provisus non est in causa, quia tunc obitus in mense reservato probatur

ex

ex testibus de publica voce, & fama, *Cassad.dec.1. n.1.vers.nam pro ea, de prob. Rota apud Marches. de commiss.appell. ab exeq. Brev.p.1.c.1.dec.13. n.1.fol. 347.Coccin.dec.87.n.2.* ubi alias decisiones cumulat.

132 Secundò non procedit ad effectum justificationis gratiæ, quia tunc sufficit semiplena probatio, secundùm opinionem, quæ in sacro Palatio semper servari consuevit, sed benè procedit ad effectum reservationis, *Rot.d.dec.234.n.1. in fin.p.3.recent.*

133 Clausula, *constito*, requirit partis citationem, *Glos.in Clem.præsenti, in verbo constiterit, de cens. Felyn.in d.cap si constiterit.num.5. vers. & not.secundùm Abbat.de accusat. Lap.alleg.15.num.7. Seraph.de lit.Grat. fol.279.in fin. vers.secùs si fortè in commissione, & fol.180. Alex.cons.218,n.1.lib.2.Rot. dec:22.de rescript.in antiq. & dec.659.n.2. & seq.p. 3.l.3.divers.* aliàs processus est nullus, *Felyn.in d.c. si constiterit,n.5.vers. & not.secundùm Abbat.de accus. Alex.d.cons.218.nu.1. ubi de magis communi lib.2.*

134 Contrarium tamen, quòd citatio non sit necessaria, videtur velle *Anchar.cons.297.n.7.vers. Nec tenetur, & nu.8. & seq. Rota dec.696.in princ. par.3.lib 3.divers.*

135 Sed potest distingui, quòd aut committitur exequutio de re vacante, & non includitur tunc citatio partis, aut committitur de re non vacante, & tunc citatio partis est necessaria, *Felyn.in c. fin.n.22.vers.Item amplia istam conclusionẽ de præsumpt.* & colligitur etiam ex *Anchar.d.cons.297. n.8,vers.non obstat, & ex Rot. d.dec.696.n.1.par.3. lib.3 divers.*

136 Tertiò clausula, *constito*, requirit cognitionem causæ, *Innoc.in c.fin.in fin.de præsumpt. Ægid.dec.68.* cum aliis cumulatis per *Mart.de claus. par.1.claus.19.n.3.*

137 Quod tamen non procedit, quando agitur de modico præjudicio; nam tunc nec citatio, nec causæ cognitio est necessaria, *Rota dec.16. de dol. & cont.in antiq.* cum aliis quos refert, & sequitur *Mart.d.claus.19 n.4.*

138 Et quandoque sufficit, etiam stante hac clausula, informatio extrajudicialis, si natura negotii, de quo agitur, id patiatur, prout quando actus est de sui natura extrajudicialis, *Felyn.in c. fin.n.18.vers.Item potest, de præsumpt.*

139 Est autem in Brevi facienda mentio litis, aliàs si lis adsit, possessio illius vigore capta, est nulla, & attentata. *Lancell.de attent. c.4.in præfat. n.413. Gonzal.in admot.contra null.n.272.Garz.de benef.par.6.c.3.n.14. & seq.Verall.dec.70.p.1. Rot. dec.469.n.1. & seq.par.3.li.3.divers. & apud Marches.de Commiss.avoc.caus. par.2.dec.2. num.2. fol. 294.*

C 140 Commissario Cameræ obstant, ac in eum reflectuntur, in hac literarum Apostolicarum materia, ea omnia, quæ obstant, Proviso Apostolico, & ob id, si Commissarius non potest de jure consignare possessionem Proviso, tenetur

141 illam restituere primo possessori, *Lancel. de attentat.lit pend.par.2. in præfat c.4.nu.443. & seq. Rota in Urgellen. Canonicatus 21 Maii 1593. coram bon.mem.Cardinali Blanchetto*, sufficit tamen pro validitate processus citare Provisum Apostolicum, licèt Commissarius non citetur, *Salust. Tiber.lib.3.cap.8.n.4.* ubi decisiones Rotæ ad hoc allegat.

ID 142 Clausula, *si quis senserit se gravatum, recurrat* in monitorio, quòd sit pro exequutione literarum obtinenda, apponi non debet, quia processus tunc efficeretur ordinarius, & monitorium resolveretur in simplicem citationem, sed illius loco est in illo ponenda clausula, *Alioquin &c.* de qua suprà. Hæc enim licèt regulariter non differat à clausula, *si quis &c.* cùm extendatur, alioquin si quis senserit se gravatum &c. secùs tamen est, quando apponitur in monitorio, quod pro literarum Apostolicarum exequutione solet obtineri, tunc enim extenditur tantummodò, alioquin compareat, ad videndum declarari, se incidisse in censuris, & ideò nec efficit hoc casu processum ordinarium, nec resolvitur in simplicem citationem reo comparente, ut ex *Salust. Tiber.in prax.lib.3.cap.7.n.3.* dictum fuit suprà,

E hâc eâdem *part.1.cap.4.lit E.num.81, & seq.* & ita indies observat praxis in Tribunali A.C.

143 Et hinc est, quòd si quis literis Apostolicis, sive sub plumbo, sive in forma Brevis expeditis neglexerit, servantur contra eum supradicta quatuor termini ad docendum, se illis paruisse, quibus elapsis, & non docto de paritione, proceditur ad declaratoriam, *Vestr.in prax. lib 2.c.4. n.8.vers.Non absimilis, Rota dec.30.n.31.par.5.rec. Duran.dec.60,n.37.*

144 Et quidem tres termini, addito etiam quarto pro quarta, & superabundanti, pro trina monitione inserviunt, sine qua excommunicatio ferri non debet, *Cap.constitutionem de sent. excomm.in 6.* cum aliis cumulatis suprà, *par.1.c.14. lit.D.vers.3.ad hoc, ut quis possit excommunicari, n. 244. & seqq. Salust.Tiber. in praxi. lib.3.cap.1. n.1.*

145 Cæterùm, si reus prætendat absolutoriam, non sufficit pro validitate sententiæ servare quatuor terminos ad docendum se paruisse, sed sunt omnino servandi termini substantiales, ad libellandum, ad articulandum, & alii in beneficialibus servari soliti, *Salust.Tiber.in Prax.lib.3.c.7.num.49.* de quibus satis dictum est suprà, *hâc eâdem p.2.c.1.sub lit. L. n.106.*

146 Contrà nulliter autem immissum vigore Brevis, non justificata reservatione, datur actio spolii, *Coccin.dec.225.n.8.* & ob id, si commissa causa in Rota, expulsus probat extrema in spolio necessaria, uti spoliatus restituitur, *Rota in Vicen.Beneficij.25 Februarii 1606. coram clar. mem. Card.Pamphilio impress.apud Salust.Tiber.in praxi, lib.3.c.8,n.1. & seqq.fol 529.* & quod sententia lata pro executione Brevis non justificata reservatione sit spoliativa, dixit etiam *Rota in Majoricen. sacristia 16 Decemb.1602. coram eodem clar.mem. Card.Pamphilio seniore.*

147 Sed hoc procedit, quando adest in Brevi clausula, *constito*, tunc enim expulsus restituitur uti spoliatus, etiamsi in Brevi adsit clausula, *sine vitio spolii*, quæ recipit conditionem principalis dispositionis, quatenus Breve sit justificatum. *Rota in d.Vicen.Beneficii, 24 Februarii 1600. coram clar.memor. Pamphilio sub num. 6. & decis.659 num.2.*

num.2,& seq.par.3.lib.3.diverſ. Coccin.deciſ.225. n.10.

148 Secùs ſi non adſit in Brevi clauſula, *conſtito*, quo caſu A. C. remanet merus exequutor, tunc enim de reſervatione poteſt doceri quandocumque *Rota d. dec.659.n.2,& ſeq.* & eò magis hoc caſu rejicitur ſpolium, ſi in Brevi adſit etiam clauſula, *ſine vitio ſpolii, Verall.dec.71.p.1. & dec.180.n.1.& ſeqq.par.3.*

149 Quinimò, etiam ſi in Brevi adſit clauſula, *conſtito*, ſi nemo alius poſſideat, poteſt Breve juſtificari quandocumque, cùm non poſſit competere alicui ſpolium, nemine poſſidente, cùm etiam nemo ſit in hoc caſu citandus, *Rota dec. 698.n.1.& ſeq.p.3.lib.3.diverſ.*

150 In cauſis tamen, in quibus alius poſſidet, & poteſt jurare ſpolium, debet Breve juſtificari ex eisdem actis, non ex noviter deductis, *Rot.d.dec. 659,n.3.par.3.lib.3.diverſ.& in d. Majoricen. ſacriſtia 16 Decembris 1602.coram clar.mem. Cardinali Pamphilio.*

151 Solet Signatura juſtitiæ, quando exequutor, ſeu Judex gravat in Literarum Apoſtolicarùm, vel Brevis exequutione, committere cauſam appellationis, à ſententia ſimpliciter, vel ſi cauſa ſit committenda in Rota, cum clauſula, *Arbitrio Rota*, *Coccin,dec.225.n.7.* quod quidem † arbitrium paſſim interponitur pro retardatione exequutionis literarum, etiamſi fuerit reſcriptum cum clauſula, *parito Brevi arbitrio Rotæ*, quod tamen procedit juſta ſubſiſtente cauſa, *Rota dec.228.n. 2,p.1 recent.Cavalor.dec.92,n.1.* & fuit aliàs ſæpè deciſum *Buratt.dec.442.n.1.*

153 Sed ſi ſententia lata pro exequutione literarum Apoſtolicarum eſt juſta, Signatura ſolet ſcribere cum clauſula, *ſine præjudicio exequutionis literarum Apoſtolicarum, Rota in Hyſpalen. Permutationis 11 Martii 1596.coram bon.mem. Gypſio, apud Marcheſ.de Commiſſ.appell.ab execut.Brev.p.1. cap.1.dec.32.fol.366.Seraph.dec.1484.n.2.& ſeqq.*

154 Illæ etenim non admittunt appellationem ſuſpenſivam, & licèt reſpectu cenſurarum latarum detur appellatio, non tamen inde reſultat impedimentum immiſſionis, ſeu exequutionis literarum, *Seraph.dec.357,n.2. & ſeqq. Duran.dec.60.n. 48.* quod procedit, etiamſi fuerit pronunciatum per Cedulam, prout paſſim in hac materia literarum, & Brevium pronunciari ſolet, *Rota dec.30 n.41.& ſeq.p.5.recent. Duran. dec.60, n.48.* ubi quod ita quotidie obſervat praxis.

155 Præſervat autem hæc clauſula jus, & facultatem Judici à quo procedendi ad exequutionem, non obſtante judicio ordinario, *Marcheſ.de commiſſ.appell.ab execut.Brev.p.1.cap.2,num.48.& ſeq. fol.402. & ſeq.Mart.de clauſ.p.1.clauſ.160.n.5. Rota in d.Hyſpalen.Permutationis, coram bon.mem. Gypſio, apud Marcheſ.d.p.1.fol.366. & in Orſana Parochialis 12 Decembris 1597.coram bon.mem.Peregrino, impreſſ.apud Marcheſ.de Commiſſ.appell.in poſſ.Salv.p.1.c.1.dec.19 fol.964. Greg.dec.91.n.11.*

156 & ibi *Beltram.n 13.* ſed non † efficit, quòd ſi exequutio eſt nulla, & attentata, non poſſit, uti attentata, revocari, *Greg d.dec.91.n.11.* & ibi latè *Beltram.n.13.*

157 A ſententia verò lata contra literas Apoſtolicas datur appellatio ad utrumque effectum adeò, quòd cùm cauſa poſtmodum efficiatur appellabilis, & literæ remanſerint vulneratæ, Judex appellationis exequi non poſſit ſine vitio attentatorum, *Cavaler.dec.2.n.7.*

158 Verùm in materia Brevis, ſi exequutor ritè, & rectè proceſſit, Signatura reſcribit cum clauſula, *parito Brevi, Saluſt.Tib.in prax.lib.3.c.7,n.26, Seraph.dec.1484.n.2.*

159 Quæ clauſula importat dimiſſionem poſſeſſionis, & fructuum, *Rota dec.319.n.1.& ſeq.par.2 dec.264.n.1.& ſeqq.p.3.recent. Greg.dec.36.num.1. Cavaler.dec.477.n.4.*

160 Non tamen includit impenſas litis, *Rot.deciſ. 319,n.2,p.2,& dec.166.n.4.p.7.recent. Gregor.dec. 36,n.4.* & ita fuit ſæpius reſolutum, *Rot.d.dec.319 n.2.p.2,recent.Buratt.dec.646.n.4,* & ibi *Ferentill.lit.A.*

161 Tribuit hæc clauſula jurisdictionem conditionalem, adeò, quòd Judex non poſſit ad ulteriora procedere, nec pars audiri, niſi doceat integrè ſe paruiſſe, *Put.dec.16.ut lit.pend. Gregor.d. dec.36.n.1,* & ibi *Beltram.lit.A. Buratt.dec.577 n.1.*

162 Verùm tamen impleta dicitur clauſula, *parito* ex ſola præſtatione patientiæ, & ex paritione verbali quoad poſſeſſionem, *Rota dec.194.n.1,& ſeq.par.3,& dec.649.n.1.& ſeq.p.4,recent.* præſertim in incorporalibus *Buratt.dec.321.n.11.& dec.646.n.1.* ubi quod ita millies tenuit Rota, & per oblationem compenſationis quoad fructus, *Rota d.dec.194.n.2,p.3.recent.*

163 Sed hoc non procedit quoad fructus, quando clauſula, *parito*, in Brevi expreſsè continet etiam fructus perceptos; nam tunc non poteſt dici paritum, niſi pars probet non percepiſſe, vel reſtituiſſe, vel obtineat commiſſionem ſolitam de præfigendo terminum ad illos liquidandum, juxta ſtylum Rotæ, *Seraph.dec.655.num.4. Buratt.dec.646,n.3.* adeò quòd nec nolentia, nec impotentia conditionem implere debentis in hoc caſu excuſet *Rot.d.dec.194.n.3.p.3.recent.*

164 Virtus autem Brevis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ expirat per primum actum adeptionis poſſeſſionis, *Rot.dec.261.n.3.p.5.recent.* non ſecùs ac Literæ Apoſtolicæ ſemel exequutæ non ſunt ampliùs exequendæ ad inſtar remedii, *l.ſi C. de edict.div.Adr.toll.* quòd ſemel immiſſio non datur, *Buratt.dec.464.n.10.*

165 Non omitto, quòd licèt, quando agitur contra negligentem parere Literis Apoſtolicis, procedatur ad declaratoriam, tantùm ſervatis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſſe literis Apoſtolicis, quando tamen agitur contra eum, qui in literas hujusmodi commiſerit, tunc, ut declaratoria ob id obtineri poſſit, eſt etiam, eo citato, docendum de contraventione, *Veſtr. in prax.lib.2,c.4,n.8.verſ. Non abſimilis, & verſ. Quod ſi ad exequutionem.*

166 Siquidem, cùm impediens exequutionem literarum Apoſtolicarum ſit excommunicatus, eo ipſo, *Innoc.VIII.conſtit.14.officii, Leo X.conſtit. 26,in ſupremo, Clemens VII.conſtit.42. Romanus Pontifex, Gregor.XIII. in Bulla Cœnæ, quæ eſt eius conſtit 92.Conſueverunt, fol.1330. ſecun.antiq. impreſſ.*

preſſ. Paul. V. in Bulla Cœnæ, quæ eſt ejus conſtit. 63. Paſtoralis in §. 13. cap. Noverint, & cap. Si gravem de ſent, excomm. Rot. dec. 281, num. 6. poſt conſ. crim. Farin. lib. 2, utique eſt contra eum ferenda declaratoria, *Greg. 13. conſtit. 24. Ad Romani, ſecundùm antiq. impreſſ.*

167 Quinimò ille, quem cauſa hujusmodi tangit, ob id privatur jure ſuo, quod habet in Beneficio, & efficitur inhabilis ad Beneficia conſequenda, *Innoc. VIII. d. conſtit. 14. Offic. ſecundùm antiq. impreſſ.*

168 Multò magis autem impediens exequutionem literarum Apoſtolicarum incidit in excommunicationem majorem Bullæ Cœnæ Domini, ſi pro earumdem literarum exequutione impedienda recurſum habeat ad Judices laicos, *Cap. Noverint, & cap. gravem de ſent. excomm. Paul. V. in Bulla Cœnæ, quæ eſt eius conſtit. 63, Paſtoralis §. 16, & alii,* committit ſacrilegium, *Cajet. in ſumm. in verbo Excommunicatio, c. 3. & ſeq. Rota dec. 8. n. 1. par. 4. recent.*

169 Nam recurſus hujusmodi tam de Jure communi, & ex diſpoſitione ſacrorum Canonum, quàm ex Bulla Cœnæ Domini eſt prohibitus, *Cap. Qualiter, & quando, & ibi Canoniſtæ de Iud. Rota d. dec. 8. n. 1, & ſeq. & dec. 10, n. 1. & ſeq. par. 4 recent. & d. dec. 281, num. 6, poſt conſ. crim. Farin. lib. 2. latè Mar. Antonin. var. reſol. cap. 32, per tot. & Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1, ſub tit. de favor. cleric. perſon. §. 2, n. 31. Caval. dec. 372. num. 1. & dec. 529. n. 1.*

170 Et ob id ſic recurrens tamquam excommunicatus repellitur à limine judicii, *Cap. exceptionem de except. Clem. 1. de except. Rota dec. 491. nu. 6, & dec. 514. n. 2. verſ. minus obſtat, p. 2. recent. Caval. 529, n. 1,* & collatio ab eo facta non tenet *c. 1 de reſcript. in 6. Rot. dec. 534. n. 2. p. 1. recent.*

171 Reſultatque excommunicatio Clerici recurrentis ad Judices laicos ex ipſo actu recurſus, non ex aliis quæ fiunt poſteà per ipſos Judices, *Rota dec. 179, n. 5. poſt conſ. crim. Farin. lib. 2,* & præſumitur recurſus obtentus ab eo, de cujus intereſſe agitur, *Rota in Brixien. Clericatus S. Martini 26 Januar. 1598. coram bon. mem. Orano.*

172 Verùm licèt Conſtitutio ipſius Bullæ Cœnæ inducat privationem juris ſui ipſo jure contra recurrentem ad Judices laicos, ut ſuprà, dum tamen non agitur de cenſuris, aut irregularitate, ſed pœna privationis, requiritur ſententia declaratoria facti, ob quod inducitur talis privatio, *Cap. cùm ſecundum, de hæret. in 6.* cum aliis cumulatis per *Rota d. dec. 179, n. 9. poſt conſ. Farin. lib. 2.* & latius *dec. 83, n. 5. p. 7. recent.*

Debetque huiusmodi recurſus inprimis pleⁿ173 nè, & concludenter probari, *Rot. d. dec. 179. nu. 7. poſt conſil. Farin lib. 2.* Licèt enim Bulla Cœnæ,

174 ac excommunicatio per eam inflicta ſit notoria, ſufficit tamen, quòd non ſit notorius recurſus, ob quem excommunicatio imponitur, *d. c. Cùm ſecundum, de hæret. in 6. Dec. conſ. 483. nu. 27. in fin.* ubi quòd requiritur ſententia declaratoria ſuper notorietate, *Rota dec. 167. n. 3. poſt conſ. Farin. lib. 1. & dec. 534, n. 4. p. 1. recent.*

175 Cæterùm & ſi regulariter ſententia excommunicationis, judicialiter lata, dicatur interlocutoria, *Felyn. in c. Sacro, n. 1. verſ. Nota quod Iudex de ſent. excomm. Buratt. dec. 760. n. 2.*

176 Cùm tamen contineat damnum irreparabile, datur ab ea applicatio, *Duen. reg. 52, lim. 2. Gonzal. ad reg. 8. Gloſ. 9. §. 1. in adnot n. 197.* cum aliis allegatis per *Ferentill. ad Burat. d. dec. 760. n. 4.*

177 Sed nihilominus, cùm ſententia excommunicationis, ſeu alterius cenſuræ trahat ſecum exequutionem, illius exequutio per appellationem non ſuſpenditur, *Cap. Paſtoralis, §. Verùm quia de appell. c. per tuas, de ſent. excomm. c. is cui, 20. de ſent. excomm. in 6. Felyn. in c. Rodulphus, n. 43. verſ. operabitur, de reſcript. Maran. de ord. Iud. p. 6. prin. act. 2. limit. 32. n. 340. & in 4. differentia limit. 5. n. 167 Scac. de appell. q. 17. limit. 22. n. 1. ubi de communi, & n. 2. & ſeq. Genuen in prax. Archiep. c. 22. n. 2. Achil. dec. 9. n. 1. de ſent. excomm. Rota dec 3, num. 1. p. 2. recent.*

178 Sed hoc primò non procedit, quoad effectum devolutivum, *ſpecul. de appell. §. in quibus, verſ. ſed dicis, n. 17. lib. 2. Scac. de appell. d. q. 17, limit. 22. n. 34.*

179 Secundò non procedit in ſententia declaratoria excommunicationis, ſeu cenſurarum; nam à ſententia, quâ quis declaratur, incidiſſe in excommunicationem, ſeu cenſuras, datur appellatio etiam ſuſpenſiva *Gemin. in Clem. 1. col. ult. verſ. undecimò quæro,* ubi quòd hoc eſt ſingulare, & utile in practica, & ibi etiam *Imol. n. 21. de ſeq. poſſeſſ. & fruct.* quos refert, & ſequitur *Felyn. in d. c. Rodulphus, n. 43, verſ. Operabitur, d. reſcript. & in c. Parochianos, nu. 1. de ſent. excomm. Maran. de ord. Iud. d. p. 6. act. 2. lim. 5. n. 169. Auſrer. ad Cappell. Toloſ. q. 299. verſ. quarto, Scac. de appell. d. q. 17. limit. 22. n. 31. Genuen. in prax. Archiep. d. c. 22. nu. 1. Put. dec. 27. n. 1. & n. 4 lib. 3. Rota dec. 100. n. 3, p. 1, diverſ. Achill. dec. 4, n. 7. de ſent. excomm. Rota dec. 3 n. 1. p. 2. & dec 248. n. 2. verſ. Hinc videtur, p. 3. recent.*

180 Et ratio eſt, quia Judex, ferendo declaratoriam, ſeu declarando, aliquem incidiſſe in ſententiam excommunicationis, facilius poteſt errare, *Maran. de ord. Iud. d. p. 6. act. 2. n. 169. Scac. d. q. 17, limit. 22, n. 38.*

181 Sed hoc primò non habet locum, quando factum eſt notorium; nam tunc non licet appellare, *Cap. provenit il primo de appell. Abb. Franc. & alii,* quos refert, & ſequitur *Genuen. in prax. Archiep. d. c. 22. n. 2, Lancell. de attent. appell. pend. limit. 21, n. 27.*

182 Secundò non habet locum, quando declaratoria eſſet lata virtute exequutorialium, & rei judicatæ, *Lancell. de attent. appell. pend. d. limit. 21, n. 17. Scac. de appell. lim. 22. n. 44. Achil. dec. 4. n. 13. de ſent. excomm. Rot. deciſ. 248. n. 2. p. 3. recent.*

183 Tertiò non habet locum in declaratione incurſus excommunicationis, & cenſurarum contra obligatum in forma Cameræ, quia appellatio hoc caſu non ſuſpendit, *Galleſ. de oblig. Camer. qu. 36, num. 43,* & ibi *Zacch. num. 7. Lancell. de attent. appell. pend. d. lim. 21. num. 26. Scac. de appell. d. q. 17. lim. 22, n. 45. & ſeq.* ubi de hoc reddit rationem.

184 Tertiò concluſio, quòd ab excommunicatione non datur appellatio, non procedit, quando ſententia lata eſt ſub conditione, vel in diem, quia tunc appellatio interpoſita ante conditionem

nens, vel diem, etiam post decennium, suspendit excommunicationem, *c. Preterea, il secondo, ubi omnes de appell. Genuen. in prax. Archiep. d. cap. 22. n. 2. vers. declara septimò. Scacc. de appell. d. q. 17. limit. 22. n. 13. Rot. dec. 248. nu. 1. part. 3. recent.*

185 Sed hoc Primò non habet locum in excommunicatione, & censuris latis pro exequutione rei judicatæ, quia *tex. in d. c. Preterea.* de his non loquitur *Rot. d. dec. 148. n. 2. p. 3. recent.*

186 Secundò non habet locum, quando sententia fuit lata causâ ferendi testimonium, juxta *tex. in c. Veniens, de Test, Bald. in c. 2. n. 4. de Test. cogen. Genuen. in prax. Archiep. d. c. 22. n. 8.*

187 Quartò non procedit in sententia excommunicationis lata post interpositam legitimam appellationem, *c. Licèt. de sent. excom. in 6. c. Dilecti il secondo, ubi Glos. & DD. de appell. Angel. cons. 188. n. 1. & seq. latè Scacc. de appell. d. q. 17. limit. 22. n. 54. Lancell. de attent. pend. limit. 26. n. 5. Genuen. in prax. Archiep. d. c. 22. nu. 2. vers. declara sextò.*

188 Sed hoc primo non habet locum appellatione desertâ, nam tunc excommunicatus potest denunciari, *d. c. Licèt, de sent. excom. in 6.*

189 Secundò, non habet locum, quando causa est commissa appellatione remotâ, quia excõmunicatio lata post appellationem eo casu non est nulla, *Abb. & Franc. in c. Pastoralis, in princ. de appell. Genuen. in prax. Arch. d. c. 22. n. 2. vers. declara 6. Scacc. de appell. d. q. 17. limit. 22. n. 56.*

190 Quintò non procedit, quando quis fuit excommunicatus ignoranter, quod fieri potest, *cap. Ad Apostolicæ, & c. illud, de Cler. excommunic. ministr.* nam si is à die notitiæ appellet, impedit denunciationem, *c. Dilectus, de appell. Franc. in c. Pastoralis, §. verum. n. 26. de appell. Lancell. de attent. appell. pend. limit. 21. n. 19. Aufrer. ad Capell. Tolos. quæst. 299. vers. 3. fallit. Scacc. de appellat. dictâ quæst. 17. limit. 22. num. 15. Genuen. in prax. d. cap. 22. numer. 2. versic. declara quartò.*

191 Sextò non procedit, quando Judex delegatus detulit appellationi, *cap. Cùm appellationibus, de appellat. in 6.* vel appellatio fuit à Superiore recepta, *cap. Pastoralis, § præterea, de offic. deleg. Aufrer. ad Capell. Tolos. dictâ quæst. 299. vers. 4 ut ante. & vers. fallit. Genuen. in prax. d. cap. 22. nu 2. vers. declara quintò. Scacc. de appellat. dictâ quæst. 17. limit. 22. num. 14. Acchill. decis. 4. num. 4. de Sententia excommunicat.*

192 Septimò non procedit, quando excommunicatus in plus ligaretur, prout in casu, *cap. Tua, de Sentent. excommun.* in quo incendiarius postquàm est declaratus excommunicatus, non absolvitur nisi à Papa, licèt ante declarationem non esset de necessitate à solo Papa absolvendus; nam tunc post appellationem non potest denunciari, ex quo in plus ligatur, *Aufrer. ad Capell. Tolos. d. quæst 299. vers. secundò fallit. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 22. num. 12. Genuen. in Prax. cap. 22. num. 2. vers. declara secundò.*

193 Octavò non procedit, quando sententia contineret intolerabilem errorem, prout si diceret, excõmunicamus Titium, quia non furatur, vel quia facit eleemosynam, vel quid simile, *cap. Per tuas, ubi Glos. in verbo intolerabilem, de sentens. excommun. cap. Licet, de sent. excõm. in 6. Farinacc. quæstionum crimin. quæst. 101. num. 69. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 22. num. 53.*

194 Nonò non procedit, quando in partibus fuerunt fulminatæ Censuræ per executorem, quia per appellationem omnia per exequutorem gesta resolvuntur in vim citationis. Etenim exequutor non potest aliquid facere contra resistentes de jure, licèt secùs contra rebelles, nec possessor tenetur ad simplex verbum exequutoris dimittere jus suum indefensum, ubicunque declaratoria non venit post rem judicatam, *Achill. dec. 4. num. 10. & seqq. de Sent. excomm.*

195 Decimò non procedit in suspensione, vel interdicto à Beneficio, aut Pontificalibus, seu ab usu Pallii, quia appellatio impedit effectum Sententiæ quoad ista, *Scacc. de appellat. quæst. 3. n. 67. & n. 68. & q. 17. lim. 22. n. 60.*

196 Undecimò non procedit in suspensione & interdicto latis in pœnam per sententiam, quia suspenduntur per appellationem, secus quando feruntur in contumaciam, *Abb. & alij, quos refert, & sequitur Genuen. in prax. d. c. 22. n. 3.*

197 Duodecimò non procedit, quando Judex ad quem præcipit, excommunicatum non denunciari, vel denunciari non excommunicatum, nisi interveniisset manifesta offensa, quia tunc pars adversa audiretur, cùm tali casu appellatio non teneat, *cap. Consuluit, & cap. Pervenit, de appell. Genuen. in prax. d. cap. 22. nu. 2. vers. declara octavò.*

198 Decimotertiò non procedit in præcepto sub pœna excommunicationis, sive judicialiter, sive extrajudicialiter facto, quia appellatione interpositâ quis non potest denunciari, *cap. Dilecti, il secondo, ubi Abb. & alij de appell. Ang. cons. 188. n. 1. & seq. Maran. de ord. Iud par. 6. act. 2. princ. n. 170.* cum aliis cumulatis per *Scacc. de appell. d. q. 17. lim. 22. n. 47. & seqq.*

SUMMARIUM, CAP. IX.

1 *In Tribunali A. C. sæpè agitur de exequutione literarum Apostolicarum occasione pensionis Ecclesiasticæ, ideò de causis pensionis in specie agitur.*

2 *Contra obligatum in forma Camera ad solutionẽ pensionis, dolo saltem de Clericatu proceditur viâ exequutivâ.*

3 *Literæ pensionis, quæ indigent justificatione, sunt justificandæ, ut ad illarum exequutionem procedi possit.*

4 *Existens in quasi possessione exigendi pensionem, potest petere manutentionem, & quomodo tunc processus conficiendus sit.*

5 *Spoliatus quasi possessione exigendi pensionem potest intentare interdictum recuperandæ, & quomodo tunc debeat conficere processum.*

6 Contra heredes Beneficiati, pro terminis decursis non solutis consistitur processus ordinarius.

7 Contra eum, qui consensit reservationi pensionis, & ejus successorum in Beneficio, procedituv viâ Monitorij, & quando.

8 In materia translationis pensionis proceditur viâ Monitorij, & quomodo, & quando.

9 Monitorium etiam pro Translatario, quando pensio antiqua non fuit extincta, contra eum, qui pensionis reservationi cõsensit, & ejus formula.

10 Monitorium pro Translatario quando pensio antiqua fuit extincta, & alia de novo creata, & ejus formula.

11 Monitorium in materia pensionis quomodo & contra quem exequendum sit, & quomodo facienda exequutionis relatio in Curia.

12 Adnotatio exequutionis Monitorij in actis, & ejus formula.

13 Monitorium extra Curiam personaliter exequutum reproducitur in actis cum fide exequutionis à tergo.

14 Reproductio Monitorij in partibus exequutivi, & ejus formula.

15 Negatio Monitorij debet fieri infra triduum, & sic in termino prafixo.

16 Protestatio super negatione Monitorij, & ejus formula.

17 Clausula, constito, aut similis, indigens justificatione, existens in literis pensionis, est illis in actis productis, unà cum Clericatu pensionarij, justificanda servatis servandis.

18 In judicio super Translatione pensionis quid probandum sit.

19 Reo Iura, vel Articulos ad suas exceptiones probandas in materia pensionis in actis producendi, quomodo Actor protestari, & Iudex ad admissionem procedere debeat.

20 Commissario Camera in causa existente, quomodo procedendum sit in materia pensionis.

21 Iustificatis literis pensionis servantur termini ad docendum se paruisse.

22 Citationes, seu termini quatuor ad docendum se paruisse literis Apostolicis, & Monitorialibus, & earum formula & processus.

23 Si ferenda sit absolutoria pro Reo in materia pensionis, sunt servandi termini substantiales, uti in Beneficialibus, & deinde citanda pars ad videndum reiterari, & ad Sententiam.

24 Actor, justificatis literis pensionis, & servatis terminis, ad docendum se paruisse, potest citare ad Sententiam.

25 Citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum, & ad Sententiam in materia pensionis, & ejus formula, & processus.

26 Cedula Sententiæ in materia pensionis, & ejus formula.

27 In Curia latâ Sententiâ contra eum, qui pensioni consensit, vel ejus in Beneficio successorem statim expeditur Mandatum & Cedulonus.

28 Mandatum exequutivum habet vim Sententiæ contra eum, qui pensioni consensit, vel ejus in Beneficio successorem.

29 Cedulonus contra eum, qui non paruit literis Apostolicis, & pensionem non solvit in vim sententiæ relaxatus, & ejus formula.

30 Si exequutio est facienda extra Curiam, expeditur mandatum exequutivum, & instrumentum declaratoria unico contextu.

31 Mandatum exequutivum unà cum instrumento declaratoriæ ad partes in materia pensionis, & ejus formula.

32 Si pensio antiqua fuit in translatione extincta, & alia de novo creata, cedula sententiæ conficienda est super immissione, juxta formam monitory.

33 Cedula sententiæ super immissione in possessionem, vel quasi exigendi pensionem, & ejus formula.

34 Si pars adversa non obtinet superseforiam statim latâ sententia super immissione in possessionem, vel quasi exigendi pensionem, potest expediri mandatum.

35 Mandatum de immittendo, & exequutivum virtute sententiæ latæ super immissione in possessionem, vel quasi exigendi pensionem, & ejus formula.

36 Aliud simile mandatum, quando exequutio facienda est extra Curiam, & ejus formula.

37 Appellare volens à sententia lata pro exequutione literarum pensionis, debet obtentâ superseforiâ adire plenam Signaturam, parte citatâ, interpositâ priùs appellatione coram judice à quo infra decem dies.

38 Appellatio interponenda coram judice à quo, & ejus formula, ac responsio judicis.

39 Cedula appellationis interponendæ coram judice à quo, & ejus formula.

40 Commissio appellationis à sententia lata super exequutione literarum pensionis in plena Signatura proponenda, & ejus formula.

41 Signatura in materia exequutionis literarũ pensionũ rescribit cum clausula, sine retardatione, &c. sed si Sententia est nulla, vel injusta, vel litera non sunt justificata, rescribit pro appellatione simpliciter.

42 Pensio accipitur pro ea, quam quis consequitur ex re propria, de qua hic non agitur.

43 Pensio accipitur etiam pro ea, quam quis consequitur ex re aliena, prout est pensio Ecclesiastica, de qua agitur.

44 Pensio unde dicatur.

45 Pensio quo jure introducta.

46 Pensio qua ratione inventa.

47 Pensio quid sit.

48 Pensio alia temporalis, alia perpetua, & quid sit temporalis & perpetua pensio.

49 Pensio licita, qua, & quando sit.

50 Pensio illicita, qua, & quando dicatur.

51 Pensio Ecclesiastica ut reservari possit, requiritur potestas in reservante.

52 Papa amplissimam & omnimodam potestatem habet in beneficialibus.

53 Papa potest reservare pensionem super fructibus Beneficij, etiam sine causa de potestatis plenitudine.

54 Papa de potestate ordinaria non potest imponere pensionem sine causa.

55 Inferior à Papa, prout legatus, vel Episcopus, non potest

potest constituere pensionem sine causa, secus cum causa, & pro bono pacis.

56 Causæ justæ imponendi dispensationem quot, & quæ sint.

57 Pensio ut constitui possit, requiritur capacitas pensionarij.

58 Excommunicatus ante absolutionem est incapax pensionu, & reddituum Ecclesiasticorum.

59 Purus laicus est incapax pensionis Ecclesiasticæ.

60 Pensio de stylo Curiæ non reservatur, nisi capacibus Beneficiorum.

61 Pensio reservata alicui, uti Clerico, si in eo tempore non erat talis, est nulla, etiamsi postea effigiatur.

62 Laicus de jure communi est capax pensionis, etiamsi sit uxoratus.

63 Pensio licèt dicatur Ecclesiastica, videtur quid temporale, nihil habens spiritualitatis, licèt spiritualitati annexum, sed hodie dicitur res Ecclesiastica, & n 642

64 Pater super pensione filij nullam habet administrationem, & idem de ea judicatur, quod de Beneficio.

65 Papa potest reservare alicui pensionem, uti laico.

66 Papa in dubio non præsumitur voluisse alicui reservare pensionem, uti laico.

67 Pensio reservata à Papa motu proprio ob paupertatem, vel benemerita, alicui uti Clerico, valet etiamsi ille non sit Clericus.

68 Pensio reservata Equiti Hierosolymitano valet, etiam si is non sit Clericus, vel non constet de Clericatu.

69 Miles Lauretanus merus laicus est capax ducentorum ducatorum pensionis.

70 Bigamus est incapax pensionis.

71 Pensio Ecclesiastica reservata alicui uti laico, valet, etiamsi ille sit bigamus.

72 Qui contraxit cum vidua, ante consummatum matrimonium per copulam carnalem est capax pensionis.

73 Eques S. Stephani etiam bigamus est capax quadringentorum ducatorum pensionis.

74 Clericus bigamus dispensatus est capax pensionis Ecclesiasticæ.

75 Clericus conjugatus nisi fuerit dispensatus, est incapax pensionis Ecclesiasticæ.

76 Miles sanctorum Mauritij & Lazzari, etiam conjugatus cum uxicatantùm, & virgine, est capax quadringentorum ducatorum pensionis.

77 Clericus conjugatus est capax pensionis, si pensio fuit et assignata uti laico.

78 Filius illegitimus est incapax pensionis super fructibus Beneficij paterni.

79 Illegitimus est capax pensionis reservatæ ante Concilium super fructibus Beneficij paterni.

80 Pater Clericus habens facultatem transferendi pensiones, potest illas transferre etiam in filium illegitimum, & quare.

81 Illegitimus regulariter est pensionis incapax.

82 Illegitimus prævia dispensatione effectus Clericus, est capax pensionis Ecclesiasticæ.

83 Eques S. Stephani etiam illegitimus, potest retinere pensiones usque ad summam quadringentorum ducatorum.

84 Mulier est incapax pensionis, nisi sit pensio, quæ datur ob benemerita: nam illius est capax, sicut Abbatissatus, & hujusmodi.

85 Fratres tertij Ordinu sunt incapaces pensionis, sed si eis detur ob benemerita, sunt capaces sicut quilibet laicus.

86 Capacitas pensionis non ex solo Clericatu, sed etiam ex pia & rationabili causa elicitur.

87 Infans est capax pensionis.

88 Pensio reservata cum narrativa, quæ non cadit in infantem, nullâ factâ mentione infantilis ætatis, est subreptitia, etiamsi aliàs talu ætatis expressio non sit necessaria.

89 Expressio ætatis infantilis in reservatione pensionis non requiritur, si infans fuit antè dispensatus ad Clericatum, quo casu ei assignatur pensio uti Clerico.

90 Expressio ætatis infantilis nõ est necessaria, quando ei reservatur pensio uti laico, cùm tunc non sit de essentia ætas septennij, quæ requiritur ad suscipiendam primam Tonsuram.

91 Si pensio reservatur super beneficio jurispatronatûs, est de hoc facienda mentio in reservatione, & quare.

92 Papa potest super beneficio jurispatronatûs reservare pensionem, etiam sine consensu patroni, dummodo in reservatione fuerit jurispatronatûs facta mentio.

93 Si Papa non habet notitiam jurispatronatûs, reservatio pensionis sine consensu patroni non valet.

94 Pensio est onus reale, quod sequitur quemcunque fructuum perceptorem, & detentorem.

95 Camera, vel Oeconomus percipiens fructus, tenetur ad pensionis solutionem.

96 Qui sentit commodũ, debet sentire incommodum.

97 Pensio sicut imponitur super fructibus, ita solvi debet ex fructibus Beneficij.

98 Titularis, qui absque ejus culpa aliquo tempore fructus Beneficij non habuit, non tenetur pro eo tempore ad pensionis solutionem.

99 Pensio non debetur pro rata temporis, sed pro rata fructuum.

100 Pensionis solutio regulatur juxta terminos, l. defuncta, ff. de usufruct.

101 Si mortuo Titulari fructus pervenerunt partim ad successorem in Beneficio, & partim ad Cameram, tunc successor & Camera pro rata fructuum tenentur solvere pensionem.

102 Rota non admittit, quòd successor, qui fructus non habuit, teneatur ad pensionis solutionem, nisi facta diligentijs contra eũ, qui fructus percepit.

103 Successor in Beneficio, qui solvit pensiones, licèt fructus non habuerit, non potest ob solutionem factam retinere terminos sequentes.

104 Solutio pensionis dividitur in duos terminos, gratiâ commodioris solutionis.

105 Annus in solutione pensionu computatur à die reservationis illius, & actio oritur ad totum in principio anni.

106 Si pensio est anticipata, utpote quia inter diem reservationis & primi termini nulli possunt colligi fructus, beneficiatus tenetur illam solvere, etiã si fructus non habuerit, aliàs tenetur solvere integram ex fructibus perceptis, vel pro rata.

107 Pensionis pro consequutione competit via executiva ob reverentiam literarum Apostolicarum.

108 Narrata in literis pensionis pro obtinenda gratia, Clericatus, valor, & contenta sub clausula, ut asseris, sunt verificanda pro exequutione illarum obtinenda.

109 Gratia semper intelligitur, si preces veritate nitantur, ideò à Pensionario justificanda.

110 Contra eum, qui consensit reservationi pensionis, non est necesse justificare gratiam, nisi illa sit conditionalis.

111 Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, non tenetur justificare gratiam, nisi constaret de non reservatione.

112 Pensionarius existens in pacifica possessione exigendi triginta annorum, non tenetur justificare gratiam, quia literæ præsumuntur justificatæ.

113 Pensionarius non tenetur justificare gratiam, quando Papa assignavit pensionem motu proprio, nec tunc admittitur probatio in contrarium, licèt causa assignationis non sit vera.

114 Pensionarius, si ultra consensum adest obligatio Cameralis, & gratia est pura, non tenetur aliquid justificare.

115 Pensionarius contra successorem in Beneficio resignato tenetur de aliquo jure docere, non autem illud justificare.

116 Narrativa juris cessi, quando adest clausula, quòd pensio debeatur, etiam si Cedenti nullum jus competeret, non indiget justificatione.

117 Parte non opponente solùm sunt justificanda ea, quorum falsitas vitiaret, vel quorum expressio Papam ad gratiam concedendam facilius movisset.

118 Clausula, dummodo, facit gratiam conditionalem, & ob id debet à pensionario justificari.

119 Clausula, dummodo, est justificanda à pensionario, etiam si quis pensioni consenserit, & quare.

120 Clausula, dummodo, requirit plenam & concludentem probationem, etiam parte non opponente.

121 Justificatio clausulæ, dummodo, debet continuò durare, aliàs supplendum ex pensione quod deest Titulari, detractis oneribus necessarijs.

122 Pensionarius in quasi possessione exigendi pensionem existens, non tenetur justificare gratiam, etiam conditionalem, si agatur possessorio, secus si agatur petitorio.

123 Clausula, dummodo, ex spatio triginta annorum præsumitur justificata.

124 Si pensio est reservata purè, onus probandi non remanere centum vel mille spectat ad Titularem.

125 Clausula, dummodo, apposita reservationi, non autem apposita post reservationem, est justificanda.

126 Clausula, si ita est: vel, si preces veritate nitantur, non facit gratiam conditionalem, nec eget justificatione.

127 Consensus Titularis in pensionis reservatione requisitus non potest suppleri à Papa.

128 Consensus Titularis in pensionis reservatione requisitus, potest suppleri à Papa ex causa motu proprio, dummodo clare constet, eum id facere voluisse.

129 Si Papa facilius motus fuit ad pensionis reservationem ex consensu Titularis causati, ille debet probari, etiamsi Papa postea derogaverit regulæ de consensu, nam derogatio intelligitur de formali.

130 Solutio pensionis non impeditur per exceptiones requirentes indaginem.

131 Solutio pensionis non impeditur ex clausula, arbitrio, si literæ sunt justificatæ, vel non egent justificatione.

132 Exceptio oriens ex ventre literarum impedit solutionem pensionis.

133 Nullitas oriens ex ventre literarum, sicut gratia conditionalis, impedit solutionem pensionis.

134 Solvens alicui pensionem, & deinde ex mera voluntate solvere negans, dicitur spoliare, secus si id facit ob impotentiam.

135 Negans solvere pensionem ex justa causa non dicitur spoliare.

136 Qui negat solvere pensionem, non dicitur spoliare, si pensionarius non habet se pro spoliato.

137 Existenti in quasi possessione exigendi pensiones, qui non habet se pro spoliato, competit manutentio.

138 Qui habuit se pro spoliato, habet remedium reintegrationis.

139 Etiam contra Successorem in Beneficio.

140 Si ante expeditionem literarum Apostolicarum pensionem exigi contingat, pensio est nulla, & quare.

141 Literæ dicuntur expeditæ statim, ac sunt plumbatæ.

142 Pensionarius Clericus tenetur recitare officium parvum beatæ Virginis Mariæ.

143 Pensio finitur morte naturali ipsius pensionarij.

144 Pensio finitur morte civili pensionarij, ut per professionem in Religione emissam.

145 Pensio finitur per promotionem ad Episcopatum, nisi sit assignata pro servitio impenso, vel impendendo.

146 Pensio finitur per militiam, nisi sit assignata pro servitio impenso, vel impendendo.

147 Pensio finitur extinctione.

148 Pensio potest cassari coram Notario, & testibus, maximè accedente beneplacito Papæ.

149 Pensio extinguitur per contractum Matrimonij.

150 Etiam non sequutâ copulâ carnali.

151 Etiam si Matrimonium sit nullum, dummodo nullitas non proveniat ex defectu consensûs pensionarij.

152 Pensionarius habens Matrimonium pro contracto, quantum in se est habet pensionem pro derelicta, & quare.

153 Pensio non extinguitur per Sponsalia de futuro.

154 Pensio non extinguitur per contractum Matrimonij, quando fuit reservata uti laico, vel ob benemerita.

155 Pensio ex dispensatione Apostolica potest retineri ab uxorato.

156 Eques sancti Stephani etiam uxoratus est capax pensionis usque ad summam quadringentorum ducatorum.

157 Miles sanctorum Mauritij & Lazari, etiam si uxorem duxerit, potest retinere pensiones, usque ad summam quadringentorum ducatorum.

158 Miles Lauretanus potest retinere pensiones usque ad summam ducentorum ducatorum, & eas transferre, etiamsi duxerit uxorem.

159 Translatione finitur pensio antiquæ, & creatur nova.

160 Pensio translata respectu substantiæ dicitur antiquæ, respectu verò Translatarij dicitur nova.

161 Translatio pensionis quid sit.

162 Translatarius potest agere non servatis terminis, sed solâ citatione ad solvendum.

163 Translatarius potest agere prævio Monitorio, servatis quatuor terminis, ad docendum se paruisse, ut praxis observat, nec ideò causa definit esse exequtiva.

164 Translatarius in quasi possessione existens, eò quia exegit pensiones ab eo, qui consensit reservationi, potest agere literis non justificatis, aliàs secùs.

165 Translatario, qui nunquam exegit, quando antiquâ pensione extinctâ, fuit nova in translatione creata, Rota non dat manutentionem, sed immissionem.

166 Stante longissimâ quasi possessione exigendi Transferentis, potest Translatarius agere illius literis non justificatis, & quare.

167 Translatarius debet esse Clericus de tempore trãslationis, quando fuit ei reservata pensio uti Clerico.

168 Pensio reservata per inferiorem ipso Summo Pontifice finitur morte Titularis consentientis.

169 Termini decursi non soluti ante mortem pensionarij transmittuntur ad ejus hæredes.

170 Etiam mortuo pensionario ante maturatum terminum, si fructus tempore ejus mortis erant recollecti.

171 Terminus pensionis transmittitur ad hæredes pensionarij pro rata fructuum perceptorum tempore ejus mortis.

172 Successor non tenetur pro terminis pensionis decursis tempore prædecessoris, nisi factis diligentijs judicialibus, & continuatis contra illius hæredes.

173 Factis diligentijs contra Antecessorem, termini pensionis ejus tempore decursi debent solvi reservata Congrua à Successore.

174 Si quod Camera remansit, & quod Successor accepit, non est satis pro pensionario, potest hic agere contra hæredes Antecessoris, etiãsi aliquid ex gratia Principis percepissent à Camera.

175 Contra hæredes beneficiati proceditur via ordinaria, non exequtiva.

176 Literæ Apostolicæ originales reservationis pensionis sunt intimandæ; sed hodie, quidquid fuerit olim servatũ, praxis observat, ut rite procedatur intimatis literis in Monitorio insertis, ac illo postea reproducto, & literis originalibus in actis exhibitis citatâ parte, servatis servandis.

177 Signatura in causis appellationum in materia pensionis rescribit cum clausula, sine retardatione.

178 Idque ob honorem literarum, & ad obviandum malitiis recusantium solvere pensiones.

179 Signatura ex causa ob excessum committit causas appellationis in materia pensionis adutrumque effectum.

180 Si in materia pensionis sit actum via ordinaria datur appellatio ad utrumque effectum.

181 Pensione sub conditione, vel modo reservata, ante conditionis implementum, vel modi verificationem datur in hac materia appellatio ad utrũque effectum.

182 Pensione reservatâ ab inferiore à Papa, nisi auctoritas Papæ superveniat, vel pensionarius sit in quasi possessione exigendi, datur appellatio ad utrumque effectum.

183 Si pensionarius poterat agere, & longo temporis spatio pensionem non petijt, datur appellatio ad utrumque effectum.

184 Si ex ventre Literarum oritur exceptio, ex qua constat de non jure pensionarij, datur appellatio ad utrumque effectum.

185 Exceptio ad effectum appellationis suspensivæ dicitur oriri ex ventre literarum, quando pensio fuit reservata sub conditione, ex cujus defectu constat de non reservatione.

186 Si literæ reservationis pensionis non sint expeditæ, nec constat de quasi possessione exigendi, datur appellatio ad utrumque effectum.

187 Si pensio fuit ab Episcopo imposita super fructibus beneficij de jure patronatus, sine consensu patroni, quod facere potest, datur appellatio ad utrumque effectum.

188 Si pensio est reservata super pluribus beneficijs, quæ deinde pervenerũt ad diversas personas, & pensionarius agit contra unum insolidum, non datur clausula sine retardatione, & quare.

189 Si Translatarius transtulit pensionem in alium cum solo consensu beneficiati, datur appellatio ad utrumque effectum; secus si id fecit etiam authoritate Apostolicâ interveniente.

190 Si fuit pronuntiatũ contra reservationem, literæ Apostolicæ sunt vulneratæ, & datur appellatio suspensiva.

191 Si rector beneficij expendit pro reparatione, & prætendit, quòd pensionarius contribuat expensis, vel solutionu subsidij charitativi, vel decimæ Papalis, non datur clausula sine retardatione, nisi pensio sit exempta ab oneribus hujusmodi.

192 Si pensio est imposita per arbitros electos, & successor in beneficio vult eam redarguere de nullitate, & petit causam committi super invaliditate, non conceditur clausula, sine retardatione.

193 Concessâ facultate transferendi pensionem, dummodo intimaretur translatio infra certũ tempus, pensione translatâ, & intimatione non factâ si petitur, committi causam nullitatis vel extinctionis, non datur clausula, sine retardatione.

194 Si pensio fuit reservata alicui uti Clerico, & postea compertum eum esse simplicem laicum, non conceditur clausula, sine retardatione.

195 Si commissio in prima instantia fuit signata sine clausula, datur in secunda instantia clausula, sine retardatione.

196 Si Clericus pensionarius contrahit matrimonium, vel efficitur miles, non datur clausula, sine retardatione, nisi ex dispensatione aut privilegio fuisset illi concessa retentio pensionis.

197 Si fuit imposita secunda pensio, non factâ mentione de prima, secunda est nulla, etiam concessa motu proprio, nec datur clausula, sine retardatione.

198 Si agitur contra œconomum, & simile, non datur clausula, sine retardatione.

199 *Si pensio corruit defectu causæ, seu est nulla ob invaliditatem resignationis, non datur clausula,* sine retardatione.

200 *Clausula,* sine retardatione solutionis pensionis, *operatur ut judex non possit procedere ad ulteriora, nisi pensio fuerit soluta.*

201 *Si ex ventre literarum oritur exceptio evidens non reservationis, nullitatis, vel extinctionis, impediens solutionem, judex potest procedere ad ulteriora, non obstante clausulâ,* sine retardatione.

202 *Clausula* sine retardatione, *semel concessa, durat etiam in sequentibus instantys.*

203 *Si exceptio evidens extinctionis, vel non reservationis pensionis, oritur ex ventre literarum, clausula,* sine retardatione, *semel apposita non durat in sequentibus instantys.*

204 *Si totum negotium principale fuit commissum judici ad quem, clausula,* sine retardatione, *semel apposita nè durat in sequentibus instantys.*

205 *Clausula,* sine retardatione, *datur, ubi literæ Apostolicæ sunt expeditæ pro illarum executione.*

206 *Clausula* sine retardatione, *datur, quando quis est in quasi possessione exigendi.*

207 *Clausula,* sine retardatione, *solutionis pensionis datur in judicio spolij.*

208 *Clausula,* sine retardatione, *datur, nè existens in quasi possessione ex gendi spolietur.*

209 *Clausula,* sine retardatione, *præservat jurisdictionem judici a quo.*

210 *Exceptio oriens ex clausula,* dummodò, *non justificata, non dicitur oriri ex ventre literarum, ad impediendum effectum clausulæ,* sine retardatione.

211 *Contrarium, quòd possit supersederi, donec narrativa justificetur, videtur voluisse Rota.*

212 *Signatura solet aliquando rescribere cum clausula,* sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ.

213 *Signatura solet aliquando rescribere cum clausula,* sine retardatione solutionis pensionis, & sine præjudicio legitimæ exequutionis, arbitrio Rotæ.

214 *Papa concedens Rotæ arbitrium procedendi cum clausula, vel sine, videtur dare facultatem examinandi validitatem literarum reservationis pensionis.*

De Causis Pensionum, Pars secunda, Cap. IX.

1 QUoniam frequenter in Tribunali A. C. agitur de exequutione literarum Apostolicarum, occasione pensionis, A, Ecclesiasticæ super fructibus alicujus Beneficii reservatæ, idcircò præsens Caput in specie de Causis Pensionum hîc subtexere, non abs re visum fuit.

2 Pro Pensionis Ecclesiasticæ consecutione diversimodè, secundùm facti contingentias, procedi solet. Nam si agatur contra eum, qui Pensioni consentiendo, ad illius solutionem se in forma Cameræ obligavit, tunc verificato sal-

tem Clericatu competit via exequutiva, & conficitur processus exequutivus, juxta superiùs tradita in obligatione Camerali, *p. 1. c. 2. & seq.*

3 Animadvertendum in hoc tamen est, quòd si in literis Apostolicis adsit aliqua conditio, vel quid aliud quod justificatione indigeat, literæ sunt inprimis & ante omnia justificandæ, aliàs nunquam ad illarum exequutionem procedi potest.

4 Circumscripta verò Camerali obligatione, si actor est in quasi possessione exigendæ pensionis, potest intentando interdictum retinendæ petere Manutentionem in quasi possessione exigendi, quo casu conficiendus est processus, ut inferiùs generaliter de interdicto retinendæ tradetur, hac eâdem *p. 2. sub c. 12.*

5 Cæterùm si quis in quasi possessione exigendi pensionem existens fuerit illâ spoliatus, vel pro spoliato se habuerit, tunc intentando remedium recuperandæ, processum conficere debet, juxta inferiùs hac eâdem *2. p.* tradita, sub *c. 14. de Interd. recuper.*

6 Quòd si agendum sit contra hæredes Beneficiati, B. pro terminis decursis non solutis, B tunc processus non erit exequutivus, sed ordinarius, & conficietur prout de aliis causis ordinariis inferiùs tradetur in *3. p. c. 2.*

7 Circumscripta verò, nedum obligatione Camerali, sed etiam quasi possessione exigendi, si agendum sit contra eum, qui pensionis reservationi consensit, vel ejus in Beneficio successorem, tunc procedendum erit, ut infrà prævio 8 Monitorio. Quæ omnia † præmissa juxta suos casus procedunt, etiam quando agitur de translatione pensionis, & Monitorium, quasi possessione exigendi ut suprà circumscripta, etiamsi agatur de translatione absque extinctione antiquæ pensionis ad favorem alterius, prout quando habens facultatem transfert pensionem coram Notario & testibus, confici poterit ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, juxta facti contingentiam.

9 De mandato Illustriss. & Reverendiss. Domini A. C. sive R. P. D. N. N. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam N. N. Clerici NN. principasis exponentis, quod aliàs ad favorem N. fuit super fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiæ NN. authoritate Apostolicâ, reservata annua pensio scutorum NN. (quæ fuit translata in dictum Instantem; pensio fuit, ut suprà, translata) prout in literis Apostolicis desuper, sub plumbo, ut moris est, expeditis, tenoris infrascripti, videlicet, *Innocentius,* &c.

Tenore igitur præsentium, supradictæ literæ Apostolicæ, & omnia, & singula supradicta in eis contenta intimentur, C. & notificentur :C NN. & NN. & aliis quibuscunque in exequutione præsentium nominandis, & cognominandis, & ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur, ad majorem cautelam, & aliàs omni meliori modo, necnon.

Moneatur NN. Rector Ecclesiæ NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum sub pœnis 500. ducatorum auri applican. & pro illis mandati exequutivi, & in juris subsidium excom-

excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis, etiam in dictis literis Apostolicis contentis, debeat dicto instanti de omnibus & singulis dictę annuę pensionis terminis decursis, & non solutis, & in futurum decurrendis, in loco, & terminis, ac modo, & formâ in dictis literis expressis, satisfeciſſe, & respondisse, dictasque literas Apostolicas debitæ exequutioni demandâsse, ac suos plenarios effectus sortiri feciſſe, damnaque, expensas, & interesse, præmissorũ causâ & occasione passa, & incursa, & in futurum patien. &c. ac liquidanda refeciſſe, mandatumque exequutivum desuper necessarium concedi, decerni, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, & aliàs omni meliori modo, &c. Deducens, &c. omne jus, &c. implorans, &c. dictisque literis Apostolicis, ac præsentibus nostris monitorialibus paruisse, & de paritione docuisse &c. Alioquin &c.

10 Sed si non agitur de translatione pensionis absque extinctione primæ, sed sumus in casu, in quo pensio primo loco reservata fuit extincta, & ad favorem Translatarii altera de novo creata, Monitorium ut infra super immissione, & aliàs mutatis mutandis, conficiendum est, videlicet:

De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A.C. sive R.P. D.N.N. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. Clerici NN. principalis exponentis, quod aliàs ad ejus favorem fuit super fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiæ NN. authoritate Apostolicâ reservata annua pensio scutorum NN. ad favorem N. qui transtulit in personam d. Instantis, prout in literis Apostolicis desuper sub plumbo, ut moris est, expeditis, tenoris infrascripti, videlicet: *Innocentius*, &c.

Tenore igitur præsentium supradictæ literæ Apostolicæ, si omnia, & singula supradicta in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN. & aliis quibuscunque in exequutione præsentium nominandis, & cognominandis, & ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & aliàs omni meliori modo, &c. necnon:

Moneatur NN. Rector Parochialis Ecclesię NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum sub pœnis 500. ducatorum auri C.A. applic. & pro illis mandati exequutivi, & in juris subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris & pœnis, etiam in dictis literis Apostolicis contentis, debeat d. NN. Translatarium instantem in realem & actualem, quietam, & pacificam possessionem, vel quasi, exigendi d. pensionem translatam, in qua existebat Transferens, immisisse, imposuisse, ac relaxâsse, & immissum manutenuisse, defendisse, & conservâsse, & immitti, manuteneri, & conservari feciſſe, & mandâsse, ac d. NN. Translatario instanti de omnibus, & singulis d. annuæ pensionis terminis decursis, & non solutis, & in futurum decurrendis, in loco, modo, & terminis, & modo, & formâ in dictis literis Apostolicis expressis, satisfeciſſe, & respondisse, dictamque translationem, & literas Apostolicas præfatas debitæ exequutioni demandâsse, & suos plenarios effectus sortiri feciſſe, juxta illarum formam & tenorem: damnaque, expensas, & interesse, præmissorum causâ, & occasione passa, incursa, & in futurum patien. & liquidan. &c. refeciſſe, mandatumque de immittendo, manutenendo, & exequutivum, ac aliud desuper necessarium, & opportunum concedi, decerni, relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse. Deducens, &c. omne jus, &c. & implorans, &c. & aliàs omni meliori modo, dictisque literis Apostolicis, & præsentibus nostris monitorialibus paruisse, & de paritione docuisse, alioquin, &c.

11 Hoc monitorium est personaliter contra Titularem, seu Rectorem Beneficii signanter, super cujus fructibus fuit annua pensio reservata exequendum per unum ex Sanctiss. D.N. Papæ Cursoribus, quo in pede illius de exequutione fidem faciente, adnotatur in actis intimatio, & exequutio ejusdem, his, vel similibus verbis, videlicet:

Pro NN. contra NN.

12 Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiss. D.N. Cursor retulit se ad instantiam NN. intimâsse literas Apostolicas, & personaliter monuisse NN. & aliàs, prout in folio, tenoris, &c, omni, &c.

13 Sed si Monitorium fuit expeditum extra Curiã, tunc illo in partibus per Nuncium personaliter exequuto, unà cum fide illius exequutionis à tergo, reproducitur in actis, ut infià, videlicet:

Pro *NN*, contra *NN*.

14 In officio NN. facto per compulsum, &c reproduxit Monitorium in partibus, ut à tergo illius legitimè contra partem adversam exequutum, prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

15 Exadverso, siquis Monitorium negare voluerit, poterit protestari infra triduum, & sic in termino in Monitorio assignato, ut infra, videlicet:

Pro NN. contra NN.

16 In Officio NN. negando Monitorium, dixit ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, & verificatis verificandis, aliàs, &c. omni, &c.

17 Veruntamen, si Actor ad ulteriora in executione procedere voluerit, & in literis Apostolicis reservationis pensionis, quæ sunt in actis Parte citatâ ad dicendum contra producendę, adsit aliqua clausula, *constito*, vel alia, quæ justificatione indigeat, illa una cum Clericatu pensionarii, erit omninò justificanda, & poterit justificari per Scripturas, & per testes, exhibitis in actis articulis opportunis, citatâ Parte ad dicendum contra Jura, vel contra Articulos juxta superiùs tradita, *p.1.c.1.n.10. & seqq. & c. num. 2. & seqq.* & aliàs per legitima probationum genera.

18 Sed si agatur de translatione pensionis, sunt exhibendæ literæ Apostolicæ reservationis pensionis translatæ, facultas transferendi, & instrumentum translationis, necnon docendum de Clericatu Translatarii, & probanda est Transferentis quasi possessio exigendi pensionem.

Quod

Quòd si Reus Jura, vel Articulos in actis exhibeat, ad suas exceptiones probandas, citatâ
19 parte ad dicendum contra, tunc pro parte Actoris poterit fieri protestatio, non admitti in præjudicium, & Judex tunc jura vel articulos non admittet, nisi cum solita clausula, *sine tamen præjudicio*, &c. juxta superiùs tradita in c. proximo præcedenti, *n.12. & seqq.*

20 Et si fortè Commissarius Camerę aliquo casu sit in causa, erit citandus, & aliàs, ut suprà in eodem capite præcedente, & alias secundùm facti contingentiam erunt circa illa facienda & observanda.

21 Justificatis literis Apostolicis, & probatis probandis, ut suprà, observantur infrascripti quatuor termini, unus post alium, videlicet:

A. C. N.

Citetur NN ex adverso principalis, ad do-
22 cendum, se paruisse literis Apostolicis, ac monitorialibus, illarum virtute emanatis, primò pro prima dilatione, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c. NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, ut suprà, obtinuit servari secundò pro secunda, omni, &c.

A. C. N.

Citetur *NN.* ex adverso principalis, ad docendum se paruisse literis Apostolicis, ac monitorialibus illarum vigore emanatis, secundò pro secunda dilatione, ad p.d. Instante *NN.* principali, sive, &c. N. Notarius.

Decretum.

Petiit ut suprà, & obtinuit servari, tertiò pro tertia, omni, &c.

A. C. N.

Citetur *NN.* ex adverso principalis, ad docendum se paruisse literis Apostolicis, ac monitorialibus illarum virtute emanatis, tertiò pro tertia dilatione, ad p.d. Instante *NN* principali, sive, &c.

Decretum.

NN. Petiit ut suprà, & obtinuit servari quartò pro quarta, omni, &c.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad docendum se paruisse literis Apostolicis, & monitorialibus earum virtute emanatis, quartò pro quarta, & superabundanti dilatione, ad p.d. Instante NN. principali, sive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut suprà, omni, &c.

23 Verùm, si aliquo casu esset ferenda absolutoria pro Reo, tunc sufficeret ad validitatem absolutoriæ servare præfatos quatuor terminos, sed opus esset servare terminos substantiales, prout in aliis Beneficialibus, videlicet, ad libellandum, &c. juxta superiùs tradita hac eâdem *p.2.c.1.lit. I. vers. in causis, n.106.* ut etiam suprà in c. proximo præcedente. n.19. innuimus, deinde ad videndum rei erari, & ad Sententiam, ut inferiùs dicetur *p.1.c.2.n.17. & seqq.*

24 Cæterùm Actor, justificatis literis, & observatis dictis quatuor terminis, ad docendum se paruisse, poterit citare ad Sententiam, ut infrà, videlicet. *A.* C. N.

25 Citetur *NN.* ex adverso principalis, ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, absolvi, Instantem à Censuris, ad effectum, &c. concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum sententiam definitivam in forma ad p.d. Instante *NN.* principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c., & sententiari, prout in cedula; quam Reverendissimus Dominus Locum tenens legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris, &c. super quibus, &c. præsentibus Sociis Testibus, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Tenor Cedulæ contra eum, qui pensioni consensit, vel ejus successorem, etiam ad favorem Translatarii, si pensio antiqua non fuit in translatione extincta, & alia de novo creata, potest confici, ut infrà, videlicet:

Christi nomine invocato. Pro tribunali se-
26 dentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quâ de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ coram Nobis in prima seu vetiori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter NN. Actorem ex una, & NN. modernum Rectorem, & possessorem Beneficii NN. reum conventum partibus ex altera, de, & super solutione annuæ pensionis ducatorum ducentorum auri de Camera ad favorē d. NN. Clerici, super fructibus d. Ecclesiæ & Beneficii auctoritate Apostolicâ reservatæ (*vel ad favorē NN. alias super fructibus dictæ Ecclesiæ, authoritate Apostolicâ reservatæ, & deinde in personam dicti NN. Actoris translatæ*) illiusque terminis decursis, & non solutis, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latiùs deductis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. Rectorem & possessorem d. Beneficii sententias, Censuras, & pœnas in literis Apostolicis reservationis dictæ pensionis, de quibus in actis contentas, ob illarum non paritionem, ac ejusdem pensionis, illiusque terminorum decursorum non solutionem damnabiliter incurrisse, ac in eis incidisse, ipsumque uti excommunicatum, & declaratum, ab omnibus Christi fidelibus arctiùs evitandum, literasque declaratorias, in forma solita & consueta, ac Instrumentum desuper necessarium, & opportunum, mandatumque exequutivum pro dictis terminis decursis, & non solutis, concedimus, decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

27 Latâ sententiâ, statim in Curia expeditur mandatum exequutivum, necnon Cedulonus, tenoris sequentis, videlicet:

Mandatum exequutivum.

De mandato Illustrissimi & Reverendiss. D.
28 A.C. sive R.P.D. NN. ejus in civilibus Locum-

tc-

tenentis, & ad instantiam NN. Clerici principalis creditoris NN. in scutis NN. tenore præsentium.

Auferantur de bonis, de domo, vel aliundè D. NN. rectoris, ac possessoris beneficii NN. exadverso principalis, bona valoris scutorum NN. monetæ debitorum pro terminis decursis non solutis annuæ pensionis, occasione de qua in actis unà cum juliis NN. pro expensis præsentis mandati, ablataque deponantur, ut moris est, ut subhastentur, si extent; sin minus, capiatur idem, & captus carceretur, & non relaxetur, donec, &c. quoniam ipso citato, in vim sententiæ latæ in executionem literarum Apostolicarum, de quibus in actis, Reverendiss. D. ita mandavit hac die, &c.

N. Notarius, Locus † sigilli, N. locumtenen.

Ad cujus mandati exequutionem proceditur juxta superiùs tradita *in prima p. c. 6. & seq. c. 14. & sequenti.*

Cedulonus

29 Dominus NN. Rector Ecclesiæ NN. hic, authoritate Apostolicâ denunciatur excommunicatus, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in literis Apostolicis contentas, ob illarum non paritionem, & terminorum pensionis, de qua in actis, decursorum non solutionem, damnabiliter incurrisse, & incidisse declaratus, & aliàs prout in actis, instante NN. Clerico NN. principali, sine &c.

N. Notarius. Locus † sigilli. N. Locumtenen.

30 Sed si exequutio est facienda extra Curiam, expeditur mandatum exequutivum, necnon instrumentum Declaratoriæ unico contextu, ut infrà, videlicet:

31 Christophorus Vidman utriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, Protho-notarius Apostolicus, necnon causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, sententiarum quoque & Censuratum tam in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcunque universalis, & merus executor ab eodem Sanctiss. specialiter deputatus. Universis & singulis Dominis Abbatibus &c. salutem in Domino, & nostris hujusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quòd lite, & causâ coram Nobis inter NN. Clericum NN. actorem ex una, & NN. rectorem, & possessorem beneficii NN. reum conventum ex altera partibus, de, & super annua pensione ducatorum NN. ad favorem dicti NN. Clerici super fructibus d. Ecclesiæ, & beneficii NN. author. Apostol. reservata, illiusque terminosum non solutorum solutione, literarumque Apostolicarum paritione, ac exequutione, rebusque aliis, &c. introducta, exequuto Monitorio contra dictum NN. relatione facta, & proillius, ac literarum Apostolicarum verificatione, pro parte dicti NN. Clerici NN. exhibitis nonnullis juribus, & articulis, examinatisque testibus, servari servandis, ac terminis de stylo Curiæ servari solitis, tandem R. P. D. NN. utriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, ac noster in Civilibus Locumtenens, dicto NN. exadverso principali, per unum ex Sanctissimi D. N. Papæ Cursoribus ad omnes & singulos actus præcedentes, ac denique ad sententiam citato, visis videndis ad favorem dicti NN. Clerici, & Pensionarii principalis, contra dictum NN. suam in scriptis promulgavit sententiam, tenoris videlicet,

Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, &c. Quam quidem præinsertam sententiam, & omnia, & singula supradicta vobis omnibus, & singulis intimamus, & insinuamus, ac notificamus, & ad vestram, & vestrum cujuslibet notitiam deducimus per præsentes, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætendatis, vosque omnes supradictos, tenore præsentium, monemus, & requirimus, vobis verò aliis supradictis justitiæ Ministris committimus, & mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & post quàm pro parte D. NN. Clerici NN. & Pensionarii principalis, præsentium vigore, fueritis requisiti, seu aliquis vestrûm fuerit requisitus, præfatum NN. Rectorem Ecclesiæ, seu beneficii NN ad integrè prædicto NN. Clerico persolvendum scuta NN. pro terminis decursis, & non solutis, dictæ annuæ pensionis juxta formam & tenorem dictarum literarum Apostolicarum, ac sententiæ præfatæ, unà cum juliis NN. pro expensis præsentis mandati, per bonorum ejusdem ablationem, subhastationem, ac deliberationem, si extent; sin minus per ejus personę carcerationem, omninò compellatis, ac persolvi & satisfieri faciatis, prout Nos, quantum possumus, compellimus, ac compelli, persolvi, ac integrè satisfieri mandamus, & nihilominus dictum NN. Rectorem dicti beneficii NN. ut supra excommunicatum, & declaratum in vestris Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis, aliisque locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel Superiore nostro desuper habueritis in mandatis, lecta, lata, &c. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

32 Verùm si antiqua pensio fuit in translatione extincta, & alia de novo creata, Cedula sententiæ erit conficienda super immissione, ut infrà, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet,

33 Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quâ de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis quæ coram Nobis in prima seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia: inter NN. Clericum NN. Actorem ex una, & NN. Rectorem, & possessorem Parochialis Ecclesiæ NN. reum conventum partibus ex altera, de, & super immissione in possessionem, vel quasi exigendi annuam pensionem ducatorum NN. auri de Camera aliàs ad favorem NN. Clerici NN. super fructibus

dictæ Parochialis Ecclesiæ, authoritate Apostolicâ reservatam, ac proinde in persona dicti NN. Actoris eâdem Apostolicâ authoritate translatam, illiusque terminorum decursorum, & non solutorum solutione, rebusque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictam translationem pensionis, & literas Apostolicas desuper expeditas, fore & esse exequendas, & pro illarum exequutione d. NN. translatarium immittendum fore, & esse in possessionem, vel quasi exigendi d. pensionem, ut supra translatam, illiusque terminos decursos, & non solutos, & immissum manutenendum, defendendum, & conservandum, mandatumque de immittendo, manutenendo, necnon exequutivum pro terminis decursis non solutis, decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, & ita dicimus, sententiamus, & declaramus non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Item pari nostrâ sententiâ dicimus, pronunciamus, & sententiamus, ac declaramus, dictum NN. Rectorem & possessorem dictæ Parochialis Ecclesiæ, sententias, censuras, & pœnas in litteris Apostolicis reservationis & translationis dictæ pensionis, de quibus in actis, contentas, ob illarum non paritionem, ac ejusdem pensionis, illiusque terminorum decursorum non solutionem damnabiliter incurrisse, ac in eis incidisse, ipsumque uti excommunicatum, & declaratum ab omnibus Christi fidelibus arctius evitandum, literasque declaratorias in forma solita & consueta, ac instrumentum desuper necessarium & opportunum concedimus, decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, & declaramus non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo. &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

34 Cujus quidem sententiæ virtute, ex quo in hac materia literarum Apostolicarum non datur appellatio saltem suspensiva, nisi pars adversa obtineat à Præfecto signaturæ, mandari supersederi, juxta praxim, de qua suprà *par. 1. cap. 1. num. 19.* potest expediri mandatum de immittendo, & exequutivum, ac Cedulonus, ut infrà, videlicet:

35 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. N. in ejus Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. Clerici N. Translatarii pensionis ducatorum NN. alias super fructibus Ecclesiæ N. authoritate Apostolicâ reservatæ principalis, tenore præsentium.

Mandatur vobis exequutoribus, & subexequutoribus Curiæ nostræ, & aliis, ad quos spectat, &c. quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub 100. ducatorum auri, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis d. NN. ad cujus favorem fuit authoritate Apostolicâ translata d. annua pensio fructuum N. in realem, actualem, & corporalem possessionem, vel quasi, exigendi d. pensionem, illiusque terminos decursos, & non solutos, juriumque, & annexorum quorumcunque immisisse, induxisse, & imposuisse, ac immissum, inductum, & impositum manutenuisse, defendisse, & conservâsse, ac de terminis d. pensionis decursis, & non solutis, ac decurrendis suo loco & tempore respondisse, satisfecisse, & responderi, ac satisfieri fecisse, & mandâsse. Necnon in præmissorum exequutionem, auferatis de bonis, de domo, vel aliunde D. NN. Rectoris ac possessoris dictæ Parochialis Ecclesiæ NN. bona valoris ducatorum NN. auri de Camera debitorum d. NN. Translatario instanti, pro terminis decursis, non solutis dictæ annuæ pensionis, de qua in actis, unà cum juliis NN. pro Expensis præsentis mandati, ablataque deponatis, ut moris est, ut subhastentur, si extent; sin minus, capiatis eundem, & captum carceretis, & non relaxan, donec, &c. quoniam, ipso citato in vim sententiæ latæ in exequutionem literarum Apostolicarum, de quibus in actis, Reverediss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius, Locus † Sigilli, N. Locumten.

Ad cujus mandati exequutivi ulteriorem exequutionem proceditur juxta superiùs tradita *p. 1. c. 6. & seq. & c. 14. & seq.*

Cedulonus verò expediri poterit juxta formulam superiùs traditam, *num. 29.*

Quòd si exequutio sit facienda extra Curiam, expeditur mandatum de immittendo, & exequutivum, tenoris sequentis, videlicet:

36 Christophorus Vidman utriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, Protonotarius Apostolicus, necnon causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, sententiarum quoque & Censurarum tam in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcunq; universalis, & merus executor ab eodē sanctiss. D. Papa specialiter deputatus. Universis & singulis RR. DD. Abbatibus &c. salutem in Domino, & nostris hujusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quòd lite, & causâ coram Nobis inter NN. actorem ex una, & NN. rectorem, & possessorem Parochialis Ecclesiæ NN. reum conventum, ex altera partibus, de, & super immissione in possessionem, vel quasi, exigendi annuam pensionem ducatorum N. auri de Camera aliàs NN. super fructibus Ecclesiæ præfatæ ad favorem N. N. authoritate Apostolicâ reservatam, ac deinde ad favorem dicti NN. Actoris, eâdem Apostolicâ authoritate translatam, illiusque terminorum decursorum & non solutorum solutione, literarumque Apostolicarum paritione, rebusque aliis, &c. introducta in prima instantia, exequuto Monitorio contra dictum NN. relatione facta, & pro illius, ac literarum Apostolicarum verificatione ac justificatione, pro parte dicti NN. Clerici, ac Translatarii, exhibitis nonnullis juribus, & articulis, examinatisque testibus, servatis servandis, ac terminis de stylo Curiæ servari solitis, tandem R. P. D. Angelus, utriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ferendarius , ac noſter in civilibus Locumtenens, dicto NN. exadverſo principali , per unum ex Sanctiſſimi D.N. Curſoribus, ad omnes & ſingulos actus præcedentes, & denique ad Sententiam citato, viſis videndis, &c. ad favorem dicti NN. Translatarii principalis contractum NN. ſuam in ſcriptis promulgavit ſententiam, tenoris videlicet:

Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſedentes, &c.

Quam quidem præinſertam Sententiam, & omnia ſupradicta vobis omnibus & ſingulis intimamus, & inſinuamus, & ad veſtram, & cujuslibet veſtrum notitiam , deducimus per præſentes , ne de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendere valeatis , &c. Volque omnes ſupradictos tenore præſentium, monemus & requirimus; vobis verò aliis ſupradictis juſtitiæ Miniſtris committimus & mandamus , quatenus ſtatim viſis , & receptis præſentibus, & poſtquàm pro parte dicti NN. Clerici NN. Translatarii principalis , præſentium vigore fueritis requiſiti , ſeu aliquis veſtrùm fuerit requiſitus , eundem NN. Translatarium in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem, vel quaſi exigendi d. annuam penſionem , illiuſque terminos non ſolutos, ac jurium, & annexorum quorumcunque, immittatis, inducatis, & imponatis, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manuteneatis, defendatis, & conſervetis, ac de terminis dictæ penſionis decurſis, & non ſolutis , ac ſuis loco & tempore decurrendis reſpondeatis, ſatisfaciatis , ac reſponderi ac ſatisfieri faciatis. Necnon præfatum NN. rectorem, & poſſeſſorem dictæ Parochialis Eccleſiæ NN. ad integrè prædictu NN. Clerico Translatario perſolvendum ſummam ducatorum NN. auri de Camera, pro terminis decurſis, & non ſolutis dictæ annuæ penſionis, juxta formam & tenorem dictarum literarum Apoſtolicarum , ac ſententiæ præfatæ , unà cum juſtis NN. pro expenſis præſentis Mandati , per bonorum ejuſmodi ablationem, & ſubhaſtationem, & deliberationem, ſi extent; ſin minus, per ejus perſonæ carcerationem omninò compellatis, ac perſolvi & ſatisfieri faciatis , prout Nos, inquantum poſſumus, compellimus, & compelli, perſolvi, ac integrè ſatisfieri mandamus. Et nihilominus dictum NN. Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ, ut ſuprà excommunicatum, & declaratum in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis, alniſque locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel Superiore noſtro de ſuper habueritis in mandatis. Lata, data, &c. In quorum, &c. Datum, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

37 Cæterùm ſi quis ſenſerit ſe gravatum , & à ſententia ſuperiùs lata appellare voluerit, quia cùm agatur de literarum Apoſtolicarum executione, Appellatio ſuſpenſiva non datur, opus erit ad executionem impediendam, adire Præfectum Signaturæ pro Superſeſſoria, & deinde plenam Signaturam pro Commiſſione appellationis ad utrumque effectum, allegatis rationibus opportunis, ut generaliter de exequutione literarum Apoſtolicarum in proximo præcedente capite dictum fuit, *verſ. Ad hoc autem. n.* 148. & latius de obtinenda Superſeſſoria, ac adeunda Signatura, diximus ſuprà *par. 1. cap. 13. de Appell. ſub. n. 19. & ſeqq.*

Appellatio verò infrà decem dies, & ſic infra legitima tempora juxtà pariter tradita *d. par. 1. c. 13. n. 2. & ſeqq.* eſt interponenda , & prout in Cedula appellari poterit coram Judice à quo, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

38 Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prærenſa ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab ea, ac omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui Dominus dedit refutatorios in forma, omni &c.

Tenor Cedulæ.

39 A quadam aſſerta Sententia ad prætenſum favorem NN. ut dicitur per R.P.D. N.N.A.C. Locumtenentem lata, de, & ſuper immiſſione in penſionem, vel quaſi aſſertę penſionis, rebuſque aliis, &c. Procurator, & eo nomine, ſentiens ſe læſum, & gravatum , & timens impoſterum magis lædi, & gravari, &c. ab illa, & aliis gravaminibus, totoque proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam X. ejuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè, ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione ac toto ulteriori proceſſu iterum, & toties quoties, ut ſuprà, provocat, appellat, & de nullitate dicit, ita ut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari, aliàs de nullitate, & attentatis proteſtans &c. non ſolùm ut ſuprà, ſed omni meliori modo &c.

Commiſſio verò in plena Signatura proponenda, ut infrà, & aliàs ſecundùm facti contingentiam mutatis mutandis, confici poterit, videlicet:

Romana.

40 Beatiſſime Pater. Introducto judicio coram A.C. ad inſtantiam NN. aſſerti Clerici N. Adverſarii contra devotum S. V. Oratorem NN. Rectorem Parochialis Eccleſiæ NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi aſſertam annuam penſionem, aliàs, ut dicitur, ad favorem NN. ſuper fructibus dictæ Parochialis cum clauſula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, reſervatam, & in perſonam dicti NN. Adverſarii, ut aſſeritur, translatam, illiuſque terminorum ſolutione, rebuſque aliis, &c. idem Judex dictâ clauſulâ, *dummodo*, non juſtificatâ, nec docto ſufficienter de Adverſarii Clericatu, literiſque Apoſtolicis originalibus nullatenus exhibitis, ad favorem ejuſdem NN. Adverſarii, minus nulliter, quàm injuſtè ſententiavit, ac Declaratori am promulgavit, Manda-

tumque de immittendo, & exequutivum, ac litteras declaratorias contra eundem Oratorem decrevit, & relaxavit, ob id idem Orator ad Sanctitatem V. appellavit, & de nullitate dixit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de jure, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui ex S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditoribus, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, &c. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque Statum, &c. pro plenè &c.

D 41 Solerque Signatura D. in his casibus rescribere cum clausula, *sine retardatione solutionis pensionis*; sed si literæ Apostolicæ non essent justificatæ, vel sententia esset notoriè nulla, vel injusta, rescribit pro appellatione simpliciter, & aliàs, prout in capite proximo præcedente generaliter in materia Literarum Apostolicarum dictum fuit, *sub n. 50. & seqq.*

OBSERVATIONES.

A 42 PEnsio duobus potissimùm modis usurpatur, seu accipitur. Primò, pro ea, quam quis consequitur ex re propria, prout ex locatione domûs, vel alterius rei ad tempus, vel ex emphiteusi in perpetuum, de qua in *l. Si tibi. & l. Si fundum.* & *tot. tit. ff. locat.* & de hac in præsenti non agitur.

43 Secundò, pensio usurpatur seu accipitur pro ea, quam quis consequitur ex re aliena, prout est pensio Ecclesiastica, quam quis consequitur ex fructibus Beneficii relignati, vel ab altero impetrati, vel obtenti, de qua per *Gambar. de offic. & potest. Leg. lib. 6 sub tit. de Pens. nu. 12. & seqq.* & de hac agitur in præsenti.

44 Dicitur autem pensio à pendeo, pendes: quia solvitur, cùm pendere sit solvere, & pensio quasi solutio, *l. Si legatum. ff. de ann. leg. l. 1. ff. de agr. vectiga. Gambar. de offic. & potest. Leg. lib 6. tit. de Pension. n. 19 & seqq.*

45 Et fuit introducta pensio de jure Pontificio, non autem de jure divino: fuit etenim inventa à Summis Pontificibus ex rationabili causa, ut latè tradit *Gig. de Pens. q. 2. n. 1. & seqq.*

46 Ratio verò, ob quam pensio fuit introducta, fuit publica utilitas, ut ex Beneficio pingui plures Clerici alerentur, *Gambar. de offic. & potest. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 68. n. 87. & seqq. n. 102. & seqq. n. 111. & seqq. Duran, dec. 67. n. 1.*

47 Est autem pensio certa portio ex mensa, vel Beneficio ex causa ad tempus, non in perpetuum separata, *Gig. de pens. q. 1. n. 1.* & alii, quos refert *Gambar. de offic. & potest. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 6.*

Verùm, quoniam hæc definitio non transit sine difficultate, pensionem esse annuam præstationem impositam Beneficio super proventibus illius perpetuò; vel ad tempus, ex qualitate causæ definivit, *Gambar. in d. tract. de offic. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 12.*

48 Et est duplex, ut ex dicta definitione colligitur: nam alia est temporalis, alia perpetua; Temporalis est illa, quæ datur ad tempus ex redditibus Beneficii: perpetua verò, quæ perpetuò datur, prout quando ex redditibus alicujus Beneficii assignatur pensio alteri, ut ex illa Rector vivere possit, de qua in *cap. Extirpanda, §. cum igitur, & §. qui verò, de præb. cap. 1. de præb. in sexto. Gambar. d. tit. de pens. n. 68.*

49 Rursus, pensio alia est licita, & alia illicita. Licita est illa, quæ reservatur super fructibus Beneficiorum fraude cessante, & quandoque assignatur ex causa lucrativa, prout si Papa illam assignet alicui, ut commodiùs vivere valeat; quandoque pro servitio impendendo, prout pro pulsandis campanis, aperiendis foribus Ecclesiæ, & hujusmodi: quandoque datur in titulum Beneficii, ut quando certa portio extrahitur ex Beneficio pingui, ut deinceps sit Beneficium perpetuum: quandoque tandem datur loco Beneficii ex causa onerosa, ut ex causa cessionis juris, resignationis, extinctionis, litis, & hujusmodi, latè *Gig. de pens. q. 3. n. 1. & seqq. & q. 4. per tot.*

50 Illicita verò pensio est illa, quæ reservatur in fraudem sacrorum Canonum, prout ad favorem incapacis, vel sine authoritate Superioris, vel nimis onerosa Rectori, seu quæ Ecclesiam, ob fructus illius diminutos, nimis incipit gravare, vel quæ ex falsa causa assignatur, vel si quis renunciet Beneficio cum hoc pacto expresso, ut pensio sibi reservetur; hoc enim esset simonia; secus si non fuerit factum pactum expressum, sed tantùm cogitatum, & tractatum, prout in resignationibus Beneficiorum, quæ quotidie fiunt in manibus Papæ, fieri consuevit, latè *Gigas de pens. q. 5.*

51 Cæterùm, ad hoc ut pensio Ecclesiastica super fructibus Beneficii reservari possit, plura requiruntur, signanter autem: Primò requiritur
52 potestas in Reservante: † unde cùm Papa, ob ejus latissimam, & omnimodam potestatem, quam habet in Beneficialibus, *cap. Proposuit, de concess. præben. cap. 2. de præb. in sexto. Rota dec. 642. n. 2. & dec. 689. n. 1. par. 4. divers.* sit Beneficiorum dominus, nullum dubium est, quòd
53 ipse possit † constituere pensionem super fructibus Beneficii, etiam sine causa de potestatis plenitudine, *Gigas de pens. quæst. 6. num. 1. & seqq. & num. 17. Duran. dec. 324. num. 23.*

54 Sed hoc primò non procedit de potestate ordinaria, nam tunc non potest imponere pensionem sine causa, *Gig. de pens. d. q. 6. n. 7.*

55 Secundò, non procedit in Inferiore à Papa prout est Legatus à Latere, vel Episcopus: hi enim inferiores non possunt sine causa constituere

tuere pensionem perpetuam, vel ad tempus, *Gonzal. ad reg. 8. Glos. 5. §. 5. n. 27. & seqq. Gambar. de offic. & potest: Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 90. & seqq. Rota dec. 302. n. 3. part. 2. recent.* Sed benè cum causa, & pro bono pacis, *Gig. de pens. q. 6. n. 4. & n. 18. Gonzal. d. Glos. 5. § 5. n. 21. & seqq. Gambar. d. tit. de pens. n. 77. & seqq. Rota dec. 166. n. 5. par. 2. recent.*

56 Causæ verò justæ imponendi pensionē sunt septem, videlicet: Prima, paupertas, ne Clericus, in opprobrium Ordinis Clericalis, cogatur mendicare, vel ut commodiùs consanguineus Episcopi literis incumbere valeat, *cap. Relatum, de testam. cum alijs prælegatis.* Secunda, necessitas, prout quando Ecclesia indiget aliis Ministris: potest enim tunc Episcopus ex Ecclesiæ redditibus illis constituere pensiones. Tertia, subrogatio, prout si quis non potest Ecclesiæ unitæ inservire, cogitur enim tunc in ea Vicarium constituere, qui ejus curam gerat. Quarta, servitium, quod quis merè & liberaliter Ecclesiæ impendit. Quinta, titulus, quando quis ordinatur ad titulum Beneficii alterius ipso permittente, ut promotus possit ali, constituitur illi pensio ex fructibus Beneficii. Sexta, dimissio, prout quando quis dimittit, vel renunciat Beneficium, vel cedit juri, vel liti. Septima, reservatio, quando ab initio Domans Ecclesiæ sibi reservet pensionem, latè *Gambar. d. lib. 6. tit. de pens. n. 100. cum pluribus seqq. Gonzal. d. Glos. 5 § 5. n. 27. & seqq.*

57 Secundò, requiritur capacitas Pensionarii: nam si est incapax, nihil agitur, ex infrà allegandis.

58 Primò autem est incapax pensionis Excommunicatus ante absolutionem, & ob id de stylo Curiæ in literis pensionum semper solet apponi clausula à quibuscunque excommunicationibus, &c. aliisque, &c. si quibus, &c. ad effectum, &c. absolventes, & absolutum fore censentes, *Gig. de pens. q. 14. n. 9.* quòd excommunicatus sit incapax reddituum Ecclesiasticorum, dixit etiam *Rota in Pacen. pensionis, 20. Novemb. 1609. coram bo. me. Card. Marcomontio.*

59 Secundò, purus laicus est incapax pensionis Ecclesiasticæ, *Gig. de pens. q. 22. n. 14. Gambar. offic. & potest. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 337. Rot. dec. 12. n. 4. & seqq & n. 38. & seqq par. 5. re-*

60 *cent.* De stylo namque Curiæ † non reservatur pensio, nisi capacibus Beneficiorum, *Gambar. d. lib. 6. tit. de Pens. n. 241. & n. 337. Ferentill. ad Buratt. dec. 790. n. 5.*

61 Et ob id si fuerit alicui reservata pensio, uti Clerico, si ille tempore reservationis non erat Clericus, pensio erit nulla, *Gig. de pens. q. 22. n. 8. & n. 14. Rot. dec. 20. par. 3. lib. 3. divers. & in Terulen. Pensionis, 15 Novembris 1596. coram bo. mem. Penia*, etiam si postea Clericus efficiatur, *Rot. dec. 108. part. 3. lib. 3. divers.* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Buratt. d. dec. 791. n. 1. & seqq.*

62 Sed concluso, quòd laicus sit incapax pensionis, Primò, non procedit de jure communi, nam eo jure inspecto laicus est capax pensionis temporalis, etiam si sit uxoratus, *Gig. de pens. q. 21. nu. 1. & seqq. Rota. dec. 50 nu. 22. par. 5. recent. Ferentill. ad Buratt. dec. 791. n. 5.*

63 Pensio namque licèt dicatur Ecclesiastica, videtur nihilominus quid merè temporale, distinctum ab ipso beneficio, nihil habens spiritualitatis, *Gigas de pens. q. 13. n. 2. Gonzal. super reg. 7. Gloss. 5. §. 5. n. 25. Rota dec. 12. n. 1. in fin.*

64 *p. 4 recent.* Est tamen quid spiritualitatis † annexum, & ob id pater in hujusmodi pensionibus, seu bonis filii nullam habet à lege administrationem, *c. fin. de Iud. in 6. Rot. dec. 585. nu. 3. par. 4. recent.*

Sed post Bullas *Pij V.* & *Sixti V.* obligantes Pensionarium ad Officium B. Mariæ Virginis, & ad Clericatum, pensio dicitur res Ecclesiastica, & de ea idem judicatur, quod de Beneficio, plenè *Garz. de Benef. par. 1. c. 5. nu. 8. 17. & seqq. Filiuc. de pens. c. 1. n. 17. Cavaler. dec. 180. n. 1.*

65 Secundò non procedit, quando Papa reservavit alicui pensionem uti laico, quod facere potest, *Gig. de pens. q. 21. Gambar. d. lib. 6 tit de pens. n. 537. Rota in d. Terulen. pensionis, 15. Novembris 1596. coram bo. me. Penia.*

66 Sed in dubio quia Papa solet reservare regulariter pensiones tantùm Clericis, non præsumeretur voluisse illam alicui, ut laico reservare, *Gig. de pens. q 22. nu. 14. Rota in Terulen. pension. 15. Novemb. 1596. coram bo. me Penia.*

67 Tertiò non procedit, quando pensio fuit alicui reservata ob paupertatem, vel ob benemerita, , tunc enim valet reservatio facta à Papa motu proprio, etiam si fuerit ei reservata uti Clerico, *Gig. de pens. q. 22. in princ. & n. 1. & seq.*

68 Quartò non procedit in Equite Hierosolymitano, in quo pensio sustinetur, etiam si non sit Clericus, vel Clericatus non probetur, *Rota dec. 645. n. 6. par. 1. recent.*

69 Quintò non procedit in Milite Lauretano, qui etiamsi sit merus laicus, potest obtinere pensiones usque ad summam ducentorum ducatorum, *Sixtus V. Const. 16. Romanum, secundum antiq. impress.*

70 Tertio, Bigamus est incapax pensionis, *Rota dec. 519. n. 5. par. 2. & dec. 12. n. 26. par. 5. recent. Beltram. ad Greg. dec. 516. n. 16. Ferentill. ad Buratt. dec. 791. n. 11.*

71 Sed hoc primò non procedit, quando pensio Ecclesiastica fuit alicui reservata uti laico, *Rota dec. 12. n. 39. p. 5. recent.*

72 Secundò non procedit, quando qui cū vidua contraxit, adhuc per copulam carnalem matrimonium non consummavit, *c. debitum, de Bigam. Rot. dec. 515. n. 5. p. 2. recent. cum alijs cumulatis, per Ferentill. ad Burat. dec. 971. n. 1. & seqq.*

73 Tertiò, non procedit in Equite S. Stephani, qui etiam bigamus potest obtinere pensiones usque ad summam ducentorum ducatorum, *Sixtus V. Const. 104. Circumspecta, secundum nov. impress* quinimò usque ad summam ducatorum quadringentorum, *Paul. V. Const. 46. Dum generosa.*

74 Quartò non procedit in Clerico bigamo dispensato, *Rot. dec. 12. n. 28. & seqq. & n. 41. p. 5. recen. Ferent. ad Burat. dec. 791. n. 9. & seqq.*

Quintò, Clericus conjugatus est incapax pen-

75 sionis Ecclesiasticæ, nisi fuerit dispensatus, *Burat. d. c. 385. n. 4. & dec. 991. n. 1.*

76. Sed

76 Sed hoc primò non procedit in milite SS. Mauritii & Lazari, qui etiam conjugatus cum unica tantùm & virgine, potest retinere pensiones usque ad summam ducatorum quadringentorum, *Clem. VIII. constit. 102. §. 13. Decet, secundùm novam impress.*

77 Secundò non procedit, quando pensio fuisset ei assignata, uti laico, *Rot. dec. 12. n. 39. par. 5. recent. cum alijs allegatis, supra, vers. Secundò purus laicus, in secunda fallentia, n. 65.*

78 Quintò, filius illegitimus Clerici est incapax pensionis super fructibus Beneficii paterni, *Concil. Trid. sess. 25, c. 15. de reform. Buratt. dec. 53. n. 3. Rota in Cæsaraugustana pensionis 18. Junij 1590 coram bo. me. Gypsio.*

79 Sed hoc primò non procedit in pensione reservata ante Concilium, *Rot. in d. Cæsaraugustana pensionis, coram bo. me. Gypsio.*

80 Secundò, non procedit in pensione, quam habet & possidet Pater Clericus habens facultatem transferendi pensiones, quia potest illam transferre in filium etiam illegitimum, cùm dispositio Concilii procedat tantummodo, quando pensio reservatur super Beneficio, quod habuit Pater, *Paris. de R. sign. lib. 6. q. 4. num. 21. & seq. Gonzal. super reg. 8. glos. 5. §. 5. n. 22. & seq.*

81 Sextò, Illegitimus regulariter est pensionis incapax, *Gig. de pens. q. 16. Gambar. de offic. & potest. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 284. Coccin. dec. 31. n. 8. Duran. dec. 117. n. 1.*

82 Sed hoc procedit ratione Clericatûs, secus si illegitimus fuerit præviâ dispensatione, effectus Clericus, tunc enim est pensionis capax secundùm opinionem, quam servat Rota, *Gonzal. super reg. 8. glos. 5. §. 5. n. 24. Rot. dec. 425. n. 1. p. 1. divers. & dec. 12. n. 2. par. 4. recent. Coccin. dec. 312. n. 8. Duran. dec 143. n. 1. & seq.*

83 Secundò, non procedit in Equite S. Stephani, qui etiam illegitimus potest retinere pensiones usque ad summam quadringentorum ducatorum, *Paul. V. Const. 46. Dum generosa.*

84 Septimò, Mulier quoque est incapax pensionis, nisi sit pensio, quæ detur ob benemerita, illius enim mulier est capax, prout Abbatissatus, Prioratus, & hujusmodi officiorum, quæ dantur mulieribus, *Gambar. de offic. & potest. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 281.*

85 Octavò, Fratres Tertii Ordinis, cùm non sint Clerici, sunt pensionis incapaces, nisi pensio eis detur ob servitia, & benemerita, quia tunc sunt capaces, prout quilibet laicus, *Gambar. d. lib. 6. tit. de pens. n. 287. & seq.* Non enim capacitas

86 † pensionis elicitur ex solo Clericatu, sed etiam ex pia & rationabili causa, prout ex meritis pensionarii, ex utilitate Ecclesiæ, ex diremptione litis, & bono pacis, *Rota dec. 38. n. 11. & n. 50. p. 6. recent.*

87 Cæterùm Infans pensionis capax, *Rot. dec. 549. nu. 6. p. 2. recent.* ubi quòd ita fuit resolutum, abàs in *Veneta pensionis 10. Aprilis 1573. coram bo. me. Robust. 10, & Catanien. Pensionis 4 Maij 1583. coram bo. me. Gypsio. Buratt. dec. 53. n. 5. & ibi Ferentill. lit. C.*

88 Si tamen infanti reservaretur pensio cum narrativa, *Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia*, &c. quæ non cadunt in infantem, & sub qua narrativa pensio solet assignari majori, nullâ factâ mentione ætatis infantilis, esset subreptitia, licèt aliàs infantilis ætatis expressio non sit necessaria, *Buratt. d. dec. 56. n. 4. cum alijs præallegatis.*

89 Et conclusio, quòd hujusmodi expressio ætatis infantilis non requiratur, videtur procedere, sive infans fuerit anteà dispensatus ad Clericatum, quo casu ei assignaretur pensio uti Cle-

90 rico, juxta tradita per *Gig. de pens. q. 3. n. 4.* sive † ei fuerit reservata uti laico, cùm tunc non sit de essentia ætas septennii, quæ requiritur ad suscipiendam primam Tonsuram, & sic esset ratio, ob quam infans aliquo modo potest dici incapax illius prout Beneficii Ecclesiastici, ut per eundem *Gig. d. q. 13. nu. 2. & seq.*

91 Tertiò requiritur, quando reservanda est aliqua pensio super Beneficio de jurepatronatûs laicorum, quòd in reservatione fiat mentio ejusdem juris patronatûs, quia Papa haud facilè solet hujusmodi Beneficia pensionibus gravare, *Gig. de pens. q. 24. n. 4. Rota dec. 902. num. 2. par. 4. divers.*

92 Si autem in hujusmodi reservatione fuerit de jurepatronatus laicorum facta mentio, potest Papa super Beneficio juris patronatus etiam sine consensu patroni reservare pensionem, *Gig. de pens. q. 23, n. 8. Gambar. de offic. & potest. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 94. & seqq. Cassad. ad dec. 3. nu. 4. de Iurepatr. Seraph. dec. 1264. nu. 1. Rota dec. 689. n. 2. & dec. 902. n. 1. par. 1. divers.*

93 Sed si Papa Juris patrona ûs notitiam non habuerit, reservatio pensionis sine consensu patroni non valebit, *Gig. de pens. d. qu. 24. num. 4. Gamb. d. lib. 6. tit. de pens. n. 94. & seqq. Rota d. dec. 689. n. 2. & dec. 902. n. 2. p. 4. divers.*

94 Veruntamen pensio in esse constituta plures, & diversos operatur effectus, signanter autem cùm sit onus reale, *Gig. de pens. qu. 39. n. 1. & q. 47. n. 2. Buratt. cons. 361. n. 2. lib. 4. Rota dec. 179. n. 3. & dec. 291. n. 2. p. 2. & dec. 407. n. 2. p. 3. & dec. 56. n. 24. par. 5. recent. Gregor. dec. 307. nu. 8. Burat. dec. 445. nu. 8.* sequitur quemcumque fructuum perceptorem, *Gig. de pens. q. 39. Rota d. dec. 176. n. 3. par. 2. & dec. 407. n. 2. par. 3. recent. Duran. dec. 369. n. 1.* quinimò etiam sequitur quemcunque Decretorem, prout videmus in Oeconomo, Camera, & Capitulo, qui etiam si non sint successores Defuncti, cùm tamen percipiant fructus, tenentur ad solutionem pensionum, ut sæpè visum fuit in diversis casibus, & testatur *Rota d. dec. 291. n. 2. p.*

95 *2. recent.* & quòd † quando Camera, vel Oeconomus percipit fructus, teneatur etiam ad pensionis solutionem, tradit *Gig. de pens. q. 65. Buratt. cons. 361. n. 24. lib. 4. Paris. de resig. lib. 14. q. 8. n. 23. Coccin. dec. 327. n. 1. Buratt. dec. 669.*

96 *n. 1.* qui enim † sentit commodum, debet etiam sentire incommodum, ut in his terminis dixit *Gonzal. ad reg. 8 glos. 5. §. 5. n. 52. & seq.*

97 Et cùm etiã pensio imponatur super fructibus *Gig. cons. 136. n. 6. & in tract. de pens. q. 39. n. 1. Rota dec. 508. n. 3. p. 2. rec.* debent etiam solvi ex fructibus Beneficii, *Seraph. dec. 66. n. 3. Rota dec. 128. n. 2. p. 1. divers. & dec. 176. n. 1. & seq. p. 2. recent. Buratt. dec. 445. n. 8. & dec. 545. n. 2. &*

dec.

decis.669. in princ. & seq. & decis.915.n.3. & ibi Ferentil.lit.A.

98 Unde infertur, quòd Titularis, qui absque ejus culpa fructus beneficii aliquo tempore non habuerit, non teneatur pro eo tempore ad pensionis solutionem, *Crescent.dec.3.n.3.de solut. Put.dec.189.n.5. & seq.lib.2. Seraph.dec.66.n.3.Buratt.dec.669.n.3.& dec.676.n.9.*

99 Et ob id secundùm opinionem, quam servat Rota, pensio non debetur pro rata temporis, sed pro rata fructuum, *Gabr.cons.161.n.13.& seq.lib.2.Coccin.decis.327.n.3.Cavaler.dec.129.n.1*, cum aliis cumulatis *in Perusina pensionis 15. Ianuary 1614.coram bo.me.Card.Sacr.*

100 Pensionis etenim solutio ex observantia Rotæ in hoc regulatur juxta terminos *l. defuncta, ff.de usuf.* & nullatenus rata temporis, sed fructuum tantummodo consideratur in solutione illius *Caval.dec.129.n.1. Duran.dec.149.n.27. Buratt.dec.670.n.5.* ubi quod ità procedere solet Rota.

101 Proindè, si mortuo Titulari fructus pervenerunt partim ad successorem in beneficio, & partim ad Cameram, successor & Camera tenentur ad solutionem pensionis pro illa rata fructuum quam perceperunt, *Coccin. dec. 327. n.1.& seq.*

102 Cæterùm licèt Rota nunquam admittere voluerit illam conclusionem, quòd successor, qui fructus non habuit, teneatur ad integram pensionis solutionem, nisi factis priùs diligentiis contra illũ qui fructus percepit; hoc tamen

103 † procedit ex quadam æquitate, quæ locum non habet, quando successor jam solvit, tunc enim illa æquitas cessat, & ob id dictus successor hoc casu non potest ob solutionem factam in manibus retinere terminos sequentes, *Coccin. d.dec.327.n.2.& seq.*

104 Et quamvis etiam solutio pensionis dividatur in duos terminos, videlicet Nativitatis S. Joannis Baptistæ, & sanctissimi D.N. Jesu Christi, hoc tamen sit gratiâ commodioris solutionis, *Put.decis.189.n.2 lib.2. Coccin.d.decis.327. n.1. Cavaler.dec.129.n.2. Duran.dec.448.n.35.*

105 sed annus † computatur à die reservationis illius, *Coccin.dec.327.n.1.* & actio oritur ad totum in principio anni, nimirum condictio ex lege, *Duran.dec.448.n.35.& n.41. & seq. & num.56.*

106 Verùm tamen quando quæritur pro qua rata ad pensionem teneatur beneficiatus, qui fructus non habuit, vel integros non percepit, distinguendum est, aut pensio est anticipata, utpote

107 quia inter diem reservationis pensionis, & diem primi termini maturati, nulli possint colligi fructus; & tunc Beneficiatus tenetur illam solvere de proprio, etiam si nullos fructus habuerit, cùm censeatur hoc casu Papa voluisse, ut se revaleat ex fructibus recolligendis, aut pensio est posticipata, utpote, quia inter diem reservationis, & maturati termini possunt colligi fru-

108 ctus juxta *dec Buratt.670.n.1.* & tunc pensio est solvenda ex fructibus perceptis, & ob id si Beneficiatus habuit integros fructus, tenebitur ad integram pensionem; si verò illos percepit

109 pro rata, tunc tenebitur etiam solvere pensionem pro rata fructuum, ità magistraliter distinxit *Rota in Perusina pensionis 13. Ianuarij 1614. coram bo.me.Card.Sacrato.*

110 Pro consecutione autem pensionis competit via exequutiva, ob reverentiam literarum Apostolicarum, *Rota dec.308.n.1.p.3.recent.*

111 Sed ad hoc ut illarum exequutioni locus sit, est necessaria verificatio narratorum pro gratia hujusmodi obtinenda, & si pensio fuit alicui reservata uti Clerico, debet verificari Clericatus, etiam si Papa illum Clericum nominet, *Salust. Tib.in prax.lib.3.c.1.n.1. Marches.de Commiss. Appell.in caus.pens.p.1.§.2.n.103.fol.593.* & similiter debet verificari valor cùm aliis contentis sub clausula, ut asserit *Salust. Tib. in prax. lib. 3.c.1.n.4.& seq.& n.8.* cùm aliis cumulatis supra hac eadem *p.2.c.8.sub lit.A. vers.3. denique locum non habet, n.64.*

112 Qua in re prima potest constitui conclusio, quòd pensionarius tenetur justificare gratiam, semper enim gratia intelligitur, si preces veritate nitantur, *c. ex parte, de rescript. Cassad. dec. 20.n.8.de rescript. Mohed.dec.35.de renunc. Rota dec.221.n.4.p.2.divers.& dec.645.n.1.p.1.& dec.57.n.& dec.567.n.1. & dec.599.n.2.p.2.& dec.253. n.2. p.3. & dec. 511. n.1. p.4. & decis. 287.n.5.p.5.recent. Buratt. dec.296.n.2.decis. 464.n.1.Greg. dec. 57. n.1. Andr.dec.18.n.3.& sapius fuit decisum.*

113 Sed hæc conclusio primò non procedit, quando agitur contra eum, qui pensionis reservationi consensit, nisi gratia, ut suprà, sit conditionalis; ex consensu enim in hoc casu resultat virtualis confessio veritatis narrativæ literarum æquipollens illarum justificationi, *Guido. pap. dec.141. Cassad.dec.10.n.8.de rescript. Seraph. dec.1017.n.3. Rota dec.23.n.1. & dec.519. n. 2.p.2.recent. Buratt.dec.383.n.3. & ibi Ferentill.lit B.Coccin.dec.299.n.2. Beltram.ad Greg. dec.57 n.13.*

114 Secundò non procedit, quando pensionarius est in quasi possessione exigendi. *Gabr.cons. 181.n.2.lib.2.Paris.de Resign.p.1.lib.6.q.2.num. 107. Put.dec.239.n.4.lib.1.in correct.* nisi fortè constaret de non reservatione pensionis, *Acchil. dec.4.n.2.de rescript.*

115 Tertiò, & eò minus procedit, quando pensionarius est in pacifica possessione triginta annorum, quia tunc literæ præsumuntur justificatæ, *Rota dec.253.n.2.p.3. & dec. 319. n.5.p.4. & dec.7.n.1. & dec.39.n.7.p.5.recent. Buratt. dec.296.n.3. & ibi Ferentill.lit.B.*

Quartò non procedit, quando Papa assignat alicui pensionem motu proprio; licèt enim causa, ob quam illam assignat, non sit vera, nihilominus non requiritur justificatio, nec admittitur probatio in contrarium, *Salust.Tib.in prax. lib.3.c.3. nu.22. Acchil.dec.10. de probat. Seraph.dec.1484.n.10.Rot.dec.645.n 2p.1.recent.*

Quintò, & eò minus procedit, quando ultra consensum adest obligatio Cameralis, & gratia est pura, tunc enim nulla justificatio requiritur, *Seraph.dec.1017.n.8. Rot.dec.441.n.2. & seq. p.4.recent.* ubi alias decisiones cumulat.

Sextò, non procedit contra successorem in beneficio reservato, quia pensionarius tenetur

de

de aliquo jure docere, non autem illud justificare, *Paris. de Resign. d. p. 1. lib. 6. q. 2. n. 106. in fine vers. declara sec.*

116 Septimò, non procedit in narrativa juris cessi, quando adest clausula, quòd pensio debeatur, etiamsi nullum jus cedenti competeret, *Paris. de resign. d. p. 1. lib. 6. qu. 2. num. 103. vers. 3. quæro.*

117 Octavo, non procedit parte non opponente, tunc enim ea sola sunt justificanda, quorum falsitas gratiam vitiaret, vel quorum expressio Papam ad gratiam concedendam facilius movisset. *Salust. Tib. in prax. lib. 3. c. 1. nu. 10. prope fin.*

Secunda conclusio potest constitui, quòd pensionarius tenetur justificare posita in reservatione per modum conditionis cum clausula, *dummodo remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore: vel dummodo medietatem fru-*

118 *ctuum non excedat*, cùm enim † Gratia sit conditionalis, debet omnino justificari, *Cassad. dec. 10. n. 8. de rescript. Rot. decis. 547. nu. 2. p. 1. & dec. 640. n. 2. decis. 642. n. 2. & seq. & decis. 747. n. 1. p. 3. & dec. 548. 3. p. 4. & dec. 281. n. 5. p. 5. recent. Cavaler. dec. 148. n. 4. & dec. 183. n. 1. Burat. dec. 261. n 8. & ibi Ferentill. n. 17.*

119 Quod procedit etiam si quis pensioni consenserit: nam dicitur consentire sub eadem conditione, si qua pensio est reservata, *Seraph. dec. 1017. n. 3. & seq. Rota dec. 547. n. 3. p. 1. & dec. 826. n. 4. p. 4. recent. Cavaler. dec. 138. n. 2. Beltramin. ad Greg. dec. 57. n. 12. & seq. Ferentill. ad Burat. dec. 261. n. 17.*

120 Et requirit hæc clausula *dummodò*, plenam & concludentem probationem, *Seraph. dec. 1122. n. 2. latè Beltramin. ad Greg. dec. 245. n. 11. & Ferentill. ad Burat. dec. 291. n. 17.* & etiam parte non opponente, *Salust. Tib. in prax. lib. 3. c. 1. n. 8.*

121 Et debet hujusmodi clausulæ justificatio continuò durare, aliàs est supplendum ex pensione quod Titulari deest, *Seraph. dec. 951. num. 4. Beltram. ad Greg. d. dec. 245. num. 12. & seq.* ubi etiam latè tradit, quòd hæc justificatio est facienda, detractis oneribus ordinariis, & necessariis.

122 Sed hoc primò non procedit, quando quis est in quasi possessione exigendi pensionem, tunc enim non est opus justificatione, etiam si gratia sit conditionalis, *Cassad. dec. 10. num. 8. de rescript. Rota decis. 547. nu. 4. p. 1. & decis. 57. n. 1. & n. 5. & decis. 567. nu. 1. par. 2. & decis. 253. nu. 2 p. 3. recent.* dummodo agatur possessorio, secus si petitorio, *Mantic. decis. 96. n. 2. & seq. Beltramin. ad Greg. decis. 57. nu. 16.*

123 *Ferentill. ad Burat. decis. 261. nu. 17.* & † eò magis si quis sit in quasi possessione triginta annorum, cùm hoc temporis spatium clausula *dummodo*, justificata præsumitur, *Rota decis. 265 n. 4. part. 2. recent.*

124 Secundò, non procedit, quando pensio est reservata purè, tunc enim opus probandi non remanere centum vel mille, spectat ad Titularem, *Cavaler. dec. 251. n. 1.*

125 Tertiò non procedit, quando clausula *dummodò*, non fuit apposita reservationi, sed tantùm post reservationē, *Cavaler. decis. 148. n. 5.*

126 Quartò non procedit in clausula, *si ita est*, vel *si preces veritate nitantur*, quę non faciunt gratiam conditionalem, *Beltram. ad Greg. dec. 57. n. 25. Ferentill. ad Burat. dec. 362. n. 27. in fin. vers. notandum autem.*

127 Consensus verò Titularis, qui in pensionis reservatione omninò requiritur, non potest per Papam suppleri, *Rota dec. 458. n. 11. p. 3. divers. lib. 3. Duran. dec. 324. n. 21.*

128 Sed hoc non procedit, quando clarè constat Papam ex causa motu proprio voluisse consensum supplere, hoc enim uti dominus beneficiorum facere potest, *c. 2. Præben. in 6. Duran. decis. 324. n. 22. & seq.*

129 Quando verò Papa saltem facilius motus fuit ad pensionis reservationem ex consensu Titularis causali, prout quando pensio fuit reservata cum clausula, *quod ad ejus reservationem expressus Titularis accedit assensus*, ille debet probari, etiam si Papa postea derogaverit regulæ, de consensu præstando, nam derogatio intelligitur de formali, qui in Cancellaria formiter pro expeditione literarum præstatur, *Cavaler. decis. 26. n. 1. & seq.*

130 Nec impeditur pensionis solutio per exceptiones requirentes indaginem, *Rot. dec. 617. n. 2. & seq. p. 1. & decis. 387. n. 4. p. 2. recent. Buratt. dec. 841. n. 4.* nec † per clausulā, *arbitrio*, quando literæ sunt justificatæ, vel non indigent justificatione, *Ferentill. ad Burat. dec. 638. n. 15.*

131 Sed benè retardat illius solutionem exceptio oriens ex ventre literarum, *Rota d. decis. 617. n. 1. & seq. p. 1. recent.* sicut nullitas † ex earum ventre proveniens, *Burat. d. decis. 542. n. 5.* & sicut gratia conditionalis, prout si pensio reservetur alicui, postquàm fuerit clericali charactere insignitus, quæ exceptio signanter dicitur oriri ex ventre, *Seraph. dec. 664. n. 4.*

132 Cæterùm qui solvit alicui pensionem, & deinde illam solvere negat, si hoc facit ex mera voluntate, dicitur spoliare, secus si ob impotentiam, *Innoc. in cap. querelam, in verbo pensionem, & n. 3. & seq. de elect. & ibi etiam Abb. in 3. not. n. 2. Gig. de pens. q. 47. n. 1. Menoch. de recuper. rem. 1. q. 8. n. 89. Put. dec. 419. n. 1. lib. 2.*

133 Sed hoc primò non procedit, si neget ex justa causa, *Menoch. de recuper. rem. 1. qu. 8. nu. 89. Beltram. cons. 1. n. 6 vers. Item rectè. Rot. dec. 99. n. 8. & seq. p. 1. divers.*

134 Secundò non procedit, quando quis non habet se pro spoliato, *Caccialup. de pen. quæst. 18. in fine. Afflict. dec. 395. num. 7. Put. d. decis. 419. n. 2. Rot. dec. 99. p. 1. divers.*

135 Ac proinde, qui non habet se pro spoliato, habet remedium manutentionis, *Bellamer. d. cons. 21. n. 6. vers. Item rectè. Put. d. decis. 419. n. 2. & seq. Rot. decis. 99. n. 3. p. 1. divers. & in Regien. reservationis fructuum, 6. Junij 1586. coram bo. me. Gypsio.*

136 Aliàs si habet se pro spoliato, habet remedium reintegrationis, seu restitutionis, *Innoc. in d. c. querelam. n 3. de elect. Bellamer. cons. 21. n. 6. Gigas de pens. q. 47. n. 1. Menoch. de recuperan. remed. 1. q. 8. n. 81. & n. 87. & remed. 15. q. 17. n. 200. Afflict. dec. 395. nu. 5. Put. dec. 419. nu. 3. & seq.*

lib.

lib.2.Rota decis.99. nu.3.par.1. divers.

139 Etiam contra successorem in beneficio, *Gig. de pens.q.47.nu.10. Menoch. de recuper. rem.1. q.8.nu.89.Guid.Pap.dec.629.* quem sequitur *Put.dec.151.lib.3. Rota in d.Regien. reservationis fructuum, 6.Iunij 1586. coram bon.mem.Gypsio.*

140 Verùm si ante expeditionem literarum Apostolicarum pensionem exigi contigerit, pensio erit omninò nulla, ob clausulam solitam in hujusmodi literis apponi, videlicet vigore literarum Apostolicarum desuper expediendarum,& non antea, aliàs præsens pensio sit nulla,de qua per *Salust.Tiber. in prax. lib.3. cap.4. n.1. Burat.dec.542.nu. 4. Beltramin. ad Gregor.dec.440.n.8. Ferentill.ad Burat. dec.659. n.14.& seq.*

141 Dicuntur autem literæ expeditæ, statim ac sunt plumbatæ, *Salust.Tib.d.lib.3.cap.4. num.5. Rota dec.170.n.2.par.2.recent.Gregor.dec.440. n.5.* & ibi *Beltram.n.8. Ferentill. ad Burat. d. dec.859.n.15.*

142 Non omitto, quòd Pensionarius Clericus tenetur recitare Officium parvum B. Mariæ Virginis, *Pius V.Constit.38.Ex proximi secundùm antiq.impress. Gonzal. ad reg.8. glos.5. §. 5.n.13. Duran. dec.448.n.21.*

143 Denique Pensio finitur pluribus modis, & Primò finitur morte naturali Pensionarii adinstar usufructus,*§.finitur Instit.de usufr. Gig.de pens. q.1.n.5.& q.12.n.1.Gambr.de Offic.& potest.Leg.tit. de pens. n.686.& seqq. Gonzal.ad reg.8.glos.5.§.5.n.37.*

144 Secundò finitur etiam Pensionarii morte civili per ingressum Religionis post professionem emissam, *Gig.de pens.q.57. Gonzal.d glos. 5.§.5.n.47. Rot.dec.119 n.2.p.1.recent.*

145 Tertio finitur per promotionem ad Episcopatum,nisi pro servitio impenso, vel impendendo assignata fuisset,*Gig.de pens.q.56. Gonzal.d.glos.5.§.5.n.38.*

146 Quartò finitur per Militiam, nisi sit assignata pro servitio impenso,vel impendendo, *Gigas de pens.q.55. Gonzal.d.glos.5.§.5.n.36.*

147 Quintò finitur extinctione ,nam Pensionarius potest illam extinguere de jure, *Rota decis.* 148 *129.n.2.par.1.recent.* & † potest etiam illam cassare coram Notario & Testibus , maximè accedente beneplacito Papæ, *Seraph. dec. 987. num.2.*

149 Sextò , extinguitur Pensio per contractum Matrimonii, *Gig.de pens.q.54.num.4.Gonzal. super d.reg.8.glos.5.§.5.n.37. Gambar.de offic.* 150 *& potest.Leg.sub tit.de pens. nu. 743.& seqq. Rot.dec.1795.par.3.lib.3.diversf. Put.dec.459. lib.2. Rot.dec.119.nu.2.par.1.& dec.12. n.27.* 151 *& dec.50. num.19. par.5.recent. Cavaler.dec. 166.n.1.& dec.180.n.1. Greg.dec.18. nu.1.* & ibi *Beltramin.n.6. Ferentill.ad Buratt.dec.791. num.8.*

Quod procedit, etiam si non sit sequuta copula carnalis, *Rot.dec.1.de spons.in antiq.& dec. 1.de Cler.conjug.in nov. Cavaler.dec.166. n.2. Beltramin.ad Gregor.dec.18.nu.7. Ferentill.ad Buratt.d.dec.791.n.9.*

152 Et etiam si Matrimonium fuerit contractum de facto,& nulliter, dummodo nullitas non proveniat ex defectu consensûs Pensionarii, *Cavaler.d.dec.166.n.3.* qui † enim habet Matrimonium pro contracto, quantum in se est, habet pensionem pro derelicta , cùm faciat actum contrarium Clericatui, *Abb.in c.1. nu.7. in fin.de Cler.conjug. Cavaler.dec.166. num.4. & seq.*

153 Sed hæc Primò non procedunt in Sponsalibus de Futuro, *Rot.dec.1.de Cler.conjug.in nov. & dec.772.n.2.par.2.recent.*

154 Secundo non procedunt , quando pensio non fuit alicui servata uti Clerico sed ob benemerita,vel pro commodo temporali, *Gabr.de offic.& pot.Leg.tit.de pens.lib.6.nu.751. Rota dec.387.n.3 p.3.recent. Beltram.ad Greg.dec. 18.n.10. Ferentill ad Buratt.dec.791.n.14.*

155 Tertiò non procedunt attentâ dispensatione Apostolicâ, nam tunc pensio potest retineri etiam ab uxorato, *Rota dec.367.nu.1.par.1.recent.*

156 Quartò nonprocedunt in Equite S.Stephani qui etiâ uxoratus potest retinere pensiones usque ad summam quadringentorum ducatorum,*Paul.V.Const.46.Dum generosa.*

157 Quintò non procedunt in Milite SS.Mauritii & Lazari, qui potest retinere pensiones,ut diximus suprà *num. 76.* usque ad summam ducatorum quadringentorum auri de Camera, *Clem.VIII. Constit.102. Decet , secundùm nov. impress.*

158 Sextò non procedunt in Milite Laurentano, qui potest retinere pensiones usque ad summam ducatorum ducentorum auri de Camera , & eas transferre, etiam si duxerit uxorem. *Sixt. V.Constitut. 16.Romanum, secundùm antiq. impress.*

159 Septimò finitur pensio antiqua per translationem, quando in translatione prima pensio extinguitur,& creatur nova, *Gabr. cons. 186,n. 7.lib.1.Gig.de pens.q.74.n.1. Vestr.in Prax. lib. 3.c.6.in princ. Rot.dec.122.n.3.& dec.327. n.1. par.1.& dec.7.n.15.& dec.50.nu.32.par.5. recent. Greg.dec.18.n.4.* & ibi *Beltramin. nu.12. & dec.445.n.7.*

160 Sed nihilominus respectu substantiæ, hujusmodi pensio dicitur antiqua, *Rot.dec.122. n.9. p.1. & dec.733.n.1.par. 2. & dec.119. num.2. p.4.recent. Burat.dec.12.n.2.& dec.670.nu.4.* licèt respectu Translatarii dicatur nova , *Rota d.dec.7.nu.14. par.5.recent. Burat. dec. 636. n.5.& n.1.*

161 Est autem translatio de persona ad personâ translportatio, *Paris.de resig.lib.6.tit.4.n.4. Rota dec.34.n.42.& seq.p.5.& dec.38.n.22.p.6.rec.*

162 Et potest translatarius agere non servatis terminis,& solâ citatione ad solvendum , *Duran.* 163 *dec.60.n.45.* vel † prævio Monitorio, prout quotidie observatur in Tribunali A.C. servatisque quatuor terminis , ut suprà servari solitis, quo casu judicium pariter non desinit esse exequutivum,licèt pronuncietur etiam per Cedulam, *Duran.d.dec.60.n.44.& seqq.*

164 Et literis etiâ non justificatis,quando ipsemet translatarius est in quasi possessione exigendi,& in effectu pensiones exegit,& beneficiatus reser-

vationi pensionis consensit; secus si agatur contra eum, qui reservationi non consensit, & à quo Translatarius nunquam exegit, quia tunc literæ sunt justificandæ, *Salust. Tib. in prax. lib. 3. c. 6. n. 4. Rota* sic magistraliter distinguens *dec. 505. n. 2. p. 1. rec.*

165 Nec Rota hoc ultimo casu concedit manutentionem, *Rota in Brixien. pensionis 19. Maij 1594. coram bo. me. Card. Millino apud Marches. de commiss. appell. in caus. pens. par. 1. §. 1. dec. 56. n. 1. & seqq. fol. 561.* sed in translatione pensio antiqua fuit extincta, & alia de novo creata, dat immissionem, etiam si quis sit subrogatus ad quasi possessionem Transferentis, *Rota in sancti Marci pensionis, 30. Ianuary 1612. coram bo. me. Card. Sacrato, apud Marchesan de commiss. inter decis. imprimendo omissas, par. 2. fol. 586.*

166 Si tamen concurreret quasi possessio longissima Transferentis, possit Translatarius agere exequutivè, literis Transferentis non justificatis, ex quo justificatio hoc casu præsumitur, *Rota in Bonon. pensionis 17. Maij 1593. coram bo. me. Card. Millino apud Marches. de Commiss. appell. in caus. pens. par. 1 §. 1 dec. 52. nu. 1. & seqq. fol. 558. & in d. Brixien. pensionis n. 4. fol. 561. & in Pisien. pensionis, 6 Febr. 1645. coram R. P. D. Ottobono.*

167 Et debet esse Translatarius Clericus de tempore translationis, quando fuit ei pensio reservata, uti Clerico, *Greg. dec. 18. n. 5.*

168 Octavò denique, si pensio reservata fuit per Episcopum aut alium inferiorem à Papa, finitur morte Titularis consentientis, prout de communi testatur *Gambar. de offic. & pot. Leg. lib. 6. tit. de pens. n. 385. & seqq. & nu. 684. & seq.* licèt ipse contrarium tueatur.

169 Termini autem pensionis decursi non soluti ante mortem pensionarii transmittuntur ad illius hæredes, *Gig. de pens. q. 52. n. 2. & seq. Burat. dec. 448. n. 3.*

170 Quod procedit, etiam si Pensionarius decesserit ante maturatum terminum, dummodo tempore mortis pensionarii fructus essent jam recollecti, aliàs secùs. *Gabr. cons. 191. n. 4. lib. 2. Burat. dec. 364. n. 1. & dec. 670. n. 2. & dec. 841. n. 1. Duran. dec. 448. n. 26. & seqq.*

171 Sed si fructus tempore mortis pensionarii erant tantùm ex parte recollecti, terminus pensionis transmittitur ad hæredes pensionarii pro rata fructuum perceptorum, *Gabriel. d. consil. 191. nu. 5. & seqq. lib. 2. latè. Duran. d. dec. 448. n. 34.*

B Pro terminis verò pensionis decursis tempore prædecessoris non debetur pensio à successore, nisi adhibitis diligentiis contra illius hæredes, *Seraph. dec. 1351. num 2.* cum aliis cumulatis per *Burat. dec. 617. num. 5. & seqq.* ubi quòd diligentiæ debent esse judiciales, & continuatæ.

173 Factis autem diligentiis contra antecessorem termini pensionis tempore illius decursi debent solvi reservata Congrua à successore, *Gregor. decis. 507. num. 1. & seqq.* & ibi *Beltramin. num. 7. Ferentill. ad Burat. decis. 448. num. 11.*

174 Quoties verò Camera aliquid recepit, & id, quod remansit Cameræ, & successor percepit, non sufficeret pro satisfactione pensionarii, posset pensionarius agere etiam contra hæredem, licèt hæres aliquid ex gratia Principis, quæ debet semper intelligi sine præjudicio tertii, aliquid percepisset à Camera, *Coccin. decis. 327. n. 4. & seq.*

175 Contra hæredes tamen Beneficiati non proceditur viâ executivâ, sed viâ ordinariâ, *Marches. de commiss. appellat. in causa pension. par. 1. §. 2. n. 3. fol. 597. Salust. in prax. lib. 3. c. 3. nu. 24. vers. si autem.*

C Licèt autem literæ Apostolicæ originales reservationis pensionis sint intimandæ, cùm aliàs illarum Inserto in monitorio non credatur, & ob id quandoque fuerit observatum, ut impetraretur à Signatura Commissio A. C. directa, in qua committeretur eidem, ut literas in monitorio insertas, ne originale earum, ob viarum discrimen, deperderetur, intimari faceret, & intimationem in hunc modum factam, ac si literæ ipsæ originales intimarentur, valere decerneret, ut per *Salust. Tib. in prax. lib. 3. c. 2. num. 5. & seqq.* ubi ponit etiam Commissionis hujusmodi formulam: Nihilominus hodie insertis literis reservationis pensionis in monitorio, illo legitimè executo, & in actis reproducto, & exhibitis in actis literis originalibus reservationis pensionis, citatâ parte ad dicendum contra, absque alia intimatione literarum originalium, & absque d. Commissione, quæ recessit ab aula, ritè, & rectè proceditur juxta tradita per eundem *Salust. Tib. d. lib. 3. c. 2. n. 8.* & ita passim observat praxis. 176

D Cùm pensionis causa sit exequutiva, solet 177 Signatura, si contingat causam appellationis in ea interponi, omisso de reservatione, referre regulariter, cum solita clausula, *sine retardatione solutionis pensionis, Staphil. de int. grat. fol. 153. vers. non minus commendatur. Vestr. in prax. lib. 3. cap. ult. num. 1. Gigas de pens. q. 35. num. 9. & qu. 85. in princ. & qu. 95. num. 5. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. lim 5. 30. declar. 2. n. 2. Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 21. nu. 1. Marches. de commiss. appell. in caus. pens. par. 1. §. 1. n. 14. fol. 48. Cassad. dec. 10. in princip. & n. 10. de reser. Rota dec. 301. nu. 1. & seq. par. 1. diversi. Cavaler. dec. 11. n. 3. & dec. 78. n. 1. Rota dec. 30. n. 3. par. 5. recent.*

178 Idque duplici ratione, ob honorem scilicet literarum Apostolicarum, & ad obviandum malitiæ solvere recusantium pensiones, *Gigas de pens. quæst. 35. num. 7. Mart. de claus. par. 1. claus. 165. num. 23. Vestr. in prax. lib 3. cap. ult. n. 1. Marescott. var. resolut. dicto lib. 1. cap. 21. n. 1. Cavaler. dictâ dec. 11. num. 3. & dictâ dec. 78. num. 11.*

179 Sed hoc Primò non procedit, quando subest justa & rationabilis causa admittendi appellationem ad utrumque effectum, prout si judex modum in exequendo excesserit, *Gigas de pens. qu. 95 nu. 5. Marescott. variar. resol. lib. 1. c. 21. n. 19.*

180 Secundò non procedit, quando fuit actum viâ ordinariâ, nam tunc datur appellatio ad utrum

utrumque effectum, *Gig.de pens.d.quæst.95. num.6.*

181 Tertiò non procedit in pensione reservata sub conditione, vel sub modo, ante conditionis implementum, vel modi verificationem, *Vestr. in prax.lib.3.c.ultimo, num.1. vers.item, si Apostolica. Gig.de pens.quæst.85.num.10. Marescott. var.resolut.d.lib.1.cap.21.n.9. Cassad. dec.16.n.6 & seqq.de rescript. Rota dec.310.n.3.par.1.divers.*

182 Quartò non procedit in pensione reservata ab Inferiore à Papa, *Staphil.de int.Grat.fol.153. vers.non minus. Vestr.in prax.lib.3.cap.ult.nu.1. vers.quamobrem. Gig.de pens.d.q.85.n.1. Marescott.var.resol.lib.1.c.21.n.11.* nisi inferior illam reservâsset authoritate Papæ, quia tunc Papa reservare videtur, *Gig.de pens. d.q.85.nu. 12. Marescott.d.c.21.n.13.* vel nisi pensionarius esset in quasi possessione exigendi, *Vestr.d.lib.3. cap.ult.nu.1. vers.item si Apostolica. Marescott. var.resol.d.lib.1.c.21.n.14.*

183 Quintò non procedit, quando pensionarius per longi temporis spatium pensionem non petiit, cùm tamen potuisset agere, *Gig.de pens.q. 85.n.3. Mart.de Claus.part.1.claus.165. n.25. Marescott.var.resol.d.lib.1.c.21.n.15.*

184 Sextò non procedit, quando ex ventre literarum oritur talis exceptio, ut ex ea clarè constet de non jure pensionarii, *Marches.de Commiss.appell.in caus.pens.par.1.§.2. nu.108. fol. 593. Marescott.var.resol.d.lib.1.c.21.n.7. Rota dec.301.n.3.par.1.divers.* dicitur † autem talis exceptio oriri ex ventre, ad effectum de quo agitur, quando pensio fuit reservata sub aliqua conditione, ex cujus defectu constat de non reservatione pensionis, *Marescott.var.resol.d.lib. 1.c.11.n.7. Seraph.dec.664.n.4.*

186 Septimò non procedit, quando non sunt expeditæ literæ reservationis pensionis, nec constat de quasi possessione exigendi, *Rot.d.decis. 301.n.2.par.1.divers.*

187 Octavò non procedit, quando pensio fuit imposita ab Episcopo super fructibus Beneficii de jure patronatus laicorum sine consensu patroni, quod facere potest, licèt hujusmodi pensio contra successorem in Beneficio non transeat, *Gig.de pens.q.85.n.6.* quem sequitur *Marches.de Commiss.appell.in caus.pens.par.1 §.2.n. 66.fol.589.*

188 Octavò non procedit, quando pensio fuit reservata super pluribus Beneficiis, quæ postea pervenerunt ad manus diversarum personarū: nam si pensionarius agat contra unum insolidum, non datur clausula, *sine retardatione*, cùm quilibet teneatur pro sua rata, *Gig.de Pens.d.q. 85.num.5. Marches.de Commiss.appell.in caus. pens.par.1.§.2.nu.61.fol. 588. Mart.de Claus. par.1 claus 165.nu.26. Marescott.var.resol.lib.1. cap.21.n.16.*

189 Decimò non procedit, quando Translatarius transtulit pensionem in alium de solo consensu Beneficiati, secus si vigore facultatis sibi authoritate Apostolicâ concessæ, *Gig.de pens. q.85.n.8. Marescott.var.resol.lib.1.c.21.n.17.*

190 Decimoprimò non procedit, quando fuit pronunciatum contra reservatorem, & sic literæ Apostolicæ fuerunt vulneratæ, *Marches. de Commiss.appell.in caus.pens.par.1.§.2. n.98. fol. 592. Rota in Brixien.pensionis, 22.Maij 1599. coram bo.me.Pennia.*

191 Decimosecundò non procedit, quando Rector Beneficii plures expensas fecit pro reparatione, vel recuperatione bonorum ejusdem Beneficii, & prætendit quòd pensionarius contribuat hujusmodi expensis, vel solutioni charitativi subsidii, vel Decimæ Papali: nam tunc non datur clausula *sine retardatione*, nisi pensio esset exempta, & immunis ab hujusmodi oneribus, *Gig.de pens.q.85.n.7. Marches.de Comm ss appell. in caus.pens.par.1.§.2.n.73. & seqq.fol.589. & seqq.*

192 Decimotertiò non procedit, quando pensio fuit imposita per Arbitros electos à Collitigantibus, & successor in Beneficio illam de nullitate redarguere intendit, petitque causam committi super invaliditate ejusdem, *Gig.de pens. d. q.85.n.4. Marches. de Commiss. appell. in caus. pens.par.1.§.2.n.58.fol.587.*

193 Decimoquartò non procedit, quando in reservatione pensionis fuit concessa facultas illam transferendi, dummodò infra certum tempus solventi pensionem fieret translationis denunciatio, aliàs non factâ denunciatione pensio censeretur extincta: nam tunc translatione factâ, & conditione non adimpletâ, si causa nullitatis vel extinctionis committi petatur, non dabitur in commissione clausula, *sine retardatione*, *Gig.de pens.q.85.n.9. Marches.de Comm ss. appell.in caus.pens.par.1.§.2.n.90.fol.591.*

194 Decimoquintò non procedit, quando pensio fuit alicui concessa, & reservata uti Clerico, & compertum fuit eum non esse Clericum, sed simplicem laicum, *Marches.de Commiss.appell.in caus.pens.par.1.§.2.n.100.fol.592.*

195 Decimosextò non procedit in secunda instantia, si commissio fuerit in prima instantia absque d.clausula signata, *March.s.de Commiss. appell.in caus.pens.par.1.§.2.n.107.fol.593.*

196 Decimoseptimò non procedit, quando Clericus, ad cujus favorem fuit reservata pensio, matrimonium contraxit, aut miles effectus fuit, nisi ex dispensatione, aut privilegio illi retentio pensionis fuit concessa, *Marches.de Commiss.appell.in caus.pens.p.1.§.2.n.108. & seqq. fol.593.*

197 Decimooctavò non procedit, quando super fructibus alicujus Beneficii fuit imposita secunda pensio, non factâ mentione de prima: nam tunc secunda est nulla, etiamsi fuisset à Papa concessa motu proprio, *Marches.de Commiss. appell.in caus.pens.p.1.§.2.n.110. & jeqq fol.593. & seq.*

198 Decimononò non procedit, quando agitur contra eum, qui non est successor juris, vel dominus Beneficii, prout contra Oeconomum, & similes, *Marches.de Commiss.appell. in caus. pens.p.1.§.2.n.115 fol.594.*

199 Vigesimò denique non procedit, quando defectu causæ pensio corruit, prout quando reservatio est nulla ob resignationis invaliditatem, *Marches.de Commiss.appell. in caus. pens. dictâ par.1.§.2.n.116. & seqq.fol.594. & seq.*

200 Hæc clausula, *sine retardatione solutionis pensionis*, suspendit & limitat jurisdictionem, adeò quòd non possit ad ulteriora Judex procedere, nisi pensio fuerit soluta, *Marchesf. de Commiss. appell. in 1 auf. pens. par. 1 §. 1. nu. 73. fol. 497. Pontan. de Alim. c. 19. n. 4. Cæsar de Graff. dec. 8. n. 1. de Sent. & re jud. Rot. dec. 301. n. 1. & seq. par. 3. diverf. & dec. 328. n. 8. par. 1. & dec. 193. n. 15. & dec. 308. n. 3. in fin. & n. 4. par. 3. recent. Cavaler. dec. 78. n. 2. Burrit. dec. 144. n. 12.*

201 Sed hoc non procedit, quando ex ventre Literarum resultaret evidens exceptio non reservationis, aut nullitatis, vel extinctionis impediens solutionem, *Cassad. dec. 10. num. 1. & seqq. de rescript. Achil. dec. 4. de rescript. Seraph. dec. 664. n. 4. Rot. dec. 301. n. 3. par. 3. & dec. 649. n. 3. par. 3. lib. 3. diverf. & dec. 167. n. 1. par. 1. recent.*

202 Semel autem hæc clausula concessa durat etiam in aliis sequentibus instantiis, licèt in aliis Commissionibus non fuerit appolita, *Cassad. dec. 8. n. 1. & seqq. de rescript. Put. decis. 426. n. 2. lib. 2. Rot. dec. 43. n. 1. & seq. par. 2. diverf. Cavaler. dec. 19. n. 3. verf. non obstare.*

203 Sed hoc primò non procedit, si exceptio evidens extinctionis, aut non reservationis oriretur ex ventre Literarum, ex allegatis suprà, *verf. sed hoc non procedit, quando, n. 20.*

304 Secundò non procedit, quando totum negotium principale fuit commissum Judici ad quem, *Cavaler. dec. 19. nu. 1. verf. quia cùm post Sententiam.*

205 Datur verò dicta clausula, Primò, ubi literæ Apostolicæ sunt expeditæ, pro illarum exequutione ob earum authoritatem, *Seraph. dec. 1017 num. 2. Rot. dec. 301. n. 2. par. 1. diverf. & in Brixien. pensionis, 21. Maij 1559. coram bo. me. Penia.*

206 Secundò datur, quando quis est in quasi possessione exigendi, *Cassad. dec. 10. n. 8. de rescript. Seraph. d. dec. 1017. Rot. dec. 301. n. 2 par. 1. diverf. Verall. dec. 317. par. 2. Rot. in d. Brixien. pensionis, 21. Maij 1599. coram b. me. Penia.*

207 Tertiò multò magis datur in judicio spolii, cùm illud sit magis privilegiatum, quàm judicium retinendæ, & militent eædem rationes, *Rota in d. Brixien pensionis. 21. Maij 1599. coram bo. me Penia.*

208 Quartò denique datur, ne interim qui est in possessione exigendi, spolietur, ut fuit dictum in d. *Brixien. §. quinimò.*

209 Præservat etiam hujusmodi clausula jurisdictionem Judici à quo in exequendo, *Cavaler. d. dec. 19. n. 1.*

210 Non omitto quod exceptio oriens ex clausula, *dummodò remaneant mille, vel centum, vel medietatem fructuum non excedat*, quando hujusmodi clausula non est justificata, non dicitur oriri ex ventre ad impediendum effectum clausulæ, *sine retardatione solutionis*, sed Pars poterit, si habet aliquid relevans, adire signaturam, *Seraph dec. 664. n. 1. & seqq.* & in his terminis videntur procedere tradita per *Mart. de Claus. part. 1. claus. 165. n. 10.*

201 Contrarium tamen, quòd possit supersederi, donec narrativa justificetur, videtur voluisse *Rota dec. 310. n. 3. par. 1. diverf.*

212 Denique in hac pensionum materia solet aliquando Signatura etiam rescribere cum clausula, *sine retardatione solutionis pensionis, arbitrio Rot. Seraph. dec. 1017. nu. 1. Rota dec. 567. n. 1. & dec. 599. n. 1. par. 2. recent. Cavaler. dec. 19. n. 1. & decis. 183. in princ. & n. 3. Andr. decis. 18. n. 1.* & † aliquando etiam cum clausula, *sine retardatione solutionis pensionis, & sine præjudicio legitimæ exequutionis, arbitrio Rot. dec. 57. n.*

213 *1. p. 2. recent.* quo † casu cùm Papa concedat

214 Rotæ arbitrium, ut procedat cum clausula, vel sine, videtur etiam dare facultatem examinandi validitatem literarum reservationis pensionis, *Seraph. dec. 674. n. 4.*

SUMMARIUM, CAP. X.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes ex n. 4.*
2 *Interdictum* Quorum bonorum, *quibus cõpetat.*
3 *Interdictum Quorum bonorum, differt à remedio, l. final. & in quibus.*
4 *Intentans Interdictum Quorum bonorum, in Tribunali A. C. quomodo procedere debeat, ut immissionem obtineat, si possessio est vacans.*
5 *Agere volens Interdicto Quorum bonorum, si alius possidet, tenetur conficere Monitorium.*
6 *Monitorium in Interdicto, Quorum bonorum, & ejus formula.*
7 *Monitorium contra Partem adversam exequutum, reproducitur, & quomodo reproductio illius adnotetur in actis.*
8 *Protestatio Rei, seu negatio Monitorij, & ejus formula.*
9 *Actor tenetur omninò Monitorium, etiam non negatum, verificare.*
10 *Articuli probandi in Interdicto Quorum bonorum, & eorum formula.*
11 *Hæres ex Testamento quomodo conficere debeat articulos in Interdicto Quorum bonorum.*
12 *Probatis articulis ab Actore, Reus tenetur probare suas exceptiones, si habet, & quomodo Actor tunc debeat protestari.*
13 *Actor in Interdicto Quorum bonorum, potest suspendere Petitorium, ne forte causa effectualiter appellabilis.*
14 *Citatio ad libellandum in terminis substantialibus, & ejus formula, & Processus.*
15 *Citatio ad articulandum in terminis substantialibus, & ejus formula, & processus.*
16 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & loco Sententiæ reintegrari Monitorium, & immitti, & ejus formula, & processus.*
17 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus formula, & processus.*
18 *Cedula Sententia super immissione in judicio Interdicti Quorum bonorum, & ejus formula.*
19 *Latâ Sententiâ in Interdicto Quorum bonorum, regulariter statim potest expediri mandatum de immittendo.*
20 *Mandatum de immittendo in judicio, Quorum bonorum, & ejus formula.*
21 *Si quis velit appellare à sententia lata, seu Decreto facto in judicio, Quorum bonorum, debet obtentâ Supersessoriâ à Præfecto adire plenam signaturam.*

22 In

22 Interpositio appellationis coram Iudice à quo, & ejus Formula, ac responsio Iudicis.
23 Cedula appellationis, & ejus formula.
24 Commissio appellationis à sententia lata in Interdicto, Quorum bonorum, in plena Signatura proponenda, & ejus formula.
25 Signatura quomodo committat causam appellationis à Sententia lata, seu Decreto facto in Interdicto, Quorum bonorum.
26 Ad executionem sententiæ, seu Decreti in Interdicto, Quorum bonorum, quomodo procedatur.
27 Interdictum, Quorum bonorum, unde dicatur.
28 Interdictum, quorum bonorum, quid sit.
29 Interdictum quorum bonorum, aliud directum, aliud utile, & cui detur directum, & cui utile.
30 Vt sit locus in Interdicto quorum bonorum, requiritur, quòd hæreditas sit delata, & adita, vel bonorum possessio agnita.
31 Agnitio in præsentia Iudicis sufficit absque alio Decreto, ut sit locus Interdicto quorum bonorum.
32 Hæreditas potest adiri solo animo absque aliqua solemnitate.
33 Hæres in interdicto quorum bonorum, debet legitimare personam suam servatis servandis.
34 Interdictum quorum bonorum competit tam pro rebus per Defunctum tempore mortis possessis, quàm pro detentu.
35 In Interdicto quorum bonorum, requiritur, quòd Reus conventus possideat pro hærede, vel pro possessore.
36 Contra Titulo valido possidentem Interdictum quorum bonorum non datur, sed bene datur contra possidentem titulo invalido.
37 Vt quis sit legitimus Contradictor in Interdicto quorum bonorum, quæ requirantur.
38 Exceptio Iuris incontinenti probandi, & multò magis probati, admittitur in Interdicto quorum bonorum, & judicijs summarijs.
39 Titulus putativus, vel invalidus in Interdicto quorum bonorum nihil est.
40 Si possessio est vacans, datur hæredi immissio cum clausula, sine præjudicio possidentium, & habentium meliora jura, absq; alia citatione.
41 Interdictum quorum bonorum non datur contra non possidentem.
42 Interdictum quorum bonorum datur contra eum, qui dolo desiit possidere ad interesse.
43 Interdictum quorum bonorum datur tam hæredi ex Testamento, quàm abintestato, & ad quid.
44 Interdictum quorum bonorum datur signanter hæredi abintestato.
45 Interdictum quorum bonorum datur hæredibus proximioribus, & quibus.
46 Si Reus neget Actorem esse cohæredem, agendum est judicio familiæ herciscundæ.
47 Interdictum quorum bonorum datur hæredi hæredis.
48 Interdictum quorum bonorum datur ad consequendam hæreditatem ex testamento, vel abintestato de jure Prætorio, vel civili, & bonorum possessori, & ejus hæredibus.
49 Semel immisso non datur Interdictum quorum bonorum.
50 In judicio quorum bonorum veniunt accessiones, & fructus hæreditatis.
51 Interdictum quorum bonorum datur pro universa hæreditate, vel bonorum possessione.
52 Interdictum quorum bonorum, datur etiam pro quota, vel re particulari.
53 Contrarium quod non datur pro re particulari.
54 Interdictum quorum bonorum, si agitur ex titulo universali, datur etiam pro re particulari, aliàs secus.
55 Interdictum quorum bonorum, & remedium, l. fin. non competunt Legatario, nec Vsufructuario, nisi in legato adsit hæredis institutio, & non adsit alius cohæres qui adiverit.
56 Interdictum quorum bonorum datur pro incorporalibus, & n. 57.
57 Interdictum quorum bonorum non datur contra Debitores hæreditarios, & quare.
58 Interdictum quorum bonorum non datur etiam pro rebus detentis, veluti ex causa commodati, vel Depositi.
59 Interdictum quorum bonorum non datur pro fructibus post mortem Defuncti decursis, nisi à die motæ litis.
60 Contrarium, quòd in eo veniant fructus, etiam ante litem motam.
61 Fructus principaliter petiti, ut fors, debentur etiam ante litem motam.
62 Fructus petiti accessoriè, & incidenter consumpti, absque malâ fide, si quis non est fructus ex eo locupletior, non debentur nisi à die litis motæ.
63 Qualibet causa etiam temeraria, & opinione erronea excusat à restitutione fructuum.
64 Fructus malâ fide percepti debentur à die malæ fidei ante litem motam.
65 Fructus percepti etiam bonâ fide, si extant, & quis ex eo est factus locupletior, sunt restituendi, ex receptori.
66 Vbi titulus est reprobus, prout in materia Vsurarum, bona fides non excusat à restitutione fructuum, nisi possessor ignoraverit factum, ex quo oritur jus resistentia.
67 Interdictum quorum bonorum competit contra fideicommissarium non possidentem legitimè.
68 Exceptiones requirentes indagmem in Interdicto quorum bonorum non admittuntur.
69 Vt fideicommissarius sit legitimus Contradictor, debet possidere, & docere incontinenti de jure suo.
70 Fideicommissarius debet capere possessionem de manu hæredis, non propriâ authoritate, ut dicatur possidere sine vitio.
71 Etiam si restitutio fideicommissi fiat ipso jure, & possessio sit capta hæreditate jacente, authore Prætore.
72 Fideicommissarius possidens pro indiviso cum Defuncto potest continuare respectu totius, & hoc casu non dicitur possessor vitiosus, prout nec etiam quando nullus est hæres.
73 Fideicommissarius habens authoritatem capiendi possessionem propriâ authoritate, si illam sic accepit, non dicitur vitiosus possessor.
74 Fideicommissarius possidens sine vitio, docens incontinenti de jure suo, si non sunt faciendæ detractiones, est legitimus Contradictor, aliàs secus.
75 Si detractiones faciendæ ab hærede sunt valdè turbidæ, rejiciuntur ad Petitorium, & interim datur

datur fideicommissario manutentio.

76 *In Possessorio summario, quorum bonorum non datur appellatio suspensiva.*

77 *Interdictum quorum bonorum fuit inventum ad instar petitionis hæreditatis.*

78 *Interdictum quorum bonorum, & petitio hæreditatis in quibus conveniunt.*

79 *Interdictum quorum bonorum, & petitio hæreditatis in quibus discrepent.*

Quorum bonorum, Pars secunda, Cap. X.

1 ACtum fuit suprà de Salviano interdicto, quod datur cuicunque Creditori hypothecario, & quibus etiam virtute cujusvis ultimæ voluntatis competit hypothecaria, ac deinde de remedio, *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* quod competit hæredi ex testamento. Sequitur tertio loco videre de alio adipiscendæ possessionis remedio, hoc est, de Interdicto

2 *Quorum bonorum*, A, quod competit non solùm hæredi ex testamento, sed etiam hæredi ab intestato de jure civili, ac bonorum Possessori de jure prætorio, ut omnibus hæredibus de modo agendi sit provisum.

3 Differt Interdictum Quorum bonorum à remedio, *l. fin.* nam hoc cõpetit tantùm hæredi ex testamento pro bonis à Testatore tempore mortis possessis: sed illud datur etiam hæredi ab intestato, ac bonorum possessori, ut suprà pro bonis, quæ Defuncti tempore mortis fuerunt, & sic sive illa tunc fuerint à Defuncto possessa, sive tantùm detenta contra Possidentem pro hærede, vel pro possessore, non autem contra titulo valido possidentem.

4 Quare si hæres, cui hæreditas est delata, immissionem in bonis, quæ Defuncti tempore mortis fuerunt, petere voluerit in Tribunali A. C. & possessio illorum est vacans (quidquid sit de jure, & quidquid aliàs fuerit observatum) hodie non tenetur aliquem citare, sed inductis duobus Testibus, illisque summatim examinatis super obitu Defuncti, ac legitimatione personæ NN. hæredis, constitoque ex illorum depositionibus, aut aliàs legitimè, de d. obitu, & d. NN. tanquam hæredem ab intestato in hæreditate Defuncti succedere, vel si immissionem petere voluerit uti hæres ex testamento, probato obitu Defuncti, producto in actis Testamento in forma probanti, & legitimata ejus persona, obtinet à Judice Mandatum de immittendo, cum clausula, *dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio Possidentium, & habentium meliora & potiora jura*, juxta formulam superiùs traditam, hac eâdem *par. 2. c. 7. nu. 20.* in cujus fine loco illorum verborum, quoniam in vim ultimi nuncupativi Testamenti q. NN. &c. si immissio petitur ab eo, cui delata est hæreditas ab intestato, dicitur, *quoniam in vim Testium in actis examinatorum, ac Iurium exhibitorum* (si quæ sint) *Reverendiss. D. ita mandavit*, &c. & ita hodie observat praxis.

5 Verùm si alius possidet pro hærede, vel pro possessore, hæres Interdicto Quorum bonorum, agere volens, tenetur conficere Monitorium, ut infrà, & aliàs, mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam, videlicet:

6 De mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. hæredis ab intestato q NN. (vel ex Testamento rogato per acta N. sub die N. mensis N. anni N. suis loco, & tempore in actis causæ producendo) prout suo loco, & tempore demonstrabitur, Tonore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso detentor & occupator bonorum hereditariorum q NN. quatenus infra triduum proximum, sub pœna 500. ducatorum Cameræ Apostolicæ applican. ac pro illis Mandati exequutivi, & in juris subsidium, excommunicationis, &c. alisque pœnis, &c. debeat d. NN. Instantem in pacificam & quietam possessionem unius domûs sitæ in urbe in regione N. juxta bona NN. & NN. & alios, &c. & quorumcunque bonorum hæreditariorum dicti q. NN. mobilium, stabilium, & se moventium, jurium, & aliorum quorumcunque ad hæreditatem dicti q. NN. spectantium, ubique locorum positorum & existentiũ, & sub quibuscunque finibus confinatorum, ac prout in actis, ac processu causæ verificabitur, illorumque, & cujuslibet eorum jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcunque, immisisse, posuisse, & induxisse, immissumque, positum, & inductum manutenuisse, defendisse, & conservâsse, ac de fructibus, redditibus, & proventibus respondisse & satisfecisse, ac per quos opus fuerit immitti, manuteneri, ac responderi fecisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorum, causa, & occasione facta, passa & patien. ac liquidan. refecisse, Mandatumq; de immittendo, ac manutenendo, & aliud desuper necessarium, & opportunum concedi, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, in vim Interdicti Quorum bonorum, seu alterius cujusvis remedii possessorii magis utilis, & proficui d. Instanti competentis, &c. Deducens, &c. implorans, &c. non solùm, ut suprà, &c. sed omni alio, &c. & si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

7 Hoc Monitorio datur Cursori, qui illud personaliter executum subscribit, & deinde in actis reproducit, quæ quidem reproductio ab actuario adnotatur in Broliardo, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque &c. NN. Sanctiss. D. N. Cursor retulit se ad instantiam NN. personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

8 Exadverso pars monita protestatur infra triduum, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri. Ideò nihi, fieri,

fieri, nisi servatis servandis, & verificatis verificandis, aliàs, &c. omni, &c.

9 Cæterùm Actor sive negato, sive non negato Monitorio, tenetur illud justificare, & pro verificatione probare se hæredem ex testamento, vel ab intestato, & aliàs juxta contingentiam facti producendo in actis Testamentum in forma probante, citatâ Parte ad dicendum contra jura, juribusque, quatenus opus sit, recognitis, ut suprà *p.1.c.2.n.10. & seqq. & p.2 c 6 n.11. & seq.* & personis legitimatis, exhibendo etiam in actis Articulos opportunos, citatâ Parte ad dicendum contra illos, juxta formulam citationis superiùs traditam, *p. 1. c.11. num.2. & seqq.*

10 Articuli verò ab hærede ab intestato poterunt fieri, ut infrà, & aliàs secundùm contingentiam facti, mutatis mutandis, &c. videlicet:

Articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. in causâ, quam habet cum NN. petens recipi & admitti, ac super eis Testes inducendos, servatis servandis examinari, ad superfluam tamen probationem non se astringens, &c. deducens, &c. salvo jure, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

In primis hîc loco Articulorum repetit omnia jura, &c. in quantum, &c. ex quibus, &c. licet, &c. tamen, &c. ad majorem cautelam, quatenus opus sit, probare vult, & intendit.

1 Che la verità fù, & è che fù già al mondo il q. NN. del quale, e della q. NN. sua Consorte, e loro legitimo matrimonio ne nacquero il d. NN. Articolante, & NN. loro Figlioli legitimi, e naturali, e per tali, e come tali, li sopra detti da tutti communemente sono stati, e sono hauuti, tenuti, e reputati, e come meglio li Testimonij informati diranno la verità del tutto &c. e così &c.

2 Che la verità fù, & è che il d. q. NN. Figliolo del d. q. N. N. e Fratello del d. Articolante del mese di N. sotto il dì N. ò altro &c. dell' Anno N. come à Dio piacque, passò à miglior vita senza Figlioli, ò Descendenti legitimi, e naturali, e senza hauer fatto Testamento, hauendo solo lasciato dopò di se il detto Articolante suo Fratello carnale più prossimo, per tale, e come tale da tutti tenuto, hauuto, e reputato, e come meglio li Testimonij informati dirannola verità del fatto, e così &c.

3 Che la verità fù & è che il d. q NN. Fratello carnale dell' Articolante al tempo della sua morte hauena fra li altri suoi beni, e morendo lasciò nella sua hereditâ gl' infrascritti stabili, mobili, e semoventi, de' quali si tratta, possedendo dd. beni, e pigliandone li frutti, e facendo altri atti possessorii, mentre visse, e per fino alla sua morte, e come meglio li Testimonii informati diranno la verità del tutto, è così &c.

4 Che la verità fù, & è che li sopradetti infrascritti beni hereditarii del d. q. NN. lasciati da lui nella sua hereditâ, come sopra, sono stati da più mesi in quà, e sono al presente occupati benche indebitamente da NN. Adversario, il quale ne hà preso, e piglia i frutti da' Lavoratori, e da chi occorre, e come meglio li Testimonii informati diranno la verità del fatto, e così &c.

5 Che la verità fù, & è, che li detti beni occupati indebitamente dal detto Auuersario sono quelli medesimi in corpo, e sostanza, che lasciò già nella sua hereditâ come sopra il d. q. NN. Fratello carnale dell' Articolante, e come meglio li Testimonii diranno la verità del tutto, e così &c.

6 Item che delle sopradette cose ne fù, era, & e publica voce, e fama, publico, e notorio, e così &c.

In fine Articulorum inferatur Tenor bonorum, de quibus agitur, & deinde dicatur:

Hos pro nunc, &c. non se astringens, &c. salvo jure, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio, &c.

Nomi de Testimonii N. N. N. N. N. N. e altri da nominarsi.

11 Cæterùm hæres ex testamento, omissis dictis duobus articulis primis, poterit primum articulum conficere, ut infrà, videlicet:

1 Che la verità fu, & è che fu già al mondo il q. NN. il quale sotto il dì N. del mese N. dell' anno N. passò a miglior vita, con hauer fatto prima il suo ultimo Testamento nuncupativo, con il quale morì, rogato per li atti di NN. sotto il dì N. del mese di N. dell' anno N. nel quale instituì, e lasciò suo universale herede il d. NN, Articolante, come più amplamente in detto Testamento, al quale &c. e così &c.

Et deinde poterit prosequi alios articulos, ut suprà, mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam.

12 Demum probatis Articulis per testes, & alia legitima probationum genera, servatis servandis, poterit etiam Reus eodem modo, si vult, probare exceptiones, si quas habet, juxta superiùs tradita hac eâdem *par. 2. in præcedentibus capitibus*, debetque Actor in termino ad dicendum contra, hoc casu protestari, juxta formulam, de qua suprà hac eâdem *par. 2. cap. 6. n. 16.* & Judex tenetur admittere eo casu jura & Articulos cum clausulâ, de qua in d. *p. 2 c. 6. n. 16.*

13 Verùm quoniam in hoc summario Possessorio iudicio non datur appellatio suspensiva, si fortè in præmissis mixturam fieri contingeret, posset Actor suspendere Petitorium juxta superiùs tradita hac eâdem *p. 2. c. 6. n. 17. & seq.* nè aliàs causa efficeretur appellabilis.

Successivè, probatis probandis, sunt observandi termini substantiales, videlicet:

A. C. N.

14 Citetur NN. exadverso principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis substantialibus, instante NN. principali sive &c. NN. Notarius.

Decretum.

NN. repetit jura hac die in actis producta & repetita, & petit, & obtinuit servari ut suprà, & admitti, si, & in quantum omni, &c.

Vel, si magis liber, termini possunt servari in hoc judicio, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

A. C. N.

15 Citetur NN. ex adverso principalis, ad articulandum ad 8.d. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad 2.d. in terminis substantialibus instante NN. principali, sive, &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. repetit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut suprà & admitti si, & inquantum, omni, &c.

Productio verò Jurium in actis potest fieri ut suprà *p.1.c.2. n.10. & seqq.*

Proinde, si causa debet expediri per decretum, poterit citari Pars ut infrà, videlicet:

A. C. N.

16 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcunque facultatum absolvi Instantem à Censuris ad effectum, &c. deferri Juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & loco sententiæ videndum (reintegrari Monitorium, si illud fuit negatum) & Instantem immitti in possessionem bonorum, de quibus agitur, & quodcunque mandatum de immittendo, & aliud desuper necessarium, & opportunũ decerni, & relaxari ad p.d. Instante NN. principali, sive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit, & obtinuit, ut suprà &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. (& reintegrari Monitorium) ac decerni, & relaxari mandatum, ut suprà, nisi ad p.d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principalis, qualiter Dominus relaxavit mandatum de immittendo, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

Quòd si causa sit terminanda per Cedulam, citatur Pars, ut infrà videlicet:

A. C. N.

17 Citetur NN. ex adverso principalis ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, ac servatos, in vim quarumcunque facultatum, absolvi Instantem à Censuris, ad effectum &c. deferri juramentum in supplementum plenæ probationis quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & aliàs omni, &c. ad p.d. instante principali, sive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. & sententiari prout in cedula, quam Reverendiss. Dominus Locumtenens legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris &c. super quibus, &c. præsentibus Sociis Testibus, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo.

Tenor Cedulæ.

18 Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Jurisperitorum consilio ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seu veriori vertæ fuerunt, & vertuntur instantia inter NN. ab intestato hæredem universalẽ q. NN. (vel ex Testamento rogato per acta NN. die N. mensis N. anni &c. seu, &c. ad quod, &c.) Actorem ex una, & NN. Reum convenrum ex altera partibus, de, & super immissione in possessionem infrascriptorum bonorum hæreditariorum q. NN. de quibus agitur, rebusque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus dictum NN. immittendum fore, & esse, prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem possessionem dd. bonorum, eorum jurium & pertinentiarum quarumcunque, amoto exinde NN. detentore, & quodcunque mandatum de immittendo desuper necessarium, & opportunum decernendum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expensis condemnamus, quantum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitivè sententiamus, non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo, &c. *(hic inseratur Tenor bonorum.)*

19 Ita pronunciavi Ego NN Locumtenens.

Causa verò, ut suprà, expedita, nisi Pars obtineat Supersessoriam à Præfecto Signaturę, juxta superiùs tradita *par. 1. c.13. n.19.* vel aliud obstiat, expeditur Mandatum, ut infrà, videlicet:

20 De mandato Illustrissimi & Reverendiss. D. A.C. sive R.P.D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. hæredis universalis q. NN.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis, ad quos spectat, &c. quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub 500. ducatorum, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis, & quilibet vestrûm debeat eundem Instantem in realem, actualem, & corporalem possessionem bonorum hæreditariorum q. NN. in fine præsentis Mandati adnotatorum, de quibus agitur, eorumque jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque, amoto NN. Adversario, & quolibet alio illicito detentore immisisse, induxisse, & posuisse, ac immissum, inductum, ac impositum manutenuisse, defendisse, & conservasse, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus eorundem respondisse, & responderi feciisse, quoniam d. NN. Adversario citato, & intimato, servatis servandis, in vim decreti desuper emanati (vel sententiæ desuper latæ) si causa fuit expedita per Cedulam, prout in actis Reverendiss. D. ita mandavit hac die, &c. *(hic exprimatur tenor bonorum, nisi suprà in corpore Mandati expressus fuerit.)*

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

21. Cæ-

21 Cæterùm si Reus, qui in hoc Interdicto Decretum, vel Sententiam contrariam reportavit, appellare voluerit, cùm appellatio suspensiva non detur, necesse habebit adire præfectum Signaturæ, seu ejus auditorem pro Supersessoria ad effectum impediendi Immissionem, ac proinde causam in plena Signatura proponendam curare, juxta superiùs tradita *par. 1. c. 13. nu. 20. & seqq.*

Appellatio autem coram Judice à quo infra decem dies, *ut in d. p. 1. c. 13. nu. 2. & seqq.* interponi poterit, ut infrà videlicet:

Pro NN. contra NN.

22 Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætenso Decreto facto, seu Sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab ea, & ab omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma omni &c.

Tenor Cedulæ appellationis.

23 A quadam asserta Sententia, seu Decreto definitivo per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem lata, seu facto, ut dicitur, ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super Immissione in possessionem bonorum hæreditariorum q. NN. rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. Procurator, & eo nomine d. NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi, & gravari, &c. ab illa, seu ab illo, & toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis proponat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus, &c. à non admissione, ac toto ulteriori processu iterum, & toties quoties appellat, & ut suprà de nullitate dicit, ita ut sit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. aliàs de nullitate, & attentatis, &c. protestatus, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Comm. sio autem in Signatura proponenda poterit fieri ut infrà, & aliàs, mutatis mutandis juxta contingentiam facti, videlicet:

Romana.

24 Beatissime Pater. Devotus S. V. Orator NN. donatarius omnium bonorum q. NN. reperitur à pluribus annis citra in pacifica & quieta possessione eorundem bonorum; sed nihilominus NN. Adversarius assertus hæres ab intestato d. q. NN. sub nimus vero prætextu, quod d. donatio non fit de jure valida, egit coram A. C. contra eundem Oratorem, & Sententiam favorab. lem, ut dicitur, super Immissione in possessionem dd. bonorum, in vim Interdicti Quorum bonorum, quod non datur contra titulo possidentem, esto sit, à qua quidem asserta Sententia idem Orator ad S. V. infra legitima tempora appellavit. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ à d. asserta Sententia definitiva infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutions in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, Constitutionibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque statum, &c. pro plenè, &c.

Sed si causa non est Rotalis, petitur committi alicui Romanæ Curiæ Prælato, ut traditum fuit suprà hac eâdem *par. 2. cap. 6. n. 32.*

25 Signatura, si causa non admittit appellationem, rescribit cum clausula, *sine præjudicio Mandati de immittendo*: vel si datur appellatio, rescribit simpliciter, committendo causam appellationis; vel si est dubium, an detur appellatio, rescribit cum clausula, *quatenus sit locus Ægidianæ*, juxta superiùs tradita hac eâdem *p. 2. c. 6. n. 33. & seqq.*

26 Tandem, si locus est exequutioni, expeditur Mandatum, & datur Exequutoribus, qui illius vigore procedunt ad Immissionem in possessionem bonorum, de qua Actuarius conficit publicum Instrumentum, juxta formulam superiùs traditam *d. par. 2. cap. 3. nu. 39.* mutatis mutandis.

OBSERVATIONES.

A 27 INterdictum Quorum bonorum sic appellatum fuit à primis verbis Edicti Prætoris, *l. prima ff. Quorum bonorũ. Mynsing. in §. sequens. num. 5. & ibi etiam Oynot. num. 13. vers. 3. datur, Instit. de Interd.*

28 Est etenim Interdictum Quorum bonorum remedium adipiscendæ possessionis bonorum hæreditariorum Defuncti, de jure prætorio introductum, & adinventum, *l. prima, & ibi DD. ff. Quorum bonorum, §. sequens, & ibi Mynsing. n. 5. Oynot. n. 7. & n. 12.* & alii *Inst. de Interd. Bart. cons. 82. Quæstio in princ. vers. præterea, lib. 2.*

29 Et est duplex, directum, & utile, *Marant. de ord. Iud. par. 4. dist. 7. n. 7.*

Directum datur Agenti ad universam hæreditatem, *d. l. prima, ff. quorum bonorum. Marant. d. par. 4. dist. 7. n. 7.* Utile verò datur Agenti ad unam rem particularem. *Specul. de Testam. in §. nunc dicendum, vers. quid si res. Maran. d. par. 4. dist. 7 n. 7.*

Vel potius, directum datur bonorũ possessori de jure Prætorio: utile datur hæredi de jure civili, *Mynsing. in d. §. sequens, n. 8. & ibi Oynot. n. 13. Inst. de Interd. Marant. d. p. 4. dist. 7. n. 7. Bart. cons. 82. in princ. vers. aut dicimus, quod petierit. lib. 2.*

30 Primò autem ad hoc, ut Interdicto Quorum bonorum locus fit, requiritur ex parte Actoris, quòd ei sit delata hæreditas, & quòd eandem adiverit, vel bonorum possessionem agnoverit, *l.1.& 2.ff.quorum bonorum. Marant. d.p.4.d.st.7.n.4.*

31 Sufficit tamen agnitio in præsentia Judicis, nec hodie est de essentia Judicis Decretum, *l.fin.C.qui admitti. Oynot.in d.§.sequens, n.23. Inst.de Interd.*

32 At de jure Civili non requiritur solemnitas præsentiæ Judicis in aditione, cùm hæreditas solo animo possit adiri, *l.pro hærede,in princ.ff. de acq.Hæred. l.si Avia C.de jur.delib. Oynot.in d.§.sequens,n.24.Instit.de Interd.*

33 Debet ergo in effectu Hæres, hoc Interdicto agere volens, legitimare servatis servandis ejus personam, *Salust.Tib.in prax.lib.2.c.4.n.5.*

34 Secundò requiritur, quòd res, quarum possessio petitur, fuerint in bonis ipsius Defuncti tempore mortis; nec interest, an tunc fuerint ab eo possessæ, vel detentæ, *l. prima in princ.ff. quor.bonor. Bart.in l.prima, n.12.C.quor.bonor.* cum aliis cumulatis per *Menoch. de adipisc. remed.1.n.78.& seq. & remed.4.n.54. vers.undecima*, in his terminis post *Menoch.* quem allegat, procedit *Rot.dec.173.n.4.p.5.rec. Burat.dec. 386.n.2.*

35 Tertio requiritur, quòd reus conventus in hoc judicio possideat pro hærede, vel pro possessore, *l.prima.ff quor.bonor. l.2.C quor.bonor. §.sequens Inst.de Interd. Bart.cons. 82. vers.aut dicimus quod petierit,lib.2.Oynot.in d.§.sequens, n.12.& seqq. Maran.de ord.jud,p.4.dist.7.nu.4. Peregr.de Fideic. art.46. n.11. Cavaler.dec.386. n.1. Rot.dec.756.n.1.p.3.& dec.364.n.1.p.5.& dec.48.n.6. & dec.68.n.2.p.6.rec.*

36 Nam si reus non pro hærede, vel pro possessore, sed alio titulo possideat, hoc Interdictum non datur, *d.l.1.ubi not.ff.quor.bonor.d.§.sequens Inst.de Interd.d. Oynot.in d.§.sequens,n 17. Alex. cons.184.Visa,n.10.lib.5.Maran.de ord.Iud.d.p. 4.d.st 7.n.4. Cavaler.d.dec 386.n.2. Rot.dec. 671.n.1.p.1.& dec 756.n.1.p.3. & dec.415.n.9. p.9.rec. & apud Post de Manut.dec.294.nu.5. juxta primam impress.*

Verùm quod dicitur non dari Interdictum contra possidentē alio titulo, debet intelligi de valido; nam competit Interdictū, quando titulus fuerat malà fide, vel fortè post mortē defuncti acquisitus, ut per *Burat.dec.772.n.2 & seqq.*

37 Ad hoc autem ut quis sit legitimus Contradictor in hoc judicio, requiritur, quòd possideat bonâ fide, & sine vitio, & doceat incontinenti de jure suo, *Rolan.con.1.n.23.& seqq. lib 1.Salust.Tiber.in prax.lib.2.c.4.n.7. Rot.dec. 15.n.2.& 9.10.& seq.p.1.rec. Gregor.dec.206.*

38 *n.9.* & † sicut ex præmissis admittitur in hoc judicio exceptio juris incontinenti probandi, dum Reus paratus est docere incontinenti de jure suo: ita & multò magis admittitur illa, de cujus probatione & veritate incontinenti liquet. *Rot.dec.415.n.14.p.5.rec.* ubi quòd hoc procedit in omnibus judiciis summariis.

39 Nec sufficit possessori ostendere titulum invalidum, vel putativum, quia ad exclusionem hujus Interdicti requiritur titulus validus, ut de communi testatur *Seraph.dec.256.n.2.* quem sequitur *Rot.dec.755.n.5.p.2. & dec.189.n.4. p.4. recent.*

40 Verùm si nemo possideat, licèt olim praxis observaverit, quòd petens immitti teneretur generaliter citare sua quomodolibet interesse putantes juxta tradita per *Salust.Tib.d.lib.2.c.4. n.4.* nihilominus quia citatio hoc casu non est necessaria, ut per *Bart.d.cons.82. vers.aut dicemus quod cum, lib.2.* hodie hæredi ab intestato, qui ejus personam, ut suprà legitimavit, datur immissio cum clausula, de qua suprà *nu.4.* absque alia citatione.

41 Cæterùm si Adversarius non possideat, hoc remedium non competit, *Menoc.de adipisc.remed.1.n.47.& seq.Peregr.de fideic.art.46.n.30. Oynot.in §.sequens,n.29.Instit.de Interd. Cavaler.dec,31.n.7. Ferentill.ad Burat.dec.772.n.11.*

42 Sed hoc non procedit, quando quis dolo desiit possidere; nam datur tunc contra eum hoc Interdictum ad interesse, *l.1.ff.quorum bonorum. Oynot.in d.§.sequens, n.30. Instit.de Interd.Caval.dec.31.n.7.*

43 Competit autem hoc Interdictum tam hæredi ex Testamento, quàm intestato, pro acquirenda possessione hæreditatis, & rerum hæreditariarum. *Oynot.in §.sequens,n.13.vers.Tertio datur.Inst.de Interd. Aret.in §.quadrupli. n. 34.Institut.de act. Marant.de ord.Iud.p.4. d.st. 7.n.2.* cum aliis suprà allegatis *hac eâdem p.2. c.7.n.32.vers.Interdictum verò.*

44 Sed si signanter datur hæredi venienti ab intestato, *l,1.ff. & C.quor.bonor. Salust. Tiber. in prax.d.lib.2.c.4.n.3. Rot.dec.115.n.1. par.1. & dec.254 n.1.p.& dec.117.n.6.p.5.recent. Burat. dec.738.n.8.*

45 Et quidem hæredi proximiori, & fratri contra alios fratres, *Cavaler.dec.386.n.1.& n. 3.* Filiis pro immissione in possessionem bonorum maternorum, *Burat dec.386.n 1.* Cohæredi, qui non negatur cohæres, sed non possidet, *Cavaler.dec.386.n.4.& dec.401.n.3.& seq.* quinimò cohæredi, pro sua portione denegari

46 non potest, *Rot.dec.280.n.5.par.recent.* Sed † si hi, equi possidet, neget Actorem esse cohæredem, agi debet familiæ herciscundæ judicio, *Rot.dec.756.n.2.par.3.recent. Cavaler. d.dec. 386.n.4.& seq.*

47 Competitque hoc Interdictum non solùm hæredi, sed etiam hæredi hæredis, *Salust.Tib. in prax.lib.2.c.4.n.9. Rot.dec.115.n.1. par.4. recent.* & hæredi Cessionario, *Menoch. de adipisc. remed 4.n.249.Burat.dec.386.n.1.Rot.dec.48. n.1.par.6 recent.*

48 Etiam ad consequendam hæreditatem hæredi ex Testamento, vel ab intestato de jure Prætorio, vel Civili, & bonorum Possessori, & etiam ejus hæredibus ad consequendam hæreditatem Defuncto delata jure Prætorio, *Oynot. d.§.sequens,n.13.Instit.de Interd.Aret.in §.quadrupli.n.34.Instit. de action.*

49 Veruntamen semel immisso, qui à possessione cedit, non datur hoc remedium Quorū bonor. *§.sequens, ubi Oynot.n.25.& seq.Instit.de Interd. Alex,cons.70.Magnificus num.11. lib 6. cons.88.*

Omis-

Omissis.num.18.lib.7. Marant.de ord.Iud.d.p.4. dist.7.n.5.& seq.Peregr.de Fideic.art.46.nu.8. Rota dec.115.n.15.& seq.par.1.& dec.254.n.1. p.4.recent.

50 In hoc judicio venit universitas bonorum, & per consequens veniunt etiam accessiones, & fructus hæreditatis, *l.1. ff quor.bonor. Glos.in rubr.C.quor.bonor. Salust.Tiber.d.lib.2. c.4.n.1.& seq. Alex.cons.70.Magnificus, n.11. lib.6. Burat.dec.474.n.7.*

51 Et ob id datur Interdictum Quorum bonorum, pro universa hæreditate, & bonorum possessione adipiscenda, *l.1 ff. quor. bonor. §. sequens, ubi Oynot.n.16.Instit.de Interd. Rot. dec. 217.n.6.p.5.recent. & apud Post.de Manut.dec. 294.n.5.secundùm primam impress.*

52 Quinimò datur etiam pro adipiscenda possessione quotæ, vel alterius rei particularis, *l. 1. in princ. ibi quod ex his, & ibi Gloss. in verb. ad singulas, ff. quor.bonor.d.§.sequens. & ibi Oynot. n.16.Inst.de Interd. Maran.de ord.Iud. p.4. d. dist.7.n.8. Peregr.de Fideic.art.46.n.15.* ubi quod hoc est valdè notandum in practica, *Rot.dec. 415.nu.8.p.5.recent. & apud Post.de Manuten.dec.294.n.4. Burat.dec.386.n.2.*

53 Contrarium quòd hoc interdictum non competat pro adipiscenda possessione rerum particularium, quia est judicium universale per *tex. in l.1.§.fin.ff.quor.bonor.* videtur tenere *Papien. in prax.in form.libell.quando pet.Hared.ex Test. §.in omnibus ejus bonis, n.2.*

54 Sed potest distingui, quod aut agitur ex titulo universali, & tunc hoc interdictum competit etiam pro rebus particularibus: aut agitur ex titulo singulari, & tunc secus, licèt enim hoc, & similia judicia sint universalia, apta competere ad universitatem, tamen quando competunt ad res singulares, hoc non fit ex titulo singulari, sed ex fonte universali, ut post *Ias.* & alios declarat *Oynot.in d.§.sequens, num.16.instit. de interdict.*

55 Unde infertur, quòd cùm Legatarius, & Usufructuarius non habeant titulum ex fonte universali, sed ex singulari, non competit eis hoc Interdictum, prout nec remedium, *l.fin.* nisi deberent in legato hæredis institutionem, & nullus adesset alius cohæres, qui adiverit, *Papien. in d §.in omnibus num.1.& seqq. Salust.Tiber. d. lib 2.c.4.n.3. Greg dec.206.n.2.*

56 Et competit etiam Interdictum Quorum bonorum, pro rebus incorporalibus, *Rip.in l.1. nu.2 ff.quor.bonor. Peregr.de Fideic. d.art.46. n.16. Burat.dec.474.n.7.*

57 Sed hoc non procedit in Debitoribus hæreditatis, qui hoc interdicto non tenentur, cùm tantùm eo teneantur corporum possessores, *l.2. ff.quor.bonor.* Ratio diversitatis est, quia Debitores hæreditatis non possunt quasi possideri, cùm non sint in bonis nostris, sed Possessores prædiorũ debentium servitutes dicuntur possessores corporum, & servitutum, habitâ ratione ad prædia, quibus cohærent, propterea datur Interdictum Quorum bonorum, non solùm servitutibus, sed etiam pro aliis rebus incorporalibus, quæ cùm rei corporali cohæreat, quasi possideri possunt, prout ex mente *Bart.* tradit *Rip.in d.l.2.ff.quor.bonor.* & aliis rationibus comprobat latius *Peregr.de fideic.d.art.46. num.16.*

58 Frequenter autem datur hoc Interdictum pro bonis, quæ Defunctus tempore suæ mortis possidebat: vel saltem detinebat, veluti ex causa Commodati, vel Depositi, *Rip.in l.1.num.18.in fin.ff.quor.bonor. Gabr.cons.31.n.5.lib.1. Pereg. de fideic.art.46.n.14. Mantic.dec.241.n.1. & dec.245.n.1. Cavaler. dec 409 n.2.& seq. Ros. dec.415.n.7. p.5.recent.* cum aliis cumulatis suprà *vers.2.requiritur, n.34.*

59 Sed licèt competat pro bonis relictis à Defuncto tempore mortis, non tamen comprehendit fructus posteà decursos, nisi à die motæ litis, *Seraph.dec.170.n.1. Cavaler.dec.409.n.1. & seqq. Buratt.dec.184.n.1.*

60 Veruntamen cùm Interdictum Quorum bonorum fuerit inventum adinstar petitionis hæreditatis, in eo sicut in petitione hæreditatis venire fructus etiam ante litem motam tradit *Peregr.de fideic.art.46.nu.9.* cum aliis allegatis suprà *vers.in hoc jud cio, n.50. Buratt.dec.474. n.7.& dec.843.n.3.*

61 Distinguendum est in materia fructuum, nam aut agitur principaliter ad ipsos fructus, qui petuntur uti sors, & tunc debentur etiam ante litem motam, *Rot.dec.689.n.3.& seq. p. 3.lib.3.divers. Seraph. dec.835.nu.2.& seq. & dec.1168. n.3.* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Burat.d.dec.184.n.8. sub lit.A.* ubi de observantia Rotæ testatur *Rot. dec. 3.num.6. & seq. par.7.recent.* ubi quòd hanc opinionẽ perpetuò tenuit Rota, *& dec.281.n.4.& nu. 6.d.p.7. recent.* ubi quòd quando dicti fructus petuntur, uti sors principalis, non mala fides, sed obligatio ex legitimo fonte manans tribuit actionem.

62 Aut agitur ad aliquam rem, cujus fructus veniunt in condemnatione accessoriè, & incidenter, & tunc aut sunt percepti, & consumpti bonâ fide, vel saltem absque mala fide, & quis non est factus locupletior, nec auctum ex his ejus patrimonium, & tunc quis non tenetur ad eos, nisi à die moræ litis, & sic malæ fidei superuentis, in quibus terminis procedit *Seraph. d.dec.170. Rota dec.528.n.7 par.2.recent.* ubi

63 quòd quælibet causa etiam temeraria excusat à restitutione fructuum, *Buratt.dec.184.n.5.& seq. Cavaler.dec.109.n.5.& seq. Rot.dec.3.n.1. & dec.187.n.18.& dec.211.n.17.& d.n.213.n. 9 p.7. recent.* & ad hoc sufficere opinionem etiam erroneam non solùm in facto, sed etiam in jure, post alios tradit *Beltram.ad Gregor.dec. 74 lit.A.*

64 Aut fructus sunt percepti malâ fide, prout ab eo, qui scit se habere cohæredem, & tunc quis tenetur ad eos, etiam ante litem motam percepros à die malæ fidei, *l.qui bonâ fide, ff.de acquir. rer.domin. Rota dec.689.n.6.p.3.divers.lib.3.& in his terminis procedit Burat.d.dec,474.n.6. & seqq.& dec.843.n.1.& seq.* & ibi *Ferentill. lit.B.n.7.* cum aliis cumulatis per *Rot.d.dec.3.n. 23.& seqq.par.7.recent.*

65 Aut fructus sunt percepti bonâ fide, & nõ sunt consumpti, sed extant, & quis est ex eis factus locupletior, & auctum est ejus patrocinium, &

tunc illi debent restitui, vel eorum æstimatio, *l.item veniant, §.praterhac, vers.eos autem.ff.de petit.hared.* cum aliis cumulatis per *Rot.d.dec.3.n.38.& seqq.* ubi de receptori, & quòd ab hac opinione non est in consulendo, & judicando recedendum, *p.7.recent.*

66 Aut titulus est reprobus, prout quando agitur de Usuris, & tunc bona fides non excusat à restitutione fructuum, *Seraph.dec.106. Beltramin.ad Gregor.dec.74.lit.A.* ubi hoc temperat, nisi Possessor ignoraret factum, ex quo oritur d.resistentia Juris, ut fuit dictum in *Mantuana fructuum, 31. Januarij 1618. coram bon.mem. Vbaldo.*

67 Competit denique hoc Interdictum Quorum bonorum, contra Fideicommissarium nō possidentem legitimè, *l.1.ff.quorum bonorum, Menoch.de adipisc.remed.1.n.53. Rot.dec.115. n.1.p.1.rec. Cavaler.dec.550.n.1.*

68 Nec exceptiones requirentes altiorem indaginem in hoc judicio admittuntur, nec ex eis impeditur immissio, *Burat.dec.386.n.4.* prout idem de exceptione proveniente ex titulo divisionis tradit idem *Burat.dec.772.n.1.*

69 Ad hoc autem ut Fideicommissarius legitimè possideat, & per consequens sit legitimus contradictor, duo coptulativè requiruntur: quòd scilicet possideat sine vitio, & doceat incontinenti de jure suo, *Rot.dec.115. nu.3.par.1. recent.* ubi quòd hanc opinionem perpetuò tenuit Rota *Greg.206.n.6.*

70 Nec dicitur Fideicommissarius possidere sine vitio, quando possessio fuit capta propriâ authoritate, non autem de manu hæredis prout requiritur, *l.1.ff.quor.bon. Rolan.cons.71.n.14. lib.3. Gregor.d.c.109.n.1.* cum aliis cumulatis
71 per *Rot.dec.115. n.3.* ubi † quòd hoc procedit etiam, quando restitutio fideicommissi fit ipso Jure, & possessio fuit capta hæreditate jacente, *Greg.d.dec.206.n.8.& seq.* ubi quòd hoc procedit, etiam si possessio sit capta authore Prætore, quia hæreditati jacenti debuit dari Curator, *Beltram.ad Greg.d.dec.206.n.10.* ubi
72 † quòd hoc non procedit, quando fidei commissarius possidebat pro indiviso cum Defuncto, nam potest continuare, nec dicetur vitiosus, etiam respectu totius, prout nec etiam procedit, quando nullus esset hæres, de cujus manu fideicommissarius capere posset.

73 Sed conclusio, quòd possessio capta à fideicommissario, ut suprà, sit vitiosa, non habet locum, quando fideicommissarius habebat facultatem capiendi possessionem propriâ authoritate, *Rot.d.dec.115.n.17.p.1.rec. Greg.d.dec.206 num.7.*

74 Quando fideicommissarius possidet sine vitio, & docet incontinenti de jure suo, tunc si non sint faciendæ detractiones, est legitimus Contradictor, & potest impedire hæredi immissionem, ut evitetur inutilis circuitus, *Paris. cons.53.num.14.lib.3.* cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg.d.dec.206.n.12.*

Secus si ab hærede sint faciendæ detractiones, *Castr.in l.fin. nu.13.C.de edict.Div.Adr.tollen. Menoch.de adipisc.remed. 4.n.638. Gabr. consil.45.n.24.lib.2. Bour.dec.136.nu.2. Rota d.dec.115.n.11.p.1.& dec.254.n.3.p.4.recent. Greg.dec.206.n.8.* cum aliis cumulatis ibidem per *Beltram.sub.n.11.*

75 Sed hoc non procedit, quando detractiones faciendæ sunt valdè turbidæ, quæ ob id respiciunt Petitorium, & ad illud rejiciuntur, *Rota apud Post.de Manut.dec.150.n.10. & dec.216.n. 14.juxta prim.impress.* & interim datur fideicommissario manutentio, *Post.de Manut.observat.47.n.9.*

76 Cæterùm in hoc summario possessorio appellatio suspensiva non admittitur, *Oynot.in §. sequens.n.42.Instit.de Interd.Marāt.de ord.iud. p.4.distinct.7.n.9.* quod est regulare in omnibus Possessoriis, ut tradit idem *Marant. de ord.iud. 3.par.6.part.princ.act.1.nu.294.* ubi de magis communi *Gravat.ad Vsfr.in Prax.lib.7.cap.3. nu.38.* ubi de magis communi *March.san.de Commiss.appell.in Salu.& aljs poss.par.1.§.1.nu. 12.& n.28.& nu.29. & seq fol.927. secundùm novam impress.*

77 Licèt autem Interdictum, Quorum bonorum fuerit adinventum adinstar Petitionis hæreditatis, ut per *Burat.d.dec.772.n.1.* & in multis conveniant, tamen in pluribus discrepant.

78 Nam Primò conveniunt, quia in utroque judicio veniunt accessiones, seu fructus ex allatis suprà, *vers.in hoc judicio, n.50.*

Secundò, quia datur solùm contra Possidentem pro hærede, vel pro possessore.

Tertiò, quia in utroque judicio requiritur, quòd actor sit hæres.

Quartò, quòd Reus possideat, vel dolo desierit possidere.

Quintò, utrumque est judicium universale, quod datur aliquando pro rebus particularibus.

Sextò, neutrum datur pro recuperanda re, cujus quis aliàs fuit nactus possessionem, quam posteà amisit.

Septimò, utrumque judicium proponi potest sæpiùs pro diversarum rerum possessione adipiscenda, latè *Oynot. in §. sequens, nu.35. & seq. Instit.de Interdict.*

79 Discrepant verò Primò origine, nam petitio hæreditatis est de jure civili; Interdictum verò Quorum bonorum est de jure Prætorio introductum.

Secundò, Petitio hæreditatis directa datur hæredi, utilis bonorum possessori; Interdictum verò Quorum bonorum directum datur bonorum possessori, utile hæredi.

Tertiò, Petitio hæreditatis est bonæ fidei, Interdictum verò secus.

Quartò, Petitio hæreditatis est judicium Petitorium; Interdictum verò possessorium.

Quintò, in petitione hæreditatis datur appellatio ad utrumque effectum, secus in Interdicto.

Sextò, in Petitione hæreditatis Actor petit declarari se hæredem, & sibi res hæreditarias restitui; in Interdicto verò petit immitti in possessionem earum.]

Septimò, in Petitione hæreditatis Judex declarat Actorem hæredem, in interdicto condemnat Reum ad restitutionem possessionis.

Octa-

Octavò, in Petitione hæreditatis Actor debet plenè probare se hæredem, & bona esse hæreditaria, vel saltem possessa, vel detenta à Defuncto: in Interdicto sufficit probatio semiplena, vel præsumptiva.

Nonò, Petitio hæreditatis datur pro bonis simpliciter possessis, vel detentis à Defuncto: Interdictum verò pro rebus, quæ in bonis Defuncti tempore mortis fuerunt, sed hæc differentia videtur verbalis, ex allegatis suprà *vers. 2. requiritur, n. 34. & vers. frequenter, n. 58.*

Decimò, Petitio hæreditatis datur contra debitores hæreditarios: Interdictum verò secus, latè *Oynot. in d. §. sequens, nu. 31. & seqq. & latius, n. 38. & seqq. Maran. de ord. iud. p. 4. dist. 7. n. 7. & seqq.*

SUMMARIUM, CAP. XI.

1 Continuatio tituli ad præcedentes.
2 Interdictum Quorum Legatorum quibus, & ad quid competat.
3 Agens Interdicto Quorum Legatorum, debet conficere Monitorium.
4 Monitorium pro hærede contra Legatarium in Interdicto Quorum Legatorũ, & ejus formula.
5 Monitorium personaliter est exequendum, & deinde reproducendum in actu.
6 Reproductio Monitorij in actu, & ejus formula.
7 Negatio Monitorij, & ejus formula.
8 Act. debet verificare Monitorium, etiamsi ex adverso non negetur.
9 Actor hæres pro verificatione Monitorij in Iudicio Quorum Legatorum, probare debet se hæredem.
10 In termino ad dicendum contra, Reus protestari debet, & quomodo.
11 Agens hæres in hoc judicio probare etiam debet, rem ab eo petitam fuisse hæreditariam, & Reum illam occupâsse propriâ authoritate, ac adhuc occupare, vel dolo desiisse possidere.
12 Interdictum Quorum Legatorum, non competit hæredi, nisi docto de interesse ratione Falcidiæ detrahendæ.
13 Reus in hoc judicio potest opponere, & probare exceptiones, quas habet per legitima probationum genera.
14 In Interdicto Quorum Legatorum, potest suspendi Petitorium, & ad quid.
15 Citatio ad libellandum in termino substantiali in Interdicto Quorum Legatorum, & ejus formula, & processus.
16 Citatio ad articulandum in termino substantiali in judicio Quorum Legatorum, & ejus formula & processus.
17 Citatio ad videndum reiterari, & loco sententia reintegrari Monitorium, & immitti, & ejus formula, & processus.
18 Citatio ad videndum reintegrari, & ad Sententiam, & ejus formula, & processus.
19 Cedula Sententiæ pro hærede in Interdicto Quorum Legatorum & ejus formula.
20 Causa ad favorem hæredis in hoc judicio expedita, nisi aliud obstiterit, potest expediri mandatum de Immittendo.
21 Mandatum de immittendo in Interdicto Quorum Legatorum, & ejus formula.
22 Reus appellare volens in Interdicto Quorum Legatorum, debet adire plenam Signaturam, servatis servandis.
23 Interpositio appellationis coram Iudice à quo, & ejus formula, & responsio Iudicis.
24 Cedula appellationis interpositæ, seu interponendæ coram Iudice à quo, & ejus formula.
25 Commissio pro Reo in plena Signatura proponenda in Interdicto Quorum Legatorum, & ejus formula.
26 Signatura quomodo rescribat in causa appellationis à Legatario interpositæ in Interdicto Quorum Legatorum.
27 Si est locus exequutioni in hoc judicio, proceditur ad immissionem, de qua conficitur ab Actuario instrumentum.
28 Legatarius pro Legato potest agere contra hæredem viâ exequutivâ, vel summariâ.
29 Legatarius pro pecunia legata agere volens executivè contra hæredem, quomodo agere, & quid probare debeat.
30 Legatarius agere volens executivè pro mobilibus, vel semoventibus Legatis, debet docto de Legato, servatis servandis, personæ legitimare.
31 Citatio contra hæredem ad consignandum mobilia legata, & ejus formula, & processus.
32 Citatio ad videndum relaxari Mandatum aliàs decretum pro Legato mobilium, & ejus formula, & processus.
33 Hæres citatus potest deducere & probare suas exceptiones, si quas habet contra Legatarium, aliàs expeditur Mandatum exequutivum.
34 Mandatum pro Legato mobilium, vel semoventium expeditur prout in formula quæ datur.
35 Citatio ad consignandum mobilia legata in executione capta, & ejus formula, & processus.
36 Mandatum de consignando mobilia, vel semoventia legata in executione capta, & ejus formula.
37 Executor prævio mandato, consignat Legatario mobilia legata in executione capta; & Actuarius de hoc conficit Instrumentum.
38 Si executor non inveniat bona mobilia legata, quomodo procedendum, & quid agendum.
39 Exequatur contra personam, & bona propria hæredis non docentis de legitimo inventario, seu rationem non reddentis, & ejus formula.
40 Si valor mobilium legatorum non appareat ex publicis documentis, & dd. mobilia non reperiuntur, potest probari per testes, sed à Decreto liquidationis debitur appellatio.
41 Mobilibus legatis non repertis, si contingat exequi mandatum contra personam hæredis, non est opus liquidatione valoris, & ob id causa non est appellabilis.
42 Si mandatum non potest exequi contra personam hæredis, quia habet in bonis, an, & quando, ad tollendam ei viam appellationis possit contra eum agi ad exhibendum, vel alio judicio, & n. 43.
43 Citatio ad tradendum mobilia legata aliàs videndum gravari, & ejus formula & processus.
44 Contra non tradentem mobilia legata, expeditur Mandatum pro gravamine, & proceditur ad illius executionem, & subhastationem, donec ille tadio affectus pareat.

45 Si

45 Si valor legati est scutorum quingentorum, vel abinde supra, quia causa appellationis tunc vemit committenda in Rota, melius est agere coram A.C. viâ ordinariâ, & quare.

46 Re legatâ ad valorem scutorum quingentorum ascendente, cautius est coram A.C. agere Salviano, & quare.

47 Legatarius volens agere contra hæredem pro re legata viâ summariâ, seu Interdicto Quorum Legatorum, debet agere prævio Monitorio.

48 Monitorium pro Legatario in Interdicto Quorum legatorum, & ejus formula.

49 Monitorium contra partem adversam executum, & reproductum, potest exadverso negari.

50 Legatarius hoc judicio agens debet docere de legato, & morte Testatoris, ac legitimare personas servatis servandis.

51 Legatarius debet in hoc judicio probare rem legatam fuisse à Testatore tempore mortis possessam seu detentam, & nunc Adversarium uti hæredem eandem detinere.

52 Hæres reus conventus in Interdicto Quorum legatorum, potest deducere, & probare per legitimâ probationum genera suas exceptiones, si quas habet.

53 In Interdicto Quorum legatorum intentato à Legatario contra hæredem potest suspendi Petitorium.

54 Legatarius intentans Interdictum Quorum legatorum contra hæredem, debet servare terminos substantiales, & ad Sententiam, & quomodo.

55 Cedula Sententiæ pro legatario contra hæredē in Interdicto Quorū legatorum, & ejus formula.

56 Mandatum de immittendo ad favorem Legatarij expediri, & ad immissionem illius virtute contra hæredem procedi potest & quomodo.

57 Hæres in Interdicto Quorum legatorum à legatario conventus quomodo appellare, & causam appellationu committendam curare debeat.

58 Commissio appellationis ab hærede contra legatarium interpositæ in Interdicto Quorum legatorum, & ejus formula.

59 Alia commissio appellationis ab hærede interpositæ contra Legatarium, quando causa fuit contra eum expedita per decretum.

60 Signatura quomodo in causis possessorijs, & quomodo in pecuniarijs referibat remissivè.

61 Rescripto Signaturæ impedimentum non præstante potest procedi ad expeditionem, & executionem mandati.

62 Pro legatis etiam pecuniarijs, ac fideicommissis solet frequenter intentari Salviano.

63 Interdictum Quorum legatorum unde dicatur.

64 Interdictum Quorum legatorum quid sit.

65 Legatarius, seu fideicommissarius debet regulariter capere rem legatam seu fideicommisso relictam de manu hæredis.

66 Regula, dolo facis petere quod restitutus es, non procedit, quando interest Actoris, ut res in primo restituatur.

67 Interdictum Quorum legatorum non competit hæredi, nisi quando vult, & potest detrahere Falcidiam, seu Trebellianicam

68 Occupans rem legatam ab hærede possessam propriâ authoritate post aditam cadit à jure suo, & hæredi competit Interdictum recuperandæ.

69 Occupans rem legatam vacantem, & antè aditam, non cadit à jure, sed competit hæredi hoc casu Interd. ictum Quorum legatorum.

70 Occupans rem hæreditariam ante aditam tenetur crimine expilatæ hæreditatis, si est Extraneus, secus si est Legatarius.

71 Occupans rem alienam vacantem ob Domini absentiam, tenetur eam restituere uti prædo, vel fur; secus Legatarius occupans rem legatam vacantem ante aditam.

72 Creditor jus sibi dicens in bonis debitoris propriâ authoritate, amittit creditum.

73 Res legata ante aditam est in bonis nullius, post aditam verò est propria ipsius legatarij.

74 Vt sit locus in Interdicto Quorum legatorum, sex requiruntur, & quæ.

75 Interdictum Quorum legatorum competit etiam hæredi hæredu, & possessoris.

76 Interdictum Quorum legatorum datur contra legatarium, qui rem legatam propriâ authoritate occupavit.

77 Interdictum Quorum legatorum datur contra titulo Possidentem; secus Interdictum Quorum bonorum.

78 Interdictum Quorum legatorum datur contra legatarium, qui rem legatam cum consensu hæredis ante aditam occupavit.

79 Interdictum Quorum legatorum datur contra legatarium, qui legatorum servandorum nomine missus fuit in possessionē à judice, & quando.

80 Interdictum Quorum legatorum datur contra eū, qui rem legatam, occupatam dolo desit possidere, & ad quid.

81 Interdictum Quorum legatorum datur contra Cohæredem, qui propriâ authoritate occupavit prælegatum, & pro qua rata.

82 Interdictum Quorum legatorum datur contra hæredes & successores legatariorum.

83 Interdictum Quorum legatorum datur contra Fideicommissarium universalem.

84 Interdictum Quorum legatorum non datur contra fideicommissarium, vel legatarium habentem facultatem capiendi possessionem propriâ authoritate, dum tempore possessionis ab eo adeptæ hæres adhuc non possidebat.

85 Interdictum Quorum legatorum datur legatario contra hæredem pro re legata, etiam quando fuit ad eam occupatam illi reddendam coactus.

86 Consuetudo, & Praxis est rerum magistra.

87 Interdictum Quorum legatorum datur tam pro rebus corporalibus, quàm incorporalibus.

88 Interdictum Quorum legatorum non habet locum in Donatione causâ mortis, & quare.

89 In Interdicto Quorum legatorum non datur appellatio suspensiva, nisi opus sit detrahere Falcidiam ex legatis pro supplemento alimentorum.

90 Legatario, & Fideicommissario competunt tres actiones, & quæ.

91 Legatario, & Fideicommissario, ratione hipothecæ competit etiam Salvianum.

92 Pro legato competit via executiva, & ita observat praxis in Tribunali A.C. & n. 62.

93 Contrariam opinionem passim sequitur, & observat Rota.

94 Quando fuit actum viâ ordinariâ, censetur renunciatum executivæ.

95 Si

95 Si haeres negat Testamentum, vel dicit de nullitate illius, & est super hoc contentio judicialis, non competit pro Legato via executiva, etiam in Tribunali A.C.

96 Opinio Angeli, quòd pro legato competat via executiva, non habet locum, quando legatarius intentat remedium l. fin. secus si intentat aliam actionem.

97 Opinio Rotæ quòd pro legato non competat via executiva, non procedit in eo tribunali, quando mandatum ab A.C. relaxatum transivit in judicatum ob non interpositam appellationem.

98 Actore non probante rem absolvitur, etiamsi probatio sit dubia, & simus in favorabilibus.

99 Testis deponens, Testatorem accidenti impeditum dixisse, lassate stare cosi, e tornate un' altra volta, che lo finiremo, ad summũ concludit de præparatorijs Testamenti, vel Codicilli faciendi.

100 Verba Testatoris, quæ differunt ultimam voluntatem in aliud tempus ad perficiendam, ad præparatoria tantùm sunt referenda.

101 Testator censendus est permansisse in mero tractatu, & præparatorijs testandi, si hoc ex dictis Testium, vel alijs factis circumstantijs colligi potest.

102 Præparatoria, & tractatus disponendi in ultima voluntate imperfecta carent omni juris effectu.

103 Voluntas imperfecta non est voluntas, nec dispositio etiam ad pias causas.

104 Voluntas imperfecta sustineri non potest, etiam favore piæ causæ, ex receptiori.

105 Doctrina Bart. in l. in Testamento, ff. de Fideicomm. libert. magis communior reprobatur.

106 Opinio Bart. in d. l. in Testamento, si vera esset, posset ad omne pejus procedere, quando Testator habuit aliquod capitulum Testamenti pro perfecto, ad pias secus.

107 Voluntas hominis est ambulatoria.

108 Legata pia debentur, etiamsi Testator post testamentum perfectum dixerit, tenete cosi fino a domani, secus si hoc dixerit ante Testamentum, & voluntatem perfectam.

109 Testamentum imperfectum ratione voluntatis, nec etiam sustinetur ex clausula Codicillari inter liberos.

110 Clausula Codicillaris est invēta ad conservandum, non ad supplendum Testatoris voluntatem.

111 Dum imperfectio est in voluntate, præsumitur quòd Testator distulerit in aliud tempus ad eximendum se à molestijs instantium pro ultima voluntatis confectione.

112 Si Testator volebat ipse disponere per rogitum Monitorij. & distulit in aliud tempus, non valet actus etiam ad pias causas, dum voluntas illius non est omnino adimpleta.

113 Duo testes in relictis ad pias causas quando non sufficiant.

114 Duo testes, qui requiruntur in relictis ad pias causas, debent esse omni exceptione majores.

115 Idem est dicere Testis idoneus, & testis omni exceptione major.

116 Testes, qui plures irreparabiles patiuntur defectus, repelluntur in totum.

117 Testis nulliter examinatus sine interrogatorijs parte non citatâ repellitur.

118 Citatio est de jure naturali, & divino.

119 Testis examinatus inter alios, & per diversa acta non probat.

120 Testes plures idonei, inter alios fortiter examinati in antiquis probant semiplenè contra non Citatum, si sunt mortui.

121 Testis non deponens super toto facto, & aliqua occultans, fidem non meretur.

122 Testis habens in causa interesse non probat.

123 Testis pretendens se legatarium in Codicillis, non probat Codicillos.

124 Testi habenti lites, & malam affectionem contra eum, contra quem deponit, diminuitur de fide.

125 Testis sibi contrarius in essentialibus non meretur fidem.

126 Testes singulares singularitate obstativâ nihil probant.

127 Testes sibi contrarij in formalitate verborum, de qua fuerunt interrogati, & in substantia, non probant.

128 Testes. cùm agitur de probanda ultima voluntate, debent esse contestes in omnibus, alias nihil probant.

Quorum Legatorum, Pars secunda, Cap. XI.

1 A Superest ut de quarto adipiscendæ possessionis remedio, hoc est, de Interdicto Quorũ Legatorum, A dispiciamus.

2 Competit hoc Interdictum signanter Hæredi adversus Legatarium, qui rem sibi legãrat non de manu hæredis, sed propriâ auctoritate occupavit ad ejusdem rei possessionem ab eo avocandam, ut proinde Legatarius possit eundem ad rem legatam sibi tradendam convenire.

3 Debet ergo Hæres, qui hoc Interdicto vult experiri, conficere Monitorium, ut infrà, & aliàs, secundùm contingentiam facti, videlicet:

4 De mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini A.C. sive R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. hæredis universalis q. NN. prout suis loco & tempore demonstrabitur.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. assertus Legatarius d. q. NN. o detentor & occupator unius vineæ hereditariæ prædicti q. NN. sitæ extra portam N. juxta bona NN & NN. ac alios, si qui &c. sibi, ut asseritur, legatæ, quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum, ac pro illis mandati executivi, & in Juris subsidium, excommunicationis, &c. aliisque pœnis debeat d. NN. Instantem in realem, corporalem, & actualem, pacificam & quietam possessionem d. Vineæ, ac illius jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcunque immisisse, posuisse, & induxisse, immissumque, impositum, & inductum manutenuisse, defendisse, & conservâsse, ac de fructibus, redditibus, & proventibus respondisse & satisfecisse, & per quos opus fuerit immitti, restitui, & manuteneri, ac responderi fecisse,

ciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione facta, paſſa & patien. ac liquidanda refeciſſe, aſſertumque Legatum, quatenus ſibi de jure debeatur, de manu ejuſdem hæredis recepiſſe, Mandatumque de immittendo, ac manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, & relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim Interdicti Quorum legatorum, ſeu alterius cujuſcunque remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui d. Inſtanti competentis, &c. Deducens &c. & implorans, &c. non ſolùm, ut ſuprà, ſed omni alio meliori modo, &c. & ſi quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

5 Quod quidem Monitorium à Curſore perſonaliter executum, eſt reproducendum, & reproductio ab actuario ſcribenda in actis, videl.

6 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiſſ. D. N. Curſor retulit ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris, &c omni, &c.

Et poteſt exadverſo negari, ut infrà, videlicet.

7 Pro NN. contra MM.

In Officio NN. & negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non fuiſſe, nec eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & ver. aliàs &c.

8 Debetque Actor hujuſmodi Monitorium verificare, etiamſi non fuerit exadverſo negatum.

9 Et primò, pro illius verificatione, debet actor probare ſe eſſe hæredem, ac ob id producere in actis Teſtamentum ipſum in publicam, & authenticam formam, citatâ Parte ad dicendum contra jura, juxta ſuperiùs tradita *par. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq.* vel ſe eſſe hæredem ab inteſtato, ſi fortè Defunctus inteſtatus deceſſit, & Legatum in Codicillis reliquit, & ad id producere in actis Articulos opportunos, juxta tradita in *cap. proximo præcedente, nu. 10.* citatâ Parte ad dicendum contra illos, juxta formulam, de qua ſuprà *par. 1. cap. 11. n. 2. & ſeqq.* necnon jura recognoſcenda curare, & articulos probare per Teſtes ſervatis ſervandis, juxta ſuperiùs tradita *par. 1. c. 2. n. 20. & ſeq. & c. 11. n. 4 & ſeqq. & par. 2. c. 6. n. 12. & ſqq.* vel per alia legitima probationum genera, ac in effectu perſonam ſuam, ut decet, legitimare, juxta praxim, de qua ſuprà *p. 1. c. 5. n. 2. & ſeq.*

10 In terminis autem ad dicendum contra jura vel articulos, reus poterit opponere generalia contrà, & proteſtari, ut dictum fuit ſuprà *par. 1. c. 2. n. 18. & c. 11. n. 2. & p. 2. c. 6. n. 16.* mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

11 Secundò, Actor probare debet, quòd res, de qua agitur, fuerit hæreditaria ipſius Defuncti, & quod Legatarius illam propriâ authoritate occupaverit ſine conſenſu hæredis, & adhuc illam occupet, vel dolo deſierit poſſidere, juxta ſuperiùs tradita in *d. cap. proximo præcedente, n.* 10. & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

12 Tertiò, quòd ejuſdem Actoris intereſſit ratione quartæ Falcidiæ deducendæ ex re legata, cùm hæreditas non ſit ſolvendo; nam aliàs non docto de intereſſe, non competit hæredi hoc Interdictum.

13 His ab Actore probatis per ſcripturas, vel teſtes, aut alia probationum genera, reus quoque ſi ei libuerit, poterit eodem modo ſuas exceptiones deducendas, juxta praxim, de qua ſuprà *p. 1. c. 7. & ſeq.* & alias, ſi quas habet, probare: in termino autem ad dicendum contra jura, vel articulos, actor poteſt proteſtari, ut ſuprà *c. 6. n. 16. & in cap. proximo præcedente, ſub nu. 12.* dictum fuit.

14 Demum ſuſpenſo, quatenus opus ſit, petitorio, juxta ſuperiùs tradita hac eâdem *p. 2. c. 6. n. 18.* ne cauſa appellabilis evadat, obſervandi ſunt termini ſubſtantiales, videlicet:

A. C. N.

15 Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p.d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundam, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p.d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſuprà, & admitti ſi, & inquantum, omni, &c.

Vel *A. C. N.*

16 Citetur *NN.* ex adverſo principalis, ad articulandum ad octavam diem, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundam diem in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hac die in actis producta, repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſuprà, & admitti, ſi, & inquantum, omni, &c.

17 Et ſi cauſa eſt expedienda per Decretum, citatur deinde pars, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

Citetur *NN.* exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcunque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum ſententiam definitivam, & loco ſententiæ videndum (reintegrari monitorium, ſi illud reintegratione indigeat) & Inſtantem immitti in poſſeſſionem Vineæ, de qua agitur, & quodcunque mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p.d, inſtante N.N. principali, ſive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit, ut ſuprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis

juravit

juravit, &c. (& reintegrari Monitorium) ac decerni & relaxari Mandatum, ut suprà, nisi ad p.d.cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter D. relaxavit Mandatum de Immittendo, & aliàs, prout in actis, Instanti NN. principali, sive, &c. N. Notarius.

18 Si verò magis libet causam expedire per Cedulam, citatur pars, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcunque facultatum, absolvi Instantem à Censuris ad effectū &c. deferri juramentum in supplementū lenę probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum sententiam definitivam in forma, & aliàs omni meliori modo, &c. ad p.d. Instante NN principali, sive &c. *Decretum.* N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. & sententiari, prout in Cedula, quā Reverendiss. D. Locumtenens legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris, &c. super quibus, &c. præsentibus Sociis testibus, &c. non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Tenore præsentium.

19 Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quā de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quę coram Nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertūtur instantia inter NN. Hæredem universalem q. NN. virtute Testamenti, in publicam authenticam formam in actis producti, ad quod, &c. (vel ab intestato Hęredem universalem q. NN.) Actorem ex una, & NN. Legatarium assertum dictiq. NN. Reum conventum, ex altera partibus de, & super immissione in possessione unius Vineæ hæreditariæ q. NN. sitæ extra portam NN. juxta bona NN. & bona NN. & alios confines, si qui, &c. de qua agitur, rebusque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. immittendum fore, & esse in realem, actualem, & corporalem possessionem dictæ Vineæ, ejusque jurium & pertinentiarum, amoto exinde d. NN. detentore, & quodcunq; Mandatum de Immittendo desuper necessariū, & opportunum decernendum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, Victumq; Victori in expensis condemnamus, quarum taxationē Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè sententiamus, nō solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo &c

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

20 Cæterùm causa, ut suprà, terminata, nisi aliud obstet, vel Pars obtineat à Præfecto Signaturæ mandari supersederi, juxta superùs dicta *p.1. c. 13. n.18. & seqq.* expeditur Mandatum de immittendo, tenoris videlicet.

21 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R.P.D. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. Hæredis universalis q. NN. principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Exequutoribus, & Subexequutoribus, & aliis, ad quos spectat, &c. quatenus statim visis, & receptis præsentibus sub 500. ducatorum, &c. aliisque pœnis &c. debeatis eundem Instantem in realem, actualem, & corporalem, possessionem Vineæ hæreditariæ q. NN. sitæ extra portam NN. juxta bona N. & NN. &c. de qua agitur, ejusq; jurium, & pertinentiarum, ac membrorū quorumcunque, amoto NN. Adversario, & quolibet alio illicito detentore immisisse, induxisse, imposuisse, & immissum, impositum, & inductum manutenuisse, defendisse, & conservâsse, illique de fructibus, redditibus, & proventibus ejusdem respondisse, & responderi fecisse, quoniam d. NN. Adversario citato & intimato, servatis servandis, in vim decreti desuper emanati (vel quoniam d. NN Adversario citato, servatis servandis in vim sententię desuper latę, (si causa fuit expedita per Cedulam) prout in actis, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumnen.

22 Quòd si Reus in hoc Interdicto velit appellare, debet obtentâ Supersessoriâ adire Signaturam Justitiæ, & causam, Parte citatâ proponendam curare juxta superius dicta *p.1, c.13. n. 20. & seqq.* ac appellationem in primis coram Judice, à quo infra decem dies, ut infrà, interponere, videlicet:

23 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prętenso Decreto facto seq. Sententia lata ad assertum favoré NN. contra NN ab eo, seu ab ea, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad S.D.N. Innocentium Papam X. ejusq; Sanctam Sedem Apostolicā appellavit, prout in Cedula, quā facto dedit, tenoris &c. petēs &c. omni &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni &c.

Tenor Cedulæ.

24 A quadam asserta Sententia, seu Decreto definitivo lata, seu facto per R.P.D. NN. A.C. Locumtenentem, ut dicitur, ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super Immissione in possessionem Vineæ q. NN. de qua agitur, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. Procurator, & eo nomine præfati NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi, & gravari, &c. ab illa, seu ab illo, & toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D.N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicā, in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus, &c. à non admissione, ac toto ulteriori processu appellat iterum, ac toties quoties, & ut suprà de nullitate dicit, ita ut sit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. aliàs de nullitate, & attentatis, &c. protestans, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Et poterit fieri Commissio in plena Signatura proponenda, ut infrà, & aliàs secundùm contingentiam facti, videlicet,

Romana.

25 Beatissime Pater. Exponitur humilliter S. V. pro parte devoti illius Oratoris NN. qualiter d. NN. in ejus ultimo nuncupativo Testamento, rogato per acta NN. sub die N. mensis, anni N. cū quo decessit (vel in ejus Codicillis rogatis per acta NN. sub die N. mensis N. cum quibus decessit) inter cætera eidē Oratori jure legati, & aliàs omni, &c. reliquit vineam scutorum 500. valorem excedentem, quam habebat extra portam NN. juxta suos notissimos fines, prout in d. Testamento, ad quod &c. (seu prout in dictis Codicillis, ad quos &c.) & licèt postmodum consensu ejusdē NN. adversarii asserti Hæredis dicti q. NN. idem Orator acceperit possessionem dictæ vineæ, & non agatur de aliquo ejusdem Adversarii interesse: nihilominus Sententiam favorabilem contra Oratorem legitimum, ac pacificum d. Vineę possessorem, super immissione in possessionem ejusdem Vineæ, in vim Interdicti Quorū legatorum, ut dicitur, ab A. C. extorsit, nō minus nulliter, quàm injustè, cùm Adversarius dolo faciat petere, quod statim restituturus est à qua idem Orator ad S. V. appellavit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationū hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatū ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, à dicta asserta Sententia definitiva, attentatorum, & innovatorum quorumcunq; infra legitima tempora interpositæ, & interpositarū, ac restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus incidēn. dependēn. emergēn. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quā, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apost. Auditori (vel Locumtenenti, si adest) audien. cognoscen. decidēn. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibēn. quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis nō obstantibus quibuscunque. Statum, &c. pro plenè, &c. Si causa non est Rotalis, petitur cōmitti Prælato, ut supra hac eadem *p. 2. c. 6. n. 32.*

26 Rescribitque Signatura, vel cum Clausula, *sine præjudicio*; vel cum clausula, *quatenus sit locus Ægidiana*, vel admittit appellationem simpliciter, ut in aliis summariis possessoriis, & prout supra, hac eadem *p. 2. c. 6. n. 33. & seqq.*

27 Demum, si est locus exequutioni, expeditur Mandatum, ut supra, cujus vigore proceditur ad immissionem in possessionem bonorum, de qua Actuarius conficit Instrumentum juxta formulam supra traditam *d. c. 6. n. 39.* mutatis mutandis secundùm contingentiam facti.

28 B Verumtamen si Legatarius agere velit, & debeat pro consequutione rei legatæ, potest intentare judicium executivum, B. vel summarium contra Hæredem.

29 Si vult agere viâ exequutivâ, quæ ei competit juxta opinionem *Angeli*, quæ in Tribunali A. C. observatur in praxi, & legatum constitat in pecunia numerata, tunc potest Legatarius ad personæ suæ, & Partis adversę legitimationem, & ad docendum de suo bono jure, ac de legato sibi debito, producere in actis Testamentum, vel Codicillos, ac fidem obitūs Testatoris, citatā Parte ad dicendum contra Jura, juxta praxin, de qua supra *p. 1. c. 2. n. 9. & seqq.* & deinde servatis servandis, ac legitimatis legitimandis, quatenus opus sit, juxta praxin, de qua *d. p. 1. c. 5. n. 1. & seqq.* citare eundem Hæredem, ad solvendum, & ad ulteriora procedere, donec ei fuerit satisfactum, juxta superiùs tradi a in materia judicii executivi, *d. p. 1. c. 6. & seqq.*

30 Si verò legatum consistit in mobilibus, vel semoventibus, citatā Parte ad dicendum contrà, ut suprà, ac docto de legato ac obitu Testatoris, & legitimatis personis, ut supra, potest Legatarius citare Hæredem, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

31 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverso principalis, ad consignandū Instanti Annulos, gemmas, & alia ei ad d. q. NN legata, juxta formam Jurium, de quibus in actis, docendum de quacunque nova conventione, aliisque præjudicialibus, aliàs videndum decerni Mandatum executivū, ad p. d. Instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi infra tres omni. &c.

Elapsis tribus diebus in Decreto contentis, vel tertiā die post dictum Decretum, citatur iterum Hæres, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

32 Citetur NN. hæres q. NN. exadverso principalis ad videndum relaxari Mandatum aliàs decretum, & quatenus opus sit, de novo decerni, & relaxari, ad p. d Instante NN. principali, sive, &c. *Decretum.* N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. hæredi q. NN. exadverso principali qualiter D. relaxavit Mandatum, & aliàs, prout in actis, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

33 Poterit autem Hæres Reus conventus in his terminis deducere omnes suas exceptiones, quas habet, & illas probare per legitima probationum genera, juxta praxin superiùs traditam, *p. 1. c. 7. & seq.* quibus non existentibus, vel non subsistentibus, legatarius, nisi terminus fuerit susceptus, vel aliud obsistat, juxta praxin, de qua supra *d. p. 1. c. 9.* & *c. 14.* vel nisi hæres obtentā Superiorissā adiverit Signaturam, & causam appellationis, Parte citatā, committi obtinuerit, ut supra *p. 1. c. 13. n. 18. & seqq.* poterit, si agatur de legato pecuniæ, expedire Mandatum executivum, & ad illius executionem procedere, juxta superiùs tradita *d. p. 1. c. 6.* & *c. 14. & seq.*

34 Vel si Mandatum fuit relaxatum pro legato mobilium, vel semoventium, poterit illud expedire Tenoris sequentis, & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, videlicet:

De mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Testamento rogato per acta NN. sub die NN. de quo in actis.

Teno-

Tenore præsentium.

Auferantur de bonis hæreditariis quon. NN. annuli, & gemmæ NN. (hîc describantur qualitates, & signa rerum, de quibus agitur) eidem NN. Instanti debitæ, occasione, de qua in actis, quæ ablatæ, unà cum aliis NN. pro Expensis præsentis Mandati, deponantur, &c. ad effectū &c. quia d. NN. hærede q. N. citato, & intimato, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Mandatum expeditum datur Exequutori, qui ad illius exequutionem de more procedat juxta illius formam, & tenorem, & demum exequutione factâ citatur, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

35 Citetur NN. Hæres q. NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari, consignari instanti Annulos, & alia bona per d. NN. legata in executione capta, & Mandatum de consignando desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi per totam, omni, &c.

Expeditur Mandatum de consignando, ut infrà, videlicet:

De mandato Illustrissimi & Reverendiss. D. A. C sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. Legatarii q. NN. prout in actis, &c.

Tenore præsentium.

36 Mandatur tibi Executori, ad quem spectat, quatenus statim visis & receptis præsentibus, sub 500. ducatorum Cameræ Apostolicæ applican aliisque pœnis, arbitrio Domini, debeas annulos, & gemmas NN. in exequutione captas dicto Domino Instanti consignâsse, & debitam consignationem fecisse, præsentibusque, &c. paruisse, quia d. NN. hærede qu. NN. exadverso principali citato intimato, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

37 Et successivè Exequutor consignat bona, juxta formam & tenorem Mandati, de qua consignatione Notarius actuarius conficit publicum Instrumentum in forma, &c.

38 Cæterùm, si Exequutor non inveniat bona mobilia legata, & ob id ad exequutionem Mandati exequutivi procedere non valeat, citanda est Pars adversa, ad docendum se adivisse hæreditatem q. NN. cum beneficio Legis, & inventarii, aliàs videndum mandari exequi cōtra personam, & bona propria, juxta praxim superiùs traditam *p. 1. c. 7. n. 23.* & obtento decreto, terminoque in eo contento post intimationem executam elapso, intimatione reproductâ, si Pars docet de legitimo Inventario, & reddita ratione, fit exequutio contra alia bona hæreditaria, quæ adsint, aliàs, non docto de Inventario legitimo, & ratione non redditâ potest expediri, Exequutu ātie go dicti Mandati contra bona propria, & personā, tenoris, videlicet:

De Mandato Illustriss. & Reveren diss. D.

39 A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiā NN. retroscripti,

Tenore Præsentium.

Exequatur retroscriptum Mandatū pro contentis in eo contra bona propria, & personam dicti NN. & pro aliis juliis NN. pro expensis præsentis exequatur, quia d. NN. citato, & intimato Reverend. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

At proinde fit exequutio contra bona propria, & personam, & ad ulteriora procēditur juxta praxim superiùs positam, *p. 1. c. 8. n. 24. & c. 9. & c. 14. & seqq.*

40 Sed si Testator non expressit valorem annulorum, gemmarum, & similium bonorum legatorum, & de eo aliundè in actis ex publicis documentis non apparet, & dicta bona amplius non reperiuntur, tunc poterit quidem Legatarius hujusmodi valorem per Testes, & alia probationum genera verificare, sed à Decreto Judicis super valoris liquidatione, sive tacita, sive expressa, sive in termino citationis, ad videndum liquidari, sive declarari valorem dictorum bonorum legatorum, sive aliàs quomodoliber interpositō, dabitur appellatio, licut à fructuum liquidatione, & expensarum taxatione excessiva appellari posse, non ambigitur.

41 Potest tamen virtute Mandati exequutivi obtenti pro bonis, gemmis legatis contra bona propria, & personam, si non inveniretur bona, super quibus posset fieri exequutio absque alia liquidatione valoris, fieri exequutio contra personam, nec hoc casū daretur appellatio, cùm nulla liquidatio, seu declaratio super dicto valore intervenerit.

42 Vel si hæres habet in bonis, cùm hoc casu non possit procedi ad exequutionem contra personam, posset Legatarius, ad viam appellationis illi amputandam, si ex Inventario, vel aliàs clarè constaret, Testatorem tempore ejus mortis in ejus bonis, & hæreditate dicta bona mobilia legata reliquisse, citare hæredem ad exhibendum, & contra eum procedere prævio judicio exhibitionis, juxta praxim superiùs traditam hac eadem *par. 2. c. 3.*

Vel agere contra eundem, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

43 Citetur NN. hæres q. NN. exadverso principalis, ad tradendum infrascripto Domino Instanti annulos, & gemmas NN. per d. q. NN. eidē legatas, aliàs videndum gravari, & pro gravamine decerni, & relaxari Mandatū executivum ad p. d. instante NN. legatario principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit gravari in juliis tribus pro quolibet die, donec dicta bona tradiderit, & ut supra nisi ad p. d cum intimatione, omni &c. A. C. N.

Intimetur NN. hæredi q. NN. exadverso principali, qualiter D. eum gravavit, & aliàs prout in actis, instante NN. principali sive &c.

N. Notarius.

44 Et successivè termino in Decreto contento elapso, intimatione exequutâ reproductâ, possēt expediri Mandatum pro summa Judici benevisa, & procedi ad capturam Pignorum, & illorum subhastationem, donec Adversarius tædio affectus, pareat mandatis, ut suprà, juxta

similem praxin superiùs traditam, hac eadem *par.2.c.2.n.11. & seqq.*

45 Verùm tamen, si causa excedit valorem scutorum quingentorum, vel ad dictum valorem ascendit, quia tunc causa appellationis, ad effectum devolutivum, committenda venit in Rota, quæ sequitur illam opinionẽ, ne pro Legato cõpetat via exequutiva, & ob id de facili posset, omnia ut suprà, gesta revocare. Idcircò melius erit hoc casu agere coram A.C. viâ ordinariâ.

46 Vel cautius erit hoc casu agere Salviano, quod pariter pro Legato competat, ut suprà hac eâdem *par.2.c.6.n.2. & seqq.* in quo quidem judicio summario nec dabitur appellatio suspensiva, nec Rota in omnem eventum aliquam poterit habere difficultatem, an judicium hujusmodi potuerit pro legato intentari.

47 Cæterùm si legatarius, non viâ executivâ, sed summariâ, quæ illi multò magis competit, hoc est, Interdicto Quorum Legatorum, agere voluerit, poterit super immissione in possessionem rei legatæ conficere Monitorium, ut infrà, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet:

48 Mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini A.C. sive R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Testamento rogato per acta NN. sub die, &c. in actis suis loco & tempore producendo, & inhibendo,

Tenore præsentium.

Moneatur NN. hæres q. NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum &c. Cameræ Apostolicæ applicand. & pro illis Mandati executivi, & in Juris subsidium, excommunicationis, &c. aliisque pœnis &c. debeat d. NN. Instantem in realem, corporalem, & actualem, quietam & pacificam possessionem domûs N.N. sitæ in Urbe, in regione N. juxta bona NN. & NN. & alios fines, ii qui &c. eidem Instanti per d. q. NN. in dicto ejus ultimo nuncupativo Testamento, cum quo decessit, jure Legati, & aliàs omni meliori modo, &c. relictæ, & legatæ, ejusque jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcunque immisisse, posuisse, & induxisse, immissamque, positum, & inductum manutenuisse, & defendisse, & conservâsse, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus respondisse & satisfecisse, & per quos opus fuerit immitti, manuteneri, ac responderi fecisse damnaque, Expensas, & interesse præmissorum causâ, & occasione facta, passa & patienda, ac liquidanda refecisse, Mandatumque de immittendo, ac manutenendo, & aliud desuper necessarium, & opportunum concedi, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, in vim cujusvis remedii possessorii magis utilis, & proficui d. Instanti competentis, &c. Deducens &c. & implorans, &c. non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. & si quis, &c. comparear, &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

49 Hoc Monitorium debet personaliter exequi, & in actis reproduci, potestque exadverso negari juxta superiùs tradita in principio præsentis *cap.11.n.6. & seq.* & in aliis capitibus præcedentibus, in quibus ponuntur formulæ ad hæc necessariæ & opportunæ.

50 Deberque Legatarius Actor in hoc judicio, sicut in aliis, Monitorium, etiamsi negatum non fuerit, justificare per scripturas, & alia legitima probationum genera, & pro verificatione signanter probare se Legatarium, & mortem Testatoris, & producere in actis Testamentum, & alia Jura ad causam facientia, pro legitimatione personæ utriusque Litigantis, citatâ Parte ad dicendum contra Jura, ac juribus, quatenus opus sit, recognitis, ut suprà *num.6.*

51 Ac demùm probare, quòd res legata erat in bonis Testatoris, seu quod Testator, seu Defunctus rem legatam, seu fideicommisso subjectam tempore mortis suæ possidebat, seu detinebat, & quòd ad præsens eandem, uti Hæres, occupat, & detinet adversarius reus conventus, super quibus poterunt confici Articuli opportuni, juxta Formulas superiùs traditas *p.1.c.10. & c.13.n.4. p.2.c.6.n.14. & c.10.n.10.* & aliàs mutatis mutandis, secundùm factorum contingentias, quibus in actis productis, citatâ Parte, ad dicendum contra Articulos, poterunt super eis examinari Testes, servatis servandis juxta superiùs tradita *p.1.c.11 n.1. & seq.*

52 Poteritque Reus deducere suas exceptiones juxta praxim superiùs traditam *p.1.c.7. & c.8.* & alias quascunque ei competentes, ac illas, ut suprà per Scripturas, & Testes, ac legitima probationum genera, servatis servandis, probare.

53 Similiter poterit factâ, vel non factâ mixturâ, suspendi Petitorium, juxta superiùs tradita, hac eâdem *p.2.c.6.n.18.*

54 Deinde, probatis probandis, erunt servandi termini substantiales, ut suprà hoc eodem *c.11. n.15. & seq.* & deinde citanda Pars, ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ut suprà hoc eodem *c.11.n.17. & seqq.* & demum ferenda est Sententia super Immissione, ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, prout facti contingentia requiret. *Tenor Sententiæ.*

55 Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quâ de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quę coram Nobis in prima, seu alia veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter NN. Legatarium q. NN. prout in Testamento in publicam formam in actis producto, Actorem ex una, & NN. Hæredem universalem d.q. NN. prout in dicto Testamento Reum conventum, partibus ex altera, de, & super immissione in possessionem unius domûs sitæ in Urbe N. in regione N. juxta bona NN. & NN. & aliàs, si qui, &c. dicto NN Actori, ut suprà per q N.N. legatæ, de qua agitur, rebusq; aliis, &c, Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN Actorem legatarium immittendum fore, & esse in realem, actualem, & corporalem possessionem d. domûs, ejusque jurium & pertinentiarum, amoto exinde d. NN detentore, & quodcunq; Mandatum de Immittendo desuper necessariũ & opportunum, decernendum fore, & esse, prout

prout decernimus & relaxamus, Victumque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciavi Ego NN Locumtenens.

56 Mandatum verò de Immittendo, nisi aliud obster, expediri poterit, ut in formula superiùs posita hoc eod. c. 11. n. 21. & aliàs mutatis mutandis, juxta d. Sententiæ tenorem, & facti contingentiam.

Similiter procedi poterit ad Mandati exequutionem, & immissionem præfatam in possessionem domûs, vel rei de qua agitur, de qua immissione Actuarius conficiet Instrumentum publicum, juxta formulam, de qua superiùs hac eâdem p. 2. c. 6. n. 39. & aliàs, prout facti contingentia suadebit, mutatis mutandis.

57 Et quia in hoc summario Judicio non datur appellatio suspensiva, si Reus prætendit se gravatum, debet appellare, prout in Cedula superiùs posita, hoc eodem c. 11. nu. 24. ac proinde obtentâ Supersessoria opportunâ ab Eminentissimo Signaturæ Præfecto, antequam Pars ad exequutionem procedat, pro Commissione causæ appellationis adire plenam Signaturam, citatâ Parte, ut suprà par. 1. c. 13. nu. 11. & seqq. porrigendo Commissionem opportunam, ut inf. à, & aliàs, secundùm contingentiam facti proponendam, videlicet:

Romana.

58 Beatissime Pater. Licèt devotus S. V. Orator NN. uti hæres q. NN. reperiatur in pacifica, & quieta possessione domûs d. q. NN sitæ in urbe, in regione NN. juxta suos notissimos fines. Nihilominus NN. assertus Legatarius Sententiam favorabilẽ ab A. C. super Immissione in possessionem dictæ domûs, vigore asserti Legati nulliter, & injustè extorsit. Verùm quia Hæreditas d. quon. NN. est omninò debitis, & legatis gravata, adeò quòd illis solutis Oratori non remaneat Falcidia, quam omninò detrahere, prout de jure, intendit. Supplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de Jure, à d. prætensa Sententia definitiva, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas, &c. alicui S. V. Rotæ Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, opus fuerit, Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, statum, &c. pro plenè, &c.

Vel si causa fuerit expedita per decretum, ut suprà n. 29. & seqq. & agitur de pecunia legata, potest Commissio confici, ut infrà, & aliàs, juxta contingentiam facti, videlicet:

Urbis.

59 Beatissime Pater. Licèt devotus S. V. Orator NN. Hæres cum beneficio Legis, & inventarii q. NN. non teneatur ad debita & legata d. q. NN nisi quatenus vires hæreditariæ sufficiant. Nihilomins NN. assertus Legatarius Adversarius, sub minus vero prætextu, quòd Inventarium ab Oratore de bonis d. q. NN confectum de jure non subsistat, Decretum definitivum favorabile pro prætenso Legato scutorum quadringentorum contra Oratorem ultra vires hæreditarias d. q. NN. à R. P. D. A. C. extorsit. Verùm quoniam Pater Sancte, Inventarium ab Oratore factum est validum, cùm in eo sint servata omnia de stylo loci servari solita, eòque magis cùm fuerit per decennium, & ultra absque aliqua contradictione observatum. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, à prætenso definitivo Decreto infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de jure, unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, statum, &c. pro plenè, &c.

60 Quomodo autem Signatura rescribat in causis possessoriis, jam diximus suprà hac eâdem p. 2. c. 6. n. 33. quomodo verò rescribat in causis pecuniariis, superiùs p. 1. c. 13. n. 34. & seqq. tradidimus.

61 Igitur nisi rescriptum Signaturæ impediat processum ad ulteriora, poterit ad expeditionẽ Mandati, ut suprà n. 21 & n. 33. & seq. & aliàs juxta facti contingentiam, omninò procedi.

62 Non omitto, quòd, ubicunque agitur de Legatis, & fideicommissis, solet frequenter in his casibus intentari *Salvianum*, quod competit etiam si Legatum consistat in pecunia numerata, ratione Hypothecæ, juxta superiùs tradita hac eâdem p. 2. c. 6. n. 4. & seqq. & n. 62. & seq.

OBSERVATIONES.

63 INterdictum Quorum Legatorum sic dicitur à primis verbis Edicti Prætoris, *l. 1. in princ. & in §. quod ait Prætor, il primo, ubi glos. in verbo, quod ait, ff. Quorum legat. Mynsing. in §. sequens, n. 12. Instit. de Interd. Oynot. in d. §. sequent. in 2. p. de Interd. quor. legat. n. 1. Instit. de Interd.*

64 Est autem Interdictum Quorum legatorum remedium Possessorium adipiscendæ, de jure Præ-

Prætorio introductum, competens signanter hæredi contra Legatarium, vel Fideicommissarium ad avocandam possessionem rei legatæ, vel per Fideicommissum relictæ, à legatario, vel fideicommissario ante aditam hæreditatē propriâ authoritate occupatę, ad hoc ut hęres possit detrahere Falcidiam, & deinde conveniri pro re legata, vel per fideicommissum relicta *l. 1. ubi Glos. & DD. ff. & C. quor. legat. Mynsing. in d. §. sequens, n. 12. & ibi Oynot. in d. p. 2. de Interd. quor. legat. Instit. de Interd. Marant. de ord. Iud. p. 4. dist. 7. prin. n. 10. vers. secundò potest.*

65 Debet etiam Legatarius, seu Fideicommissarius capere rem legatam, seu fideicommisso restrictam, regularitē de manu hæredis, §. *Legatum, Instit. de legat. Mynsing. in d. §. sequens, n. 12. Instit. de Interd. Maran. de ord. Iud. d. p. 4. dist. 8. vers. secundò potest, n. 10. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 6. num. 1.* nisi ei fuisset à Testatore concessa facultas capiendi legatum propriâ authoritate, quo casu, nec etiam tenetur de præcepto adire Judicem, *Rot. in Romana Hæreditatis, 6. Martij 1645. coram R. P. D. Meltio.*

66 Cæterùm contra prædicta objiciuntur plura, & Primò objicitur regula, dolo facis petere, quod statim restituturus es, *l. dolo facit. ff. de dol. except.*

Sed hæc regula nō procedit, quando interest Actoris, prout hîc, ut res in primis, & ante omnia restituantur, ratione Falcidiæ deducendæ, *Ias. in l. prima. in princ. ff. quor. legat.* quem refert, & sequitur *Oynot. in d. §. sequens, p. 2. de Interd. quor. legat. n. 4. Instit. de interd.*

67 Ex quo infertur, quòd hoc Interdictum non habet locum ad favorem hæredis, nisi quando hæres vult, & potest Falcidiam, seu Trebellianicam de jure deducere, *l. prima, §. si quis, ubi Glos. in verbo cessabit. & Bart. nu. 3. & seq ff. quorum legat. Mynsing. in d. § sequens, n. 13. Instit. de Interd. Corn. cons. 35. col. antepen. lib. 3. Alex. cons. 163 circa d. n. 7. lib. 10. Maran. de ord. Iud. d. p. 4. dist 7. n. 10.*

68 Secundò objicitur, quòd occupans rem propriâ authoritate cadit à jure suo, *l. dubium, C. de legat.*

Sed aut quis occupat rem legatam, seu Fideicommisso relictam, ab hærede possessam, post aditam ab eo hæreditatem, & tunc cadit à jure suo, *Bart. in l. 1. n. 2. ff. quor. legat. Oynot. in d. §. sequens, in 2. par. de Interd. quorum legat. nu. 6. Instit. de Interd. Maran. de ord. Iud. d. p. 4. dist. 7. n. 10. vers. 2. potest*, & competit hæredi Interdictum recuperandæ, *Mynsing. in d. §. sequens, n. 12. Instit. de Interd.*

69 Aut occupat illam vacantem, & ante aditam hæreditatem, & tunc non cadit à jure suo, sed si hæres vult uti beneficio Falcidiæ, seu Trebellianicæ, tenetur ejus possessionem restituere hæredi, cui competit hoc casu Interdictum Quorum legatorum, *Bart. in d. l. prima, n. 2. & seqq. ff. quor. legat. Oynot. ubi suprà, de Interd. quor. legat. n. 6. Alex. cons. 163. Circa id, in fin. n. 7. lib. 6. Maran. de ordin. Iudic. d. p. 4. dist. 7. n. 10. vers. secundò potest.*

70 Tertiò objicitur, quia occupans rem hæreditariam ante aditam, tenetur crimine expilatę hæreditatis, *l. 2. C. de Crim. expilat. Hared.*

Sed hoc procedit, quandò res hæreditaria fuit occupata ab Extraneo, secus quando fuit occupata à legatario, *Glos. in l. prima, in verbo & proindè. & ibi Bart. n. 2. ff. quor. legat.*

71 Quartò objicitur, quòd Occupans rem vacantem tenetur eam restituere ut prædo, vel fur, nec ignorantia excusat, *l. cùm quærebatur, C. unde vi.*

Sed hoc procedit in Occupante rem alienam vacantem ob absentiam fortè Domini, secus in legatario occupante rem legatam vacantem ante aditam, quæ erat in bonis nullius, vel quæ post aditam est propria occupantis, *Glos. in d. l. prima, in verbo, ut proindè, ff. quor. legat. & in d. l. cùm quærebatur, in verbo, p rignorantiam, C. unde vi. Oynot. in d. § sequens, in 2. p. de Interd. quor. legat. n. 7. Instit. de Interd.*

72 Quintò denique objicitur, *l. extat, ff. quod met. caus. & l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi priv.* in quibus Creditor occupans bona debitoris, & in eis jus sibi dicens propriâ authoritate, amittit creditum.

73 Sed ibi res occupata erat in bonis alicujus hic nullius ante aditam, post aditam verò erat propria ipsius legatarii, *Glos. in d. l. 1. in verbo, ut proximè. & ibi Bart. n. 2. ff quor. legat.*

74 Primò igitur, ut sit locus Interdicto Quorum legatorum, requiritur quòd Actor sit hæres ex Testamento, vel ab intestato de jure civili, vel Prætorio.

Secundò, quòd interesit hæredis ratione Falcidiæ, sibi debitæ, vel ratione alterius interesse.

Tertiò, quòd hæres anteà possessionem rei legatæ non sit adeptus.

Quartò, quòd legatarius occupaverit propriâ authoritate rem legatam sine consensu hęredis post aditam, vel hoc cum consensu, sive sine consensu ante aditam hæreditatem.

Quintò, quòd reus possideat titulo pro legato, vel dolo desierit possidere, *l. 1. §. quod autem, & §. quod ait, si primo. ff. quor. legat. late Oynot. in d. §. sequens. in 2. p. de interd quos legat. n. 17. & seqq. Instit. de Interd.*

Sextò requiritur, quòd hæres satisfecerit de restituendo ipsi legatario, vel fideicommissario salvo jure Falcidiæ, *l. 1. §. quod ait Prætor, il terzo, ubi Glos. in verbo, & §. satisfactum, ubi Bart. n. 1. ff. quor. legat. l. 1. ubi Glos. in verbo, satisfactione, & DD. C. quor. legat. Menoch. de adipisc. remed. 2. n 91. q. 26.*

75 Competit autem hoc remedium non solùm hęredi, & bonorum possessori, sed etiam hæredi hæredis, & bonorum possessori, *l. 1 §. bon. Interdictum, ff. quor. legat. Menoch. de adipisc. remed. 2. q. 2. n. 13. & q. 6. n. 20. Rota dec. 115. n. 2. par. 1. recent.*

76 Et datur Primò contra legatarium, qui rem legatam propriâ authoritate occupavit, *l. 1. ff. quor. legat.*

77 Unde infertur, quòd cùm Interdictum Quorum legatorum detur contra titulo Possidentem, differt in hoc ab Interdicto Quorum bonorum, quod non datur contra titulo possidentem, sed tantùm contra possidentem pro hęrede, vel pro possessore, *Glos. in d. l. 1. §. sed quæritur,*

in fin. vers. item nota, ff. quor. legat.

78 Secundò, datur contra Legatarium, qui rem legatam etiam cum consensu Hæredis ante aditam occupavit.

79 Tertiò, contra Legatarium, qui legatorum servandorum nomine missus est in possessionem à Judice, cùm eo nomine satisdatum est ab Hærede, nec tamen Legatarius à bonis legatis recedere voluerit, *l. 1. prima, §. quæsitum, §. Quorum legat.*

80 Quartò, datur contra Legatarium, qui rem legatam occupatam dolo desiit possidere, ad eam, vel ejus æstimationem restituendam, *l. prima, §. quod ait Prætor, il primo, ff. quor. legat.*

81 Quartò, contra Cohæredem, qui prælegatum propriâ authoritate occupavit pro rata, quam non uti hæres, sed jure prælegati habet, *l. prima §. si quis, §. Quor. legat. Menoch. de adipisc. rem. 2. q. 20. n. 78.*

82 Sextò, contra Hæredes & Successores Legatariorum, *l. prima §. legatorum, ff. Quor. legat. latè Oynot. in d. §. sequens, par. 2. de interd. Quorum legat. n. 10. & seqq. Instit. de Interd.*

83 Septimò, conceditur etiam contra Fideicommissarium universalem, *l. 1. C. Quor. legat. Menoch. de adipisc. remed. 2. q. 8. n. 23. Rota dec. 115. n. 2. p. 1. recent.*

84 Sed hoc non procedit, quando Fideicommissarius haberet facultatem à Testatore capiendi possessionem propriâ authoritate, prout nec contra Legatarium hoc casu conceditur, dum Hæres adhuc non possidebat, latè *Menoch. de adipisc. rem. 2 q 12. n. 42. & seqq.*

85 Octavò denique, competit Legatario, qui vult convenire Hæredem ad rem sibi legatam præstandam, quod facere potest, etiam postquàm ipse Legatarius fuit hoc Interdicto ad rem legatâ antecà occupatam Hæredi restituendam coactus, *l. 1. §. rediguntur, ff. Quor. leg. Matan. de ord. Iud. d. p. 4 dist. 7. n. 10. vers. 2. potest.*

Et licèt aliquis ex prædictis Doctoribus, nec alius, quem adhuc viderim, sic explicitè dicat Legatario Interdictum Quorum legatorum sic, ut suprà, competere, videtur tamen apertè colligi ex tex. in *d. l. 1. §. 1. bi; red guntur igitur ad Hæredem per hoc Interdictum ea, quæ Legatorum nomine possidentur, ut proinde Legatarij possint eum convenire, ff. Quor. legat.*

Et Formulam monstrat, quo uti solet Legatarius contra Hæredem in hoc Interdicto in Tribunali A. C. ponit *Sanct. Tiber. in Prax. lib. 5. c. 6. n. 2.* cui, tanquam Testi de continuo visu per plura annorum curricula, de facto proprio deponenti, est in hoc omninò credendum, cùm præsertim hoc idem adhuc in eodem Tribunali quotidie servet praxis.

86 Et ob id cùm Consuetudo, & Praxis optima legum interpres & magistra ad *l. si de interpretatione, ff. de leg.* sic declaraverit edictum Prætoris, & *d. l. 1 ff. Quor. legat.* interpretata fuerit in Tribunali A. C. Interdictum Quorum legatorum, de quo agimus, Legatario, ut suprà, competere, ambigere non debemus.

87 Non solùm autem Interdictum Quorum legatorum datur pro rebus corporalibus, ut suprà, sed etiam pro rebus incorporalibus, *l. prima, §. quod ait Prætor, il primo, ff. Quorum legat. Oynot. in d. §. sequens. p. 2. de Interd. Quor. legat. n. 22. Instit. de Interd.*

88 In Donatione tamen causa mortis hoc Interdictum locum non habet, quia tunc Donator, cui res fuit à Defuncto tradita, non occupavit propriâ authoritate, *Bart. in l. 1. §. si quis ex mortis, ff. Quor. legat.* vel quia Donatarius iste possessionem rei donatæ propriâ authoritate capere potest, in quo differt à Legatario, *Menoch. de adipisc. rem. 2. q. 21. n. 80. & seqq.*

89 Et hoc judicium si merè possessorium, non datur in eo appellatio suspensiva, *Abb. in c. cùm ad Sedem, n. 30. de rest. spol. Berò q. 91. n. 9. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 6. n. 4. vers. quo verò,* ubi quod ita vidit observari in praxi.

Sed hoc non procedit, quando opus esset detrahere Falcidiam ex legatis pro supplemento æris alieni ipsius Hæreditatis, *Salust. Tiber. d. lib. 2. c. 6. n. 4.* ubi quod ita audivit servare Signaturam.

B Legatario, seu Fideicommissario pro consecutione rei legatæ, vel Fideicommissi relictæ

90 signanter competunt tres actiones, videlicet Actio personalis ex Testamento, Rei vindicatio, Hypothecaria, *l. prima, C. commun. de legat.*

91 Ex quo inferri potest, quòd Legatario, seu Fideicommissario pro legato, seu fideicommisso consequendo ratione hypothecæ competit etiam Interdictum *Salvianum*, ex latè cumulatis suprà hac eâdem *par. 2. c. 6. & signanter n. 3. & n. 5. & n. 61. & seqq.*

92 Sed an competat via exequutiva, major est difficultas; opinio tamen affirmativa, quæ est etiam communis, probatur, *in §. si quis autem, ubi Glos. in verbo, decreto, & Angel. n. 13. & in §. si verò expressim, seu §. illud quoq; perspeximus, ubi Glos. in verbo decreto, & Angel. n. 57. in auth. de Hared. & Falcid.* quam opinionem probavit *Specul. de Appellat. lib. 2. sub tit. quando non datur Appell. §. 11. novissimè. num. 1. vers. secundus est,* ubi quòd si Hæres convictus super legato appellat, non defertur ejus appellationi, *Gugliel. de Benedict. in c. Raynutius, in verb. absque liberis, n. 192. & seqq. de Testam. Alex. in l. fin. n. 3. vers. aitum punit Angel. & ibi Ias. n. 6. vers. tertius notabilis, C. de edict. D. Adrian. toll. Dec. in l. in Testamentis, n. 6. ff. de reg. Iur. Suar. in l. post rem judicatam, in 6. not. nu. 6. fol. 521. ff. de re jud. Soccin. cons. 103. n. 1. lib. 3. Natt. cons. 206 n. 4. Becc. cons. 17. n. 6. & seq.* ubi de communi, à qua in judicando, & consulendo non est recedendum, & de stylo Senatus notorio testatur *Surd. cons. 214. in fin. Mynsing. Centur. 5. obser. 61. n. 4. Marches. de Commiss. appell. in oblig. Camer. §. 2. nu. 227. & seq. fol. 8. 3. Sim. de Pret. de interp. ult. voluntat. interp. 2. dub. 3. n. 144. Cravs. de Succes. in §. Legatum, q. 77. in fin.* ubi quod hæc opinio vertor & æquior est omninò sequenda, cum *Glos.* pro ea stet *Boer. dec. 295. n. 12. Ludov. dec. Perus. 23. n. 9. & seqq. & n. 23.* ubi de veriori, & magis communi, seu receptiori, *& num. 30. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 6. n. 4.* ubi quod ita observat praxis in A. C. Tribunali, nec datur appellatio suspensiva, ut diximus etiam suprà, *p. 1. c. 1. n. 79.*

93 Contrariam opinionem tenet *Alex. sibi contra-*

trarius in l.si cùm dotem, §.eo autem tempore, n. 6.vers.4.limita,ff.solut.matr. Dec.etiam sibi cõtrarius in l.fin. nu.12.C.de edict.Div. Adr.tollen. Rip.in l.ait Prætor, §.si Iudex,nu.6.ff.de re jud. Suar.in l.post rem judicatam,in 6.not. vers.sextus casus est,ff.de re judic.fol.519. sed posteà *n.6.* benè distinguit, *fol.521. Menoch.de adipisc.remed.4.n.697.Thesaur.dec.26.n.10.* ubi quod observat Senatus, *Rot. apud Marches. de Commiss.restit.in integr. par.7.dec.5.nu.2.fol 200.* ubi quod ita tenet Rota, & fuit resolutum in *Mediolanen. Legati*, 10. *Octobris* 1585. *coram clar.me.Cardinale Pamphilio,& in Romana,Legat.5.Maij* 1599.*coram bo.mem.Pacen.Rotæ dec. 168.n.8.*ubi de observantia Rotæ, *& dec.241. n.34.& seq.p.7.recent. Buratt.dec.208.n.3.*& ibi *Ferentill.n.12.*

94 Sed prima opinio *Angeli*, quæ passim de stylo observatur in Praxi in Tribunali A.C. Primò non procedit, quando fuit actum viâ ordinariâ, nam tunc censetur renunciatum viæ executivæ, *Gugl.de Benedict. in d. cap. Raynutius,in verbo absque liberis,n.94.de Testam. Suar.in d. l.post rem judicatam,in 6.not. vers.sextus casus, n.6.& seq.de re jud. Marches.de Commiss.appell. in oblig.Camer.par.1.§.2.n.299.fol.813. Boer. dec.265.nu.12.* cum aliis allegatis suprà *par.3. cap.1.n.118.*

95 Secundò non procedit, quando Hæres negat Testamentum, seu dicit de nullitate illius, & adest super hoc disceptatio judicialis, quia tunc requiritur Sententia *Bald.in auth.hoc amplius,n.3.vers.vel dicas,C.de Fideic.Guglielm.de Benedict.in d.c.Raynutius,in verb.absque liberis, n.193.& seq.de Test. Suarez in d. l.post rem judicatam.in sexto notabili.vers.sextus est casus, n. 6.fol.521. Becc.conf.17.n.7. Boer. d.dec. 295. n.12.* quæ quidem fallentia in idem videtur incidere cum prima, cùm supponat causam effectam ordinariam.

96 Tertio non procedit, quando Legatarius intentaret remedium, *l.fin.C.de edict.Div.Adr.tol.* in quibus potissimum terminis loquuntur DD. pro contraria opinione allegati, quia illud non competit, quando adest legitimus Contradictor, prout est hæres, *Alex.in l.ait Prætor,§.si iudex n.5.ff.de re jud. Dec.in l.fin.n.16.C.de edict. Div. Adr.tollen.Becc.d.conf.17.n.7. vers. non obstat quòd remedium. Menoc.de adipisc remed.4. n.696.& seq. Ludovic.dec.Perus.23.n.29.* ubi de communi, & observata opinione testantes allegat,& de cõmuni testatur: secus si intentaret aliam actionem pro legato competentem, qui tunc etiam executivè Legatarius agere poterit, *Becc.d.conf.17.n.7.d.vers.non obstat. Ludov.d. dec.23.n.18.& seq.& n.30.* ubi quod in his potissimum terminis loquuntur DD.pro hac opinione allegati.

97 Opinio verò contraria, quam,ut suprà, servat Rota, non procedit in illo sacro Tribunali,quando Mandatum viâ exequutivâ ab A.C. relaxatum transivit in judicatum, ob non interpositam appellationem, nam tunc res judicata paratam habet exequutionem, *Vestr. in Prax. lib.8.c.ult. n.8.* cum aliis cumulatis per *Rot.d.dec.169.n.9.& seq.par.7.recent.*

OBSERVATIO.

Substitutus Fiscalis Fabricæ Sancti Petri, de
98 anno 1632,instabat coram Judice Fabricæ,pro exequutione prætensi Codicilli, & assertorum Legatorum piorum præstatione, sed re maturè discussâ,utrâque Parte informante, obtinuit absolutoriam, etenim Pars adversa de præmissis non docuit,& regula est certa,quòd Actore non probante Reus absolvitur, *l.verius, ff de probat. l.qui accusare,C.de eden.l.2. & l.actor. C.de probat. Verat.decis.11,p.1.Bellamer.dec.76. Cavaler.dec.231.n.1.*

Quod procedit, etiamsi probario esset dubia, *l.non bos,C.undè legit. l.neque natales, & l. Matrem,C.de probat.cap.in præsentia,ubi Innoc. & Abb.n.34.de probat. Bart.cons.173.n.10.lib.1. Anchar.cons.331.in princ. Roman.cons.167.n.3. Alex.cons.85.in princ.lib.7.* & etiam in favorabilibus, *Dec.cons.531.n.5. Crav.cons.118.n.5.& seq.* de communi testans, *Alex. cons.153. n.1. lib.5.Mantic.de Conject.lib.3.tit.3.n.12.*

99 Nec potuit fieri aliquod fundamentum in fide Notarii in actis exhibita, & in examine confirmata, dum ipse asseruit, se vocatum de ordine Testatoris cœpisse scribere Codicillum, & nonnulla Legata pia, quorum unum pro Missa quotidiana,& quod dum Testator cogitaret de pecunia præcisa pro dicta Missa, accidenti impeditus dixit, lassate stare così per hora,e tornate un' altra volta,che lo finiremo.

Nam ad summum concludit de præparatoriis faciendi Codicillum, & in eo relinquendi Legata pia, non autem de aliquo Codicillo, aut Legato pio perfecto.

100 Primò,quia illa verba Testatoris, quæ differunt ultimam voluntatem in aliud tempus perficiendam, ad præparatoria tantùm sunt referenda, *Dec cons.488. n.12. Ias.cons.155.n.6. lib.4. Castr.cons.75.n.1.vers.sed his non obstantibus,lib.1. Paris.cons.146.n.6.& seqq.lib.4. Covar.in c.relatum,nu.11.vers.secunda conclus. ibi nec à Testatore suspensus,de Testam. Seraph.dec. 623.num.3. Rot.dec.576.n.2.& seq.par.2.recent.*

101 Secundò, quia ex dictis aliorum Testium constat, Testatorẽ permansisse in mero tractatu,& præparatoriis faciendi Codicillum. Nam primus juxta 15.ait,trattò di fare il Codicillo,& juxta 18. fù cominciato a fare il Codicillo: & juxta 23.se fusse stipulato non lo sò: & juxta 24. se hauesse voluto fare d.Codicillo, haueria potuto,& juxta 1.additionale,trattò di fare il Codicillo: & juxta 2 trattaua di stendere il Codicillo,& il Notaro andò via,e non ci fù fatto altro: & juxta 5.In non sò,che fi finisse detto Codicillo, nè che ordinasse,che fi chi amassero Testimonii. Et secundus Testis juxta 19. ait, mentre scriueua il Notaro, al detto Signor N. venne un' accidente: & juxta 5. se si trattasse di stipulare,non lo sò,e non so, che si venisse à stipulatione,e sò,che cosa sia stipulare.

Tertiò,& eò fortius,quia non fuerunt adhibiti Testes,quinimò nec de eis vocandis fuit factum verbum, nec Notarius fuit rogatus,& quod magis est,licèt omnes deponãt,quòd notarius

tarius cepit scribere, non constat de assertâ cœptâ scriptura, nec de die, & mense, in quo cepit scribere Codicillum, cùm nec notarius in ejus fide post duos menses facta, nec Testes de hoc deponant, ideò hæc sine dubio sunt referenda ad meram præparatoria, ut advertit *Rot. d.dec.576.n.2.p.recent.*

102 Præparatoria autem & tractatus disponendi in ultimâ voluntate imperfecta carent omni Juris effectu, *l.Si quis cùm testamentum,ubi Glos. Bart.& DD.ff.de Testam. Oldrad.cons.119. Dec. cons.159.n.4.& cons.488.n.12.& seq. Ias.cons. 8.n.4.lib.3.& cons.156.n.6.lib.4. Corn.cons.49. n.9.lib.1. Ruin.cons.7.n.7.& seqq.* ubi quòd ab hac opinione in practica non est recedendum, *lib.3. Castr.cons.75.n.1. vers.sed tamen his non obstantibus,lib.1.& cons.150.n.2.vers.sed his tamen non obstantibus,lib.1.& cons.150.n.2.vers.sed his tamen non obstantibus,lib.2.Ioan.Mar.Riminald. cons.331.n.17.lib.2. Card.Paris.cons.146. n.6. & seq.lib.4. Alex.cons.105.nu.9.lib.7. Honded. cons.77.n.1. & n.19.Surd.cons.258.n.21.Clar. in §.Testamentum,q.7.vers.aliquando,& tertio. Covar.in cap.relatum,nu.9.de Testam. Vasq.de Success.par.1.lib.3.§.22.limit.11.n.6.circa medium,vers.secundus casus. Magdal.de n.Test.p. 2.c.5.nu.2: Gratian.discept.55.n.4. Surd.dec. 292.num.15. Cresc.dec.3. de Testam. Seraph. dec.623.n.3.& dec.1357.n.6. Rot.dec.620.par. 1.& dec.173.n.7. p.2.diverf. & apud Marchef. de commiss.appell.in Salv.par.1.§.2.dec.34.n.6.& seq fol.1046.& dec.576.n.2.p.2.recent. & in Romana,de Romagliettis, 14. Ianuary 1594 coram bo.me. Litt.2.& in Perusina Haeredita tis,20. Novembris, 1602. coram clar.mem. Cardinali Pamphilio.*

103 Non obstitit favor piæ causæ: quia cùm voluntas imperfecta non sit voluntas, *l.cum syllanianum, C.de his, quibus ut indig.* cum aliis cumulatis per *Mantic.de Conject.lib.3. tit.3. nu.12.* Ergo nec dispositio ad pias causas,nec per consequens intrat ejus favor, *Mantic.de Conject.lib. 6.tit.3.n.12.* ubi quod nec pia causa possit facere, ut præparatoria & tractatus sint ultimæ voluntates perfectæ, cùm repugnet Juris dispositio,& à Legum ratione, nec etiam favore piæ causæ est recedendum.

104 Et quòd hujusmodi voluntas imperfecta nec etiam favore piæ causæ possit sustineri, est communis,& magis communis opinio, de qua testatur *Clar.in §. Testamentum,q.7.n.3.& seqq. Magdalen.de n.Test.par.2.cap.5.nu.2.Viv.communopin.lib.1.opin.33.* quam sequuntur *Menoch.cons.750.n.4.& seqq. Ias.d.cons.159 num. 6.lib.4. Surd.cons.258.num.19. & num.21. lib.2. Covar.in cap.relatum, num.9. de Testam. Gabr.de Testam. concl.9.num.3. & num.6. ubi de communi, Vasq de Success.d.p.1. lib.3.§.22. limit.11. num.6. vers.secundus casus. Clar.in §. Testam.q.12.n.2. Mantic.de Conject.lib.6.tit.3. n.12. Grat.alios cumulans.discept.550.n.9.& discept.764.n.4.& n.25. Menoch. praesumpt.5. n.6.4. Bier.decis.240.n.5. Surd. dec.292.n 14.& seqq. Rot.d.dec.576.n.3.p.2.recent. & in dict.a Perusina Haereditatis, 20 Novembris 1601. coram clar.mem. Cardinali Pamphilio,* & fuit relatum in Sacra Congregatione Fabricæ *in illa Tolentina Legatorum piorum de anno 1626. coram R.P.D. Alifero.*

105 Nec obstitit doctrina *Bart. in l. Testamento, ff.de Fideicom.libert.* quem sequitur *Tiraquel. de privil.piæ caus.priv.7.*

Quia ejus opinio magis communiter reprobatur, ut patet ex prælegatis, & de magis communi contra *Bart.* testatur *Magdalen. de num.Test.dictâ par.2.c.5. nu.1. in fin. & nu.3. & seq.* ubi dicit *Tiraquellum* hallucinatum.

106 Tum etiam quia opinio *Bart.* (si vera esset) posset procedere, quando Testator habuit aliquod Capitulum Testamenti pro perfecto, & absoluto, ut ex ipsiusmet *Bart.* verbis apparet, secus quando Testator nulla ex parte habuit dispositionem pro perfecta: quia tantummodo se præparabat ad testandum, ex magis communi opinione supra firmata, à qua tanquam sæpius à Rota, & novissimè à *Sacra Congregatione* approbata, non est aliquo modo recedendum in judicando, & ita opinionem *Oldrad.* cum opinione *Bart.* conciliavit *Menoch. dict. præsumpt. quintâ, num.6. vers. declaratur autem, lib.4.*

Ratio diversitatis est,quia quando circa illud Capitulum Testator nihil ulterius disponere volebat, ejus voluntas est omninò perfecta, quando verò se præparabat ad testandum, & aliquid aliud etiam quoad jam dispositâ, facere volebat, voluntas est quoad omnia & singula imperfecta,ut in casu, de quo agitur, dum Testator volebat declarare quantitatem pecuniæ pro Missâ quotidiana relinquendam, suspendit in tempus futurum totâ dispositionem,& volebat disponere non oretenus, sed per scripturâ, & rogitum Notarii cum Testibus, ut constat ex ipsa Notarii vocatione, & nihil ex his fuit adimpletum, & cùm Testator supervixerit adhuc tribus diebus, sanus mente, loquelâ, & intellectu,ut Testes deponunt, & nihil amplius de
107 prærensis Legatis & Codicillis dixerit, † præsumitur noluisse, cùm voluntas hominis sit usque ad mortem ambulatoria, *l.3 §.fin. & l.seq. ff.de adm.in.legat. Glos. in princ. Instit. de Donat. in verbo, pœnituisset.& in rub. Instit. de adimen. legat. Surd.dec.128.num.1.* ex quibus rollebantur omnia ex adverso noviter deducta, & proposita.

108 Nec faciebat quòd Legata pia debeantur etiam si Testator dixerit post factum Testamentum *tenete cosi fino adimane*, ut per *Surd.dec. 292.n.6.*

Quia *Surd.* loquitur dubitativè, & Senatus amplexus fuit contrariam partem, absolvendo hæredem ab impetitis per Fratres S. Francisci, ut ipse testatur sub *num.11. & num.16. vers. removetur*, respondet motivo deducto sub *nu. 6.*ut procedat, quando Testator profert dicta verba post Testamentum perfectum, & stipulatum à Notario coram Testibus, & ad effectum salvandi Notarium à crimine falsi, secus quando Testator ante perfectam ejus voluntatem testandi modò præparabat ad testandum, & dixit,*lassate stare così per hora,e tornate un'altra volta,che lo finirò*, tunc enim nec Legata

pia debentur ex *Dec.conſ.488.n.13.Iaſ.conſ.155. n.6.lib.4.Caſtr.conſ.75.n.1.verſ.ſed hu.lib.1.Pariſ.conſ.146.num.6.& ſeqq.lib.4.& Seraph.dec. 623.n.3.* ultra alios quos congerit *Surd.*ex adverſo allegatus *d.dec.292.n.11.*qui *n.14.& ſeq.* benè tollit contraria.

109 Et hoc eſt adeò verum,ut Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtineatur etiam ex clauſula codicillari inter liberos, *Surd. conſ.258.num.19.lib.2.Gratian.diſceptat.550. num. 9. & diſcept. 764.nu.4.* ubi alios allegat.

110 Ratio eſt, quia clauſula codicillaris non eſt inventa ad ſupplendam Teſtatoris voluntatem, ubi deficit,ſed ad illam conſervandam, *Gregor.*

111 *dec.271.n.10.& ſeqq.* Unde † dum imperfectio eſt in voluntate,nihil relevat, an Teſtator voluerit facere Teſtamentum, vel Codicillum; præſumitur enim, quòd quidquid iſto caſu Teſtator dixit, differat in aliud tempus, ad effectum ſe eximendi à moleſtiis inſtantium pro confectione ultimæ voluntatis, *Gratian.d.diſcept.550.n.17.* Quod eò magis in caſu,de quo agitur,eſt præſumendum, ex quo Teſtator ſupervixit per tres dies, ſanus mente, ut ſuprà,nihil amplius de Codicillis loquutus eſt.

112 Nec relevabat, quòd quantitas pecuniæ pro Miſſa quotidiana poſſet taxari per Judicem, licèt eam non taxavit Teſtator,& quòd ſcriptura & rogitus Notarii non requirantur in relictis ad pias cauſas.

Quia ex quo ipſemet Teſtator voluit illam taxare,& diſponere per rogitum Notarii in ſcriptis,& ob id diſtulerit in aliud tempus, non valet actus etiam ad pias cauſas, ſi in præmiſſis omnibus voluntas Teſtatoris non eſt omnino adimpleta,etiamſi aliàs prædicta non eſſent neceſſaria ad validitatem legatorum piorum, *Surd.deciſ.292.num.12.& ſeqq.* cum aliis præallegatis.

113 Et ex his remanſit ſublatum id, quod dicebatur, Legatum ſcilicet ad pias cauſas valere coram duobus Teſtibus, & adeſſe plures examinatos : quia Teſtator volebat diſponere in ſcriptis per rogitum Notarii,& ſuſpendit,& diſtulit in aliud tempus, relinquendo totum actum imperfectum, qui ideò nullius eſt momenti ex præmiſſis.

114 Præterea, & ex abundanti, licèt duo Teſtes ſufficerent in relictis ad pias cauſas, debent tamen eſſe omni exceptione majores, cùm *tex.in cap.cùm eſſet,& cap.relatum,ſi primo,de Teſtam.* dicant Teſtes idoneos : & idoneus dicatur, qui nullam patitur exceptionem,*Gloſ.in §.Item verborum,in verbo,idoneos, Inſtit.de inutil.ſtipul.Pariſ.in terminis,conſ.4.n.13.& ſeq.lib.3.* ubi allegat *Arch.Imol. & Barbat.in ad.Iuribus. Bald. conſ. 166. in fin.* ibi Teſtes optimæ opinionis, & omni exceptione majores; ſi enim eſſent levi maculâ aſperſi,illis non crederetur,*lib.2.Soccin. Iun.conſ.89.n.10.& ſeq.lib.1. Dec.conſ.105.n. 4.verſ.3.reſponatur. Capra conſ.162.num.12. Hondet.conſ.77 n.3.& n.21.lib.1. Ciar.in § Teſtamentum,qu.57. verſ.quia quidam contrarium,* ibi, *bene verum eſt*, ubi quod de communi non eſt dubitandum, *Tiraq. de Privil.piæ cauſ priv.l.5.*

in fin. verſ. & facit in hanc partem. Mantic. de

115 *Conject.lib.6.tit.3.n.24.* & † quod tantum eſt dicere, Teſtis idoneus quantum omni exceptione major, tradit ex magis communi DD.opinione *Farinac.de Teſt q.62.n.2.*

116 Teſtes autem in hac cauſa examinati plures, & quidem irreparabiles patiuntur defectus, & ideò repelluntur in totum, ut de communi teſtatur *Burſat.conſ.69.n.25.*

117 Nam primus eſt nulliter examinatus ante litem conteſtatam, Parte non citatâ, ac ſine Interrogatoriis, *cap.In nomine Domini,de Teſt.& Atteſt.* unde non facit gradum probationis, *Rot. in Maceraten.Pecuniaria 20.Iunij 1644. coram R.P.D.Ottobono.* Nam Pars debuit citari, ſaltem domi dimiſsâ copiâ, etiam in relictis ad

118 pias cauſas, *Bald.conſ.118 num.6.lib.5.* cùm † citatio ſit de jure naturali, & divino, *Geneſ. cap.3.*

119 Et licèt dicatur mortuus, tamen mors non fuit allegata, ſed ſimpliciter petitum, & obtentum Decretum examinari, & repeti Teſtes inductos, ex quo eſt jus quæſitum Parti, præterquàm quòd fuit examinatus inter alios, & per diverſa acta, unde non probat *Abb.Alex.Aretin. Franc.de Curt. Curt.Iun. Rip.Iaſ. & Dec.* quos refert & ſequitur *Natt.conſ.394. num.23.verſ. huic fundamento,& n.24. Ferret.conſ.80.n.6. Honded.conſ.101. lib.1.*

120 Et teſtes ſi ſunt plures idonei, & formiter examinati, inter alios in antiquis ad ſummum probant ſemiplenè contra non citatum, ſi ſunt mortui plenè, *Nat.d.conſ.394.num.24. Mohedan.dec.5.de Teſtib. Rot.dec.594.num.1.par. 1. diverſ.* ſed iſte eſt unicus, nec ſumus in antiquis, & nunquam fuit formiter examinatus, unde non facit gradum probationis.

121 Et eò magis, cùm non deponat ſuper toto facto : dicit enim, Teſtatorem inter cætera dixiſſe, &c. & ſic occultat ea, quæ poterant nocere Inducenti, ideò nullam prorſus fidem meretur, *Gloſ.in l.Lucius,in verbo,debeant,ff.de his, qui not.infam. Roman.conſ.305.in fin. num.9. Alex.conſ.88.n.10 lib.4.* & † tempore examinis prætendebat ſe exequutorem in Codicillo, de quo agitur, ideò tanquam intereſſatus non

122 probat, *Bald.conſ.221.per tot.lib.3.conſ.227. num 2.lib.5. Cavaler.dec.140.num.3.* prætendebat †

123 etiam ſe legatarium in eodem Codicillo, ideò minus probat *l.nullus,ff.de Teſt bus, l.omnibus.ubi DD.C.de Teſt. Soccin.Iun.d. conſ. 89.n.11.& num.15.& ſeq. Cavaler. dec. 570.*

124 *num.7.* habebat † etiam lites magni momenti contra eos,adverſus quos ſe examinavit,& ex pluribus maiè affectus,& odioſus erat, quod etiam detrahit de fide, *Nat.d.conſ.394.num 25. Gabr.conſ.178.lib.1.* & eoidem defectus patitur ſecundus Teſtis formiter examinatus, cùm ejus pater ſit hæres dicti Teſtis defuncti ejus filii, & quòd in Teſtibus, qui vel habent intereſſe in cauſa vel litem cum eo, contra quem deponunt, fides non ſuperabundet, dixit etiam *Rot.in d. Maceraten.Pecuniaria, 20.Iunij 1644. coram R. P.D.Ottobono.*

125 Quod verò ad teſtes formiter examinatos, primus

mus non fuit semper præsens, & est in eodem examine sibi contrarius in multis essentialibus, ideò non meretur fidem, *Clar.in § fin.q.55.n. 5.vers.quartus casus*, ubi de communi.

126 Deinde isti duo Testes pugnant, & quilibet eorum pugnat cum depositione Notarii, & omnes sunt inter se singulares, singularitate obstativâ in tempore, & formalitate verborum Testatoris circa Missam quotidianam, & in aliis: unde tanquam se destruentes & lacerantes nihil probant, ad instar testium Susannæ, *Dan. 6.13.n.54.& seqq. Alex.cons.143.nu.2.lib.2. Crau.cons.267.n.3. Bald.cons.221.circa fin.lib. 3. Gabr.de Testib.conclus.2.n.11.& n.13. Gregor.dec.390.n 4.& seqq.*

127 Et nihilominus cùm deponant super formalitate verborum articulata, & de qua fuerunt interrogati, debent concordare etiam in cortice verborum, & isti contrariantur in cortice, & quod pejus est, in formalitate & substantia, unde nihil probant, *Canonista in cap.nihil.de verb. signif. Iason l. 2.n.18.C. de bon.poss.secundum tab. Barbat.cons.3.Quidam col. 8. vers.isti duo Testes, lib.2. Alex.cons.150.n.2.& cons.153. n. 3.& seq.lib.5. Rolan.cons.33. n.11. & n.15. & seqq.lib.2. Paris.in terminis cons.146. nu.14.& seq.lib.4. Mascard.de prob.concl.1368.*

128 Et cùm agatur de probanda ultima voluntate, debent esse contestes in omnibus: si autem aliqui deponant plus, aliqui minus, ut hîc, nihil probant, etiam in eo, in quo sunt contestes, *Bald.in l.cùm antiquitas, n.5. C.de test. Per.Ravenn.singul.705. Ruin.cons.14.n.2.lib.2. Bald. Castr.Alex.But.* & alii quos refert, & sequitur *Paris.d.cons.145.n.14 lib.4.*

Et ex his, &c. utraque, &c.

SUMMARIUM CAP. XII.

1 *Post remedia possessionis Adipiscendæ agitur de remedijs Retinendæ.*

2 *Possessorium retinendæ aliud summarijssimum, aliud plenarium.*

3 *In possessorio summarijssimo procedi potest lite pendente, ubicunque causa prævio Monitorio in Petitorio, vel Possessorio, vel in gradu appellationis, vel via executiva, introducta fuit.*

4 *Si causa non est introducta, est prævio Monitorio, vel aliàs, juxta illius naturam introducenda, & deinde, si opus sit, petenda manutentio in summarijssimo possessorio probatu probandu.*

5 *Citatio ad dicendum contra jura in judicio manutentionis, & ejus formula, & processus.*

6 *Productio jurium, & ejus formula.*

7 *Deficientibus scripturis, probanda est possessio, saltem tempore motæ litis, & per Testes servatis servandis, ut possit obtineri manutentio.*

8 *Articuli probandi in judicio manutentionis, & eorum formula.*

9 *Possessione probatâ per legitima probationum genera ab eo, qui petit manuteneri, Pars adversa suas exceptiones deducere, & eodem modo probare potest, si quas habet.*

10 *In termino ad dicendum contra jura, vel Articulos, quomodo Actor in hoc judicio protestari, & Judex ad admissionem procedere debeat.*

11 *Actor, si fuit in hoc judicio facta mixtura, potest suspendere Petitorium, & quomodo.*

12 *Citatio ad videndum manuteneri, & ejus formula, & processus.*

13 *Manutentio potest peti, & obtineri in qualibet parte judicij, & instantia, dummodo possessio fuerit servatis servandis probata.*

14 *Elapso termino in Decreto contento, citatione reproductâ, nisi Pars adversa obtineat supersederi, & causam appellationis in plena Signatura committi, expeditur Mandatum de manutenendo, & proceditur ad ejus executionem.*

15 *In Possessorio retinendæ plenario proceditur vià Monitorij.*

16 *Monitorium in possessorio retinendæ summario, seu plenario, & ejus formula.*

17 *Monitorium in possessorio summario pro reductione Innovatorum in pristinum, & ejus formula.*

18 *Monitorium pro manutentione in possessione rei locatæ, & ejus formula.*

19 *Monitorium super manutentione in quasi Possessione exigendi Pensionem, & ejus formula.*

20 *Monitorium pro manutentione in quasi possessione exigendi Canones, & fructus Census, & ejus formula.*

21 *Monitorium personaliter exequutum reproducitur in actis.*

22 *Reproductio Monitorij in actis, & ejus formula.*

23 *Protestatio rei contra Monitorium infra triduum, & ejus formula.*

24 *Actor tenetur verificare contenta in Monitorio, etiam non negato, per legitima probationum genera, servatis servandis.*

25 *Manutentio datur ei, qui servatis servandis probavit ejus possessionem de tempore litis motæ.*

26 *Manutentio datur Pensionario contra Titularem Beneficij, & ejus Successorem, in quasi possessione exigendi pensiones, probatis probandis.*

27 *Manutentio datur in quasi possessione probatæ exigendi annuas præstationes, Census, Canones, & hujusmodi.*

28 *Reus in judicio manutentionis potest opponere exceptiones præscriptionis, & quas habet.*

29 *Protestatio Rei, & appositio præscriptionis, & ejus formula.*

30 *Protestatio, & oppositio aliarum exceptionum pro parte Rei, & ejus formula.*

31 *Reus in judicio manutentionis potest deducere, & probare exceptiones, quas habet, per legitimæ probationum genera.*

32 *In termino ad dicendum contra, Actor quomodo protestari, & Judex quomodo admittere jura, & Articulos debeat.*

33 *Actor, ne ob mixturam causa efficiatur appellabilis, debet in hoc manutentionis judicio suspendere Petitorium.*

34 *Probatis probandis, Actor potest citare ad videndum manuteneri, vel si magis placet, servare terminos substantiales.*

35 *Citatio ad libellandum in termino substantiali in judicio manutentionis, & ejus formula, & processus.*

36 *Citatio ad articulandum in termino substantiali, & ejus formula, & processus.*

37 Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ac videndum manuteneri, & ejus formula, & processus.

38 In Tribunali A.C. olim causæ in judicio manutentionis summario expediebantur etiam per Cedulam, sed hodie per decreta, ex reformatione Pauli V. expediri solent.

39 Si in aliquo Tribunali causa manutentionis sit expedienda per Cedulam, quomodo sit citanda Pars.

40 Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam audiendam in forma, & ejus formula, & processus.

41 Cedula Sententiæ super manutentione in quasi possessione exigendi Pensionem, Canonem, seu annuam præstationem, & ejus formula.

42 Cedula sententiæ super manutentione in possessione stabilium, & ejus formula.

43 Lata Sententia super manutentione, nisi Pars obtineat supersederi, & committi causam appellationis, Parte citatâ in plena Signaturæ, statim expeditur Mandatum, sicut lapso termino in Decreto contento post intimationem exequutam.

44 Mandatum de manutenendo in quasi possessione, exigendi annuas præstationes, & ejus formula.

45 Expedito Mandato de manutenendo in quasi possessione exigendi Censum, Canonem, vel annuam præstationem, statim in ejus exequutionem relaxatur Mandatum exequutivum absque alio decreto, Decerni.

46 Citatio ad solvendum annuam præstationem in executionem Mandati de manutenendo, & ejus formula, & processus.

47 Reproductâ intimatione, & elapso termino in decreto contento expeditur Mandatum executivum in executionem Mandati de manutenendo, & proceditur ad ulteriora in executione.

48 Reus conventus etiam post executionem factam potest deducere exceptiones, quas habet.

49 A Mandato executivo in executionē Mandati de manutenendo relaxato, non datur appellatio.

50 Mandatum de manutenendo in possessione stabilium, & ejus formula.

51 Sentiens se lasum in judicio manutentionis, debet citatâ Parte adire plenam Signaturam pro Commissione causæ appellationis.

52 Interpositio appellationis coram Iudice à quo, & ejus formula, & responsio Iudicis.

53 Cedula appellationis in judicio manutentionis, & ejus formula.

54 Commissio appellationis in plena Signatura proponenda in judicio manutentionis, & ejus formula.

55 Commissio appellationis in materia manutentionis in quasi possessione exigendi Pensionem in plena Signatura proponenda, & ejus formula.

56 Signatura in judicio manutentionis quomodo rescribere soleat.

57 Ad executionem Mandati de manutenendo, quomodo procedatur.

58 Instrumentum executionis Mandati de manutenendo in possessione stabilium, & ejus formula.

59 Ad executionem Mandati de manutenendo potest etiam procedi per viam intimationis Mandati & censuratum, & quomodo.

60 Adnotatio intimationis Mandati de manutenendo in actu, & ejus formula.

61 Si intimatio Mandati de manutenendo est facta in partibus, quomodo reproducatur in actu.

62 Reproductio Mandati de manutenendo intimati in partibus, & ejus formula.

63 Quatuor termini ad docendum se paruisse Mandato de manutenendo, & eorum formula, & processus.

64 Stylus intimationis personalis, & observationis quatuor terminorum ad docendum se paruisse pro obtinenda declaratoria, non solùm ob non paritionem Mandati de manutenendo, sed etiam in omnibus aliis casibus, exceptâ obligatione Camerali observatur.

65 Citatio ad videndum reiterari, & ad sententiam declaratoriam ob non paritionem, & ejus formula, & processus.

66 Cedula sententiæ declaratoriæ ob non paritionem, & ejus formula.

67 Lata declaratoria nisi præfixus sit terminus quindecim dierum, quo casu illius lapsus à die intimationis est expectandus, statim possunt expediri Ceduloni.

68 Cedulonis ob non paritionem, & ejus formula.

69 Si executio est facienda in partibus, expeditur instrumentum declaratoriæ.

70 Instrumentum declaratoriæ ad partes, & ejus formula.

71 Si neutra Pars possidet, vel possessio est adeò turbida, ut discerni non possit quis jure possideat, eòque magis si est timor, ne Partes veniant ad arma, possessio est sequestranda.

72 Citatio ad videndum manuteneri, & ejus formula.

73 Decretum Iudicis super avocatione possessionis, appositione sequestri, & ejus formula.

74 Sequestrum super bonis, ac eorum possessione, & fructibus, & ejus formula.

75 Sequestrator potest allegari suspectus.

76 Allegatio Sequestratoris suspecti, & ejus formula.

77 Sequestratore suspecto allegato, citatur ad concordandum de alio, & Iudex eligit alium de consensu sin minus, ex officio.

78 Sequestrum ad partes expeditum, & ejus formula.

79 Remedia retinendæ possessionis sunt octo, & quæ, & pro quibus singula dentur.

80 Officium Iudicis datur, quando Partes de possessione contendunt armis, & ne Partes veniant ad arma.

81 Præcipua retinendæ possessionis remedia, quæ sint, unde dicta, & quo jure introducta.

82 Interdictum uti possidetis, competit pro retentione possessionis stabilium.

83 Interdictum uti possidetis, competit etiam pro conservatione quasi possessionis rerum incorporalium.

84 Interdictum uti possidetis, competit pro re mobili cohærente rei immobili, & quare.

85 Interdictum uti possidetis, competit etiam habenti jus in mare.

86 Interdictum utrobi, signanter competit pro re mobili.

87 Retentio quid sit.

Inter-

88 Interdict a Uti possidetis, & utrobi, in quibus hodie sint exaquata.
89 Interdictum retinendæ manutenet possessorem seu detentorem in possessione, seu detentatione, in qua quis non vi, clam, vel precario, tempore litis motæ, existit.
90 Interdictum retinendæ in Romana Curia appellatur Mandatum de manutenendo.
91 Interdictum retinendæ aliud directum, quod datur pro re immobili: aliud utile, quod datur pro quasi possessione incorporalium, sed hoc quoque directum dici potest.
92 Manutentio qua ratione introducta.
93 Iudicium manutentionis est summarissimum & breve.
94 In judicio manutentionis inchoater intentato, non est opus libello, si in fuit aliàs introducta, vel Iudex procedit ex officio, aliàs secus.
95 In judicio manutentionis summario, seu plenario Libellus, seu Monitorium requiritur.
96 Petens manuteneri est actor originarius, & voluntarius.
97 In Iudicio manutentionis sæpè uterque est actor, & uterque Reus, & quando.
98 Etiamsi una Pars prius ad judicium provocaverit quare.
99 Manutentio non datur nisi Parte citatâ & causâ cognitâ.
100 Manutentio datur possidenti.
101 Manutentio datur ei, de cujus possessione constat.
102 Manutentio datur ei, qui in sua possessione turbatur.
103 Petens manuteneri debet probare, se possedisse de tempore litis motæ, vel paulò antè, aliàs ei denegatur Manutentio.
104 Ad effectum Manutentionis sufficiunt probationes leviores.
105 Ad obtinendam Manutentionem sufficit semiplena probatio.
106 In Iudicio manutentionis, licèt sufficiant probationes leviores, debent tamen esse in suo genere concludentes.
107 In Iudicio manutentionis sufficit etiam probatio minor semiplena.
108 Ad obtinendam Manutentionem sufficit probatio etiam præsumptiva.
109 Ad obtinendam Manutentionem sufficiunt etiam Testes de fama.
110 Ad effectum Manutentionis sufficit unicus Testis de visu.
111 Etiamsi iste Testis non sit exceptione major.
112 In summarissimo possessorio retinendæ exceptiones contra Testes non admittuntur.
113 Ad obtinendam Manutentionem sufficit probatio per confessionem Partis.
114 Ad effectum manutentionis obtinendæ sufficit confessio extrajudicialis, quæ de iure canonico plenè probat, & sæpè repetita habet vim judicialis.
115 Possessio ad effectum manutentionis probatur ex locatione cum perceptione affictus.
116 Possessio ad effectum manutentionis, probatur ex confessione emanata in Monitorio Partis adversæ.
117 Etiam si quis fuerit conventus uti Detentor, vel Occupator.
118 Possessio ad effectum Manutentionis probatur ex instrumento adeptæ possessionis.
119 Possessio instrumentalis, alio nè existente in possessione, est manutenibilis etiam per aspectum in præsentia rei, vel tactu annuli Ecclesiæ clausæ.
120 Possessio instrumentalis, alio in possessione nullatenus existente, est manutenibilis, præsertim si est titulata.
121 Alio in possessione existente possessio instrumentalis non est manutenibilis, nisi probetur anterior.
122 Possessio instrumentalis posterior non est manutenibilis, etiam si cum ea concurrat perceptio fructuum.
123 Possessio instrumentalis præsumitur capta nomine in possessione existente.
124 Possessio instrumentalis suffragatur etiam Cessionario.
125 Possessio ejus, qui in instrumento habet horam, præsumitur anterior.
126 Possessio instrumentalis anterior non solùm in hora, sed etiam in puncto præfertur.
127 Manutentio datur civiliter, & quasi civiliter possidenti pro recuperatione naturalis possessionis.
128 Emphiteusi finitâ datur Manutentio Domino habenti civilem pro recuperatione naturalis.
129 Et eò magis si in instrumento Emphiteusis adest clausula Constituti, ad favore Domini directi.
130 Usufructuario defuncto datur Manutentio Proprietario civiliter possidenti, & quare.
131 Usufructu finito datur Manutentio etiam Hæredi Proprietarij usque ad triginta annos, etiam si Usufructuarius alienâsset.
132 Possessio instrumentalis capta à Proprietario existente Usufructuario in naturali est manutenibilis, ratione civilis, quæ erat vacua.
133 Manutentio datur mero Detentori, donec de causa principali cognoscatur.
134 Ad effectum Manutentionis tantùm detentatio & insistentia, seu possessio de facto attenditur.
135 Manutentio datur etiam Spoliatori, donec causa terminetur per tres conformes.
136 Prædo donec de Iuribus suis discutitur, est lite pendente manutenendus in sua possessione.
137 Prædoni non datur Manutentio, si ex eisdem actis notoriè constat eum esse prædonem.
138 Manutentio datur nullatenus immisso virtute, l. fin.
139 Immisso etiam ex primo decreto, cui competit interdictum, ne vis fiat ei, datur manutentio.
140 Immisso ex primo decreto, ut faciat fructus suos, competit Interdictum, Uti possidetis.
141 Secus si renunciavit cuicunque commodo adjudicationis, & sic etiam immissioni ex primo decreto.
142 Manutentio datur ex sola detentatione, licèt dominium non probetur.
143 Manutentio in Iurisdictionalibus conceditur ex sola Iuris assistentia.
144 In non jurisdictionalibus Rota moderna non concedit Manutentionem ex sola assistentia.
145 Manutentio facilius conceditur eis, quibus Ius assistit, etiam in concursu possessionum, & quare.
146 Manutentio ex Iuris assistentia turbida, etiam in Iurisdictionalibus non conceditur,
147 Iuris assistentia non suffragatur quando alius reperitur in possessione temporis considerabilis.
148 In materia Decimarum ex sola Iuris assistentia Rota non dat Manutentionem, nisi etiam pro-

probetur quasi possessio exigendi.

149 Manutentio conceditur ad statum, & limites possessionis, in eo statu, in quo quis erat tempore litis motæ, vel paulò antè.

150 Rota passim dat Manutentionem adversus factum Iudicis nulliter, & injustè procedentis, si quis non habuit se pro spoliato.

151 Manutentio in concursu datur Possessori anteriori, qui non habuit se pro spoliato.

152 Possessio anterior carens titulo præfertur posteriori etiam titulata.

153 Etiam in Beneficialibus, quicquid dixerit Menochius.

154 In concursu datâ paritate, possessio titulata præfertur non titulatæ.

155 Manutentio datur anteriori Possessori etiã in casu restitutionis in integrum.

156 Possessio posterior præsumitur clandestina, & injusta, & ob id non est manutenibilis.

157 Manutentio non datur Possessori anteriori, quando possessio junior habet pro se Iuris absistentiã.

158 Si possessio antiquior est virtute reservationis fructuum, junior respectu tituli illi non nocet, & non est manutenenda.

159 Possessio antiquior non præfertur juniori, quando illa non habet expulsionem, seu recognitionem Colonorum.

160 Possessio antiquior non est manutenibilis, quando possessor habuit se pro spoliato.

161 Possessio posterior actualis, cum perceptione fructuum, & recognitione Colonorum, est manutenibilis, cùm etiam Prædo sit manutenendus.

162 Possessio antiquior simplex, ob simplicem Emphiteusim non est manutenibilis.

163 Possessio antiquior capta contra Decretum irritans non est manutenibilis.

164 Possessio antiquior capta contra Decretum irritans, donec dubium est, An d. decretum irritet, est manutenibilis.

165 Possessio antiquior intercepta, vel deperdita, non est manutenibilis.

166 In manutentione merum factum possessionis attenditur.

167 Etiam in manutentione in quasi possessione exigendi pensionem, & reintegratione perceptionis illius.

168 In beneficialibus datur manutentio absque justificatione aut productione tituli.

169 Possessio habens contra se vehementem Iuris resistentiam, debet aliquo titulo colorari, ut sit manutenibilis.

170 Ex longæva, & considerabili possessione oritur præsumptio tituli, & datur manutentio, non obstante resistentia Iuris.

171 Si Iuris resistentia contra possessionem non est vehemens, datur manutentio, etiamsi illa habeat contra se Iuris præsumptionem.

172 Ad obtinendam manutentionem contra Cameră, vel Superiorem, requiritur titulus.

173 Contra Principem in his, quæ ex sola ejus concessione conceduntur, non datur manutentio, nisi doceatur de titulo.

174 Manutentio pendens à validitate tituli non datur, nisi prius discusso titulo.

175 Manutentio pendens à negotio principali non datur, nisi prius illo discusso.

176 Datâ paritate, possessio titulata requiritur ad manutentionem obtinendam.

177 Manutentio datur etiam lite pendente, & quare.

178 Et in qualibet instantia.

179 Non obstante Sententiâ latâ in contrarium, etiam in possessorio, dummodo sit suspensa per appellationem.

180 In summariissimo possessorio manutentio uni concessa revocatur, & semel denegata conceditur alteri, melius de sua possessione docenti.

181 Manutentio potest dari per Iudicem ad quem, etiã commissâ causa cum clausula sine prejudicio.

182 Manutentio non conceditur, quando Sententia transivit in judicatum.

183 Manutentio datur non obstante Sententiâ notoriè injustâ.

184 Manutentio non datur ei, qui reportavit Sententiam contrariam super manutentione, nisi ab ea appellaverit, & quare.

185 In gradu restitutionis in integrũ potest concedi manutentio, præsertim si res judicata est turbida.

186 Pendente causâ nullitatis usque ad triginta annos potest dari Manutentio.

187 Manutentio datur Successori nomine dignitatis ob possessionem antecessoris, absque alia apprehensione, secus nomine Hæreditario.

188 Manutentio datur contra Successores ex possessione quæsita contra antecessorem, quod procedit tam in materia Pensionis, quam Censûs.

189 Manutentio datur Rectori non possidenti nomine Ecclesiæ, qua possidet.

190 Manutentio datur existenti in quasi possessione præsentandi, quando cõstat de Iure patronatus.

191 Inter Patronos sufficit ultimus status præsentationis ad effectum obtinendi manutentionem in quasi possessione præsentandi.

192 Manutentio in quasi possessione exigendi Decimas datur ex quasi possessione generali, alio non existente in possessione.

193 Manutentio conceditur in quasi possessione exigendi pensionem ex unica exactione.

194 Manutentio datur Locatori in quasi possessione exigendi affictus, seu pensiones.

195 Manutentio datur in quasi possessione exigendi Census, & Censuum fructus, & unica solutio consistit in quasi possessione.

196 Manutentio datur in quasi possessione Præeminentiarum, & interessendi in Capitulo.

197 Hæredi datur Manutentio virtute Statuti continuantis possessionem in eum.

198 Si possessio fuit à Tertio occupata ante aditam, non datur Manutentio Hæredi virtute Statuti possessionem in eum continuantis.

199 In bonis Emphiteuticis non datur manutentio Hæredi virtute Statuti possessionem in eum continuantis.

200 Facultas Fideicommissario concessa capiendi possessionem propriâ authoritate, impedit, ne Hæres virtute Statuti continuantis possessionem possit obtinere manutentionem.

201 Possidenti ex Iudicis decreto datur manutentio.

202 Possidenti ex clausula Constituti datur manutentio, etiam Hæredi Constituarij, & contra Hæredem Constituentis, etiam de Iure particularibus.

203 Probatis aliquibus actibus ad Officium pertinentibus datur manutentio ad omnes alios ad Officium

ctum officium spectantes.

204 Quando quis est in possessione certi actûs, vel adest Iuris resistentia, non attenditur possessio generalis ex titulo universali.

205 In Incorporalibus datur Manutentio etiam Cessionario probatâ cessione, & quasi possessione Cedentis, absque alia apprehensione.

206 Possidenti ab intestato datur Manutentio, donec de validitate Testamenti, & exceptionibus cognoscatur.

207 Manutentio datur etiam in rei commoditate, & participanti de commodo, & quando.

208 Manutentio denegatur habenti se pro spoliato.

209 Manutentio datur Ecclesiæ possidenti, etiam si Prælatus habuerit se pro spoliato.

210 Confitenti se spoliatum, denegatur Manutentio, cùm constat eum deposuisse animum possidendi civiliter.

211 Confessio Procuratoris super Spolio potest de stylo Rotæ à Domino revocari, etiam non docto de errore.

212 Confessio Procuratoris Mandatum speciale non habentis, super spolio emanata, non nocet Domino.

213 Petenti simpliciter se reintegrari, si petitio est turbida, & obscura, non est deneganda Manutentio.

214 Dicenti se spoliatum de facto, & deinde petenti se manuteneri, non est deneganda Manutentio.

215 Petenti reintegrari cum clausula, quatenus opus sit, non est neganda Manutentio.

216 Petitio reintegrationis in dubio debet intelligi de possessione naturali.

217 Restitutus ad possessionē vigore Sententiæ latæ in Spolio, est uti legitimus possessor manutenendus.

218 Confitenti Adversarium possidere, non potest dari Manutentio.

219 Possidenti facto Iudicii nulliter procedentis non datur Manutentio.

220 Possidenti contra decretum irritans non datur Manutentio.

221 Attentanti denegatur Manutentio.

222 Excommunicato Manutentio non conceditur.

223 Privatus & ejectus à suâ possessione authore Prætore non datur Manutentio.

224 Si in actis clarè constat, quem fuisse ejectum à sua possessione authoritate Iudicis, nulliter, & injuste procedentis, & is non habuit se pro spoliato, conceditur ei Manutentio.

225 Gratiosè Subrogato non datur Manutentio, sed Intrusso.

226 Subdito contra Superiorem non datur Manutentio.

227 Subdito docenti non solùm de possessione, sed etiam de titulo, & jure suo, datur Manutentio.

228 Si clarè constet in actis, quòd possessio est vitiosa, non datur Manutentio.

229 In causâ universali non suffragatur ad Manutentionem obtinendam, quando quis est in possessione particulari.

230 Actio Fidei commissarij clara sufficit ad impetrandam Hæredis Manutentionem.

231 Manutentio non datur, quando illa pendet à negotio principali.

232 Manutentio non datur Hæredi sine novâ possessionis apprehensione.

233 Possessio non transit in Hæredem, nisi apprehendatur.

234 Si Iudicium manutentionis est cœptum vivente Possessore, novâ apprehensione in Hærede ad effectum obtinendi Manutentionem non est necessaria.

235 Statuto stante de continuanda possessione in Hæredem, non est necessaria nova apprehensio illius ad Manutentionem obtinendam.

236 Statutum de continuanda habet locum etiam in Fideicommissario universali.

237 Idem operatur Fideicommissi restitutio verbalis, quod legalis.

238 Restitutio verbalis de æquitate Canonica non est necessaria.

239 Fideicommissarius an, & quando possit capere possessionem bonorum Fideicommissorum propriâ authoritate.

240 Ex resistentia Iuris vehementi, & inevitabili, denegatur manutentio.

241 Ei, de cujus non Iure notoriè constat, non datur Manutentio.

242 Non dicitur constare de novo Iure, donec de eo potest edoceri.

243 De non jure, ut Manutentio ob id denegetur, constare debet per confessionem partis, aut rem judicatam.

244 Manutentio vigore clausulæ precarii, non conceditur, nisi sit appositâ super certo corpore.

245 Clausula precarii apposita in re certa, ratione quotæ, & loci, transfert possessionem manutenibilem.

246 In Iudicio manutentionis non admittuntur exceptiones requirentes indaginem.

247 In petitorio discutienda non habentur in consideratione in Iudicio manutentionis.

248 Exceptio defectûs proprietatis in Iudicio manutentionis non admittitur.

249 Exceptio defectûs ætatis in judicio manutentionis non admittitur.

250 Exceptio Usuræ, donec disceptatur super validitate contractûs, in Iudicio manutentionis non admittitur.

251 Exceptio injustæ Sententiæ, donec de ea disputatur, in Iudicio manutentionis non admittitur.

252 Exceptio nullitatis translationis Pensionis, requirens indaginem, in Iudicio manutentionis non admittitur.

253 Manutentio non retardatur per Decretum irritans, quando reservatio est clara.

254 Manutentio per exceptionem dominij incontinenti probandi, aliter quàm per confessionem, aut rem judicatam, & per alias respicientes Petitorium non retardatur.

255 Inhibitio facta post actus possessorios non præjudicat ad effectum manutentionis.

256 Exceptio excommunicationis, & perjurij impedit manutentionem.

257 In judicio Manutentionis veniunt fructus lite pendente percepti.

258 Si fructus petuntur principaliter, uti sors datur Manutentio pro termino petito & decurso etiam ante motam litem.

259 Si mala fides clara, & inexcusabilis probetur à tunde, ultra litis contestationem, fructus rationi damnorum & interesse debentur etiam ante

ante litem motam, & ab initio.

260 Non obediens Mandato de manutenendo debet declarari excommunicatus.

261 Quomodo de stylo procedatur ad declaratoriam contra eum, qui Mandato de manutenendo non paret.

262 Quatuor termini ad docendum se paruisse, servantur in omni materia, ut demum, non docto de paritione, feratur declaratoria.

263 Manutentio semel concessa non revocatur, nisi causa in Petitorio, vel Possessorio ordinario terminata.

264 Si quis docet de meliori possessione, revocato primo Decreto, datur illi Manutentio.

265 Mandatum de manutenendo uni concessum, potest ab eodem Iudice revocari.

266 Mandatum de manutenendo semel denegatum, si de possessione doceatur, potest denuò concedi.

267 Si neutra Pars docet de possessione manutenibili, Manutentio potest denegari utrique.

268 Mandatum de manutenendo, si Adversarius nunquam possedit, non potest revocari, nisi per definitivam.

269 Manutentus potest petere ab Adversario cautionem de non molestando.

270 A mandato de manutenendo non datur appellatio de jure Civili, nec de jure Canonico.

271 A mandato de manutenendo datur appellatio ad effectum devolutivum non suspensivum.

272 Signatura quomodo rescribat in causa appellationis à Mandato de manutenendo.

273 Signatura aliquando committit causam appellationis à Mandato de manutenendo cum clausulis opportunis, etiam si causa fuerit expedita per decretum.

274 Instantiâ data corruit argumentum.

275 Signatura appellationem à Manutentione concessa per Decretum aliquando reliquit, aliquando commisit.

276 Causa in possessorio expedita per Cedulam datur de Iure communi appellatio.

277 A Sententia lata, etiam per Cedulam in mero possessorio absque aliqua Petitorij mixtura, non datur de Iure appellatio suspensiva.

278 Lata Sententia in mero possessorio, etiam per Cedulam, est locus Ægidianæ appellationem prohibenti.

279 Si possessio est turbida, Signatura rescribit cum clausula, quatenus sit locus Ægidianæ, vel alia simili.

280 Mandata de manutenendo hodie Iudices in Curia tenentur expedire per Decreta, non per Cedulam.

281 Iudex tenetur providere, ne Partes de possessione contendentes, veniant ad arma.

282 Si non constat de possessione alicujus, Iudex debet capere summariam informationem, ut possit illam juridicè ponere sub Sequestro.

283 Si contingat de possessione unius, debet Iudex illi dare manutentionē, & inhibere alteri, ne molestet.

284 Si post captam informationem, & diligentiam adhibitam non constat, an aliqua ex Partibus possideat, quia possessio est valdè turbida Iudex debet possessionem cum fructibus ponere sub Sequestro.

285 Possessio vacans est ponenda sub Sequestro.

286 Si constet de possessione unius, non est locus Sequestro.

287 Iudex debet capere summariam informationem super metu armorum, parte citatâ.

288 Vt Iudex possit apponere Sequestrum, sub prætextu ne partes veniant ad arma, debet sibi prius constare de hujusmodi metu inter partes.

289 Si Iudex posset ex abrupto apponere Sequestrum, ne Partes veniant ad arma, quilibet posset ad id configere rixam, ut ejus Adversarius commodo possessionis privaretur.

290 Iudici asserenti, adesse periculum armorum, non creditur, nisi de eo constet in actis.

291 Ad cognoscendum, an adsit periculum armorum, attenditur qualitas personæ.

292 Si periculum est in mora, potest Iudex, si ei constiterit de metu armorum, capere informationē, & apponere Sequestrum Parte non citatâ.

293 Secus si periculum non erat in mora: nam tunc requiritur citatio Partis, & cognitio causæ.

294 Si est in causa Persona non armigera, Iudex non potest decernere Sequestrum, nisi Parte citatâ, & causâ cognitâ.

295 Iudex constito sibi de possessione unius, si adest timor armorum, debet inhibere alteri, ne possessorem molestet.

296 Si possessio est vacans, & Partes contendunt arma illam apprehendere, potest Iudex, si periculum est in mora, captâ summariâ informatione, Parte nō citatâ, illam ponere sub Sequestro.

297 Idem Iuris est, si possessio est hinc valdè turbida.

298 Ab inhibitione Iudicis de non molestando possessorem non datur appellatio.

299 A confessione Sequestri ad tollenda scandala & rixas non datur appellatio.

300 A sequestro emanato absque causæ cognitione sub prætextu metûs armorum datur appellatio.

301 Sequestro concesso sub prætextu metûs armorum absque cognitione causæ, & citatione Partis, potest dici de nullitate illius.

302 Constito de possessione unius, si Iudex apponat sequestrum, datur appellatio ob perversionem ordinis petitorij, & possessorij.

303 Potest omissâ viâ appellationis, & nullitatis agi prævio libello ad revocationem sequestri concessi, sub prætextu metûs armorum.

304 Sequestrum de facto factum, parte non citatâ, ex causa non nimis urgente, potest de facto revocari absque libello, & citatione.

305 Sequestrum concessum ob periculum in mora, parte non citatâ, non est parte non citatâ revocandum.

306 Si non constat in actis de urgenti periculo armorum, & Iudex recusat Sequestrum concessum revocare, est locus appellationi, & potest dici de nullitate.

307 In materia Manutentionis adquos in cæteris recurrendum.

308 A Sequestro sub prætextu armorum nulliter, & injuste concesso, datur appellatio.

309 Sequestrum sub prætextu armorum, parte non citatâ concessum, est nullum.

310 Pars debet citari ad videndum jurare Testes, & capi informationem super metu armorum.

311. Iudex

311 *Iudex recusatus non potest procedere ad actum præjudicialem, aliàs actus est nullus.*

312 *Decretum Sequestri, sub prætextu metûs armorum est injustum, si in actu non constat de rixa, aut aliquo metu.*

313 *Qualitas personarum ad exclusionem præsumptionis rixæ, & strepitus armorum plurium attenditur.*

314 *Sequestrum si emanavit de facto, causâ non cognitâ, & parte non citatâ datur appellatio*

315 *Vel saltem potest dici de nullitate.*

316 *Si constat in actu de possessione unius, Iudex nō debet procedere ad Sequestrum remedium desperatum, sed inhibere alteri ne molestet.*

317 *Etiamsi adsit metus armorum, & possessor sit prædo.*

318 *Si dum constat de possessione unius, potest Iudex apponere Sequestrum, quilibet posset fingere rixas, & sic spoliare Adversarium, quod absurdum non est admittendum.*

319 *Ob perversum ordinem Possessorij & Petitorij à Sequestro, concesso sub prætextu rixæ, datur appellatio.*

320 *Nuntio referenti se immisisse aliquem in possessionem alicujus rei, creditur.*

321 *Possessio probatur ex Testibus deponentibus de actibus possessorijs, ac perceptione fructuum.*

322 *Capiens possessionem virtute facultatis sibi à Testatore concessâ illam accipiendi propriâ authoritate, est legitimus Contradictor contra eum, qui non docet de aliqua possessione manutenibili.*

323 *Statuta recipiunt interpretationem à jure communi.*

324 *Lite pendente nemo debet mediante Sequestro suâ possessione privari.*

325 *A sententia lata in judicio possessorio, & in causa Sequestri non datur appellatio.*

326 *Potest dici de nullitate Sententiæ latæ in judicio Possessorio, & in causa Sequestri, etiamsi nullitas non sit evidens.*

327 *Sequestrum ad instantiam Partis ex abrupto, non citatâ aliâ Parte, nec cognito super timore scandali emanatum, non valet, vel potest de ejus validitate dubitari.*

328 *Iudex, constito sibi de metu rixæ, potest procedere ad sequestrationem ex officio Parte non citatâ.*

329 *Vt Iudex possit procedere ad sequestrationem Parte non citatâ, periculum rixæ debet esse imminens, & in mora.*

330 *Dum clare non constat de suspicione rixæ, dicens de nullitate Sequestri, debet audiri.*

331 *Sequestrator suspectus est amovendus.*

332 *Citanda est Pars ad concordandum de Sequestratoribus.*

333 *Sequestrator deputatus sine causa non est amovendus.*

De Mandato de Manutenendo, Pars secunda, Cap. XII.

1 POssessio frustrà acquireretur, nisi acquisita retineretur, & Manutentio opportuna in ea obtineretur, ideò post Interdicta & remedia possessionis adipiscendæ, necesse est videre de Interdictis retinendæ, A, quæ sunt Interdicta Uti possidetis, & Utrobi, & alia, de quibus infrà *num.* 79.

2 Possessorium retinendæ aliud summariissimum, aliud plenarium.

3 In possessorio summariissimo procedi potest ubicunque causa fuit coram A, C. introducta prævio Monitorio, vel in Petitorio, vel in Possessorio, vel in gradu appellationis, vel etiam sine Monitorio, quando causa est executiva, & fuit via exequutiva introducta, seu actum pro fructibus Censûs, pro Canone, pro Pensione, aut alia annuâ præstatione: tunc enim, si Reus excipiat de nullitate obligationis, vel quid simile opponat, ex quo petitio Actoris reddatur turbida, potest hoc casu, prout in quolibet præmissorum lite pendente citari ad videndum, manuteneri, ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

4 Quòd si causa non sit introducta, est prævio Monitorio, vel aliàs, ut suprà, juxta illius qualitatem & naturam introducenda, & deinde, si opus sit in summariissimo Possessorio, est petenda Manutentio probatâ possessione de tempore litis motæ, citatâ Parte, videlicet:

A. C. N.

5 Citetur *NN.* ex adverso principalis, ad dicendum contrà Jura producta & repetita, videndum jurare Testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, committi, & mandari, restitui, dimissâ copia collationata, ad p. d. instante *NN.* principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

6 *NN* repetit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petit, & obtinuit admitti, si & inquantum, &c. & ut suprà, omni, &c.

Productio verò potest fieri in Broliardo, ut infrà, & aliàs, ut suprà *p. 1. c. 1. n. 2. n. 11. & seq.*

Pro *NN.* contra *NN.*

In Officio *NN.* ad docendum de ejus bono jure, & aliàs omni, &c. facto per compulsum produxit Instrumentum publicum adeptionis possessionis domûs (seu alterius rei) de qua agitur, rogatum per acta *NN.* prout in folio, tenoris, &c. & repetit omnia alia jura, acta, & actitata per acta mei, &c. inquantum, &c. petens, &c. omni, &c.

7 Quòd si Instrumenta & Scripturæ deficiant, probanda erit possessio saltem de tempore litis motæ, vel paulò ante per Testes, exhibendo in actis Articulos opportunos, citatâ Parte ad dicendum contra illos, juxta Praxim, de qua suprà *p. 1. c. 11. num. 2. & seqq.* qui quidem Articuli poterunt confici, ut infra, & aliàs juxta

contingentiam facti, videlicet:

8 Articulos infrascriptos dar,facit,exhibet, & produci procurator,& eo nomine NN. contra NN.petens recipi,& admitti, & super eis Testes inducendos,servatis servandis examinari, ad superfluam tamen probationem non se astringens,&c salvo jure,&c. deducens,&c. non solùm ut suprà,sed omni alio,&c.

In primis hic,loco Articulorum repetit omnia Jura,quantum,&c. ex quibus,&c. licèt, &c.tamen,&c. ad majorem cautelam, quatenus,&c.probare vult,& intendit.

1. Che la verità fù,& è che il d.NN. articolante ha per spatio di molti,è molti anni,posseduto,e possiede una Casa posta in Roma nel Rione di N.à lato alli beni di NN. di NN.& altri notissimi confini,della quale ha sempre preso,e riceuto, e piglia, e riceue li frutti à debiti tempi dalli suoi Pigionanti, & affittuarii,& da chi è occorso, e occorre, e come meglio li Testimonii informati deporranno per la verità del fatto,e così,&c.

2. Item che le dette cose son state,e sono vere e di esse fù,era,& è publica voce,e fama,palam,&c.

Hos pro nunc &c.salvo jure,&c. non se tamen astringens,&c. non solùm ut suprà,sed omni alio meliori modo,&c.

Nomi de' Testimonii.

NN.q.NN.Prænestinus Campsor in via N.

NN Filius. NN. Aromatarius Romanus.

Et alii nominandi N N.N.N.N.N,

9 Probatâ verò possessione per Instrumenta, Scripturas,& Jura,si quæ sint,& illis recognitis, personisque legitimatis, quatenus opus sit,vel per Testes, vel alia legitima probationum genera, potest pars adversa exceptiones præscriptionis,& aliàs,si quas habet,opponere, juxta praxim,de qua suprà *cap.*8.ealque isdem modis probare,juxta praxim superius traditam *p.*1. *cap.*2.*&* *c.*10.*&* *c.*11.

10 In termino tamen ad dicendum contrà debet semper Actor protestari, non admitti Jura, vel Articulos in præjudicium processûs,ac possessorii summarii, seu summariissimi intentati, nec Judex admittere debet Jura, seu Articulos, nisi cum solita clausula,*sine præjudicio*, ut diximus suprà *p*1.*c*.8.*n*.20.*&* *c*.11.*n*.5. & magis in terminis *p*.2.*c*.6.*n*.16.

11 Et potest Actor, si in præmissis probandis, aut aliàs fieret mixtura, suspendere pertorium, & protestari nihil fieri,nisi in mero possessorio, ut suprà hac eâdem *par*.2 *cap*.6.*num*.18.& demum citare ad videndum manuteneri,ut infrà, videlicet:

A. C. N.

12 Citetur NN.ex adverso principalis, ad videndum Instantem manuteneri in possessione Domûs,de qua agitur, & quodcunque Mandatum de manutenendo desuper necessarium, & opportunum decerni,&relaxari,ad p.d.instante NN.principali,sive,&c.

N. Notarius.

Decretum.

NN.repetit,& obtinuit,ut suprà, nisi ad p.d. cum intimatione,omni,&c.

A. C. N.

Intimetur *NN.*ex adverso principali, qualiter Dñs relaxavit Mandatum de manutenendo,& aliàs prout in actis,Instante NN.principali, sive, &c. N.Notarius.

13 Potest autem hoc summariissimum possessorium intentari &Mandatum de manutenendo obtineri in qualibet parte Judicii, & in qualibet instantia, dummodo possessio ut suprà, & aliàs servatis servandis legitimè probetur.

14 Et successivè elapsâ primâ die Juridicâ, vel alio termino in Decreto præfixo, post executam intimationem,nisi Pars adversa adeat plenam Signaturam obtentâ supersessoriâ, & nisi ob nullitatem, vel injustitiam Decreti obtineat committi,Parte citatâ causam appellationis,ad utrumque effectum, potest expediri Mandatum de manutenendo,& procedi ad illius exequutionem, ut inferiùs dicetur.

15 In possessorio verò reintinendæ plenario summario proceditur prævio Monitorio, ut infrà, videlicet:

16 De Mandato illustriss. & Reverendiss.D.A. C.sive R.P D.NN.ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiâ N. possessoris unius Domûs sitæ in Urbe in Regione N.juxta bona NN. & NN.salvis aliis,&c.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. exadverso principalis,omnesque alii in exequutione præsentium nominandi,& cognominandi,quatenus infra triduû proximum sub 500.ducatorum &c.aliisq; &c. pœnis,debeant,& quilibet eorum debeat d. N. Instantem in pacifica &quieta possessione dictę domûs, ac illius fructuum, reddituum, & proventuum perceptione manutenuisse, defendisse, & conservâsse, manutenerique &c. illisque pacificè & quietè uti, frui, & gaudere fecisse, nullumque damnum, nullamque molestiam dedisse, & intulisse, & ab omnibus,& singulis jactationibus, & impedimentis d.N. de. & super præmissis,& præmissorum causâ &occasione illatis, & inferendis, &c penitus & omninò destituisse, cessâsse, & se abstinuisse, cessarique, &c. fecisse, damnaque, Expensas, & interesse passa & patiend. &c.& liquidand &c. refecisse,Mandatumq; de manutenendo,&c.ac aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, concedi,& relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaq; desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse,præsentibusque &c. paruisse. Deducens, &c.implorans &c. &aliàs omni meliori modo &c.Et si quis,&c.comparear,&c. alioquin,&c.

N. Notarius, Locus † sigilli.

Aliud Monitorium pro reductione innovatorum in pristinum.

17 De Mandato Illustriss.& Reverendiss.D.A. C. sive R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis,& ad instantrâ N.principalis exponentis ad ejus notitiam devenisse, quòd NN. & alii forsan in exequutione præsentium nominandi, & cognominandi, molestârunt, & pertubârunt,& se jactârunt,& adhuc jactant,velle molestare, & pertubare d N. Instantem, existentē in pacifica, & quieta possessione infrascriptorum bonorum, Tenore præsentium:

Mone-

Moneatur NN. ex adverso principalis, & alii in exequutione præsentium nominandi, & cognominandi, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum &c. aliisque pœnis, &c. debeant, & quilibet ipsorum debeat d. Instantem in pacifica & quieta possessione infrascriptorum bonorum, ac aliorum fructuum, reddituum, proventuum perceptione manutenuisse, defendisse, & conservâsse, manuteneriq; e fecisse, nullumque damnum, nullamque molestiam dedisse, aut intulisse, ab omnibus, & singulis jactationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis d. Instanti de, & super præmissis, & præmissorum causâ & occasione illatis, factis, & præstitis, ac præstari, fieri, & inferri comminatis, inferendisque penitus & omninò destitisse, cessâsse, illasque aboleri, & cassari fecisse, ac sepem inter inf. ascriptam Vineam d. N. Instantis, & Vineam d. NN. exadverso principalis factam, & foveam inter Viridarium ejusdem Instantis, & bona ejusdem Adversarii similiter factam, tanquam factam in rebus ipsius NN Instantis, removisse, & omnia in statum pristinum redux isse, damnaque, Expensas, & interesse præmissorum causâ, & occasione passa &c. & patiend. &c. ac liquidand. refecisse, Mandatumque de manutenendo, & aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, concedi, relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, præsentibusque &c. paruisse, deducens, &c. & aliàs omni meliori modo, &c. & si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

Tenor Bonorum de quibus agitur.

Una Vigna posta fuori di porta NN. à lato N.N.N.N. & altri.

Un Giardino posto in Roma nel Rione di NN. à lato alli Beni di NN & NN. & altri.

NN. Notarius. Locus † sigilli.

Aliud pro Manutentione in possessione rei locatæ.

17 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiâ N. poss. ssoris unius Apothecæ positæ Romæ in Regione N. juxta suos notissimos fines sibi locatæ, prout in actis suis loco & tempore demonstrabitur.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso principalis, quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicand. ac pro illis Mandati executivi, & in Juris subsidium, excommunicationis, aliisque &c. pœnis, &c. debeat dictum D. Instantem in pacifica & q ieta possessione d. Apothecæ sibi locatæ manutenuisse, defendisse, & conservâsse, manuteneriq; &c. fecisse, nullumque damnum, nullamque molestiam dedisse, nec intulisse, & ab omnibus, & singulis jactationibus, ac perturbationibus & impedimentis d. N. Instanti, de, & super præmissis, & præmissorum causâ, & occasione illatis, præstitis, factis, præstarique fieri & inferri comminatis, inferendisque, & præsertim in futurum penitus, & omninò destitisse, cessâsse, & abstinuisse, cessarique & abstinere fecisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorum causâ, & occasione passa, &c. patien. &c. ac liquidan. & c. refecisse, Mandatumque de manutenendo, & aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, præsentibusque paruisse, & de partitione docuisse, &c Deducens, &c. & aliàs omni meliori modo &c. & si quis, &c, compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

Aliud super Manutentione in quasi possessione exigendi Pensionem.

19 De mandato Illustr. issimi & Reverendissimi Domini A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam N. principalis exponentis, quòd ipse N. fuit, & est in quieta & pacifica possessione, vel quasi exigendi annuam Pensionem ducatorum NN. super fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiæ N. Apostolicâ authoritate reservatam, illusque terminos decursos, & non solutos, prout in actis suis loco & tempore verificabitur.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso principalis, seu NN. ejus Procurator, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applican. ac pro illis Mandati executivi, & in juris subsidiû excommunicationis, aliisq; &c. pœnis, debeat d. D. Instantem in pacifica & quieta possessione, vel quasi exigẽdi, dictam annuam pensionem ducatorum NN illiusque terminos decursos, & non solutos, & in futurum suis loco & tempore decorrendos manutenuisse, defendisse, & conservâsse, manutenerique, defendi. & conservari fecisse, dictamque pensionem, illiusque terminos decursos, & non solutos, & in futurum decurrendos suis loco, & tempore eidem D. Instanti solvisse, & de illis eidem satisfecisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorum causâ, & occasione passa, &c. & patien. &c. ac liquidan. refecisse, Mandatumque de manutenendo, & exequutivum, & aliud necessarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria & opportuna fieri vidisse, præsentibusque. &c. paruisse, &c. Deducens, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. & si quis, &c. compareat &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

Aliud pro Manutentione in quasi possessione exigendi Canones, & fructus Censûs.

30 De Mandato illustr. iss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiâ N. principalis exponentis, quòd ipse N. fuit, & est in quieta & pacifica possessione, vel quasi exigendi annuum perpetuum Canonem scutorum NN. super Domo sita in Regione N. juxta bona NN & NN. & alios, &c. si qui sint, &c. necnon fructus annui perpetui Censûs scutorum NN. aliàs per q. NN. impositi super Vinea sita extra portam N. juxta bona NN. & NN. viam, & alios fines, si qui sint, &c. illorumque terminos decursos, & non solutos, prout in actis suis loco, & tempore verificabitur.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. ex adverso principalis, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicand. & pro illis Mandati executivi, ac in Juris subsidium, excommunicationis, aliisque &c. pœnis, debeat d. Dominum Instantem in pacifica & quieta possessione, vel quasi exigendi dictum annuum perpetuum Canonem, & dictos fructus annui perpetui Censûs, illorumque terminos decursos, & non solutos, & in futurum suis loco & tempore decurrendos, &c. manutenuisse, defendisse, & conservâsse, manutenerique, &c. fecisse, & mandâsse, dictumque Canonem, & fructus Census decursos, & non solutos, & in futurum decurrendos suis loco & tempore eidem Domino Instanti solvisse, & de illis eidem satisfecisse, damnaque, Expensas, & interesse præmissorum causâ, & occasione passa &c. patiend. &c. ac liquidand. refecisse, Mandatumque de manutenendo, & exequutivum, & aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, concedi, relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, &c. præsentibusque &c. paruisse, deducens, &c. & implorans, &c. & aliàs omni meliori modo, &c. & si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

NN. Notarius. Locus † sigilli.

21 Monitorium personaliter exequutum reproducitur, illiusque reproductio adnotatur in actis, ut infrà, videlicet:

22 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiss. D.N. Papæ Cursor retulit, se ad instantiam NN. personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

Exadverso verò Monitus potest negare Monitorium infra triduum à die monitionis, videlicet:

23 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. & negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non fuisse, nec esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri. Ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs, &c. omni, &c.

24 Actor autem tenetur verificare Monitorium, etiamsi non fuerit negatum, & probare ejus incumbentia per Scripturas, vel Testes, aut alia legitima probationum genera, Parte citatâ, ut diximus suprà *n.4. in fin. & n.5. & seqq* Juribus semper, quatenus opus sit, recognitis, & personis legitimatis, ut suprà *p.1.c.2. n.11. & seqq. & c.5.n.2. & seqq.*

25 Manutentio autem in hoc judicio datur Primò ei, qui servatis servandis, ut suprà, ejus possessionem probavit saltem de tempore litis motæ, seu contestatæ, & non aliàs.

26 Secundò, datur Pensionario contra Titularem Beneficii, probatâ possessione, vel quasi exigendi Pensiones, ut suprà, & contra successorem in Beneficio, probato etiam quòd sit Successor.

27 Tertiò, datur etiam Manutentio existenti in quasi possessione exigendi annuas prestationes, ac fructus Censuum, & Canones, & hujusmodi probata semper dicta possessione, vel quasi exigendi, & alia servatis servandis, ut suprà,

28 Reus conventus potest in hoc judicio deducere ejus exceptiones, præscriptiones, & aliàs, si quas habet, ut infrà videlicet:

Pro NN. contra NN.

29 In Officio NN dixit non esse Parti adversæ concedendum aliquod Mandatum de manutenendo, cùm possessio, vel quasi, de qua agitur, sit pro parte dicti NN. comparentis præscripta spatio viginti & triginta annorum, ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs, &c. omni, &c.

Vel,

Pro NN. contra NN.

30 In Officio NN. dixit, Adversarium aliàs intentâsse judicium super immissione in possessionem bonorum & jurium, de quibus agitur, prout in actis. Idcircò ipsum habuisse se pro spoliato, vel falsum fuisse, se non possidere, & ob id non esse manutenendum, cùm de aliqua ejus asserta possessione non appareat, & nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs, &c. omni, &c.

31 Et denique potest Reus deducere exceptiones, quotquot habet juxta Praxin superiùs traditam *par.1. cap.7. & cap.8.* illasque probare per Scripturas, vel Testes, ac alia probationum genera citatâ Parte ad dicendum contra Jura, juxta Praxim, de qua suprà *d.p.1.c.n.11. & seqq.* & ad dicendum contra Articulos, juxta superiùs tradita *p.1.c.10.n.5. & c.11.n.2 & seqq.*

32 In Jurium autem & Articulorum productione in termino ad dicendum contra, debet Actor non solùm opponere generalia contra, sed etiam protestari non admitti in præjudiciũ, &c. & Judex debet admittere cum solita clausula *sine præjudicio summarij, vel summæ ejusmi possessorij intentati*, ut dictum fuit suprà hac eâdem *p.2.c.6.n.16.*

33 Similique modo, si in præmissis fieret mixtura Petitorii cum Possessorio, & ad cautelam etiam ne mixtura hujusmodi fiat, debet Actor protestari & suspendere Petitorium, ne fortè causa aliàs appellabilis efficeretur, ut suprà diximus *d.p.2.c.6.n.17. & seqq.*

34 Probatis demum probandis potest citari Pars, ut suprà in summariissimo possessorio ad videndum manuteneri, vel si magis libet, possunt servari termini substantiales, & expediri causa, ut inferiùs, videlicet:

A. C. N.

35 Citetur NN. ex adverso principalis, ad libellandum, ad p.d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad secundam, ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p.d. in terminis substantialibus, Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. repetiit jura hodie in Broliando producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut suprà, & admitti, si, & inquantum, omni, &c. Vel, si magis placet:

A. C. N.

36 Citetur NN. ex adverso principalis, ad articulandum ad octavam diem, ad dicendũ contra Arti-

Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundam diem in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura die NN. in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſuprà, & admitti ſi, & in quantum, & omni, &c.

Productio verò, & repetitio jurium in actis poteſt fieri juxta ſuperiùs tradita, *par. 1. c. 2. n. 11, & ſeqq.*

Et poſteà cauſa expediri per Decretum, ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, videlicet:

A. C. N.

37 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcunque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris, ad effectum, &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam Sententiam definitivam, & loco Sententiæ videndum *reintegrari Monitorium* (ſi illud fuit negatum) ac Inſtantem manuteneri in poſſeſſione domûs (vel in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi penſionem annuam ducatorum NN. ſuper fructibus beneficii N. reſervatam) vel annuum Canonem NN. (vel fructus annui perpetui Cenſus NN. vel alterius rei) de qua agitur, & quodcunque Mandatum de manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius.

Decretum.

Relatione factâ comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut ſuprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. (*& reintegrari Monitorium*) & decerni, & relaxari Mandatum de manutenendo, ut ſuprà, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum de manutenendo, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

38 Per Cedulam verò cauſa olim ſolebat, ut inferiùs expediri, ſed cum reformatio fel. rec. Pauli V. mandet cauſas Manutentionum expedirí per Decreta, ob id in A. C. & aliis Tribunalibus poſt editam d. reformationem, cauſæ hujuſmodi tantum per decreta expediri ſolent, & ita obſervat praxis.

30 Ubicunque igitur cauſa Manutentionis eſſet per Cedulam expedienda, poſſet expediri citatâ Parte, ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, videlicet:

A. C. N.

40 Citetur NN. ex adverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcunque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris ad effectum, &c. deferri juramentum in ſupplementum plenę probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum Sententiam definitivam in forma, & aliàs omni meliori modo, &c. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſuprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri Juramentum, &c. qui tactis, &c. juravit, &c. & ſententiari, prout in Cedula, quam Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus Sociis teſtibus, &c. non ſolùm, ut ſuprà, ſed omni alio meliori modo, &c.

41 Tenor Cedulæ Sententiæ, ſuper Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, ſeu Canonem, ſeu cenſum, aut aliam annuam præſtationem.

Chriſti nomine invocato. Pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram definitivam ſententiam, quâ de jurisperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quę coram Nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertitur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & ſuper Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi annuam Penſionem ſcutorum NN. ſuper fructibus Eccleſiæ, ſeu Beneficii N. authoritate Apoſtolicâ reſervatam (vel annuum Canonem domus NN.) vel fructus annui perpetui Cenſus ſcutorum NN. ſuper NN. aliàs impoſiti ex Inſtrumento rogato per acta N. prout in actis (vel annuam præſtationem NN.) de qua agitur, rebuſque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN manutenendum, defendendum, & conſervandum fore, & eſſe, prout manutenemus, &c. & manuteneri, &c. mandamus, in quieta & pacifica poſſeſſione, vel quaſi exigendi dictam annuam Penſionem ſcutorum NN. (vel d. annuũ Canonem, vel dictos fructus annui perpetui Cenſus, vel dictam annuam præſtationem NN.) & quodcunque Mandatum de manutenendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè ſententiamus, non ſolùm, ut ſuprà, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Alia Cedula Sententiæ ſuper manutentione
42 in poſſeſſione Domûs, & hujuſmodi ſtabilium.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Jurisperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter NN. Actorem Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper Manutentione in poſſeſſione unius Domûs ſitę in Urbe,

in

in Regione NN. juxta bona NN. & NN. salvis aliis, si qui, &c. de qua agitur, rebusque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus: dictum NN. manutenendum, defendendum, & conservandum fore, & esse, prout manutenemus, &c. & manuteneri, &c. mandamus in quieta & pacifica possessione d. domûs, ejusque jurium, & pertinentiarum quarumcunque, ac fructuum, proventuum, ac reddituum perceptione, contra, & adversus NN. amoto eodem NN. detentore, & quodcunque Mandatum de manutenendo desuper necessarium, & opportunum decernendum & relaxandum fore, & esse, prout decernimus & relaxamus, Victamque Victori in Expensis condemnamus, quarum taxatione Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè sententiamus, non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN Locumtenens.

43 Providè, nisi pars adversa obtineat supersederi, & successivè committi causam appellationis ad utrumque effectum, Parte citatâ in plena Signatura justitiæ, ut suprà, *p. 1. c. 13. n. 19. & seqq.* vel aliud obsistat, expeditur Mandatum de manutenendo statim latâ Sententiâ, vel elapso termino in Decreto contento à die exequutæ Intimationis, si causa fuit expedita per Decretum.

44 Mandatum autem de manutenendo in quasi possessione exigendi Pensionem, Canonem, Censum, seu annuam præstationem expeditur, ut infrà, videlicet:

De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis, ad quos spectat, quatenus statim vilis, & receptis præsentibus sub 500. ducatorum, &c. aliisque pœnis &c. debeatis & quilibet vestrûm debeat dictum Dominum NN. Instantem in quieta & pacifica possessione, vel quasi exigendi, annuam Pensionem ducatorum NN. authoritate Apostolicâ reservatam super fructibus Ecclesiæ, seu Beneficii NN (vel annuû Canonem scutorum. NN. vel fructus annui perpetui Census scutorum NN. &c. vel annuam præstationem scutorum NN &c.) de qua agitur, manutenuisse, defendisse, & conservâsse, contra, & adversus NN. exadverso principalem, & alia desuper necessaria, & opportuna fecisse, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque: quia d. NN. Adversario citato, in vim sententiæ desuper latæ, prout in actis, (vel quia d. NN Adversario citato & intimato, prout in actis, si causa fuit expedita per Decretum) Reverendiss. D. ita mandavit, hac de re, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli N. Locumten.

45 Expedito Mandato de manutenendo in possessione, vel quasi exigendi pensionem, seu Censum, seu Canonem, seu annuam præstationem statim potest relaxari Mandatum exequutivum in exequutionem Mandati de manutenendo, absque alio Decreto *decerni*, citatâ parte, ut infrà, videlicet.

A. C. N.

46 Citetur NN. exadverso principalis, ad docendum de quacunque nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus, calculandum, quatenus, &c. calculo facto solvendum terminos decursos, & non solutos annuæ pensionis ducatorum NN. de qua agitur (vel fructus Census NN. vel Canones NN. vel terminos annuæ præstationis NN. decursos, & non solutos) juxta formam suæ obligationis, & jurium, de quibus in actis, ac in exequutionem Mandati de manutenendo desuper expediri, prout in actis, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum exequutivum, ad p. d. Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. (*vel aliud tempus Iudici benevisum*) cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. relaxavit Mandatum exequutivum, & aliàs, prout in actis, Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

47 Successivè elapso termino in Decreto contento à die exequutæ Intimationis, illa reproducta, expeditur mandatum exequutivum, juxta formulam superiùs traditam, *p. 1. c. 6. n. 9.* circumscriptâ verò obligatione Camerali, juxta formulam, de qua suprà, *d. par. 1. c. 6. nu. 10. & par. 2. c. 6. n. 27.* mutatis semper mutandis, prout requirit contingentia facti.

48 Cujus quidem Mandati exequutivi vigore proceditur ad exequutionem, juxta superiùs tradita *par. 1. c. 14. & seqq.* poteritque Reus conventus suas exceptiones non deductas deducere in hoc statu causæ, juxta superiùs adnotata, *par. 1. c. 8. & seqq.*

49 Sicut autem à Mandato de manutenendo non datur appellatio, ita etiam non admittitur à Mandato exequutivo in illius exequutionem concesso & relaxato.

Mandatum autem de manutenendo in possessionem Domûs, Vineæ, & hujusmodi stabilium expeditur, ut infrà, & aliàs, juxta contingentiam facti, mutatis mutandis, videlicet:

50 De mandato Illustrissimi & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis & ad instantiam NN. principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Exequutoribus, & aliis ad quos spectat, quatenus statim visis, &c. ac receptis præsentibus, sub 500 ducatorum, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis, & quilibet vestrûm debeat eundem NN. instantem manutenuisse, defendisse, & conservâsse in quieta & pacifica possessione Domûs sitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona NN. & NN. salvis aliis, si qui, &c. (vel alterius rei immobilis, de qua agitur) illiusque jurium, membrorum, & pertinentiarum quarumcunque, contra, & adversus NN. quibuscumque in contrarium facien. nõ obstantibus, faciendo eidem NN. instanti de fructibus, redditibus & proventibus ex d. Domo quomodolibet

libet proventibus, suis loco, & tempore, per quos opus fuerit, responderi, præmissaque, & alia opportuna faciatis, amotis exindè, & expulsis omnibus, & quibuscunque illicitis detentoribus, & insuper auferatis de bonis, de domo, vel aliunde d. NN. adversaria bona valoris Juliorum NN. pro expensis præsentis Mandati, quæ capra & ablata deponantur, ut moris est, ad effectum subhastandi, & de pretio d. D. Instanti satisfaciendi, quoniam ipso N. Adversario citato & intimato (vel ipso N. citato in vim sententiæ desuper latæ) prout in actis Reverendiss. D. ita mandavit, ac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

51 Licèt autem in summario & summariissimo possessorio retinendæ, de quo agitur, non detur appellatio suspensiva, nihilominus sentiens se læsum ob nullitatem, vel injustitiam Decreti, vel sententiæ, obtinere poterit, justâ, ac rationabili subsistente causâ, superssessoriam à Præfecto Signaturæ, ac proinde adire plenam Signaturam pro commissione causæ appellationis, citatâ Parte, juxta praxin superiùs traditam *p. 1. c. 13. n. 19. & seqq.* interponendo inprimis appellationem coram Judice à quo, infra legitima tempora, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

52 Coram D. meque, &c. NN. habita no itia de prætenso Decreto facto, seu sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni, &c. Tenor Cedulæ.

53 A quadam definitivâ prætensa Sententia, seu Decreto definitivo lata, seu facta, ut dicitur, ad assertum favorem NN. contra NN. de, & super prætensa manutentione in possessione Domûs (seu in quasi possessione exigendi assertam pensionem, seu censum, seu Canonem, seu fructus ceu û, seu annuam præstationē, de qua agitur) sitæ in U be in regione N. juxta suos notissimos fines, de qua agitur, rebusque aliis in actis causę, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. Procurator, & eo nomine dicti NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi, & gravari ab illa, seu ab illo, & toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus, &c. à non admissione, ac toto ulteriori processu iterum provocat & appellat, & de nullitate dicit, ut suprà, ac toties quoties &c. ita ut sit ultimus in appellando, &c. & in eum, &c. nihil innovari, &c. alias de nullitate, & attenta is, &c. protestans, &c. non secùs ut suprà sed omni alio meliori modo, &c.

Commissio verò in plena Signatura proponenda, ut suprà, & aliàs, jux a contingentiam facti, mutatis mutandis, fieri poterit, videlicet:

Romana.

54 Beatissime Pater. Licèt devotus S. V. Orator NN. à pluribus annis citra reperiatur in pacifica & quieta possessione domûs sitę in urbe, in Regione N. juxta suos notissimos fines, cum bona fide, & justo titulo: nihilominus N. adversarius Sententiam favorabilem ab A. C. super prætensa manutentione in possessione ejusdem domûs, & fructuũ illius perceptione, non minus, nulliter, quàm injustè contra dictum Oratorem extorsit, à qua quidem Sententia idem Orator ad S. V. appellavit, & de nullitate dixit. Supplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditori, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque statum, &c. pro plenè, &c.

Verùm si causa non est Rotalis, petitur committi alicno Romanæ Curiæ Prælato, ut suprà hac eâdem *p. 2. c. 6. n. 32.*

Alia commissio appellationis in materia pensionis. Urbis.

Beatissime Pater. Exponitur humiliter S. V. 55 pro parte illius devoti Oratoris N. quòd mensibus elapsis NN. Adversarius egit coram A. C. contra Oratorem, de, & super prætensa manutentione in quasi possessione exigendi annuam pensionem assertam scutorum NN. aliàs super fructibus Ecclesiæ N ut dicitur, reservatam, & licèt dictus Adversarius non docuerit, saltem legitimè de aliqua quasi possessione manutentibili, & in omnem eventum ex juribus pro parte Oratoris productis manifestè appareat, ipsum Adversarium habuisse se pro spoliato: nihilominus Sententiam favorabilem ab eodem Judice contra Oratorem super præmissis extorsit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, à d. asserta Sententia infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunq; ac restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhiben. quos, quibus, quoties, Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

56 Signatura, ex quo in hoc judicio non datur

tur appellatio suspensiva, solet committere causam cum clausula. *sine præjudicio mandati de manutenendo*, sed si Decretum, vel Sententia patiatur difficultatem, adeò quòd sit dubium, an appellatio sit nec ne admittenda, rescribit cum clausula, *quatenus sit locus Aegidianæ*. Si verò nullitas, & injustitia sit patens, solet causam appellationis simpliciter committere, prout in aliis possessoriis, ut diximus suprà hac eadem *p. 2. c. 6. n. 33. & seqq.*

57 Idcircò quoties locus est exequutioni Mandati de manutenendo, si illud non fuit expeditum, potest, ut suprà, expediri, & ad illius exequutionem super manutentione in possessione, vel quasi exigendi pensionem, & similes annuas præstationes procedi, ut diximus superiùs *versic. successivè, n. 47.*

Sed ad exequutionem ejusdem, super manutentione in possessione Domûs, vel aliorum stabilium, proceditur, tradendo illud exequutoribus, qui exequuntur juxta illius formam, & tenorem, de qua quidem exequutione Notarius actuarius rogatus conficit publicum instrumentum, ut infrà, & aliàs, juxta facti contingentiam, videlicet:

58 In Dei nomine, Amen. NN. exequutor Baroncelli Curiæ Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. mihi cognitus, &c. cui est directum Mandatum de manutenendo in possessione unius domûs sitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona NN. & NN. viam, & alios si qui sint, &c. ad instantiam NN. contra NN. per acta mei, &c. per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem, sub die NN. seu, &c. servatis servandis decretum & relaxatum, prout in actis, &c. quod quidem mandatum præ manibus habens mihi tradidit presenti Instrumento inserendum, tenoris videlicet: De mandato, &c. (hîc inseratur tenor mandati) vigore cujus mandati supradictum NN. in possessione dictæ domûs manutenendo, induxit eundem in realem, corporalem, & actualem possessionem ejusdem domûs, &c. qui quidem NN. sic inductus, & manutentus, d. domûs realem, corporalem, & actualem possessionem ingressus, ejus antiquam possessionē continuando, in signum veræ realis, corporalis, & actualis possessionis, per illam deambulavit, ostia, & fenestras claudendo, & aperiendo, & alios hujusmodi possessorios actus necessarios, & opportunos faciendo NN. Inquilinum ibi repertum expellendo, &c. protestans d. NN. quod per ejus inde discessum, aut recessum è d. domo non intendit ejus possessionem continuatam, acceptam, & acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo & corpore retinere, & continuare, non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. Actum, &c. præsentibus, &c. testibus ad præmissa, &c. vocatis, habitis, atque rogatis, &c. omni meliori modo, &c.

59 Sed si quis ad exequutionem mandati de manutenendo per viam exequutoris, ut suprà, procedere non potuerit, seu etiam si potuerit, tamen potius per viam intimationis, & censurarum procedere voluerit, tunc intimatur Parti adversæ personaliter mandatum de manutenendo, & reproducitur, ejusq; reproductio adnotatur in actis, ut infrà, videlicet:

60 Pro NN. contra NN.

Coram D. meque, &c. NN. Sanctiss. D. N. Papæ Cursor retulit se personaliter intimâsse NN. mandatum de manutenendo, prout in folio tenoris, &c. omni, &c.

61 Vel si intimatio fuit facta in partibus reproducitur, & adnotatur in actis reproductio dicti mandati, ut infrà, videlicet:

62 Pro NN, contra NN.

In Officio, &c. NN. reproduxit mandatum de manutenendo in partibus legitimè adversario intimatum, unà cum instrumento publico illius intimationis à tergo prout in folio tenoris, &c. omni, &c.

Deinde observantur quatuor termini ad docendum se paruisse, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

63 Citetur NN. ad versò principalis, ad docendum se paruisse mandato de manutenendo primò pro prima dilatione, ad p. d. Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà servari secundò pro secunda, omni, &c.

Et successivè fit secunda citatio, videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. ad versò principalis, ad docendum se paruisse Mandato de manutenendo secundò pro secunda dilatione, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, servari tertiò pro tertia, omni, &c.

Et fit tertia citatio, tenoris videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. ad versò principalis, ad docendum se paruisse Mandato de manutenendo tertiò pro tertia dilatione, ad p. d. Instante NN, principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, servari quartò pro quarta, omni, &c.

Et fit quarta citatio, tenoris videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. ad versò principalis ad docendum se paruisse Mandato de manutenendo quartò pro quarta, & superabundanti dilatione, ad p. d. Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut suprà omni, &c.

64 Qui quidem stylus intimationis personalis, & observationis quatuor terminorum ad docendum se paruisse, non solùm observatur pro obtinenda declaratoria ob non paritionem mandato de manutenendo, sed etiam ob non paritionem Sententiæ, & rei judicatæ, vel alteri Mandato, vel literis Apostolicis, & in omnibus aliis casibus, non tamen in materia obligationis Cameralis, in qua ad fulminationem Censurarum proceditur juxta praxim superiùs traditam *p. 1. c. 14. n. 53. & s. qq.*

Ob-

Observatis autem dictis quatuor terminis, ut suprà, fit citatio ad Sententiam, ut infrà, videlicet: A. C. N.

65 Citetur NN. ad versò principalis, ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, absolvi instantem à Censuris ad effectum, &c. concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, ad p. d. Instante N. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN petiit, & obtinuit, ut suprà, &c. deferri juramentum, &c. qui tactis, &c. juravit, &c. & sententiari, prout in Cedula, quam Reverendis. D. Locumtenens legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris, &c. super quibus &c. præsentibus Sociis testibus, &c. & aliàs omni meliori modo. Tenor Cedulæ Declaratoriæ,

66 Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quâ de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quę coram Nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & super Paritione Mandato de manutenendo, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi, hactenus deductis. Dicimus, sententiamus, decernimus, & declaramus, d. N. Reum conventum excommunicationis, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in d. Mandato de manutenendo contentas, ob non paritionem d. mandato sibi intimato, possessionis, ac domûs (seu alterius rei, de qua agitur) non dimissionem, fructuumq; perceptorum non restitutionem, damnabiliter incidisse, & incurrisse, ipsumque sic excommunicatum, & declaratum publicè denunciandum, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitandum, literasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas decernendas fore, & esse, prout declaramus, evitari mandamus, decernimus, concedimus, & relaxamus, Victumque Victori in Expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, ac decernimus, non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

67 Latâ verò declaratoriâ (nisi in ea fuerit præfixus terminus quindecim dierum ad parendũ, quo casu est intimanda parti adversæ cum Cedula, & expectandus lapsus termini præfixi à die intimationis, ut suprà *p. 2. c. 8. n. 27. & n. 30.* statim Cedulonus expediri, & affigi possunt, ut infrà, & alias, juxta contingentiam facti, mutatis mutandis, videlicet: Cedulonus.

68 Dominus N. detentor domûs N. exadversò principalis hîc Apostolicâ authoritate denunciatur excommunicationis, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in mandato de manutenendo contentas, ob illius non paritionem, & domûs non dimissionem, fructuumq; non restitutionem, damnabiliter incidisse declaratus, & aliàs, prout in actis, instante N. principali sive, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

69 Cæterùm, si executio sit facienda in partibus expeditur Instrumentum declaratorię, ut infrà, & aliàs juxta facti contingentiam, videlicet:

70 Christophorus Vidman Utr. Sign. Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, Prothonot. Apostolic. nec non causarum Curię Cam. Apost. generalis Auditor, Romanęque Curię Judex ordinarius, Sententiarum quoque & Censurarum tam in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apostolic. quarumcunq; universalis & metus Executor ab eodem Sanctiss. D. N. Papa specialiter deputatus. Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Canonicis, Parochialium Ecclesiarũ Rectoribus, eorumque Locumten. Plebanis, Vice plebanis, Capellanis, Curatis, & non curatis, cæterisq; Presbyteris Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis per civitatem & diœcesim N. & aliàs ubilibet constitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutẽ in Domino, & nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis quòd lite, & causâ coram Nobis inter N. Actorem ex una, & N. Reum conventum ex altera partibus, de, & super manutentione in possessione domûs N. vel alterius rei, de qua agitur, executo contra d. N. Monitorio, & relatione factâ, & pro illius verificatione pro parte dicti N. Actoris exhibitis nonnullis juribus & articulis, ac examinatis testibus, servatis omnibus terminis, de stylo Curiæ servari solitis, tandem R. P. D. Argelus Utriusq. Sign. Sanctiss. D. N. Papę Referendarius, & noster in Civilibus Locumtenens d. N. exadversò principali per unum ex Sanctiss. D. N Papę Cursoribus, prout etiam ad omnes & singulos præcedentes actus, citato, visis, videndis, &c. ad favorem d. N. Actoris contra d. N. suam in scriptis promulgavit sententiam super manutentione, tenoris videlicet:

Christi nomine invocato, &c. Cujus sententię vigore ad instantiam ejusdem N. mandatum de mantenendo fuit, servatis servandis, expeditũ, tenoris, &c. De mandato, &c. Nuper verò d. mandato de manutenendo d. N. personaliter intimato, & citato eodem N. exadversò principali, ad docendum se illi paruisse, observatis terminis de stylo Curiæ servari solitis, tandem eodem N. ut suprà denuò citato, suam contra d. N. sententiam declaratoriã ob d. mandati non paritionem protulit, tenoris infrascripti, videlicet:

Christi nomine invocato, &c. Quam quidẽ sententiam, & omnia alia supradicta vobis omnib. & singulis intimamus, & ad cujuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætendere valeatis, vosq; omnes & singulos prędictos, tenore præsentium monemus, & requirimus, vobis verò aliis supradictis Justitiæ ministris tenore præsentium committimus, quatenus statim visis & receptis præsentibus, & postquàm pro parte d. N. præsentium vigore fueritis requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, eundem N. in pacifica, & quieta possessione domûs N. seu rei, de qua agitur, jurium que & pertinentiarum, ac fructuum, proventuum, &

redditu perceptione contra d.N. amoto eodem N. detentore, manuteneatis, conservetis, & defendatis, ac manuteneri, cõservari, & de fructibus, proventibus, & redditibus responderi faciatis, & mandetis, prout nos, inquantũ possumus, manutenemus, conservamus, & manuteneri, & de fructibus responderi per præsentes mandamus. Et nihilominus d. N. detentorẽ, ut suprà, excommunicatum, & declaratum in vestris Ecclesiis, monasteriis & capellis, aliisq; locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel Superiore nostro desuper habueritis in mandatis, lecta, lata, &c. in quorũ &c. Datum, &c.

N. Notarius. Locus † sigilli. N. Locumten.

71 Tandem in hoc manutentionis judicio non est omittendum, quod si utraque pars contendat se possidere, & neutra possideat, vel possessio sit adeò turbida, ut non appareat, quis vel possideat, eòque magis si adsit timor scandali, & rixæ, ac ne partes de hujusmodi possessione contendentes veniant ad arma, ac de his constet & appareat in actis, tunc Judex non debet alicui ex dictis partibus concedere mandatum de manutenendo, sed ubicunque aliquid partũ citaverit Adversarium ad videndum manuteneri, vel ad videndum inhiberi ne accedat ad bona, de quibus agitur, vel ad quid simile, Judex prævia avocatione possessionis ad se, decernere & apponere sequestrum, ut infrà, & aliàs, secundum contingentiam facti, mutatis mutandis, videlicet: A. C. N.

72 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum Instantem manuteneri in possessione bonorum, de quibus agitur, & mandatum de manutenendo desuper necessarium decerni, & relaxari, & decretum opportunum fieri, & interponi ad p. d. Instante N. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

73 NN. petiit, ut suprà. Ex tunc D. ex officio, & per modum provisionis, sine præjudicio quorumcunq; jurium ambarũ partium tam in Petitorio, quàm in possessorio, avocavit ad se possessionẽ dictorum bonorum, eamque unà cum fructibus sequestravit penes N. quem in sequestratorem, seu Depositarium elegit ad effectum consignandi, cui de jure, inhibendo partibus, ne ad dd. bona accedant sub pœnis &c. omni &c.

Tenor sequestri.

74 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumten. Tenore præsentium.

Sequestrentur, & sub firmo arcto sequestro ponantur penes NN. omnia & singula bona infrascripta, eorumq; possessio, ac fructus, redditus, & proventus, injungentes expresè eidem N. sequestratori sub 500. ducatorum Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati executivi, & in juris subsidium excõmunicationis, aliisq; pœnis &c. ut dd. bona, illorumque possessionem, & omnes, & singulos fructus, redditus & proventus præsentes, & futuros illorũ exigat & conservet, ad effectum consignandi cui de jure, & omne mandatum Domini, inhibenteq; eidem sub eisdem pœnis, ne dd. bona, aut illorũ fructus sequestratos alicui personæ dare, tradere, & consignare audeat, absq; licentia Domini sub quovis prætextu, necnon etiam inhibentes sub eisdem pœnis NN. & NN. de dd. bonorum possessione cõtendentibus, ne audeant sub quovis colore, ad dd. bona accedere, aut in eorum fructuum perceptione se ingerere, seu d. N. sequestratorem in præmissis perturbare, vel impedire, ita ut liberè sinant & permittant hujusmodi sequestrum suum plenarium effectũ sortiri, injungentes insuper sub eisdem pœnis omnibus ad quos spectat, &c. ut de fructibus, & redditibus universis eorundem bonorum d. N. sequestratori seu depositario respondeant, ac responderi faciant, quibuscunque non obstantibus, quia in vim Decreti per modum provisionis servatis servandis, emanati, ad omnem bonum finem, & effectum R. D. ita mandavit, hac die, &c. & si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c. hîc inseratur tenor bonorum, de quorum possessione agitur.

N. Notarius. Locus † Sigilli

75 Quòd si aliqua partium sequestratorem, seu depositarium suspectum, B. allegaverit, quod B fieri potest, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

76 In Officio NN. & medio juramento tactis &c. allegavit suspectum, & suspectissimũ N. sequestratorem, seu depositariũ electum, ut asseritur, bonorũ, de quibus agitur, ideò dixit nihil fieri, nisi servatis servand. verificatis verific. aliàs &c.

77 Tunc erit citanda pars ad concordandũ de alio sequestratore in locum N. suspecti allegati, & Judex eligit aliũ de consensu, sin minus ex officio juxta superiùs tradita *p. 2. c. 8. n. 38. & seqq.*

Ad partes verò sequestrum potest expediri, ut infrà, videlicet:

78 Christophorus Vidman, &c. (D. NN. salutem in D. & nostris, imò veriùs Apostolicis, firmiter obedire mandatis) vertente litem coram Nobis inter NN. ex una, & NN. ex altera partibus, de, & super prætensa manutentione in possessione nonnullorum bonorum sitorum in territorio N. videlicet (*hîc exprimatur tenor bonorum cum suis vocabulis & confinibus*) nos per modum provisionis, ac sine præjudicio jurium ambarũ partium, tam in Petitorio, quàm in Possessorio, super dictis bonis, eorumq; possessioni ac fructibus sequestrum apposuimus, & apponi, servatis servand. mandavimus, teque in sequestratorẽ, ex quo partes non contradicunt, ex officio elegimus, prout per præsentes eligimus, & deputamus. Quocirca tibi committimus, &c. quatenus, &c. sub mille ducatorum, &c. aliisq; pœnis, &c. mandati executivi, ac excommunicationis in subsidium Juris, &c. prædicta bona, illorumque possessionem, acomnes, & singulos fructus, redditus, & proventus quoscunque eorundem bonorum, nunc, & pro tempore existentes, lite pendente, d. authoritate nostrâ, imò veriùs Apostolicâ, sub firmo & arcto sequestro teneas, dictosq; fructus, redditus, & proventus exigas, & percipias, ac utiliter omnia dd. conserves ac custodias, ad usum & utilitatem partis in hujusmodi causa victoriam obtenturæ, ac ad effectum consignandi ad omne mandatum nostrum,

strum, &c. & donec, & quousque hujusmodi sequestrum fuerit revocatum, &c. Inhibemus præterea dd. NN. & NN. de dictorũ bonorum possessione contendentibus, & aliis quibuscunque, ne sub eisdẽ pœnis audeant, vel præsumant ad dd. bona accedere, seu quomodolibet in d. bonorũ fructuum perceptione se ingerere, aut d. sequestratorem in præmissis perturbare, vel impedire, ita quod liberè sinant, & permittant hujusmodi Sequestrum suum plenarium effectum sortiri, injungentes nihilominus sub eisdem pœnis omnibus, ad quos spectat, &c. ut de fructibus, & emolumentis universis dd. bonorum eidem Sequestratori respondeant, & responderi faciant, quibuscunque non obstantibus, &c. absolutionem, &c. in quorum, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

OBSERVATIONES.

A

79 REmedia retinendæ possessionis sunt Interdictum, *ne vi fiat ei*, quod datur Immisso ex primo Decreto, & rei servandæ gratia, de quo in *l.1. & tot. tit. ff. nè vi fiat ei.*

Interdictum *de superficiebus*, quod datur de retentione Superficiei, hoc est, partis superioris visibilis terræ conductæ, de quo in *l.1. & tot. tit. ff. de Superfic.*

Interdictum *de itinere, actuq; privato*, quod datur pro retentione possessionis, vel quasi itineris, actis, & viæ, de quo in *l.1. & tot. tit. ff. de itin. actuque priv.*

Interdictum *de aqua quotidiana, & æstiva*, quod datur pro retentione ductûs aquæ, de quo in *l.1. & tot. tit. ff. de aq. quot. & æstiv.*

Interdictum *de Fonte*, quod datur pro retentione aquæ hausturæ è fonte, de quo in *l.1. ff. de Fonte.*

Interdictum *de Rivis*, quod datur pro retentione possessionis, vel quasi purgandi Rivos, & aquę ex illis deducendæ, de quo in *l.1. & tot. tit. ff. de Rivis.*

Interdictum *uti possidetis*, de quo in *l.1. & tot. tit. ff. & C. uti possid.*

80 Interdictum *Utrobi*, de quo in *l.1. ff. Utrobi.*

Officium verè Judicis competit, quando Partes de possessione contendunt armis.

De quibus remediis latè *Menoch.* in suo celebri tract. *de retin. poss. per tot.*

81 Præcipua verò retinendæ possessionis remedia sunt interdicta, *uti possidetis, & utrobi*, quorum utrumque à primis verbis edicti Prætoris sic dicitur, *l.1. ff. uti possid. & l.1. ff. utrobi*, quæquidem Interdicta omnia sunt de jure prætorio introducta, ut ex prælegatis juribus clarè patet.

82 Interdictum, uti possidetis, competit pro retentione, & conservatione rerum stabilium, *l.1. & tot. tit. ff. uti possid. Bart. & DD. in l.1. C. uti possid. Boccac. de interd. uti possid. c.2. n.15.*

83 Et pro rebus etiam incorporalibus, *Bart. in l.1. §. ac satisdationis, n.2. C. uti possid. Dec. in cap. licet causam, n.215. de probat.*

84 Nec non pro re mobili cohærente rei immobili, cùm tunc res mobilis pars rei immobilis dicatur, *l.1. §. illud utique, & §. seq. ff. de vi, & vi ar-*

mat. Boccac. de interd. uti possid. c.2. n.15.

85 Et demum etiam habenti jus in Mare, *l. sanè §. Maru. ff. de Injur. Boccac. d.c.2. n.17.*

86 Interdictum verò *utrobi*, signanter competit pro re mobili, §. *retinenda. Instit. de Interd. l.1. ff. utrobi. Boccac. de Interd. uti possid. c.2. n.15. & c. 6. n.1. & seqq.*

87 Est autem retentio legitima detentio corporea, & mentalis, vel mentalis tantùm vera, vel ficta rei possidendæ causa, *Covar. in c. possessor. in par.2. relict. n.2. de reg. Iur. in 6.*

Vel est assecutæ possessionis, & apud se existentis conservatio, *Menoch. de retin. in prælud. num.3. Boccac. de Interd. uti possid. c.2. n.2.*

88 Interdicta *uti possidetis, & utrobi*, hodie sunt exequuta, nam utrumque competit ei, qui non vi, non clam, non precario possidet tempore litis contestatæ. §. *retinendæ*, § *sed Interdicto & §. hodie, Instit. de Interd. l.1. in princ. & in § hoc Interdictũ, ff. uti possid. & l.1. §. hoc Interdictum. ff. utrobi. Bocc. de Interd. uti possid. d.c.2. n.3. & c.6. n.1. & seqq.*

89 Interdictum retinendæ manutenet Possessorẽ seu Detentorem in possessione seu detentione rei, in qua non vi, nec clam, aut precario existit tempore litis contestatæ, *d. §. hodie. Instit. de Interd. Burr. in l. ait Prætor, § quod ait, n.2. & n.14. ff. uti. possid.* cum aliis allegatis supra *versic. remedia, nu. 79. Boccac. de Interd. uti possid. c.2. n.1. & c.6. nu.2.*

90 & † obid in Romana curia appellatur Mandatum de manutenendo, *Boccac. d.c.2. n.1.*

91 Rursus Interdictum retinendæ, quod datur pro re immobili, est duplex, directum, quod datur ut supra pro re immobili; & utile, quod datur pro quasi possessione rerum incorporalium. sed hoc quoque directum vocari posse, licèt sola mens Legis concurrat, tradunt DD. communiter, *Dec. in c. licet causam, nu. 215. ubi de communi, de probat. Boccac. de interd. uti possid. c.8. nu.1. & seqq. ubi de communi testatur.*

92 Fuit autem manutentio summa ratione introducta, ne partes de possessione contendentes venirent ad arma, utque in primis constet quis Actoris, & quis Rei partes sustinere deberet, *Contard. in l.1. lim.3. n.48. C. si de mom. poss. agatur. Menoch. de retin. rem. ult. n.12. Scacc. de Appell. qu.17. lim.6. memb.2. n.1. Benintend. dec.79. n.3. Rota dec.404. n.5. p.2. recent.*

93 Judicium manutentionis est summariissimum & breve, *Cast. cons.3. nu.2. lib.2. Menoch. de retin. rem. ult. n.4. Covar. pract. q.c.17. n.1. & seqq. Rota dec.641. n.7. par.1. divers. & dec.1. nu.2. & dec. 341. n.4. p.3. & dec.383. n.7. p.4. recent.*

94 In quo quidem Manutentionis judicio incidenter intentato, monitorium, seu libellus non requiritur, quando lis fuit prius per monitorium, aut libellum, aut aliàs legitimè introducta, vel Judex concedit ex officio manutentionem, secus si lis non fuerit anteà introducta, vel conceditur manutentio ad instantiam partis, *Menoch. de retin. remed.3. n.453. Rot. dec.123. n.12. p.7 recent.*

95 Sed hoc non procedit in judicio retinendæ, seu manutentionis summario, seu plenario, de quo *Rota d. dec.641. n.7. & seq. par.1. divers. & Greg. dec.273. n.13. & seq.* in eo enim libellus, seu monitorium, quod illius loco succedit, omnino requi-

ritur, *Menoch. d. remed. 3. nu. 453. Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 7. n. 1. & ſeqq. Rota dec. 123. n 6. & ſeqq p. 7 recent. &* ita paſſim obſervat praxis.

96 Verùm petens manuteneri non eſt Reus neceſſarius, ſed Actor originarius, & voluntarius, & ſignanter ſi petit in primis, & ante omnia manuteneri, *Rota in Valentia Penſionis 31. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Patriarcha Hieroſolymitano, apud Marcheſan. de Commiſſ. tract. p. 3. §. 2. dec. 1. nu. 1. fol. 353. & ſeq. Greg. dec. 64 n. 5.*

97 Sæpè tamen in hoc judicio uterque eſt Actor, & uterque Reus, dum uterque dat libellum, ſeu manuteneri contendit, nec conſtat quis re vera Actor, & quis Reus dici ſoleat, *Menoch. de retinen. remed. 3. n. 759. verſ. hæc ergo opinio. Boccac. d. Interd. uti poſſ. d. c. 15. n. 1. & ſeqq. & n. 13.*

98 Quod procedit, etiam ſi una Pars priùs ad judicium provocaverit, quia hoc reſpicit ordinem, non ſubſtantiam judicii, *Menoch. d. remed. 3. num. 759. verſ. hæc ergo. & n. 60 & ſeq.*

99 Inſuper Petens manuteneri debet citare Partem adverſam: nam quicquid aliàs obſervatum fuerit, hodie Manutentio, niſi causâ cognitâ, parte citatâ, non concedunt *Pius V. Conſtit. 117. inter illa, in §. mandata, ſecundum antiq impreſſ. Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. c. 7. num. 6. Put. dec. 225. l. b. 1. Greg. dec. 457 n. 2. & ſeqq.*

100 Et denique ut quis Mandatum de manutenendo obtinere valeat, probare debet ſe poſſediſſe rem, in cujus poſſeſſionem manuteneri petit, nam Manutentio datur Poſſidenti, §. *retinendæ, Inſtit. de Interd. l. 1. in princ. & in § hujus autem, & l. pen. §. Creditores, ff. uti poſſ. d. Rolan. conſ. 46. nu. 22. & ſeqq. lib. 2. Covar. pract. qu. c. 17. n. 3. Tiraq. de mort ſenſu, p. 4 dec. 1. n. 20. Rot. in Regien. Reſervationis fructuum, 6. Iunij 1586. coram bo. me. Gyſio, & in Perſina Reſciſionis contractus, 24. Febr. & 18. Martij 1588. coram bo. me. Card. Blanchetto. Seraph. dec. 147. n. 7. & ſeqq. Rot. dec. 56. n. 1. & dec. 508. n. 1. par. 2. & dec. 8. n. 9. & dec. 29. n. 1. par. 5 & dec. 107 n. 2. & ſeqq par. 6. & dec 49. n. 1. & ſeqq. part. 7 recent. Coccin. dec. 14. n. 1. & ſeqq. dec 99. n. 1. dec. 115. n. 1 dec. 150. n. 2. dec. 261. n. 2. dec. 286. n. 1. dec. 314. n. 1. & ſeqq. dec. 354. n. 1. & ſeqq. dec. 366. n 1 dec. 178. n. 2. dec. 417. n. 2. & ſeqq. dec. 586. n. 1. & ſeq. dec 488. n. 1. Cavaler. d. c. 71 n. 4. & dec. 106. n. 1. & ſeqq. Buratt. dec. 378. n. 4. & dec. 904. n. 5. & ſeqq. Greg. dec. 439. n. 1. Duran. dec. 308. n. 5.*

101 Hoc autem Primò procedit, ubi, & quando de ejus poſſeſſione conſtat, §. *retinendæ, & § hodie Inſt. de Interd. cum alijs præallg. Rota dec. 591. n. 1. par. 2. & dec. 512. n. 2 p. 4. & dec. 378 n. 2. p. 7. rec. Greg. dec. 160. n. 1.* Secus ſi de illius poſſeſſione non conſtet, *Aret. in l. 3. nu. 8. verſ. hæc tamen dicta, ff. de Acq. poſſ Rot. dec. 4 n. 11. par. 2. diverſ. & dec. 63. & dec. 260 ſ. n 1. & dec. 685 n 1. par. 1. & dec. 282. n. 9. part. 6. & dec. 75. n. 1. & dec. 290. n 1. p. 7. recent. Burati. dec 489 n 1. Duran. dec. 320. n. 1.*

102 Secundò procedit, quando quis in ſua poſſeſſione turbatur, *Bart. in l. 1. & hujus autem, n. 2. & in §. Interdictum, n. 5 ff. uti poſſid. Rolan. conſ. 46. n. 22. & 2. Cavaler. dec. 315. n. 1.*

103 Non ſolùm autem qui vult obtinere manutentionem, debet probare ſe, ut ſuprà, poſſeſſiſſe, ſed debet inſuper docere de ejus poſſeſſione de tempore turbationis, ſeu litis motæ, ſeu conteſtatæ, *d. §. retinendæ, verſic. ſed Interdicto, ibi, nam uti poſſidetis, & §. hodie, Inſtit. de Interd. l. Prima, §. Interdictum, ff. uti poſſid. & l. 1. ff. utrobi. Bart. in d. l. 1. §. fin. n. 2. ff. uti poſſ.* cum aliis allegatis ſuprà, *verſ. Interdictum retinendæ, n. 89. Covar. pract. quæſt. c. 17. n. 3. Rot. dec. 4. n. 11. par. 2. diverſ. & in civitatis Caſtelli Bonorum, 8. Novembris 1589. coram clar. mem. Card. Pamphilio, impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. pag. 969. ſecund. nov, impreſſ. & in Iacen. Sacriſtiæ, 27. Iunij 1597. coram bo. me. Peregrino, impreſſ. apud Poſt. de Manutent. dec. 388. Seraph. dec. 1047. n. 7. Rot. dec. 512, n. 1. & dec. 685. nu. 1. par. 1. & dec. 171. n. 1. & dec. 238, n. 1. dec. 263. n. 1. & dec. 501. n. 2. par. 2. dec. 150. n. 1. dec. 188. n. 1. & dec. 260. n. 1. par. 3. & dec. 106. n. 2. & dec. 466. n. 1. & dec. 563. nu. 1. par. 4. & dec. 13. nu. 1. dec. 70. n. 4. dec. 156. n. 1. & dec. 123, n. 1. p. 7. recent. Greg. dec. 582. n. 1. Cavaler. dec. 242. n. 1. dec. 359. n. 1. & dec. 565. n. 1.* ubi quòd hoc eſt tritum in Rota, *Duran, dec. 21, n. 1. dec. 49. n. 1. & dec. 156. n. 1.* vel paulò antè, ac immediatè ante litem motam, *Verall dec. 198. par. 2. Rota in d. Civitatis Caſtelli Bonorum, 8. Novembris 1589. coram clar. me. Cardinali Pamphilio. Coccin. dec. 110. n. 5.* aliàs ei denegatur Manutentio, *Bart. in l. 1. §. ſin. nu. 14. uti poſſid. Alex. conſ. 92. Perſpectis, n. 4. verſ. quod autem, lib. 1. Rot. dec. 63. n. 1. par. 1. & dec. 762. n. 1. par. 3. & dec. 249. n. 1. par. 4. recent. Coccin. dec. 52. n. 4. Buratt. dec. 145. n. 1. dec. 220. dec. 292. nu. 2. dec. 451. n. dec. 506. n. 1. & dec. 614. n. 3.*

104 Sufficiunt tamen ad effectum obtinendi Mandatum de manutenendo probationes leviores, *Caſtr. conſ. 3. nu. 3. verſ quarto, lib. 2. Covar. pract. quæſt. c. 17. n 4. latè Menoch. de retin. remed. ult. q. 8. n. 34. Verall. dec. 382. par. 2. Seraph. dec. 1113. n. 1. Rot. dec. 81. n. 1. par. 1. & dec. 375. n. 2. par. 3. lib. 3. d verſ. & dec. 287. n. 2. par. 2. & dec. 564. n. 4. par. 3 & dec. 383. n. 3. par. 4. & dec 83. n. 3. par 5. & dec. 156. n. 2. & dec. 326. n. 1. p. 6. & dec. 12. n. 5. & dec. 13. num. 1. & ſeq. par. 7. recent. Greg. dec. 258. n 3. & dec. 324. n. 5. Coccin. dec. 31. n. 4. Cavaler. dec. 75. n. 4. Buratt. dec. 222. n. 5 & dec. 591. n. 3. & dec. 827. n. 6. Duran. dec. 21. n. 4. dec. 29. n. 4. & dec. 49. n. 3. dec. 324. n. 27. & dec. 330. n. 2.*

105 Unde infertur Primò, ut ad obtinendam Manutentionem ſufficiat ſemiplena probatio, *Alex. conſ. 103. n. 3. lib. 7. Bero conſ. 43. n. 47. lib. 3. Menoch. de retin. remed ult. n. 34. Seraph. dec. 624. n 5. Rota in Sorana Beneficiorum, 22. May 1587 coram bo. me. Orano, impreſ. apud Pacific. de Salv. dec. 33. in, antiq. & dec. 36. in nov. & apud Poſt. de Manutent. dec. 353. Rot. dec. 158. n. 1. p. 3. recent. Burat. dec. 222. n. 5. & dec. 360. n. 2. & dec. 375. n. 3. & dec. 572 n. 7.* quam probationem in hoc ſummario judicio paſſim admittit Rota *Buratt. dec. 691. n. 3.*

106 Debent tamen probationes eſſe in ſuo genere concludentes, ut inducant Judicis animum ad ita indubitatè credendum, *Socin. conſ. 98. n. 8. lib. 4. Andr. dec. 106. n. 2.* cum aliis allegatis per *Ferent ll. ad Burati. d. dec. 373. n. 13.*

107 Secundò infertur, ut ſufficiat etiam qualis qualis probatio, minor ſemiplena, *Caſtr. conſ. 3. n. 3. lib. 2. Menoc. de retin. rem. ult. n 34. Seraph. dec. 1154. n. 3.*

108 Tertiò infertur, ut ſufficiat probatio etiam præ-

præsumptiva, *Alex.consil.103.n.3.lib.7. Rot.dec. 375.n.1.& seq.p.3.lib.3.divers.*

109 Quartò infertur, ut sufficiant etiam Testes de fama, *Alex.d.consil.103.n.3.lib.7. Menoch. de retin.remed.ult.n.34. Andr.dec.106.n.1. Rota dec. 13.n.1.& seqq.p.7.recent.*

110 Quintò infertur, ut sufficiat etiam unicus Testis de visu, *Menoch. de retin.d.rem.ult.n.34. Rotæ in d.Sorana Beneficiorum, coram bon.mem.Orano. Seraph.dec.624.n.5.& dec.1047.n.4. Rota dec. 196.n.6.par.1.& dec.375.n.1.par.3.lib.3.divers.& dec.15.n.15.& dec.326.num.1.par.6.recent. & in Romana Hæreditatis, 16.Iunij 1645. coram R.P.D. Meltio. Andr.dec.106.n.1. Cavaler.dec.44.nu.3. dec.223.n.1. & dec.306.n.3. Buratt. dec. 591. n. 4.& dec.104.n.... Duran.dec.21.n.4. Beltramin. ad Greg.dec.260.n.3.*

111 Etiamsi dictus Testis non sit omninò idoneus, adeò quòd Monachus pro Monasterio, & Canonicus pro Capitulo admittatur, *Rota decis. 323.n.2.post conf.Farin.lib.2. Buratt.dec.360.n. 3. Cavaler.dec.44.n.4. Ferentill. ad Buratt. dec.*

112 *222.n.14.* nam † in summarissimo Possessorio exceptiones contra Testes non admittuntur, *Rotan.consil.8.nu.31. versultimo, lib.4. Covar.pract. quæst.c.17.n.4. Rot.dec.28.nu.4.& nu.9. part.1. divers. & dec.118.n.3.par.4. & dec.156.nu.4. par.6.recent. & in d.Romana Hæreditatu, 19.Iunij 1645.coram R.P.D.Meltio. Cavaler. decis.44. n.4. & dec.223.n.2. Greg.dec.449.v.10. & ibi Beltramin. n.11.* alios cumulat *Buratt.decis.904. num.3.*

113 Sextò infertur, ut sufficiat confessio Partis, *Dec.consil.125. nu.1. Rot. in d. Perusina Rescissionu, 24. Februarij 1588. coram bo. me. Cardinali Blanchetto. Duran.dec.118.n.1.*

114 Septimò infertur, ut sufficiat etiam confessio extrajudicialis, quæ de æquitate Canonica plenè probat, *Rota dec. 4.n.1.par.2.divers. & in Anconitana Bonorum, 13. Ianuarij 1645. coram R.P. D.Meltio*, & eò magis si fuit sæpius repetita, quia tunc habet vim judicialis, *Rot. in Romana Domus, 26. Aprilis 1632. coram Eminent.D.Card.Verospio.*

115 Octavò infertur, ut sufficiat locatio cum perceptione afflictus, *Bart.in l qui universas, § quod per Colonum, vers. tene menti, ff. de acq.poss. Felin. in cap.inter dilectos, nu.8. vers.item secus, de fid.Instrum. Rota in Regien. Reservationis fructuum, 6. Iunij 1586.coram bo.me.Gypsio. Seraph.dec.1047. n.2.& seqq. Rota dec.217.n.1.p.2.recent. Cavaler dec.44.n.1.*

116 Nonò infertur, ut sufficiat quòd quis fuerit aliàs tanquam possessor conventus ab Adversario: nam possessio, vel quasi probatur ex confessione emanata in Monitorio partis adversæ, *Innoc.in cap.cùm venissent, num.2. de restit.in integrum. Rota in Romana de Pinu, 27.Ianuary 1614. coram bo.me.Card.Sacrato.& dec.360.num.1.part. 7. recent. Gregor. decis. 365. num.1.* etiam si

117 † quis fuerit conventus tanquam detentor, & occupator, *Rota d.dec.260.num.2.p.3. Greg. dec. 458.n.3.& seqq.*

118 Decimò infertur, ut eò magis sufficiat Instrumentum adeptæ possessionis, *l. prædia ubi Bart. num 1 ff. de acquir.possess. l.non idcirco, & DD. ibi, C.de fid. Instrum. Cæs. de Graff. decis. 5. de caus. possess.& prop. Cavaler. dec.83.num.1. Rota dec. 363.num.1.par.2.recent. Greg.dec. 268.num.1. Coccin.dec.14.num.1.& dec.124.n.1.& fuit sapissimè dictum.*

119 Etenim possessio Instrumentalis, alio non existente in possessione, est manutenibilis, *Rota dec. 8.de restit.spoliat.in antiquior.* ubi quòd hoc procedit, etiam quando quis est inductus in possessionem per aspectum in præsentia rei, & tactum annuli Ecclesiæ clausæ, *Cassad.decis.10. in fin.de Præb. Verall.dec.334.n.1.& seqq. & nu.6.par.2. Put.dec.360.nu.8.lib.1. Rota in Vican. Prioratus, 5.Iunij 1609.coram Sanctiss.D.N.Innocentio X. apud Post.de Manuten. dec. 583. & in Leodien. Abbatissatus, 15.Decembris 1642. coram R.P.D. Ghisilerio. Rot.dec.761.num.1. par.2. & dec.192. num. 2.par.3 recent. Gregor.dec.138.num.2. & dec. 208.* & ibi *Beltram.nu 8. Coccin.dec.14.num.1. & 5.* ubi de stylo Rotæ testatur, *& dec. 30. nu.1. dec.110. n.1. dec.113. n.7. dec.124.n.1. dec.185. n.1. dec.239.n.1. dec.314.n.2. & dec. 355. n.1. Duran.dec.4. nu.4. dec.23.nu.1. dec.114.nu.1. dec.120. nu.1.* ubi quod ita fuit millies decisum, *& dec.132.nu.1. dec.138.nu.1. dec.136.num.1. dec.245.nu.1.in fin. & nu.4. dec.335.nu.1. dec. 407 120.nu.1. dec.436.nu.3. dec.437.n.5.* Vel

120 † etiam alio in possessione nullitèr existente: nam tunc possessio habetur pro vacua, *Rot.dec.2.de restit.spoliat.in antiq. Coccin.dec.51.n.3.* præsertim si possessio instrumentalis sit titulata, *Duran.decis. 120.n.2.& seqq.*

121 Secus alio in possessione existente, tunc enim possessio Instrumentalis non est manutenibilis, nisi probetur anterior, *Salust.Tiber. in Prax.lib.2. c.7.n.10. Alex.consil.83.n.3.lib.2. Verall. dec.334. n.6 par.2. Cæs.de Graf dec.5. nu.2.de caus.poss.& prop. Mohed.dec.20.circa medium, de restitut spoliat. Greg.dec.6.n.1. Coccin.dec.14. nu.7. & dec. 325.n.3. Duran.dec.118.nu.4. & dec 220. n.1.*

122 etiam'i † cum dicta posteriori possessione concurrat perceptio fructuum, *Coccin.d.dec.325.n.3.* ubi quod, reprobato *Covar.* ita sæpè firmavit Rota, *Duran.dec.97.n.2.*

123 In dubio autem possessio Instrumentalis præsumitur capta nemine in possessione existente, nisi contrarium probetur *Seraph.dec.322.n.3.* quem sequitur *Duran.dec.4.n.5. & dec.436.n 2. Greg.*

124 *dec.268.n.1.*& † suffragatur etiam Cessionario, *Duran.dec.132.n.2.*

125 Et præsumitur anterior possessio illius, qui in Instrumento habet Horam adeptæ possessionis, nisi contrarium probetur, adeò quòd præferatur alteri instrumentali eàdem die captæ absque specificatione Horæ, *Cassad. decis.20. in fin. de præbend.* cum aliis, quos cumulat, & sequitur *Duran. decis.29.num.2.& Ferentill. ad Buratt. decis.67.n.26. Rot.in Maceraten. Magazeni, seu Manutentionis, 28.Iunij 1641. coram R.P. D. Merlino.*

126 Et sufficit prioritas non solùm in hora, sed etiam in puncto, *Cassad.d.dec.20.num.1.* cum aliis allegatis per *Ferentill. ad Buratt. d.decis. 67. num.27.*

127 Et datur Manutentio etiam civiliter, hoc est, animo tantùm Possidenti, contra Turbantem in natu-

naturali, ac pro naturalis possessionis recuperatione, *l. eiam possidere, §. qui ad nundinas. ff. de acq. possess. Glos. in l. 1. §. Interdictum, in verbo, ultrò*, & ibi, *Bart. n. 2. ff. uti possid. Salust. Tiber. lib. 2. c. 7. nu. 10. Socc. sen. cons. 15. n. 3. lib. 4. Natt. consil. 419. n. 2. lib. 2. Gabr. de acqu. pos. concl. 6. nu. 12. & seqq. Menoch. de recuper. remed. 1. n. 139. & remed. 15. n. 391. Put. dec. 519. n. 2. lib. 2. Mautic. dec. 1185. nu. 3. & seqq. Rota dec. 366. n. 3.* ubi quòd hoc procedit etiam in Usufructuario habente quasi civilem, *par. 1. & dec. 649. n. 10. par. 2. & dec. 196. n. 4. & dec. 427. n. 2. par. 3. & dec. 91. n. 1. & dec. 115. n. 2. p. 5. & dec. 275. n. 3. & n. 7. par. 6. recent. Greg. dec. 9. n. 6. & dec. 397. n. 6. & seq. & n. 12. Duran. dec. 114. n. 9.*

128 Hinc Primò infertur, quòd Emphiteusi finitâ datur Manutentio Domino habenti civilem, pro recuperatione possessionis naturalis, *Bart. in l. 1. §. fin. n. 17. ff. uti possid. Abb. in cap. item cùm quis, n. 4. vers. potest etiam, de rest. spoliat. Bero. cons. 102. nu. 43. lib. 1. Rot. in Civitatis Castelli Bonorum, 8. Novembris 1589. in §. cessat difficultas, coram clar. mem. Card. Pamphilio, impress. apud Marchesan. de Commiss. p. 1. fol. 969.*

192 Præsertim si in Instrumento concessionis in Emphiteusim aderat clausula, *Constituti*, ad favorem Domini directi, ut dixit *Rota in d. Civitatis Castelli Bonorum, §. & cessat difficultas.*

130 Secundo infertur, ut mortuo Usufructuario detur Manutentio Proprietario possidenti civiliter, quia reservatione ususfructûs finitâ per mortem Usufructuarii, civilis trahit ad se naturalem, *Natt. cons. 419. n. 3. & n. 6. Castill. de usufr. c. 16. n. 7. Tiraq. in Tract. de Mort sai fait. le Vif. p. 3. declar. 1. n. 6. & seqq. Rot. dec. 408. n. 1. p. 4. & dec. 359. n. 2. p. 5. recent. & in Recanaten. Manutentionis, 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. Cerro.*

131 Et † non solùm proprietario, sed etiam ejus hæredi finito usufructu usque ad triginta annos, etiam si Usufructuarius alienâsset, dummodo devolutio sit clara, *Tiraq. d. par. 3. declar. 1. n. 8. Rot. d. dec. 359. nu. 3. & seq. par. 5. recent.* & Hæredi Hæredis, ex cumulatis per *Rot. in Recanaten. Manutentionis, 27. Junij 1642. & 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. Cerro.*

132 Quinimò possessio instrumentalis à Proprietario capta, existente Usufructuario in possessione naturali, est manutenibilis ratione civilis, quæ erat vacua, *Duran. dec. 28. n. 1.*

133 Datur etiam Manutentio mero Detentori, donec de causâ principali cognoscitur, *l. Attilius Regulus, ubi Castr. nu. 5. ff. de donat. Covar. pract. quæst. c. 17. n. 5. vers. sic sanè. Menoch. de retin. remed. ult. n. 17. & seqq. Seraph. dec. 1471. nu. 7.* ubi quod ita sæpè fuit decisum, *Rota dec. 641. num. 9. par. 1. diversor. & in d. Civitatis Castelli Bonorum, coram clar. mem. Card. Pamphilio. Buratt. dec. 60. n. 12. dec. 131. n. 7. dec. 194. n. 4. & seq. dec. 378. n. 5. dec. 566. n. 21. dec. 609. n. 2. & dec. 904. n. 6.* nam

134 † ad effectum manutentionis non justitia, vel injustitia possessionis, sed ipsa detentatio, & insistentia attenditur, *Castr. in d. l. Attilius, n. 5. ff. de donat. Seraph. dec. 582. n. 5. Rot. dec. 93. n. 4. par. 4. & dec. 79. n. 10. par. 5. recent. Buratt. d. dec. 904. nu. 8. Cavaler. dec. 589. n. 5.* & sola possessio de facto, *Rota dec. 284. n. 11. par. 5. & dec. 188. nu. 10. p. 7. recent.*

135 Ac Spoliatori, donec causa terminetur per tres conformes, *Castr. in d. l. Attilius Regulus, n. 5.* & ibi *Roman. n. 7. ff. de donat. Nevizan. cons. 80. n. 3. vers. & dicit. Caputaq. dec. 347. par. 2. Rota in d. Civitatis Castelli Bonorum, coram bo. me. Card. Pamphilio. & dec. 641. n. 8. p. 1. & dec. 50. n. 29.* ubi de stylo Rotæ testatur, *par. 2. & dec. 482. par. 3. lib. 3. diversor. Seraph. dec. 555. n. 9. & dec. 1471. n. 7. Rotæ dec. 115. n. 4. par. 1. & dec. 284. n. 10. par. 5. recent. Greg. dec. 200. n. 4.* & ibi *Beltram. n. 7.*

136 Necnon etiam Prædoni, nam etiã Prædo, donec discutitur de juribus suis, debet lite pendente in sua possessione tueri, *cap. in literis, de rest. spol. cap. licet, si secundo, de præbend. in 6. l. Colonus, & l. cùm fundus, ff. de vi, & vi armat. l. si quis à se fundum, C. ad l. Iul. de vi pub. Boccac. de interd. uti poss. cap. 2. n. 87. Abb. in cap. querelam n. 12. de elect. Salust. Tib. in Prax. lib. 2. c. 7. n. 10. Manitu. dec. 185. n. 7. Seraph. dec. 582. n. 5. Rota in d. Civitatu Castelli Bonor. coràm clar. me. Card. Pamphilio, & dec. 115. n. 4. p. 1. & dec. 284. n. 10. p. 5. recent. Burat. dec. 164. num. 9.*

137 Sed hoc procedit dummodo notoriè nõ constet, quòd is Prædo, ex eisdem actis, *Abb. in cap. cùm Ecclesia Suttrina, n. 26. de caus. poss. & prop. Bero. in c. in literis. n. 68. vers. secundo allegatur, ubi de communi iam Legistarum, quàm Canonistarũ, de rest. spoliat. Cravett. cons. 249. n. 6. Menoch. de recup. remed. 1. n. 113. & seqq.* ubi de communi, cum aliis cumulatis per *Ferentill. aa Buratt. d. dec. 194. sub lit. C.*

138 Datur insuper Manutentio Immisso, licèt nulliter virtute *l. fin.* donec de nullitate cognoscatur, *Verall. dec. 347. p. 3.*

139 Et Immisso etiam ex primo Decreto, cui competit Interdictum, ne vis fiat ei, & datur Manutentio ex officio Judicis, *l. prima, in princ. & §. 1. & seqq. ff. ne vis fiat ei. l. officium. ff. de re milit. Specul. de prim. decret. §. jam in effectu, num. 1. vers. quartò quia, & n. 3. Guidopap. de prim. & secund. decret. n. 17. Menoch. de retin. remed. 1. n. 3. & n. 6.* cum aliis cumulatis per *Buratt. dec. 60. n. 11. & seq. & dec. 194. n. 4.* & ibi *Ferentill. lit. A. Duran. dec. 132. n. 3.*

140 & † quando Creditor fuit immissus ex primo Decreto, ut faciat fructus suos, competit ei sine dubio etiam Interdictum, uti possidetis, *Menoch. de retin. remed. 3. n. 177.* quasi tunc sit effectus verus possessor, *Buratt. dec. 194. n. 1.*

141 Hoc tamen non procedit, quando Immissus cuicumque commodo adjudicationis, & per consequens etiam immissioni ex primo Decreto renunciâsset, *Duran. d. dec. 132. n. 4.*

142 Datur igitur Manutentio, ut ex præmissis appareat, ex sola possessione, seu detentatione, licèt dominium non probetur, *Duran. dec. 23. n. 22.* nam Manutentio nihil commune habet cum proprietate, *l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acqu. poss. l. 1. §. hujus autem interdicti, ff. uti possid. Buratt. decis. 480. n. 13.*

143 Et in jurisdictionalibus conceditur ex sola Juris assistentia, *c. cùm persona, §. fin. de privil. in 6. Verall. dec. 306. num. 7. par. 1. & dec. 202. par. 2. Seraph. dec. 1067. num. 3. Rota dec. 145. n. 5. in fin. & seqq. par. 2. diversor. & dec. 273. n. 1. & dec. 182. n. 1. par. 2. & dec. 588. n. 2. in fin. dec. 655. n. 2. & seq par. 3. & dec. 313. n. 2. par. 4 recent. Buratt. dec. 140. nu. 3*

dec.

dec.43.n.2. & dec.827.n.1. & seqq. ubi quòd hoc procedit etiam in inferioribus habentibus jurisdictionem, Duran.dec.226.n.2. ubi quòd Rota hanc opinionem perpetuò tenuit, & dec. 320.n.3. & dec.446.n.2. Ferentill.ad Burat.dec. 219.lit.B.

144 Sed primò hoc non procedit in aliis non jurisdictionalibus, in quibus Rota moderna ex sola Juris assistentia non concedit manutentionem, Burat.dec.351 n.2. Rota dec.291.n.3. & seq.post conf. Farin.l i.2. cum alijs cumulat. per Ferentil. ad Buratt. dec.219. lit.A. Facilius ta-

302 Tertiònon procedit, quando constaret de possessione unius, et nihil, vel minus de possessione alterius, & Judex nihilominus voluisset potius apponere Sequestrum, quàm ut suprà, tueri possessionem in sua possessione: tunc enim ob perversum ordinem possessorii, & petitorii daretur appellatio, *l.1.C.de Appell Angel.d. cons.107.n.3. Alciat.d.cons.37.n.18.in fin. Bero cons.51.n.5. & seqq.lib.3. Contard.in d.l.unica, limit.16.n.11. & seq. Scacc. de Appell.d.q.17. limit.6.membr.2.n.33. & 34.*

303 Quartò denique non procedit ad effectum agendi ad revocationem sequestri: nam omissâ viâ appellationis, & nullitatis potest quis agere prævio libello pro sequestri revocatione, *Contard.in d.l.unica, l.m.16, n.13.* ubi alios cumulat *Scacc.de Appell.d.lim.6.memb.2.n.5. & n.35.*

304 Sed hoc ultimum habet locũ, quando Judex captâ priùs summariâ informatione, apposuit sequestrum parte citatâ, servaris servandis, secus si illâ non captâ præcepisset possessori, ne accederet ad possessionem, quia tunc, uti de facto factum, posset absq; alio libello, & absq; alia citatione de facto revocari, dummodo hæc nõ fuissent omissa ex causa valdè urgente, *l.1. §. & hoc edictum. ff. si ventr.nomin. Iraq d.l.1. Cõnubial. in verb.contracto.glos.5.n.15. & seq. Contard.in d.l. unica, lim.16.n.14. & seq. Scacc.d.q.17.limit.6. memb.2. n.7.*

205 At si sequestrum de facto emanavit ob periculum nimis urgens, & in mora existens, ex quo Judex videbat partes paratas ad arma, non debet parte non citatâ revocari: nam eo casu potuisset fieri etiam parte invitâ, *Alex.in i si pacto, n.4. in fin. C. de pact.* cum aliis quos refert, et sequitur *Contard.d.limit.16.n.16.*

306 Quia tamen Judici in his nõ creditur, ideò si ipse d. sequestrum citatâ parte revocare recuser, et aliunde nõ constet de hujusmodi urgenti periculo in mora, erit locus appellationi, vel dici poterit de nullitate sequestri ex prælegatis.

307 In reliquis ad *Boccatium in tract. uti possideris. Menoch. de retinenda, & Ludovicum Postium I.C. Perusinum*, qui elegantem *de Mandato de Manutenendo* tractatum compilavit, in facti contingentia recursus haberi poterit.

OBSERVATIO.

308 Decretum, ac Præceptum sequestri, ob prætensum armorum metum, est nullum, et injustum, ideò admittenda appellatio ad utrumque effectum, *Ang.cons.107. Iacobellus, Menoch.de adipisc.remed.6.n.20.in fin.*

309 Nullum Primò, defectu citationis, ad *l. de quo quoque. ff. de re Iud.* nam in appositione hujusmodi sequestri requiritur causæ cognitio, parte citatâ, DD. *in l.si fidejussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Card.in Clem.1. qu.25. de Sequestr. poss. & fruct. Franc. Curt. ad Papien. in Prax. in form. Sequest.*

Sequeſt.in §.ſapiens,in verbo,rixa.not.quando timetur ne partes veniant ad arma. Angel.d.conſ. 107. *Card.Tuſc.lit.S.concl* 203.*num.*1.*& ſeq.& concluſ.*216.*n.*2.*Benintend.dec.*73.*num.*11. ubi quòd etiam Prædo notorius eſt citandus.

310 Et debet citari pars ad videndum jurare Teſtes, & capi informationem ſuper metu armorũ, & ſcandali, *Contard.in l.unica,lim.*16.*n.*10. *C.ſi de moment.poſſeſſ.agat. Benintend.d.dec.*73. *n.*3. *Scacc.de Appell.q.*17.*lim.*16.*memb.*2.*n.*28.

311 Secundò, defectu juriſdictionis : nam fuit petitum conſilium Sapientis, Primò. ſuper moderatione inhibitionis. Secundò, ſuper Manutentione. Tertiò, ſuper prærenſa deſertione, quod vigore Statuti debet concedi, etiam in ſummariis, & exequutivis, & in re clara & liquida, aliàs proceſſus eſt nullus, ut virtute dicti ſtatuti obſervat praxis, & tradit *Bolognin ad Anan.conſ.*9.*n.*7.*in.fin. verſ.ultimò non obſtat*, & ob id nõ potuit Judex procedere ad inſtantiam partis, ad relaxationem ſequeſtri, cùm etiam de jure communi, à quo ſtatuta recipiunt interpretationem paſſivam, Judex recuſatus nõ poſſit poſt recuſationem procedere ad actum 319 præjudicialem, aliàs actus eſt nullus, *Hoſtien.& alij in cap.cum ſpeciali, de Appell. Lap.alleg.*1. *Mynſing.obſ.Camer.cent.*4.*obſervat.* 59. *num.*2. *Adden.ad Papien.in forma Declinat.* §. *Iudicem, ſub lit.B. Gabr.de Iud.concluſ.*5.*n.*1.*& ſeq. Lancell.de Attent.poſt recuſat.p.*2.*c.*6.*n.*4.*& ſeq.*

312 Injuſtum, Primò, quia nullibi conſtat de rixa, aut ſtrepitu armorum, nec de aliquo metu, & Judici in hoc non creditur, niſi quatenus cõſtet in actis, *Adden.ad Papien.in d. form. Sequeſt. in verbo,rixa. Ang.d.conſ.*107. cum aliis cumulatis per *Poſt.de Manut.obſerv.*75.*n.*7.*& ſeq.*

313 Secundò, quia tantum abeſt, ut conſtet de timore rixæ, & metu armorum, ut potius ille excludatur, cùm lis vertatur inter perſonas pacificas, non autem armigeras, incumbentes literis, non armis, cùm alter ex Litigantibus ſit Doctor, alter Notarius publicus, ut eſt notorium: Qualitas autem perſonarum ad excluſionem præſumptionis rixæ, & metûs armorum plurimùm attenditur, *Scacc.de Appell.q.*17.*limit.*6. *memb.*2.*n.*19.*verſ.& in tantum,& n.*30. Nam hujuſmodi præſumptio viget inter nobiles potentes, prout ſunt duo Duces, & ſimiles, *Poſt.de Manut.d.obſerv.*75.*n.*11. *& ſeq.*

314 Ob id cùm ſequeſtrum emanaverit de facto abſque ulla citatione, aut cauſæ cognitione, datur Appellatio ad utrumque effectum, *Ang.d. conſ.*107. quem ſequitur *Maran,de ord.jud.p.*6. *& ult.act.*2.*&* penult.*n.*296. *Card.Tuſc.d.concluſ.*216.*n.*2. *Poſt.de Manut.d.obſerv.*75.*nu.*57. *& ſeq. Scacc.de Appell.q.*17.*limit.*6.*memb.*4.*n.* 116.*& limit.*19.*n.*4.

315 Vel ſaltem in omnem eventum, ſequeſtrum eſt nullum, ut ſuprà, & ob id poteſt dici de ejus nullitate, *Alciat.conſ.*37.*n.*15.*& ſeq. tom.*2. *lib.*6. *Menoch.de adipiſc.remed.*6.*nu.*20.*in fin. Card.Tuſc.lit.S. concl.*203.*n.*1.*& ſeq. & concl.* 216.*n.*2. *Contard.d.limit.*16.*n.*10 *Poſt.de Manut.d.obſerv.*75.*n.*61.*& ſed.*

316 Tertiò, quia quando clarè conſtat de poſſeſſione unius, non debet Judex procedere ad remedium deſperatum ſequeſtri de jure regulariter prohibiti, ſed inhibere alteri parti, ne eum moleſtet, *Bero conſ.*51.*n.*5.*& ſeq.lib.*3. *Capyc. dec.*69.*n.*11.*Poſt.de Manut.d.obſ.*75.*n.*19.*Benintend.dec.*73.*n.*6.*Greg.dec.*61.*n.*1. Etiam † ſub 317 prætextu metûs armorum, *Bald.in l.*1.*n.*3.*verſ. & alia, C. de probib.ſequ.pecun. Grat. conſ.*10. *n.*11.*lib.*1.*Scacc.de Appell.d.q.*17.*limit.*6.*membr.* 2.*n.*2. *Capyc.d.dec.*96.*n.*11. Nec debet Judex devenire ad hujuſmodi remedium ſequeſtri, etiam ſi poſſeſſor ſit Prædo, latè *Poſt. de Manut. d.obſ.*75.*n.*22.*& ſeq.* ubi quod ad hoc ſufficit qualiſcumque occupatio bonorum, cùm etiam Prædo ſit lite pendente manutenendus, *l.Colonus, & l.cùm fundus, ff. de vi, & vi armat.cap. in literis,de reſt ſpol. Rot.apud Poſt de Mant.dec.* 237.*n.*8.*& dec.*265.*n.*11.

318 Aliàs quilibet poſſet fingere rixam, & ſpoliare hoc modo Adverſarium poſſeſſione, & commoditate fructuum, quod abſurdum non eſt admittendum, *Papien.in prax.in form.ſequeſt.*§. *Sapiens,n.*3. *Benintend.dec.*73.*n.*4 latè *Poſt.de Manut.d.obſerv.*75.*n.*16.*& ſeqq.*

319 Et ob id perverſum ordinem poſſeſſorii, & petitorii, ab hujuſmodi ſequeſtro datur appellatio, *l.*1.*C.de Appellat. Ang.d.conſ.*107.*n.*3. *Bero. d.conſ.*51.*n.*5.*& ſeq.lib.*3 *Contard.in l.unica, limit.*16.*nu.*11.*& ſeq. C.ſi de moment poſſ. agat. Scacc.d.memb.*2.*n.*33.*& ſeq.*

320 De poſſeſſione autem uſque de tempore litis motæ Primò conſtat in actis ex relatione Nuntii, qui immiſit, cui in hoc creditur, *i.fin.ubi Caſtr.nu.*6.*verſ.in dubio. Dec.n.*17.*& alij.C.de Edict.Div. Adr.tollen. Menoch.de adipiſc.remed.* 4.*n.*924.*verſ.Tertius eſt caſus,* quod ſufficit.

321 Secundò, ex perceptione fructuum, *l. Titia, ff.de ſolut.l.*1.*C.de acq.poſſ. l.litibus,C.de agric. & Cenſit.lib.*11.cum aliis latè cumulatis per *Menoch.de retin.remed.*3.*n.*564. de qua conſtat ex Teſtibus, & atteſtationibus de hujuſmodi actibus poſſeſſoriis deponentibus, *l. qui univerſas,* §.*quod per Colonum, ubi Gloſ.& Bart. de acquir. poſſ. Seraph.dec.*1200.*n.*1.

322 Quæ quidem poſſeſſio eò magis potuit adipiſci, attentâ facultate à Teſtatore conceſsâ capiendi poſſeſſionem propriâ authoritate, & ob id poſſidens eſt hoc caſu legitimus contradictor contra Adverſarium, de cujus poſſeſſione manutenibili nullibi conſtat, *Eugen.conſ.*55.*nu.* 12.*lib.*1. *Rot.dec.*315.*n.*7.*p.*3.*& dec.*185.*nu.*9. *par.*5.*recent.*

323 Non obſtat ſtatutum diſponens, quòd ſi duo vellent contendere de poſſeſſione, nulli debeat dari poſſeſſio, ſed apponatur ſequeſtrum.

Quia procedit, quando poſſeſſio eſt vacans, ut patet ex illis verbis, *nulli poſſeſſio dari debeat*, &c. & ſtatutum recipit interpretationem à jure communi, & eodem modo debet interpretari, *l.ut gradatim,*§.*& ſi lege, ff. de muner.& honor. Gregor.dec.*508.*n.*12.*& ſeqq.* & † ob id non 324 procedit, quando alter poſſidet, cùm nemo lite pendente debeat, mediante ſequeſtro, ſuâ poſſeſſione privari, *l.unica,C.de probib.Sequeſt. pecun. Gail.pract.obſerv.lib.*1.*obſerv.*148.*num.*1. *Poſt. de obſerv.*65.*n.*11. *& ſeqq.*cum aliis ſuperiùs allegatis.

Mo-

Motivum.

325 Retuli petitionem A. super declaratione validitatis, vel nullitatis sequestri, & Decreti D. Judicis à quo esse admittendam, & motus fuit, quia licèt à sententia lata in judicio possessorio, & in causa sequestri non daretur appellatio juxta veriorem sententiam, quam tenet *Scacc. de appell. q. 17. limit 6. memb. 2. n. 2. & memb. 3. n. 3.*

326 Potest tamen dici de illius nullitate, *Baid. in l. unica, n. 12. vers. quaro numquid sententia, C. si de moment. poss. Iaso. in l. 1. nu. 6. ff. de just. & jur. Castr. in l. 6. quisquis, C quor. appell. non recipien.* quos refert & sequitur *Scacc. de appell. q. 19. remed. 1. conclus 2. n. 2. & q. 17. limit. 6. membr. 2. n. 28.* Idque verum est, etiam si nullitas non sit evidens, *Scacc. d. q. 19. remed. 1. concl. 2. n. 4.*

327 Quòd autem in casu nostro possit dubitari de nullitate sequestri, constat, cùm sequestratio ad instantiam unius partis sine aliqua informatione super timore scandali, & ex abrupto processerit, non citatâ aliâ parte, de cujus præjudicio tractabatur, & prout erat necesse, ex traditis per *Menoch. de adipisc. remed. 6. nu. 18. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. mem. 2. n. 28. Benintend. dec. 73. n. 4.*

328 Nec dicatur D. Judicem potuisse procedere ad sequestrationem ex officio, & parte non citatâ, cùm sibi constiterit de suspicione rixæ, ad trad. per *Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 18. Benintend. d. 73. n. 14.*

329 Quia omisso quòd Judex processit ad instantiam partis, non solùm debet constare Judici de suspicione rixæ, sed debet esse adeò imminens, ut periculum sit in mora, ut dicit *Scacc. q. 17. limit. 6 memb. 6. n. 28. & sequitur Benintend. d. dec. 73. n. 14.*

330 Quod non videtur adfuisse in casu nostro, imò nec fortasse periculum rixæ, cùm ex parte P. nulla adesset suspicio veniendi ad arma, ex parte verò A. licèt aliqua vis illata videatur, ut deducitur ex fide duorum Testium, tamen illorum depositio valdè dubitabilis reddebatur, firmantibus aliis testibus de pacifica susceptione Fructuum, sine aliqua armorum ostentione, & violentia, & proinde cùm poterit dubitari de validitate dicti sequestri, non est rejiciendus actor petens jus dicti seqaestri declarari, cùm id sufficiat ad effectum, ut quis de nullitate dicens audiatur, ut per *Scacc. de appellat. d. qu. 17. limit. 6. memb. 2. n. 27. & seq. & q. 19. remed. 1. concl. 2. n. 3.*

B Errata &c.

331 Sequestrator suspectus amoveri debet, *Rota dec 494. n. 3. par. 3 lib. 3. divers.*

332 Hinc, ne ab initio de persona sequestri oriatur controversia, dum citatur pars ad videndum decerni sequestrum, solet addi in citatione, nec non concordandũ de sequestratoribus, *Vestr. in Prax. lib. 7. c. 2. n. 1. vers. quamobrem.*

333 Cæterùm sequestrator legitimè deputatus, ut supra, sine causa mutari non posset, si ejus qualitas ratione fidei, vel facultatum in dubiũ revocaretur, quia in deputatione videtur ejus persona approbata, *Vestr. d. lib. 7. c. 2 n. 11.*

SUMMARIUM, CAP. XIII.

1 *Continuatio tituli ad præcedentes.*

2 *Ubicunque inquilinus tenetur recedere, idque facere negligit, seu recusat, agitur contra eum ad evacuandum.*

3 *Monitorium contra inquilinum ad evacuandum, & ejus formula.*

4 *Monitorium contra inquilinum personaliter exequutum, reproducitur in actis.*

5 *Reproductio seu adnotatio reproductionis monitorij executi, & ejus formula.*

6 *Inquilinus prætendens non posse expelli de re conducta, potest negare monitorium.*

7 *Negatio Monitorij, & ejus formula.*

8 *Actor in judicio exequutionis debet verificare monitorium, & quod probare debeat.*

9 *Deficientibus instrumentis, & scripturis, tam actor quàm reus debet probare incumbentia per teste, & alia probationum genera.*

10 *Citatio ad evacuandum, & solvendum pensiones decursas, & ejus formula.*

11 *Remotè est etiam in termino intimationis deducere & probare suas exceptiones, videlicet jus inquilinatus, vel aliud jus, seu privilegium, & quicquid vult, & potest.*

12 *Inquilino in termino intimationis nil relevat decente, expeditur contra eum monitorium evacuando, & exequutivum.*

13 *Mandatum de evacuando, & executivum, & ejus formula.*

14 *In mandato de evacuando solet apponi, ostendatur, etiam domi dimissâ copiâ, & quomodo tunc ad illius exequutionem procedatur.*

15 *A Mandato de evacuando non datur appellatio, sed sentiens se læsum, obtentâ supersessoriâ potest adire Signaturam parte citatâ pro commissione causæ appellationis.*

16 *Interpositio appellationis à Mandato de evacuando, & ejus formula, & responsio de Apostolis.*

17 *Cedula appellationis à Mandato de evacuando, & ejus formula.*

18 *Commissio appellationis à Monitorio de evacuando in Signatura proponenda, & ejus formula.*

1 *Signatura in materia appellationis à Mandato de evacuando quomodo reseribat.*

2 *Pars nolens amplius in locatione, sed conductione continuare, debet hoc debito & convento tempore alteri intimare, ne aliàs censeatur facta relocatio, & reconductio.*

1 *Intimatio qualiter quis non intendit amplius continuare in locatione, seu conductione, una cum citatione ad dicendum contra protestationem, & ejus formula, & processus.*

2 *Protestatio facienda à nolente amplius continuare in locatione, seu cõductione, & ejus formula.*

3 *Judicium evacuationis est summarium, & executivum.*

4 *Inquilinus propriè quis sit.*

5 *Colonus proprie quis sit.*

26 *Colonus partiarius quis sit.*

27 *Conductor rusticus prædij dicitur conductor, sive conducat nummis, sive aliâ specie.*

28 *Inquilinus nomine locatoris, & colonus nomine Domini possidet, non suo.*

29 Conductor non sibi, sed locatori possidet.
30 Dominus etiam civiliter tantùm possidens, finitâ locatione, potest rem locatam propriâ authoritate, etiam lite pendente occupare.
31 Dominus expellendo Colonum non cadit à jure suo.
32 Inquilinus non potest expelli locatione durante.
33 Dominus volens uti re locatâ ob propriam, vel ejus patris, vel filij necessitatem, potest expellere Inquilinum locatione durante.
34 Locator qui renunciavit supervenienti necessitati rei locatæ, non potest sub eo prætextu expellere inquilinum.
35 Si tempore locationis aderat eadem necessitas, vel locator post necessitatem exegit pensionem, nõ potest, sub prætextu propriæ necessitatis expellere inquilinum.
36 Si locator promisit manutenere conductorem in pacifica possessione rei locatæ, & se in forma Cameræ obligavit, non potuit ob propriam necessitatem expellere inquilinum.
37 Inquilinus morosus in solvenda pensione potest expelli locatione durante.
38 Dominus volens ob necessitatem, quæ tempore locationis non imminebat, fabricare in re locata, potest expellere inquilinum locatione durante.
39 Inquilinus, vel colonus abutens re conductâ, potest expelli locatione durante.
40 Locatione finitâ inquilinus tenetur dimittere domum vacuam, & potest expelli.
41 Inquilino pro melioramentis factis in re conducta, datur finitâ locatione retentio.
42 Conductor bonorum Reipublicæ, vel Ecclesiæ, ratione juris inquilinatûs præfertur, ni vult, in locatione, pro eo quod à secundo conductore offertur.
43 Inquilinus de jure communi finitâ locatione præfertur novo conductori pro pari mercede, potius de æquitate, quàm de juris rigore.
44 Sed hoc videtur speciale in locatione prædiorum Fiscalium, Reipublicæ, Ecclesiæ, & locorum piorum.
45 Si finito tempore in locatione præfixo fuit continuatum in locatione & conductione, censetur facta tacita relocatio & reconductio cum iisdem pactis & conditionibus.
46 Reconductio & relocatio tacita in rusticis pro no anno, in urbanis pro tempore, pro quo fuit inhabitatum, facta censetur.
47 Tacita relocatio non censetur facta sub eisdem Fidejussoribus.
48 Instrumentum seu scriptura requirit factum quod in tacita relocatione non continetur.
46 Obligatio Cameralis in tacita relocatione & reconductione non censetur repetita.
50 Locans absque conventione pensionis censetur locasse pro pensione solita.
51 Si in conductione non est facta mentio de pensione seu mercede, debet in primis in hoc attendi consuetudo loci, si adest certa.
52 Inquilinus, qui durante locatione potest expelli dum habet in re conducta tacitam hypothecã potest illam retinere, donec sibi solvantur damna & interesse.
53 Qui domum retraxit vigore Bullæ, potest expellere inquilinũ, nec tenetur ad interesse sicut nec vendito reo casu evictione.
54 In Vrbe inquilini non possunt expelli, nisi servatâ formâ decreti, & quæsita forma dicti decreti.
55 Forma decreti Cameralis ad favorem inquilinorũ non servata, Contractus locationis est nullus.
56 Intimato inquilino, an velit emere, debet fieri per publicum instrumentum à Notario coram Testibus juxta formam decreti, aliàs non actus, & actus corruit.
57 Instante Anno Sancto fit in Camera decretum, ne usque ad certum tempus pensiones augeri, neve inquilini expelli valeant, & quare.
58 Privilegium inquilinatûs non suffragatur ei, qui juri inquilinatus renunciavit.
59 Si locatio, in qua fuit renunciatũ juri inquilinatûs, fuit revocata, inquilinus expelli non potest sub prætextu renunciationis.
60 Privilegium inquilinatûs, & decretum Camerale non suffragantur subinquilinis.
61 Jus inquilinatûs licèt non suffragaretur subinquilino in præjudicium Domini, secus est quoad habentes jus inquilinatûs.
62 Privilegium inquilinatûs non suffragatur subinquilino super jure retractûs.
63 Jus inquilinatûs non suffragatur quando ab emptore data est aliqua species, quam ipse inquilinus præstare non potest, & quare.
64 Privilegium inquilinatûs super retractu non habet locum in donatione.
65 Inquilinus, vicinus, consors, & similes in jure retractûs præferuntur Domino censûs, & quare.
66 Inquilinus non excusatur à solutione pensionum præteritarum ex supervententia novi tituli.
67 Inquilinus non potest à conductione recedere, nisi ex necessitate præcisa, prout si domus minetur ruinam, vel ob pestem, vel metum malorum spirituum, & hujusmodi.
68 Inquilinus potest alteri conductori concedere jus prælationis, & inquilinatûs, si illud habet, aliàs secus.
69 Hebræi in domibus ab eis inhabitatis, habent jus Gazaga, quod inter eos potest cedi, vendi, & denuò in alium transferri.
70 Colonus tenetur reddere Domino suam partem integram fructuum absque alia deductione.
71 Colonus ante recollectam fructuum pro ejus medietate habet tantam actionem personalem contra Dominum, seu locatorem.
72 Laborator seu colonus non est Dominus suæ Partis fructuum, nisi postquam à solo sunt separati.
73 Fructus pendentes sunt pars rei.
74 Venditâ re locatâ, fructus pendentes spectant ad emptorem, etiam respectu portionis colonicæ, nisi illa excepetuata.
75 Fructus pendentes etiam maturi, & respectu portionis colonicæ spectant ad emptorem, nisi in contrarium fuerit facta conventio.
76 Si in venditione sit mentio fructuum, nec etiã ratione laboreris & expensarum præendi valent.
77 Emptor, uti successor singularis, non tenetur stare locationi.
78 Si emptor scit rem emptam fuisse alteri locatam, & constat de scientia, pars colonica ad eum non spectat.
79 Datâ scientiâ locationis emptor tenetur stare locationi.

Si

80 *Si locatio est nulla, nec Author, nec Successor tenetur in ea continuare.*

81 *Si in loco adest consuetudo notoria locandi prædia ad colonium, Emptor non videtur de hoc posse allegare ignorantiam.*

82 *Si venditor est rusticus, qui fundum notoriè suâ manu colit, etiam pars colonica hoc casu spectat ad Emptorem.*

83 *Si fructus sunt plenè maturi statim recolligendi, & venditor manus an apposuit in recollecta sciente Emptore, tunc fructus non spectant ad emptorem, alias secus.*

84 *Si Conductori fuerint bona Locatoris, & sit etiam res conducta pro observantia contractus obligata, Conductor habet in ea jus hypothecæ, & ob id Emptor tenetur stare locationi.*

85 *Successor singularis potest expellere Conductorem habentem jus hypothecæ generalis in re locata, soluto ei interesse, non autem habentem jus hypothecæ specialis.*

86 *Si adest pactum de non alienando rem locatam, & Locator obligavit Conductori rem locatam pro observantia contractûs, non potest illa in Conductoris præjudicium alienari.*

87 *Successor ex causa necessaria, prout ex causa judicati, tenetur stare locationi.*

88 *Successor singularis, qui non succedit in plenum jus Authoris sui, tenetur stare locationi.*

89 *Successor singularis ejus, qui plenum jus in re non*
90 *habebat, tenetur stare locationi.*
Imm ssus in Saxiano tenetur stare locationi.

91 *Emptor fructuum tenetur stare locationi factæ per*
92 *Dominum ante venditionem.*
Successor universalis tenetur stare locationi.

93 *Successor singularis recuperans fundum vigore pacti de retrovendendo, tenetur stare locationi.*

94 *Successor in Beneficio est successor singularis.*

95 *Successor in Beneficio tenetur stare locationi factæ nomine Ecclesiæ, ac pro ejus utilitate, non facta nomine Prædecessoris.*

96 *Aliæ limitationes ad regulam, quæ habet quòd successor singularis teneatur stare locationi remissivè.*

97 *Conductor potest rem sibi locatam sublocare, nisi aliter sit conventum.*

98 *Conductor potest sublocare aquè idoneo, & ad eundem usum, non alias.*

99 *In Curia quæ pacta apponi soleant in contractibus locationum*

100 *Dominus inquilino sublocare volenti non potest sine justa causa denegare consensum.*

101 *Re locatâ ab aqua submersâ fit Conductori remissio mercedis prorata rei peremptæ.*

102 *Re in totum, vel pro parte peremptâ fit remissio assiduâ, non factâ compensatione cum annis fertilibus, & quare.*

103 *Si non constat quòd plures Conductores sint obligati insolidum, censentur obligati pro virili.*

104 *Secus si inter eos fit contracta Societas.*

105 *Plures Conductores obligati insolidum quoad Locatorem tenentur insolidum.*

106 *Etiamsi negotium, vel res ad unum eorum tantùm*
107 *Secus respectu ipsorum inter se, nam si negotium*
ad unum tantùm pervenit, aliter habetur pro Fidejussore.

108 *A Decreto de exfractando, seu evacuando non datur appellatio suspensiva.*

109 *A Mandato de evacuando contra Fabrum malleantem prope scholas, vel contra scholarem, qui impedit studium socio, & ex identitate rationis contra Inquilinum non datur appellatio.*

110 *Conductor Locatori quæstionem dominij objicere non potest, sed tenetur priùs evacuare, quàm de proprietate agat.*

111 *Signatura in causa appellationis à Mandato de evacuando rescribit cum clausula executiva, sine præjudicio.*

112 *Si agitur actione locati, vel condictione, leg. si quis conductionis, Conductor movens quæstionem dominij dicitur spoliare.*

113 *Denegans solvere pensiones dicitur spoliare.*

114 *Si actum fuit actione locati, vel condictione, leg si quis conductionis, à Mandato de evacuando non datur appellatio suspensiva, & Signatura rescribit cum clausula, sine præjudicio.*

115 *Et eò magis, si ad favorem Locatoris adest obligatio Cameralis.*

116 *Idem iuris est de personis privilegiatis, nam à Mandato de evacuando ad earum favorem relaxato non datur appellatio.*

117 *Idem iuris est in casibus, in quibus Locator potest expellere Conductorem non finità locatione.*

118 *Si agitur ad evacuandum virtute Instrumenti habentis executionem paratam, & locatio est finita, à Mandato de evacuando non datur appellatio suspensiva.*

119 *Si non constat quòd locatio sit finita, vel habetur pro finita, vel agitur de reconductione tacita, à Mandato de evacuando datur appellatio.*

120 *Si non agitur actione locati, nec condictione, l. si quis conductionis, nec virtute Instrumenti, vel Privilegij tunc, si nullum superest Petitorium, à Mandato de evacuando datur ob id appellatio Conductori ad longum tempus.*

121 *A Mandato de evacuando de rete contra Inquilinum, nullum jus in re locata, præter nudam detentationem habentem, non datur appellatio suspensiva, etiamsi in Petitorio præjudicium reparari non possit.*

De Mandato de Evacuando Pars secunda, Cap. XIII.

1 QUia Mandatum de Evacuando videtur quodammodo sapere Manutentionis naturam, & in eo obtinendo summariè proceditur, nec ab eo datur regulariter appellatio, idcirco post Manutentionem antequam ulterius progrediamur, de illo agere non abs re visum fuit.

2 Quotiescunque aliquis Domum, vel Apothecam, aut quid simile locaverit, si finitâ locatione, vel si alio casu de Jure Inquilinus, volente Locatore, tenetur inde discedere, & id facere negligit, seu recusat, agitur contra eum, ad evacuandum, prævio Monitorio, ut infrà, videl.

3 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam N. principalis.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum, &c. aliisq; pœnis, debeat Domum d. D. Instantis sitam in Urbe in Regione N. juxta suos notiss. fines, per eundem Adversarium inhabitatam evacuâsse, & ab omnibus immunditiis expurgâsse, vacuamque, liberam, & expeditam dimisisse & relaxâsse, ac pensiones decursas, & non solutas, & decurrendas usq; in diem evacuationis solvisse, & de eis satisfecisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorũ causâ, & occasione passa, &c. patien. &c. ac liquid n. refecisse, Mandatũ de manutenendo, &c. ac executivum, & aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, præsent busque paruisse. Deducens, &c. & alias omni meliori modo &c. & si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli

4 Hoc Monitorium à Cursore personaliter executum, ac subscriptum reproducitur in actis, ejusque reproductio adnotatur in Broliardo, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

5 Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiss. D. N. Cursor retulit, se ad instantiam NN. personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

6 Monitus verò, si prætendit, se ob jus Inquilinatûs, vel aliam rationem, non posse expelli è domo, vel alia simili re conducta, potest negare Monitorium, ut infra, videlicet:

Pro NN. contra NN.

7 In Officio &c. NN. dixit narrata, prout narrantur, non esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, &c. alias, &c. omni, &c.

8 Actor autem in hoc Judicio tenetur verificare Monitorium, & docere se Domum, vel Apothecam, aut rem similem, de qua agitur, locâsse, & locationem esse finitam, producendo in actis Instrumentum locationis, & Jura opportuna, citatâ Parte ad dicendum contrà, & aliàs servatis servandis circa Jurium productionem, & recognitionem, juxta superiùs tradita *p. 1. c. 2. n. 10. & seqq.*

9 Quòd si desint Scripturæ, & Instrumenta, poterit Actor ejus incumbentia probare per Testes, & alia legitima probationum genera, exhibendo in actis Articulos opportunos citatâ parte ad dicendum contra illos, ut dictum est suprà *d. p. 1. c. 10. & seqq.*

Poteritque Reus iisdem modis suas, si quas habet, exceptiones probare.

Probatis verò probandis citatur Reus, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

10 Citetur NN. exadverso principalis, ad evacuandum Domum, de qua agitur, & solvendum pensiones decursas, & usque in diem evacuationis decurrendas, aliàs videndum quodcunque Mandatum de evacuando, & respectivè exequutivùm, ac aliud necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Instante N. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit, & obtinuit, ut suprà, nisi infra decem, cum Intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimatur N. exadverso principali, qualiter Dñs relaxavit Mandatum de evacuando, & exequutivum, & aliàs prout in actis, Instante N. principali, sive, &c.

N. Notarius.

11 Quòd si Reus suas exceptiones adhuc non deduxerit, poterit illas in d. Intimationis termino deducere, & probare, prout si haberet aliquod jus Inquilinatûs, vel aliud privilegium: aut jus, quo mediante è domo, vel re conducta expelli non posset, & si esset differentia circa quantitatem pensionis solutæ, vel solvendæ, poterit opponere, nihil fieri, nisi specificatâ summâ factis calculis, & jurato de calumnia, & intimato, quæ omnia poterunt ab Actore adimpleri, juxta superiùs tradita, *p. 1. c. 8. num. 1. & seqq.*

12 Cæterùm, si Reus in d. termino nihil relevans deduxerit, seu probaverit, Actor poterit, eo elapso, expedire Mandatum, ut infrà, videlicet:

13 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Exequutoribus, Subexecutoribus, & aliis ad quos spectat, &c. quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub 500. ducatorum, &c. aliisque pœnis, debeatis, & quilibet vestrùm debeat Domum dicti Domini Instantis per d. N. Adversarium inhabitatam, sitam in Urbe in Regione N. juxta suos fines notiss. evacuâsse, & vacuam, liberam, & expeditâ d. Domino Instanti relaxâsse, expulso exindè d. N. Adversario, & aliis illicitis detentoribus. Nec non auferantur de bonis dicti N. Adversarii

bona

bona valoris scutorum NN. d. Instanti debitorum pro residuo pensionum dictę Domûs, usq; in præsentem diem decursarum, & non solutarum, unà cum Judiis NN. pro Expensis præsentis Mandati, quæ ablata deponantur in Depositaria Urbana ad effectum subhastandi, ut moris est, & de illorum pretio d. N. Instanti satisfaciendi, quoniam d. N. Adversario citato & intimato Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumtenens.

14 Solet tamen in calce similium Mandatorum ad libitum Judex apponere: *ostendatur per duos dies ante execut onem, etiam domi d missa copia*, quo casu necesse est, quòd Cursor illud, dimissâ copiâ adinstar aliarum citationum, exequatur, & subscribat, se ita fecisse, quibus duobus diebus post d. copiæ dimissionem elapsis, Exequutores procedunt ad Mandati exequutionem, juxta illius formam & tenorem domum evacuando, & bona ibi reperta extra eam asportari per Bajulos faciendo, illamque liberam & vacuam Locatori relinquendo, & dimittendo, Conductoribus & illicitis detentoribus expulsis: pro pensionibus verò, ac expensis mandati Executores tot bona auferunt, quæ pro satisfactione Creditoris sint satis, apud Depositariæ Urbanæ Ministros deponendo, ad effectum subhastandi, & alia, juxta Mandati formam faciendo, ad quorum subhastationem, & deliberationem deinde servatis servandis proceditur, juxta superiùs tradita *p. 1. c. 15. n. 1. & seqq.*

15 In hoc summario judicio appellatio rejicitur, sed si decretum esset nullum, vel injustum, sentiens se læsum, posset obtentâ superseditâ à Præfecto Signaturæ, ut suprà *p. 1. c. 13. n. 19.* adire plenam Signaturam pro commissione causæ appellationis, citatâ Parte, ut suprà *d. par. 1. c. 13. n. 20. & seqq.* & priùs coram Judice à quo appellare infra legitima tempora, videlicet:

16 Pro NN. contra NN.

Coram D. meque, &c. NN. habita notitia de prætenso Decreto facto ad assertum favorem NN. contra NN. ab eo, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, &c. tenoris, &c. ponens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni, &c. Tenor Cedulæ.

17 A quodam prætenso Decreto definitivo facto ut dicitur, ad assertum favorem NN. contra NN. de, & super evacuatione Domûs sitæ in Regione N. juxta bona NN. & NN. ac alios notissimos fines, rebusque aliis in actis causę, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. Procurator, & eo nomine sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lędi, & gravari, &c. ab illo, & toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertio, iæ, è, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè fieri de Apostolis responderi, &c. quatenus, &c. in hac appellatio nō admitteretur, &c. à non admissione illius, ac toto ulteriori processu iterum, ac toties quoties appellat, provocat, & ut suprà, de nullitate dicit, ita ut sit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. aliàs protestatus fuit de nullitate, & attentatis, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Et poterit confici Commissio proponenda in plena Signatura, ut infrà, & aliàs, secundùm contingentiam facti, videlicet:

Romana.

18 Beatissime Pater. Licèt N. Adversarius aliàs de anno N. locaverit pro tribus annis futuris NN. devoto S. V. Oratori Domum sitam in Regione N. juxta bona NN. & NN. & alios, si qui, &c. prout ex publico Instrumento rogato per acta NN. sub die N. mensis N. dicti anni, ad quod &c. Nihilominus idem Adversarius prætendens d. Oratorem dictæ Locationi, ac juri Inquilinariis renunciâsse, egit contra eundem coram A. C. ad evacuandum d. Domum, & licèt Positiones pronunciatæ pro confessariis non attendantur in eo Tribunali, & Testes exadverso examinati nihil relevans concludant, nihilominus dictus N. Adversarius decretum assertum, & illius vigore Mandatum de evacuando contra Oratorem nulliter, & injustè extorsit. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum hujusmodi à prætensa Sententia, seu Decreto definitivo, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoscen. decidendi, finemque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquàm in honorem Dei feriatis. Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Statum, &c. pro plenè, &c.

19 Signatura in hoc Judicio regulariter rescribit cum clausula, *sine præjudicio Mandati de evacuando.* Verumtamen si Decretum est nullum, & injustum, adeò quòd appellatio rationabiliter vemat admittenda, rescribit pro appellatione, simpliciter illius causam committendo.

20 Sæpe verò contigit, quòd una vel altera Pars non vult amplius in Locatione, seu Conductione continuare, & virtute pacti expressi, vel taciti tenetur hoc alteri Parti per aliquot dies ante finitam locationem intimare, ne aliàs censeatur facta tacita reconductio: tunc igitur Pars, quæ continuare in locatione non intendit, debet hoc tempore debito, seu convento, alteri intimare, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

21 Intimatur NN. ex adverso principali, quatenus infrascriptus D. Instans non intendit amplius continuare in Locatione Domûs sitæ in Regione N. juxta bona NN. & NN. Viam,

Viam, & alios, si qui, &c. de qua agitur. & ob id d. locationem, beneplacitumque suum in ea positum revocat, & annullat. Ideò citetur idem ad dicendum contra protestationem, requisitionem, & interpellationem, nec non ad videndum illam per Dominum admitti, & mandari afficere ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione factâ, Comparuit N. & repetit protestationem in Broliardo factam, & petiit, & obtinuit admitti, si, & inquantum, & mandari afficere, prout de Jure, omni, &c.

At Conductor nolens continuare, poterit intimare dictam, ut infrà, & aliàs, mutatis mutandis, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter infrascriptus Dominus instans non intendit amplius continuare in conductione Apothecæ sitæ in Urbe in Regione N. juxta bona NN. & NN. Viam, & alios, si qui &c. de qua agitur, & ob id d. conductionem beneplacitumque in ea positum revocat, & annullat. Ideò citetur idem ad dicendum contra protestationem, requisitionem, & interpellationem, nec non videndum per Dominum illam admitti, & mandari afficere ad p. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit protestationem hac die in actis factam, & petiit, & obtinuit, ut suprà, admitti, si, & inquantum, & mandari afficere, prout de Jure, omni, &c.

22 Protestatio verò in Broliardo à Locatore potest fieri, ut infrà, & aliàs mutatis mutandis, videlicet:

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit, aliàs locâsse NN. Domum NN. cum pacto, quòd nolens in locatione continuare, teneatur hoc intimare Conductori per quindecim dies antè, & aliàs, prout in apochâ privata desuper confecta, die N. mensis N. anni N. (*vel prout in instrumento rogato per acta NN. sub die N. mensis N. anni N.*) & quia dictus instans locator non intendit amplius in d. locatione continuare, ideò id ad Partis adversæ notitiam deducit, dictamque locationem, ac beneplacitum suum in ea positum revocat, & annullat, protestans, &c. offerens adimplere pro sua parte implenda, si quæ sint &c. petens, &c non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Conductor autè nolens continuare in conductione, potest protestari, ut infrà, & aliàs juxta contingentiâ facti, mutatis mutandis, videl.

Pro NN. contra NN.

In Officio N. Procurator dixit. dictum ejus principalem aliàs conduxisse ab NN. Apothecâ NN. de qua agitur, cum pacto quòd nolens in conductione continuare, teneretur id intimare per quindecim dies antè, & aliàs, prout in Instrumento rogato per acta NN. die N. mensis N. anni N. & quia d. principalis Conductor non intendit amplius in dicta conductione continuare, ideò id ad Partis adversæ notitiam deducit, dictamque conductionem, beneplacitumque in ea positum revocat, & annullat, protestans, &c. offerens adimplere pro ejus parte adimplenda, si quæ sint, & c. petens, &c. ut suprà, & aliàs omni meliori modo, &c.

OBSERVANTIA.

23 IUdicium evacuationis [contra Inquilinum, vel Colonum, est summarium & exequutivum ob celeritatem, quam desiderat, *Scacc. de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 6. n. 37. vers. ratio. Gramat. dec. 59. n. 15. Magon. dec. Luc. n. 15. n. 29.*

24 Inquilinus propriè est, qui Prædium urbanum, seu domum in civitate, vel extra ad inhabitandum absque cultura conducit, adeò quòd Colonus rusticum prædium conducens nullatenus sub dicto nomine contineatur, *Alex. in l. qui pignori, n. 2. ff. de acquir. poss. ff. Marches. de Comm. ff. appell. a Mandato de evacuando, par. 1. §. 1. n. 13. fol. 1047. secundum novam impress. Rot. dec. 184. n. 17. par. 1. & dec. 540. n. 6. par. 2. rec.*

25 Colonus verò propriè est, qui certâ pecuniâ agrum, seu prædium rusticum conductum colit, *Columell. lib. 1.* unde Coloni nummis colentes appellantur, *l. si apes. ff. de furt. l. si merces, §. vis major. ff. locat.*

26 At Colonus partiarius est, qui ex prædio rustico conducto partem fructuum percipit, *Glos. in l. fructu, in verb. Colono, ff. de usufr. legat. d. l. si merces, §. vis major. ubi Bart. in 3. not. ab. num. 3. ff. loc.* & alio nomine laborator partiarius, appellatur, *Fed. de Sen. cons. 110. in princ.*

27 Et dicitur Colonus, Conductor sive Affictuarius rustici prædii, sive conducat nummis, sive alia specie: nam solutio in pecunia, vel frumento, aut aliâ specie, non efficit quòd ille non sit Colonus, *Alex. cons. 42. viso puncto, num. 6. & seq. lib. 1.*

28 Sicut autem Inquilinus possidet nomine locatoris, *Rota dec. 285. n. 3. par. 3. recent.* & non sibi, sed Domino, *Buratt. dec. 423. n. 5.* sic etiam Colonus nomine Domini, non suo possidet, *l. peregrè, §. quibus ff. de acquir. poss. Bart. in l. si quis in tantam, n. 22. vers. quæro quid si est expulsus, C. unde vi. Specul. de locat. lib. 4. par. 3. §. 1. n. 6. vers. illud. & §. postquàm, n. 34. Bald. cons. 131. casus talis. n. 3. vers. super tertio, lib. 1.* & † Conductor non sibi, sed locatori possidet, *Gloss. in l. 1. §. non alij, in verb. retineo, ff. de vi, & vi arm. Cavaler. dec. 474. n. 5.*

29

30 Hinc infertur, quòd Dominus potest locatione finitâ, rem locatam propria authoritate occupare, etiam lite pendente, absque vitio attentatorum, etiamsi civiliter tantùm possideat, *Rota in Nepesina locationis, Iunij 1579. coram bo. me Litta, impress. apud. Marches. de Comm. ff. appell. a Mand. de evacuand. par. 1. § 1. dec. 2. n. 1. & seq. fol. 1080.*

31 Eodem modo potest Dominus expellere Colonum, nec eum expellendo cadit à jure suo, *Bald. cons. 131. n. 3. vers. super tertio, lib. 1.*

31 Cæterùm, Inquilinus non potest regulariter ex-

expelli locatione vacante, *l.æde, C.locat. Marchesf.de Commiss.appell.à Mand.de evacuand. p.1. §.1.n.10 fol.*1074.

33 Sed hoc Primò non procedit, quando Dominus vult uti relocata ob propriam necessitatem, seu proprium usum, *cap. propter sterilitatem,§.3.extr.de locat.d l.æde, ubi DD.C.locat. Gabr.de locat.conclus.3.n.1. Marchesf. de Commiss.appell.à Mand.de evacuand. d.p.1.c.1.nu 9. fol.* 1047. *& seqq.* & sufficit ad hoc, quòd pater vel filius Locatoris habeat d. necessitatem, *Buratt.dec.*295.*n.*1. *& n.*8.

34 Verùm hæc fallentia Primò non habet locum, quando locator renunciavit etiam supervenienti necessitati rei locatæ, tunc enim inquilinus expelli nequaquam potest, *Gabr. de locat. concl.*3.*n.*2. *Buratt.d. dec.*295.*n.*11.

35 Secundò non habet locum, si tempore locationis aderat eadem necessitas, *cap propter sterilitatem,* §.1 *de locat.* vel Locator post necessitatem recepit pensionem, quia videtur necessitati renunciâsse, *Gabr.d.concl.*3.*n.*6. *& seq.*

36 Tertiò non habet locum, quando Locator promisit manutenere Conductorem, seu inquilinum in pacifica possessione rei locatæ, locatione durante, & ad id se obligavit in forma Cameræ, prout indies observat praxis.

37 Secundò, conclusio, quòd inquilinus non possit expelli locatione durante non procedit, quando ille requisitus, est motosus in solvenda pensione debitis temporibus, *l. æde, C. locat Marchesan.de Commiss.apell.à Mand.de evacuand.par.*1.*c.*1. *n.*10. *fol.* 1074. Idemque juris est in colono, *Glos.in d.l.æde,in verbo, versata es, vers.sunt ergo,& ibi Bald.n.*10.*C.loc.*

38 Tertio non procedit, quando Dominus vellet ob necessitatem in re locata fabricare, & necessitas tempore locationis non imminebat, *cap.propter sterilitatem,* §.1. *extr. de locat. ad. ubi glos.in verbo, necessarium in fin. & Bald.nu.*1. *& n.*18.*C.locat. Marchs. de Commiss.appellat. à Mand.de evacuan.d.par.*1.*cap.*1.*num.*11. *in fin. fol.*1074. *& n.*33 *fol.*1076 *& seq.*

39 Quartò non procedit, quando inquilinus, vel colonus abuteretur re locata, *d.cap.propter sterilitatem,*§.1.*de locat.d.l.æde, ubi Bald.n.*1.*&* n.23.*C.locat.*

40 Quintò non procedit locatione finitâ, nam tunc tenetur Inquilinus dimittere domum vacuam,& expeditam,& potest expelli, *l. Conductores, & l.si quis conductionis. C.locat.glos.in l. æde, in verbo versata es,in fin. & in l.ne eat, ubi glos.in verbo locandi,*C.de locat. *Marchesf.de Cõmiss.appellat. à Mand.de evacuan.d.*p.1.*c.*1.*n.*10. *fol.*1074. *Afflict.dec.*230.*n.*4.*Greg.dec.*45 *n.*1.

41 Verumtamen hæc ultima limitatio. Primò, non habet locum, quando Inquilinus in re locata fecit Meliorationes: nam pro illis liquidis datur retentio, prout etiam pro illiquidis, nisi hoc ultimo casu detur citatio de illis reficiendis, ut interim non retardetur executio, *Marchesf.de Comm ss.appell. à Mand.de evacuan. d. p.* 1.*c.*1.*n.* 24. *& seq.fol.*1076.

42 Secundò non habet locum, quando agitur de locatione bonorum Reipublicæ, Fisci, vel Ecclesiæ, seu loci pii, nam tunc si Dominus vult domum, seu rem alteri locare, primus Conductor ratione juris inquilinatûs præfertur in locatione pro eo quod à secundo offertur, nisi velit relinquere rem conductã, quod etiam facere potest, *l fin.C.de loc.prad.civil. vel tempor.lib.*11. *latè Andr. Alfer.concivu meus,cons.*51.*n.*4. *& seq.*

43 Sed de jure communi Inquilinus finitâ locatione novo Conductori prefertur pro pari mercede, vel affictu potius ex quadam æquitate, quam de juris rigore, *l.congruit, & d.l.fin.* §. *si verò, C. de loc. prad.civil. vel tempor. lib.* 11. *Castr.cons.*32.*n.*1. *vers. nam in locatione temporali,lib.*1.*cum alys relatu per Marchesf.de Commiss.d.c.*1 *n.*8. *Vers.quavis,vers.*1074.

44 At tamen quod dicitur in *d.l.congruit, & in d.l.fin.* §. *si verò* inquilinum antiquum præferri, videtur speciale in locatione prædiorum Fiscalium, & Reipublicæ, quod etiam in Locatione bonorum Ecclesiæ, & locorum piorum locum habere, benè defendit *Alfer. cons.* 51. *n.* 4. *& seqq.* Ergo in contrarium est jus commune, *Alex.cons.*80.*n.*10. *vers.quarto, & n.*14. *in fin. lib.* 1. *cum alijs allegatu, supra vers. quinto non procedit,n.*40. *Marchesf de Commiss.appell.à Mand.de evacuand.d p.*1.*c.*1.*n.*6. *& seq.fol.*1074.

45 Tertiò, non habet locum, quando finito tempore locationi præfixo fuit continuatum in locatione & conductione, tunc enim censetur facta tacita relocatio, & reconductio sub eisdem pignoribus, pactis, conditionibus, renunciationibus, & clausulis, *item quæritur,* §. *qui impleto, & ibi Bart.n.*1. *& alij ff.locat. l.legem,* & ibi *Bart.n.*4. *& alij,* C.*locat. Alex.cons.* 28. *ponderatis,n.*6 *in fin.ver.ubi autem fuissemus,lib.* 4. *Alciat.de præsumpt.reg.*2. *præsumpt.* 17. *n.*1. *& seqq.& n.*10. *Menoch. lib.*3. *præsumpt.*85. *tom.* 1. *Beltramin.ad Greg.dec.*30. *lit.A.*

46 Non tamen hujusmodi tacita relocatio videtur fieri sub eisdem temporibus: nam in rusticis pro uno anno, in urbanis pro tempore, quo fuit inhabitatum facta censetur. Ratio est, quia in rusticis regulariter quolibet anno, in urbanis quolibet die fructus percipi solet, *d.l.item quæritur,* §. *qui in impleto. ubi Bart. n.*1. *n.*10. *ff. locat.d.l.legem, ubi Bald.n.*4. *& alij.*C. *locat. Rot. in Romana pensionis* 16. *Novembris* 1611. *coram bon.me. Provano Decano, impress. apud Marchesf. de Commiss.appell.à Mand.de evacuand.d.p.* 1. *c.* 1. *dec.*6. *n.*1. *fol.*10 0. *Afflict. dec.* 365. *n* 12.

47 Nec etiam d. relocatio censetur facta sub eisdem Fidejussoribus, cùm eorum obligatio renovata censeri non debeat, *d.l.item quæritur,* §. *qui impleto, ubi Bart. n.*3. *& alij ff. locat. & alij,* quos cumulat, & sequitur *Caroc. de locat. par.* 3. *ad* §. *qui impleto, locat.q.*23. *num.*4 *fol.*353. *& seq. ubi de veriori.*

48 Prout nec Instrumentum, seu Scriptura in ea continetur, cùm hæc requiratur factum, *Bald. ind.l.legem, nu.*3. *& seq C.locat. Ant.Canar. de execut. Instrum.q* 44 *n* 82. *Affl. d. dec.*365 *n.*15.

49 Unde infertur, quòd nec etiam obligatio Cameralis in d conductione tacita censetur repetita, & ob id non potest hoc agi viâ executivâ, *Covar.de execut. instr. d.q.*44. *in fin. Gall.f. de obligat.Camer.c.*31.*n.*8. ubi quod ita vidit judicari, & ibi *Zach.* qui alios allegat, *nu.* 20. *Greg.*

dec.

dec.30.n.3.& n.5.& ibi Beltramin.sub.lit.A. ubi quod idem tenuit *Rot. in Romana evacuationis, 26.Ianuarij 1615.coram bo.me.Vbaldo.*

50 Cùm autem tacita reconductio censeatur facta,ut suprà,cum eisdem pactis, & condictionibus,potest etiam ex hoc inferri,quòd Locans absque conventione pensionis censeatur locâsse pro pensione solita & consueta,*l.excepto, ubi glos.& DD.C.locat.las.in l.ut liberu, n.12. C.de collat.Felyn.in cap.cùm Bertoldus,n.28.de re ind. Imol.cons.22 in fin.vers.non obstat. Cremen.singul.13.Caroc.de locat.par.1.de merced.remiss. q. 2.n.6.fol.6.Rota in Romana de Gabrielijs 15. Ianuarij 1596.coram bo.me.Orano.*

51 Sed hoc procedit, quando in loco non est consuetudo, vel consuetudo est varia circa præstationem pensionis,seu mercedis, secus si esset consuetudo providens de certa mercede, seu pensione,seu salario,quia tunc illa est attendenda, si in conductione nulla est de illius quantitate facta mentio, *Cagnol.in l.diem functo,n.9.& seqq.ff.de offic. Assess. Caroc.de locat.d: tit.de merced.remiss q.2.n.20.& seqq.fol.7.Rot. in Interamnen.Mercedis 15.Maij 1645.coram R. P.D.Peutingero*, sicut in simili in materia oblationum, ad effectum cognoscendi, ad quem spectet illarum administratio, consuetudinem loci attendendam tradit *Dec.cons.148.n.3.& seqq. Rat.in Bracharen.Oblationum 17.Decembris 1612. coram Sanctiss.D.N.Innoc.X.*

52 Cæterùm inquilinus, qui durante locatione potest expelli, dum habet in re conducta tacitam hypothecam, potest illam ratione specialis hypothecæ de jure communi retinere, donec sibi solvantur damna,& interesse, *Mantic. dec. 30.n.3.& dec.63.n.2.Ret.dec.11.nu.1.part.3.recent.Ferentill.ad Burat.dec.106.n.25.*

53 Sed hoc non procedit,quando quis domum retraxit virtute juris congrui,& Bullæ Gregorii XIII. quæ Vicino volenti ædificare tribuit jus Prælationis: nam poterit nihilominus inquilinum expellere, cùm nec ipse ad damna,& interesse,nec Venditor in d. casu tenetur de evictione,*Mantic.d.dec.63.n.2.Ferentill.ad Burat. d.dec.106.n.25.* Si enim Bulla vult eo casu Dominum invitum posse expelli,ergo multò magis vult posse expelli Inquilinum, *Rot.d.dec.11. n.2.par.3 recent.*

54 In hac alma Urbe inquilini habent privilegium inquilinatûs nuncupatum, ne possint expelli nisi servatâ formâ in Decreto Camerali, ad favorem inquilinorum emanato, contenta, videlicet:

Primò, quòd Inquilinus expelli non possit, nisi ob domûs venditionem, vel usum proprium, dictâ cautione per Dominum de ibi inhabitando saltem per annum: aut si inquilinus morosus,seu requisitus, debito tempore solvere pensionem recusaverit.

Secundò, quòd relocationes pro quavis necessitate fieri non possint, nisi prius Inquilino bis per dominum requisito, coram Notario & Testibus, & dato illi termino ad declarandum decem dierum,pro qualibet vice, an pro eodem pretio,& eisdem conditionibus, pactis, & conventionibus domum, vel rem,de qua agitur,in casu venditionis emere, vel in casu locationis conducere, † aut aliàs acquirere velit,aliàs præfatis contentis in Decreto non servatis,contractus est nullus,& aliàs,prout latius *in d.Decreto*, in fine præsentis praxis imprimendo,& aliàs impresso *apud Fenzon.ad Stat.Vrb. inter literas Apostolicas. fol.705. & in Formul. Instr.fol.294.& seqq.* est etenim regulare,quòd ubicunque datur forma ad liquid. faciendum, si contra,vel citra eam fiat, controverti non potest nullitas actûs, *jux.doct, Glos.in c.si cui, ver.prater,de elect.in 6. Rot. decis,350. num. 3. par.5.recent. & in Romana Census.seu Depositi, 28.Iunij 1645.coram R.P.D.Meltio.*

56 Dum autem dictum Decretum loquitur de intimatione facienda Inquilino, quando Dominus vult vendere Domum, disponit, ut fiat per publicum Instrumentum à Notario coram Testibus rogatum, & cùm ita expresè de forma ea non servata,intimatio non arctat, ideò quod Inquilinus possit venditionem retractare, *Rota in Romana evacuationis 8.Iunij 1552. coram bo.me. Dezza, quam refert, & sequitur Verall.dec.250.par.1.*

57 Verùm quoties Annus sanctus propè reperitur,fieri consuevit in eadem Camera Apostolica aliud Decretum, quod scilicet quoad certũ præfinitum tempus neque pensiones augeri,neque expelli valeant Inquilini, ideò ob publicam utilitatem, ut præmeditatis necessariis libentius & commodius Exteri ad Urbem confluentes devotionis causâ recipi valeant, *Marches. de commiss.appell.à Mand.de evacuand.par.1.c.1.n. 19.fol.1075.*& ita observat praxis,& Curia.

58 Sed privilegium inquilinatûs hujusmodi primò non suffragatur, quandò Conductor illi renunciavit,tunc enim potest expelli,non obstante decreto Camerali, *Marches.de Cõmiss.appell. à Mand.de evacuand.p.1.c.1.n.18.fol.1075.*

59 Quod tamen locum non habet,quando locatio,in qua fuit renunciatum privilegio Inquilinatus,fuit revocata, tunc enim Inquilinus expelli non potest, nec relaxari contra eum mandatum de evacuando, *Rota in Romana evacuationis,26.Ianuarij 1615.coram bo.me.Vbaldo.* secus si illa non fuit revocata,*Rot.in d.Romana evacuationis,24.Maij,& 4.Decembris 1617.coram bo.mem.Vbaldo, quæ sunt dec.495.& 590.p.4. recent.*

60 Secundò, nec privilegium Inquilinatûs, nec decretum Camerale suffragatur subinquilino, *Beltram.ad Gregor.dec.115.lit.B.* ubi quod ita fuit decisum *in Romana inquilinatus, 1.Iunij 1598.coram bo.me.Card.Lancellotto.*

61 Sed hoc procedit quoad præjudicium Domini, secus ubi agatur tantùm de præjudicio habentis jus inquilinatûs, nam tunc suffragatur etiam subinquilino,*Gregor.dec.115.n.7.*

62 Tertiò,privilegium inquilinatûs non suffragatur subinquilinis super jure retractûs, *Ferentill.ad Burat.dec.937.n.24.*

63 quinimò nec etiã inquilino, quando ab emptore data est aliqua species, quam ipse inquilinus præstare non potest: non enim tunc potest ex Bulla Gregoriana retrahere,*Castr.in l.1.n.3. C.communia utriusque jud. Ferentill.ad Burat.dec.937.nu.20.& seqq.*

Rat.

Rot.dec.322.num.12.par.4.recent.

64 Quartò, Inquilinatus privilegium ſuper retractu non habet locum in donatione, *ex doct. Caſtr.in d.l.1.n.3.C.commun. utriuſq. jud. Rot. d.dec.322.n.12.p.4.rec.*

65 Præfertur tamen Inquilinus Domino cenſûs in jure retractûs, ſicut etiam vicinus & conſors, ac ſimiles : nam Bulla Pii V. concedens prælationem cenſuario, intelligitur concedere illam quoad alios extraneos emptores, non quoad habentes prælationem à ſtatuto, vel Conſtitutione, *Navar.de Uſur.qu.44.num.127. Cenc.de Cenſ.p.2.c.2.q.1.art.3.nu.9.* cum aliis cumulatis per *Ferentill.ad Burat.d. dec.937.n. 23.* & in terminis vicini reſpondit, *Rota dec.306. n.1.& ſeqq.poſt Cenc.de Cenſ.* & in terminis inquilini, *Rota in Romana Retractus, 29. Januarij, 1629.coram bo.me.Merlino Decano.*

66 Non tamen excuſatur Inquilinus à ſolutione penſionum præteritarum ex ſupervenientia novi tituli, *(ſi quis fundum §.ſin ubi Caſtr.n.1 ff. locat. Burat.dec.289.n.9.*

67 Nec poteſt Inquilinus etiam ex cauſa neceſſitatis à conductione recedere, niſi neceſſitas ſit præciſa, prout ſi domus minetur ruinam, vel ob peſtem, vel metum malorum ſpirituum, & hujuſmodi : in his enim caſibus & ſimilibus, dum Inquilinus nec per ſeſe, nec per alium poteſt inhabitare domum, ſolutâ penſione præteriti temporis, habet interdictum de migrando, de quo *in l.1 §.ſi penſio, ubi Bart.& alij ff.de migran. Burat.dec.295.n.2.& ſeqq.* ubi quod extra hos caſus non reperitur jure cautum, quòd inquilinus poſſit à locationis & conductionis contractu recedere.

68 Benè poteſt Inquilinus alteri Conductori concedere jus prælationis, & inquilinatûs, dummodo illud habeat, ſecus ſi illud non habeat, *Rota dec.540.n.2.p.2.rec.*

69 Hebræi vero in domibus per eos inhabitatis habent quoddam jus inquilinatûs, quod vulgò jus Gazagà appellant, & poteſt, ac ſolet inter eos cedi, vendi, & aliàs de uno in alium tranſferri, quod quidem jus eſt apud eos inviolabile, *Greg.dec.496.n.3.& ſeqq.*

70 Cæterùm Colonus tenetur reddere Domino ſuam partem integram fructuum, abſque deductione ſeminis, & expenſarum, *cap.tua nobis, 26.§.verum, de Decim.*

71 Et ante recollectam fructuum habet Colonus pro ejus medietate tantùm actionem perſonalem pro ſocio, vel ex conducto contra Dominum, ſeu locatorem, *Ias.in l.cum filio familias, n.181.ff.de leg.1, Roman.conſ.309.nu.3.* cum aliis, quos cumulat *Mart. vot.Piſan.139. num.4. Ludovic.dec.Lucen.38.n.15. latè Rota in Romana Caſaletti, 18.Maij 1609. coram bo.me. Card.Sacrato, qua eſt dec.187.p.1.rec.*

72 Nec Colonus ſeu laborator eſt dominus ſuę partis fructuum, donec ſunt pendentes, quia tunc ſunt Domini, & tunc demum efficitur Dominus ſuæ portionis, quando ſunt à terra percepti, *Caſtr.conſ.266.eſt dicendum in fin.lib. 2. Roman.conſ.399. videtur, & ibi Apoſtilla dat Concordantes*, ſive Colonus ſit partiarius, ſive colat nummis, *Signorol.conſ.84. in quæſtione, nu.2.in princ. Rota in dicta Romana Caſaletti, coram bo.me.Card. Sacrato, in §. neque videtur, dec.187.p.1.rec.*

73 Nam fructus pendentes ſunt pars rei, *l. fructus pendentes, ff. de rei vend. l.ſi uſufructuarius meſſem, ff.quemdam, uſufr.amitt. l.fin. §. pen. ff. quæ in fraud.Cred. Honded.Conſ.85.n.9.lib.2. Tiraq.de retract.conſang.§.1.gloſ.7.num.42. & ſeq.fol.55. Gratian.diſcept.164.n.2. Theſ.dec. 55.n.1.* ubi quod eſt regula trita, *Rota in d.Romana Caſaletti, & dec.33.n.9.p.1.rec. Greg.dec. 430.n.3.*

74 Et ob id vendita re locata ſpectant ad emptorem, *Theſaur.d dec.55.nu.2.* ubi quod ita ſervat Senatus, niſi aliter ſit conventum, *Rota in dicta Romana Caſaletti, & d.dec.33.n.4.p.1. recent.*

Etiam reſpectu portionis Colonicæ, niſi illa excepta ſit, *Roman.d.conſ.309.per tot. Ias.in l. divortio, n.44. verſ.tu dic. ff.ſol.matr. Tiraq.de retract.convent.§.5.gloſ.4.nu.17. Mant. d.vot. 139.n.1.& ſeqq. Theſaur.d.dec.55.n.3.* cum aliis cumulatis per *Rot. in d. Romana Caſaletti coram bo.me.Carp.Sacrato, & d.dec.33.n.4.in fin.p.1.rec.*

75 Etiamſi, quando ſit venditio, fructus ſint jam maturi, niſi in contrarium fuerit facta conventio, *l.Iulianus, §.ſi de fructibus, ff.de act.empt. Tiraq.de retract.conven.d.§.5.gloſ.5.n.17. Rot.d. dec.33.n.4.p.1.rec.*

76 Et quando in venditione nominantur fructus pendentes, nec etiam reſpectu expenſarum, & laborerii prætendi poſſunt, *Ruin.conſ. 65.n.6.lib.1. Tiraq.de retract.lignag.§.15.gloſ. 1.n.8.*

77 Eòque magis fructus pendentes, ut ſuprà, ſpectant ad emptorem : quia cùm emptor ſit ſucceſſor ſingularis, non tenetur ſtare locationi, & ſic nec Inquilino, nec Colono, ſed poteſt eos expellere, *l.emptorem, C.locat. l.ſi merces, §.1. & l.qui fundum, ff.locat. Socin.reg.387. in princ. Duen.reg.240.in princ. Mart.d.vot. 139.n.1. Oſaſc.dec.82.n.1. Franc.dec.216.n.1. Mantic.dec.63.n.2. Rot.poſt Pacific.de Salu.dec 143.n.1. Greg.dec.68.nu.1. Cavaler. dec.612. n.7.& ſeqq.*

78 Sed concluſio, quòd fructus pendentes ſpectant ad emptorem : Primò non procedit, quando emptor ſcivit, rem emptam fuiſſe alteri locatam, ſeu datam ad colendum ; nam tunc pars Colonica non ſpectat ad emptorem, *Ias.in l.cum filio familias, n.181.ff.de leg.1. Theſaur.dec. 55.n.4.* quæ opinio etſi non tranſeat ſine difficultate, poteſt tamen procedere, ubi conſtat de hujuſmodi ſcientia, aliàs ſecus ; nam cùm agatur de facto alieno, præſumitur ignorantia, *Rota in dicta Romana Caſaletti, §.ſicut etiam, coram bon.mem.Card.Sacrato, dec.187. par.1. recent.*

79 Et ſtante dictâ ſcientiâ emptor tenetur continuare in locatione, *l.ſi mercedem, §.ult. ff.de act.empt. Cavaler.dec.612.n.12.*

80 Quod tamen non haberet locum, quando locato eſſet nulla, tunc enim nec actor, nec ſucceſſor tenetur continuare, *l. Lucius, ubi gloſ.in verbo, non conſenſiſſet.ff.ſol.matr. Surd.dec.40.*

num.4. vers. ad decisionem. Cavaler. decis.612. num.14.

81 Secundò non procedit, ubi adest consuetudo notoria locandi prædia ad coloniam, nam tunc emptor non videtur posse ignorantiam allegare, prout sequendo *Rationis* limitationem censuit Senatus Pedamontanus, teste *Thesaur.*

82 *d.dec.55.n.5.* ubi † quòd si venditor est rusticus, qui notoriè fundum suâ manu coluisset, asserit hoc casu etiam partem colonicam ad emptorem spectare, juxta opinionem *Glos. in l. Iulianus, ff. si de fructibus, in verbo, exploratum, ff. de act. empt.*

83 Tertiò non procedit, quando fructus essent plenè maturi statim recolligendi, & venditor jã manus in recollecta apposuisset, sciente emptore, tunc enim fructus non pertinent ad emptorem. *Covar. variar. resol. lib.1. c.15. nu.7. vers. secundò diligenter*, quem refert, & sequitur *Thesaur. d.dec.55. n.6.* ubi quòd alii fructus etiam maturi sunt emptoris, qui videtur pluris emisse fundum ratione illorum, quod ex pretio modico, vel magno judicabit prudens Judex.

84 Conclusio verò, quòd singularis successor non tenetur stare locationi: Primò non procedit, quando est confectum Instrumentum locationis, in quo partes prævia stipulatione pro observantia hujusmodi contractûs, obligant sibi hîc indè omnia bona sua: nam cùm per locatorem fuerint Conductori omnia bona, & sic etiam res locata, ut suprà, hypothecata, Conductor habet jus hypothecæ in re, & ob id emptor tenetur stare locationi hanc practicam ponit *Bart. in l. Emptorem, num. 2. quem alij ibidem sequuntur. C. locat. Duen. reg. 240. in septima fall. Mart. d. vot. 139. n.7. Osasc. dec. 82. n.9. vers. quamvis. Cavaler. dec. 612. nu.11. Gregor. dec.68. nu.* .etiamsi indigeret re locatâ pro suo usu, *Beltramin. ad Gregor. d. decis. 68. num. 10.*

85 An autem stante hypothecâ possit successor singularis expellere Conductorem soluto ei interesse, tunc si adest hypotheca tantùm generalis, potest, secus si adest hypotheca specialis rei locatæ, vel juramentum de non contraveniendo, quia tunc non potest, *Beltramin. ad Gregor. dec.68. n.11.* ubi quod ita distinxit *Rota in Romana locationu Domus, 15. Ianuarij 1610. coram bo.me Ortembergo.*

86 Secundò non procedit, quando inter locatorem & conductorem fuit factum pactum de non alienando rem locatam, & quòd aliàs alienatio non valeat, & pro observantia prædictorum locator obligavit, & hypothecavit conductori rem locatam, nam tunc non potest dicta res locata in præjudicium Conductoris alienari, *l. si Creditor. §. ultimo, ff. de distract. pig.* quam practicam post alios, quos allegat, tradit *Ias. in l. filiusfamilias, §. Divi, num.92. ff. de leg.1.* ubi quòd hæc est melior practica, quàm illa, quæ traditur per *Bart. in d.l. Emptorem, C. loc.*

87 Tertiò non procedit in successore ex causa necessaria, prout ex causa judicati, nam tunc successor tenetur stare locationi, *Mart. d. vot. 139.n.6. Osasc.d.dec.82.nu.6. & seqq. Franc. dec.216.n.5. Rota post Pacif. de Salv. dec.164.*

num.12. Cavaler. decis. 612. num.10. Gregor. dec.68. num. 8. ubi quod in translatione, quæ fit per Judicem, semper censetur reservatum jus tertii.

* 88 Quartò non procedit, quando successor singularis non succedit in plenum jus Authoris sui, nam tunc tenetur stare locationi, *l. in venditione, §.1. ff. de bon. aut. Iud. poss. Duen. d. reg. 240. limit.6. Franc. d. dec.216. n.2. Rot. apud Pacific. de Salu. d. dec.164. n.11.*

89 Et idem juris est, si Author, vel Prædecessor plenum jus in re non habebat, *Franc. d. dec. 216. num.4.*

90 Hinc infertur, quòd cùm immissus in Salviano non acquirat per hujusmodi immissionem plenum jus in re, tenetur stare locationi, *Rota apud Pacific. de Salv. dec.164. nu.10. & seq. Greg. dec.68. n.7. & ibi Beltram. n.12. Andr. dec. 109. n.17.*

91 Quintò non procedit in emptore fructuum, qui tenetur stare locationi factæ per dominum ante venditionem, *Soc. d. reg. 387. in ultim. fall. Franc. d. dec. 216. n.2.*

92 Sextò non procedit in successore universali, qualis est hæres, qui tenetur stare locationi, *l. viam veritatis, C. loc. §. ultim. Instit. de locat. Covar. resolut. cap.15. num.1. Duen. dictâ reg. 240. limit. primâ. Cavaler. decis. 612. num.3. & seqq.*

93 Septimò non procedit in successore singulari, qui recuperat fundum vigore pacti de retrovendendo, nam is tenetur stare locationi, *Rota apud Pacific. de Salu. dec. 201. num.1. & seqq.* ubi de communi, & quòd hæc opinio est observanda in practica, cùm careat Contradictore.

94 Octavò non procedit in successore in Beneficio, nam licèt is sit successor singularis, *Cavaler. dec.436. n.4.* si tamen locatio fuit facta

95 nomine Ecclesiæ, & pro ejus utilitate, tenetur stare Colono, secus si locatio fuit facta nomine proprio Prædecessoris, *Rota apud Pacif. de Salv. dec.210. n.1. & seqq.*

96 Alias limitationes ponunt *Soc. d. reg. 387. & Duen. d. reg. 240.* ad quos poterit in facti contingentia haberi recursus.

97 Verumtamen Conductor potest rem locatam alteri sublocare, nisi aliter sit conventum, *l. nemo, C. locat. Caroc. de locat. par.2. tit. de repet. l. nemo, quæst.1. num.1. & num.3. fol.93. Rot. in Romana Participationis, 23. Ianuarij 1616. coram bo.me. Vbaldo, quæ est dec.208. par.4. recent.*

98 Sed hoc procedit, quando sublocatio fit æquè idoneè, & ad eundem usum, *Glos. in l. nemo, & ibi Alberic. in princ. & Bald. n.1. de locat.* ubi dicit hoc cordi tenendum, *Caroc. de locat. dictâ qu.1. n.1. & n.4. Cavaler. dec.286. num.4.*

99 At in Curia in omnibus ferè Instrumentis locationum solet apponi pactum, Primò, quòd Conductor non possit in re conducta melioramenta facere, aliàs cedant in beneficium rei conductæ, & repeti non possunt: secundò, quòd non possit eam sublocare sine consensu Domini, seu locatoris: tertiò, quod in fine loca-

tio

tionis teneatur illam dimittere vacuam, & expeditam.

100 Et nihilominus Dominus Inquilino subloçare volenti non potest sine justa causa consensum denegare, *Cavaler. d. dec. 286. n. 4.*

101 Re autem locatâ ab aquis submersâ, itaut ad usum destinatum deservire non possit, fit Conductori remissio mercedis pro rata rei peremptæ, *Paleota dec. 539. n. 2. & seq. par. 2. lib. 3. diverſ.*

102 Et videtur regulare, quòd re in totum, vel pro parte peremptâ, fiat mercedis remissio non factâ compensatione cum annis fertilibus, quia Dominus non potest præstare, quòd Conductor utatur re conductâ, *l. ſi quis domum, §. fin. l. ſed addes, § ſi quis cùm annum. l. ſi quis fundam, § Imperator. & l. ex conducto, in princ. & in §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat. Bart. in l. ſi merces, §. ſi vis major. n 6. & ibi etiam alij, ff. locat. Imol. in c. propter ſterilitatem, n. 7. & ſeq de locat. Bero in cap. potuit, n. 174. verſ. intelligerem, de locat. Natt. conſ. 349. n. 9. Coccin. dec. 11.*

103 An autem plures Conductores teneantur ad solutionem pensionis, seu affictûs insolidum, vel pro rata, si non constat de eorum obligatione insolidum, censentur obligati pro virili, *l. item quæritur, §. duo rei, & ibi not. ff. l. ſi diviſor. ubi Bal. n. 1. & Salic. n. 1. C. locat. Bald. conſ. 116. n. 1. lib. 1. Ronchegall. in l. eamdem, in princ. num. 122. ff. de duobus Reis.*

104 Sed hoc non procedit, quando inter Conductores est contracta societas, *Ronchegall in d. l eamdem, n. 122. verſ. quod verò dixi, ff. de duobus Reis.*

105 Plures verò Conductores insolidum obligati, quoad Creditorem, seu Locatorem tenentur insolidum, *l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. petat. l. reos, §. cum tabulis ff de duobus Reis. Bald. in l. ſi diviſam addit. nu. 1. & ibi Salic. C. locat. Bart. in l. reos, in princ. nu. 1. ff. de duobus Reis. Bald. d. conſ. 216. nu. 4. verſ. ſi verò. Crav. conſil. 77. nu. 3. verſ. hoc ita. Ronchegall. in d. l. Reos. §. cum tabulis, num 21. & in d. l. eamdem, num. 313. & num. 222. ff de duobus Reis. Caroc. de Loc. par. 1. tit. de oblig. qu. 1. nu. 5. & n. 9. & nu. 13. & ſeq fol. 236.*

106 Quod procedit, etiam si negotium ad unum eorum tantùm pervenerit, vel res ad unum ipsorum pertineat, *Bart. in d. l. Reos, num. 1. Roman. conſil. 114. nu. 3. verſ. ex quibus. Adden. ad Butr. conſ. 41. in verb. principaliter. Crav. conſ. 77. n. 3. verſ. hoc ita. Ronchegall. in d. §. cum tabulis, n. 7.*

107 Secus respectu ipsorum inter eos: nam si negotium ad unum tantùm pervenerit, alter haberur pro Fidejussore, *Bart. in d. l. Reos nu. 1. ff. de duobus Reis. Crav. d. conſ 77. num. 3. verſ. hoc ita.*

108 Denique à Decreto de exfractando, seu evacuando non datur appellatio suspensiva, *Bald. in l unica, nu. 5. in fin. C ſi de moment. poſſ. agat. Alex. in l. 1. nu. 91. & n. 93. & ibi etiam laſ. n. 45. ff. ſolut. matrim. Boet. ac. Ad conſtit. Aegid. d. li. 6. c. 2. n. 22. Contard in d. l. unica, lim. 3. n. 5. C. ſi de mom. nt. poſſeſſ. agat. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. m. mb. 2. n. 36.*

109 Et licèt *Bald. Alex. & Iaſ.* loquantur de mandato decreto contra Fabrum malleantem prope Scholas, seu Cameram Doctoris, vel Scholaris, *Contard verò, & Scacc* loquantur de mandato decreto contra Scholarem, qui impedit studium Socii, nihilominus idem Juris est in Inquilino & Conductore: nam Doctores præfati fundamentum constituunt in ratione, quia talis causa celeritatem desiderat, & ob id ex identitate rationis non datur appellatio, *DD. in l. fin. ff. de Appellat. recip. Covar. pract. q. c. 23. n. 8. verſ. pari ſanè jure. Marcheſ. de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. par. 1. c. 1. nu. 1. fol. 1073. & nu. 20. & ſeqq. fol. 1075. Scacc. de appell. qu. 17. limit. 6 memb. 5. nu. 37. Magon. dec. Lucen. 15, n. 29. & ibi Bonſerin. lit. A. Grammat. dec. 58. n. 15. & ſeqq.*

110 Et eò magis, quia Conductor Locatori quæstionem dominii objicere non potest, *Scacc. d. q. 17. lim. 6. memb. 6. nu. 37. verſ. ratio*, sed illam objiciens tenetur priùs evacuare, quàm de proprietate agat, *l. ſi quis conductionis, & ibi DD. C. locat. Marcheſ. de Commiſſ. appell. à Mand. de*

111 *evacuan. d. par. 1. c. 3. nu. 3.* ubi † quod ob id, regulariter & ordinariè loquendo, Signatura rescribit cum clausula exequutiva, *ſine præjudicio, & n. 21. & ſeq. fol. 1075.*

112 Sed videtur distinguendum. Nam aut fuit actum actione locati, vel condictione, *l. ſi quis conditionis, C. locat.* ad relaxandam possessionem ob finitam locationem defectu lineæ, vel temporis, & tunc etiam si reus opponat rem esse suam, quia hæc evacuationis materia celerem expeditionem desiderat, & Conductor non potest movere Locatori quæstionem dominii, cùm aliàs dicatur spoliare, *Marcheſ. de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. par. 1. c. 1. n. 2. in fin. & nu. 22. fol. 1075. Mantic. dec. 277.*

113 *n. 5. & ſeqq. Seraph. dec. 117. n. 1.* Sicut † denegans solvere pensiones, *Cavaler. deciſ. 501.*

114 *num. 3. & d. c. 538. num. 1. & num. 6.* & † Spoliatus sit in primis, & ante omnia restituendus, & tunc à Decreto, seu Mandato de exfractando, seu evacuando non datur appellatio suspensiva, *Barz. dec. Bonon. 115. n. 10. Scacc. de appell. d. quæſt. 17. limit. 6. m. mb. 8. num. 37. & quæſt. 16. limit. 1. n. 56. verſ. quinimò. Marcheſ. de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. d. par. 1. c. 1. n. 31. & ſeqq.* in quibus terminis procedunt suprà allegata *verſ. & licèt Baldus, num. 109. & verſ. & eò magis, quia, n. 110.* & ob id Signatura hoc casu rescribit cum clausula exequutiva, *ſine præjudicio. Marcheſ. de commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. d. par. 1. c. 1. n. 1. & ſeqq. & num. 20. & ſeqq.*

115 Eòque magis si adsit obligatio Cameralis ad favorem locatoris, *Scacc. d. q. 17. lim. 6 memb. 6. n. 37. verſ. & maximè.*

116 Idemque juris est in personis privilegiatis, quibus suprà *verſ. denique, nu. 108 Marcheſ. de Commiſſ. appell. à Mand de evac. d. par. 1. §. 1. n.*

117 *1. & ſeqq.* & † in casibus, in quibus Locator potest expellere Conductorem, etiam non finitâ locatione, prout si ipse vellet habitare domum pro suo usu, & in similibus casibus: nã tunc quoq; Domino, seu Locatori ad expellen-

dum Inquilinum actio ex locato competit, *Marchesf. de Commiss. appell. à Mand. de evac. d. c. 1. n. 10. & seqq.* ubi reddit hac de re rationem.

118 Aut fuit actum virtute Instrumenti habentis exequutionem paratam, vel statuti, vel Legis mandantis procedi ad executionem, aliquâ exceptione non obstante, & jam est finita locatio, & procul dubio à mandato de evacuando non datur appellatio suspensiva, etiam circumscripto Statuto, *Scacc. de appellat. q. 16, limit. 1 n. 56.*

119 Aut non constat locationem esse finitam, & Reus eam finitam esse negat, nec sumus in casu, in quo locatio habeatur pro finita, & in Instrumento, vel Sententia non est opus locationi præfixum, vel agitur de reconductione tacita, & tunc etiam executivè fuerit actum, appellari posse ait *Scacc. de appell. d. q. 16 lim 1. n. 54.*

120 Aut denique non fuit actum actione locati, conductione, *d. l. si quis conductionis*, virtute Instrumenti paratam executionem habentis, nec virtute privilegii, ut supra: & sumus in casu, in quo nullum supereſt Petitorium quo damnum illatum detentionis possit reparari, & dari ob id appellationem Colono, seu Conductori tantum ad longum tempus, tradit *Scaccia de Appell. q. 17. ampl. 6. memb. 8. n. 18. & n. 24* ratione scilicet detentationis, ut per *Osasc. dec. 25. n. 11. vers. similiter.* dicimus & in his terminis procedere, *Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 45. nu. 1.* ubi quod à Mandato de evacuando, quando, ut supra, nullum supereſt Petitorium, appellationem dari observat Signatura.

121 Verum hoc non procedit in Inquilino nullum jus in Domo, seu re locata, præter iqiam actualem detentationem habente: namis à Decreto de evacuando ad effectum suspensivũ appellare non valebit, licèt in Petitorio præjudicium reparari non possit, ut tradit *D. Io. Bapt. Marchesf. qui fuit Ver. Signaturæ Referendarius, & Decanus, ac unus ex Prælatis votantibus*, cui ob id in iis, quæ Signaturæ observantiam & praxim concernunt, est omninò credendum, tanquam teſti de visu, *in tract. de Commiss. Appell. à Mand. de evacuan. d. par. 1. c. 1. n. 20. & seqq.* ubi rationes hujus rei adducit, adducens *Osasc. dec. 25. n. 10. & seq.* loqui in possessorio annexam proprietatem habente, & in materia Jurisdictionis diversa.

SUMMARIUM, CAP. XIV.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes.*

2 *Spoliatus, qui vult agere ad possessionem recuperandam, debet conficere Monitorium.*

3 *Monitorium in judicio recuperandæ, & ejus formula.*

4 *Cursor exequitur Monitorium personaliter, illudque executum, ac subscriptum in actis reproducit.*

5 *Admonitio reproductionis Monitorij in actis, & ejus formula.*

6 *Protestatio Rei contra Monitorium, & ejus formula.*

7 *Actor in judicio spolij debet parte citatâ probare duo extrema, & quare.*

8 *Articuli probandi in judicio spolij, & eorum formula.*

9 *Ad Articulorum admissionem, & Testium examen proceditur citatâ Parte, & servatis servandis.*

10 *Extrema in spolio possunt multo magis probari per Instrumenta, si adsunt, & per alia probationum genera, servatu servandis.*

11 *Reus potest probare exceptiones, quas habet, iisdem modis, quibus Actor potest sua probare incumbentia.*

12 *In termino ad dicendum contrà quomodo Actor protestari, & Index iura, & Articulos admittere debeat.*

13 *Factâ mixturâ Actor potest suspendere Petitorium, & quare.*

14 *Citatio ad libellandum in termino substantiali, & ejus formula, & processus.*

15 *Citatio ad articulandum in termino substantiali, & ejus formula, & processus.*

16 *Citatio ad videndum reiterari terminos substantiales, & reintegrari ad possessionem, & ejus formula, & processus.*

17 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus formula, & processus.*

18 *Cedula Sententia super reintegratione ad possessionem, & ejus formula.*

19 *Si Reus ex re occupata percipit fructus, & condemnandus sit ad eorum restitutionem, quomodo ferenda Sententia.*

20 *Cedula Sententia super reintegratione, necnon fructuum restitutione, per capita separata, & ejus formula.*

21 *In summario Possessorio recuperandâ latâ Sententiâ nisi aliud obsistat, potest statim expediri Mandatum de reintegrando.*

22 *Mandatum de reintegrando, & ejus formula.*

23 *Appellare volens debet in hoc judicio, obtentâ Supersessoriâ parte citatâ, causam in plena Signatura proponendam curare.*

24 *Interpositio appellationis coram Iudice à quo, & ejus formula, & responsio de Apostolis.*

25 *Cedula appellationis, & ejus formula.*

26 *Commissio in plena Signatura proponenda in Iudicio recuperandæ, & ejus formula.*

27 *Signatura quomodo rescribat, si fuerit appellatum à Sententia lata in Iudicio possessionis recuperandæ.*

28 *Si est locus ulteriori exequutioni, Exequutores procedunt ad reintegrationem, & Actuarius de ea conficit publicum Instrumentum.*

29 *Instrumentum super exequutione in vim Mandati de reintegrando, & ejus formula.*

30 *Si sententia quoad fructus, interesse, & expensas transivit in judicatum, quomodo ad liquidationem, & taxationem sit procedendum.*

31 *Si liquidatio fructuum & interesse fit faciendo in partibus, quomodo fit in causa procedendum.*

32 *Citatio ad videndum taxari, & liquidari interesse, & fructus, scuta 20. monetæ non excedendo, & ejus formula, & processus.*

33 *Productio notulæ interesse, & fructuum, & ejus formula.*

34 *Lista, seu notula fructuum, & interesse, & ejus formula.*

35 *Intimatio, qualiter Dominus relaxavit Mandatum pro fructibus liquidatis, & ejus formula.*

36 *Intimatione executâ & reproductâ si pars interminoillius non decet de exclusiva liquidatione,*

pro-

proceditur ad expeditionem, & executionem Mandati.

37 Si Expensæ, vel interesse, & fructus excedant scuta viginti moneta, quomodo procedendum ad liquidationem, & taxationem.

38 Citatio ad videndum taxari, & moderari Expensas, scuta 20 monetæ excedentes, & ejus formula, & processus.

39 Productio istæ Expensarum in actis, & ejus formula.

40 Lista Expensarum liquidatarum ab actuario, & ejus formula.

41 Citatio ad videndum taxari, & liquidari fructus scuta viginti monetæ excedentes, & ejus formula, & processus.

42 Iudex potest decernere Mandatum pro Expensis, & fructibus liquidatis non solum nisi infra tres, sed etiam infra longiorem terminum sibi benevisum.

43 Sentiens se læsum, debet appellare ab excessiva taxatione infra decem dies post factũ Decretum.

44 Interpositio appellationis ab excessiva liquidatione, & ejus formula, & responsio de Apostolis.

45 Cedula appellationis ab excessiva taxatione, seu liquidatione, & ejus formula.

46 Commissio causæ appellationis ab excessiva taxatione Expensarum, & ejus formula.

47 Commissio appellationis ab excessiva liquidatione fructuum, & ejus formula.

48 Si ab excessiva taxatione, seu liquidatione nõ fuerit appellatum, vel appellatio remanserit deserta, servatis quatuor terminis servari solitis, & nihil quod revocet dolo, proceditur ad ulteriora.

49 Citatio ad videndum relaxari Mandatum, aliàs Decretam pro Expensis, seu fructibus liquidatis, & ejus formula.

50 Elapso termino in Decreto contento, intimatione reproductâ petitur expediri Mandatum.

51 Mandatum executivum pro Expensis taxatis, seu fructibus liquidatis, & ejus formula, & quomodo procedatur ad ejus relaxationem virtute obligationis Cameralis.

52 Possessorium recuperandæ non est mixtus frequens aliys in foro, idcò post alia etiam de illo agendum erat.

53 Recuperatio possessionis quid sit.

54 Agens ad recuperandam possessionem dicitur agere spolia.

55 Spolium pluribus modis usurpatur remissivè.

56 Spolium quid sit.

57 Spolium quotuplex sit.

58 Vis quotuplex sit, & quomodo fiat.

59 Vis expulsiva quando fieri dicatur, & quando ablativa, & quando compulsiva, & quæ remedia pro singulis competant.

60 Interdictum unde vi, quando, & contra quos competat.

61 Vt spoliatio facta à Procuratore repellat ab agendo, debet constare de ratificatione facta à Domino per scitè scientem omnes ejus qualitates.

62 Condictio Triticaria pro quo, & quando competat.

63 Condictio incerti, cui, & pro quibus competat.

64 Officium Iudicis cui, & contra quem competat.

65 Condictio indebiti quando competat.

66 Actio in factum cui, & quibus competat.

67 Aequitas l. si me, & Titium, ff. si cert. petat. quando competat.

68 Condictio ex l. si Coloni, C. de Agric. & Censit. cui, & contra quem competat.

69 Quæ remedia restitutoria competant pro re mobili, & immobili, & quæ pro ea, quæ computatur inter immobilia, & pro incorporali.

70 Remedium cap. reintegrantia, cui, & pro quibus competat.

71 Condictio ex cap. sæpè, de restit. Spoliat. cui, & contra quem competat.

72 Condictio ex l. authoritate, C. unde vi, quando, & cui competat.

73 Condictio ex l. si quis conductionis, C. locat. cui, & contra quem competat.

74 Remedium l. invasor, C. unde vi, cui, & quando competat.

75 Remedium l. meminerint, C. unde vi, cui, & quando competat.

76 Condictio l. si quis in tantam, C. unde vi, quando competat.

77 Condictio ex l. Conductores, C. locat. & l. non ab re. C. unde vi, contra quem competat.

78 Condictio l. cum à re, ff. de vi, & vi armat. contra quem competat.

79 Condictio ex l. fin. C. unde vi, contra quem competat.

80 Remedium cap. frequens, de restit. spol. in 6. cui, & contra quem competat.

81 Condictio ex l. fin. C. de acquir. possess. cui, & contra quem competat.

82 Remedium l. fin. de præter. pign. cui, & ad quid detur.

83 Remedium ex l. 1. C. si per vim, vel alio modo, quando, & contra quem detur.

84 Interdictum Quorum bonorum, pro quibus cõpetat rem. &c.

85 Actio, quod metus causa, quando, & contra quem competat.

86 Actio de dolo quando competat.

87 Edictum Divi Marci contra quem competat.

88 Intentans aliquod ex remedijs pro recuperanda possessione competentibus, non debet se ad illud restringere, & quomodo debeat alia remedia includere in monitorio, seu libello.

89 Clausula, & alias opponi, &c. & deducens, &c. quid operatur remissive.

90 Quæ remedia facilè locum habeant in judicio Spolij, nisi probatâ malâ fide possessoris, vel dolo, vel violentiâ.

91 Spolium probatur ex quibus extremis, possessione scilicet antiquiori Spoliati, & recentiori Spoliantis.

92 Possessio est probanda de tempore commissi Spolij.

93 Probans se antea possedisse, præsumitur continuâsse usque ad tempus commissi Spolij, licet actum Spolij non probet.

94 In Curia passim conceditur redintegratio probatâ antiquiori possessione spoliati, & juniori Spoliantis.

95 Probatâ antiquiori possessione spoliati, & recentiori spoliantis, corpore remanet probatum spolium re ipsâ.

96 Primum extremum, hoc est, antiquior possessio spoliati, requirit plenam, & concludentem probationem.

97 Primum extremum in Spolio, de stylo Rotæ, requiri-

rit probationes exactißimas & clarißimas.

98 Sine primo extremo non datur actio ſpolij.

99 Spolium dicitur creatum, ſtatim ac quis eſt à ſua poſſeßione dejectus.

100 Actio ſpolij datur etiam ad detentationem, & ad ſtatum.

101 Primum extremum in ſpolio probatur per Inſtrumentum adeptæ poſſeßionis, dum poſſeßio erat vacans.

102 Primum extremum in Spolio probatur ex Inſtrumento venditionis cum clauſula conſtituti.

103 Primum extremum in Spolio probatur per confeßionem partis.

104 Primum extremum in Spolio probatur ex executione, & adjudicatione bonorum.

105 Primum extremi in Spolio probatur ex Teſtibus.

106 Primum extremum in Spolio probatur ex Mandato, ſubhaſtatione, & deliberatione facta contra Spolium.

107 Primum extremum in Spolio probatur tam ex confeßione expreſſa, quàm tacita.

108 Primum extremum in Spolio probatur ex locatione, ac ſolutione affictuum.

109 Primum extremum in Spolio probatur ex relatione Nuncij, cui in dubio creditur.

110 Primum extremum in Spolio probatur ex actu exequutionis Mandati, & apprehenſionis poſſeßionis, & alijs modis.

111 Primum extremum in Spolio antiquo probatur levioribus probationibus.

112 Primum extremum in Spolio antiquo probatur ex probationibus præſumptivis.

113 Primum extremum in Spolio antiquo probatur per Teſtes de fama.

114 Secundum extremum, ſcilicet poſſeßio junior Spoliantis probatur levioribus probationibus.

115 Secundum extremum in Spolio probatur per ſuſtentationem Litis cum adminiculis.

116 Secundum extremum in Spolio probatur ex ſola litis ſuſtentatione.

117 Necnon ex Inſtrumento adeptæ poſſeßionis.

118 Ex commiſſione.

119 Ex confeßione.

120 Per Teſtes, & alia probationum genera.

121 In Beneficialibus ultra duo extrema in ſpolio debet probari titulus, ſaltem coloratus.

122 In Spolio judiciali ultra duo extrema, debet probari, quòd Iudex nulliter proceſſerit, aut aliàs injuſtè aut juris ordine non ſervato.

123 Iudex nulliter procedens dicitur ſpoliare, prout quando non ritè, nec arctè procedit.

124 Iudex nulliter, ſeu injuſtè procedens dicitur procedere ut privatus, non uti Iudex.

125 Vbi adeſt inſtantia Partis, ipſa dicitur ſpoliare, non Iudex.

126 Spoliatus à Iudice, nulliter, ſeu injuſtè procedente eſt reſtituendus, ſicut ſpoliatus à privato.

127 Nullitas, ad hoc ut Iudex ſpoliare dicatur, debet eſſe evidens, ita ut nullo velamine celari poſſit.

128 Injuſtitia autem debet eſſe adeò notoria, ut velari nullo modo valeat.

129 Nullitas, vel injuſtitia notoria, ut inter Spolium debet probari ex eiſdem actis, non ex noviter deductis.

130 Si Iudex ritè & rectè proceſſit, non intrat Spolium.

131 Si poſſeßio fuit capta propriâ authoritate, & non cum interventu Executoris, licet Sententia & Mandatum præceſſerit, intrat Spolium.

132 Spoliatus eſt inprimis, & ante omnia reſtituendus,

133 Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus tam de æquitate, quàm ex neceßitate.

134 Etiamſi ſpoliatus bonâ fide non poßideat, & quare.

135 Etiam ſi ſpoliatus ſit Prædo.

136 Prædo, ſi conſtat notoriè eum eſſe talem, in Beneficialibus, vel contra Dominum non reſtituitur ante omnia.

137 Spoliatus etiam facto Iudicij nulliter vel injuſtè procedentis reſtituendus eſt ante omnia.

138 Si poſſeſſorium contineat mixturam, Spoliatus non reſtituitur ante omnia.

139 Qui facto, vel culpâ ſuâ cecidit à poſſeßione, non reſtituitur ante omnia.

140 Etiam ſi hujuſmodi factum proceſſerit metu Censurarum.

141 Qui facto ſuo cecidit à poſſeßione ſub aliqua conditione, quæ non fuit adimpleta, eſt reſtituendus adhuc ante omnia.

142 Dum clarè non conſtat, quòd ſpoliatus ceciderit à poſſeßione facto ſuo, adhuc reſtituendus eſt ante omnia.

143 Spoliatus ſi notoriè conſtat de dominio ſpoliantis, & de ipſius ſpoliati non jure in petitorio, non reſtituitur ante omnia.

144 Exceptio non juris ſpoliati, ut includat ſpolium, debet eſſe adeò notoria, ut contrarium in petitorio probari non poßit.

145 Vt exceptio dominij claudat Spolium, debet notoriè conſtare de dominio ſeu bono jure per rem judicatam, aut confeßionem Partis.

146 Reintegratio non retardatur per exceptiones reſpicientes petitorium.

147 Spolio ante omnia non purgato, Spoliator non poteſt audiri etiam ſi conſtet de bono jure in petitorio.

148 Spoliator non doloſus auditur ſpolio ante omnia purgato, ad effectum evitandi carceres, ſtante clauſulâ, arbitrio, ut fructus & expenſæ reſerventur in fine litis, ſtante clauſulâ, conſtito de paupertate.

149 Purgatio ſpolij conſiſtit non ſolùm in reſtitutione bonorum, ſed etiam fructuum, Expenſarum, damnorum, & intereſſe.

150 Spoliator non auditur, niſi in omnibus purgato ſpolio uſque ad obolum.

151 Purgatio ſpolij non retardatur per exceptiones, quæ ſunt clarę & concludentes.

152 Exceptio ſpolij non obſtat in alio judicio, niſi quando intervenit vis compulſiva, vel ablativa, ſi agitur de re diverſa, ſecus ſi de ea re, in qua eſt commiſſum ſpolium.

153 Spolium ſi fuit violentum, obſtat exceptio ſpolij etiam in alio judicio & re diverſa.

154 Spolium judiciale non poteſt dici violentum, niſi ſit commiſſum cum vi impulſiva, Iudice & ſatellitibus præſentibus.

155 Spolium ut poßit dici purgatum, requiritur quòd poſſeßio transferatur in ſpoliatum, & apud eum remaneat.

156 Si res eſt perpetua, vel haberi non poteſt, quomodo ſpolium ſit purgandum.

159 Effectus reintegrationis eſt, ut ſpoliatus reſtituatur

tur eo meliori modo, quo fieri potest.

158 In Spolio simplici etiam judiciali, & interdictis regulariter fructus veniunt à die mota litis tantùm.

159 In spolio attentato, vel violento, vel attenta mala fide possessoru veniunt fructus à die Spolij.

160 Non solùm percepti, sed etiam qui percipi potuerunt.

161 Male fidei possessor condemnatur in fructibus, qui verisimiliter percipi potuerunt.

162 Rota antiquà videtur tenuisse ad purgationē spolij quoad fructus, & expensas, sufficere oblationem liquidarum, cum depositu julij unius, & obligatione solvendi residuum factâ liquidatione.

163 Rota moderna in materia spolij, & attentatorum non sufficere oblationem, & depositum, sed requirit realem restitutionem, sæpè decidit.

164 In Rota petens ad ulteriora procedi liquidat fructus, & expensas, vel impetrat commissionem cum præfixione termini Adversario ad liquidandum.

165 In commissione adest clausula parito judicato, vel alia similis, tunc requiritur actualis solutio, vel commissio cum præfixione termini ad liquidandum.

166 Expensæ si sunt modicæ, & causa fuit commissa in Rota cum clausula, arbitrio, sufficit depositū julij unius cum obligatione solvendi residuum, factâ liquidatione, ut possit ad ulteriora procedi.

167 In expensis extrajudicialibus sufficit depositum julij unius cum obligatione solvendi residuum factâ liquidatione.

168 Paupertas non suffragatur, ut quis audiatur, spolio ante omnia non purgato.

169 Spoliator non dolosus, obtentâ commissione cum clausula, arbitrio Rotæ, & constito de paupertate, potest audiri, dimissâ possessione tantùm aliis reservatis in fine litis.

170 In expensis, & judicijs non privilegiatis sufficit depositum july unius cum oblatione, & fidejussione solvendi residuum factâ liquidatione.

171 Spolium ultimum est semper purgandum.

172 Primum spolium si fuit violentum, est ante omnia purgandum.

173 Spolium attentatum, licèt sit primum, est tamen ante omnia purgandum.

174 Secundum spolium incontinenti factum post primum non est purgandum, & quare.

175 Secundum spolium incontinenti factum post primum lite pendente, tanquam attentatum, est ante omnia purgandum.

176 Actio spolij est in rem scripta.

177 Actio spolij datur hæredi, & successori, potest eam prosequi, & intentare ex persona Defuncti.

178 Spolium si fuit commissum post mortem Defuncti hæres non potest ex persona Defuncti agere spolio.

179 Actio spolij non competit ex persona propria agenti, qui nunquam fuit in possessione.

180 Actio spolij competit contra hæredes, & singulares successores, uti possessores.

181 Actio spolij competit contra quosvis successores, ad quos pervenit res, super qua fuit commissum spolium etiamsi bonâ fide possideant.

182 Actio spolij competit contra eum, in quem instruit spolium, virtute decreti nulli, & quando.

183 Actio spolij competit etiam pro rebus mobilibus.

184 Actio spolij competit pro recuperatione possessionis quæsitæ per clausulam Constituti.

185 Si agitur contra Constituentem, non est necesse probare ejus possessionem de tempore Constituti, aliàs secus.

186 Actio spolij etiam ex can. reintegranda, præscribitur spatio triginta, vel quadraginta annorum.

187 Spoliator dolosus, aut violentus, nunquam præscribit.

188 Reintegratio à possidente civiliter censetur intentata per recuperationem naturalem.

189 Executione à Iudice, nulliter vel notoriè injustè procedente facta contra eum, qui non habet se pro spoliato, non dicitur is juâ possessione privatus.

190 Non habenti se pro spoliato competit Manutentio.

191 Si quis habet se pro spoliato, vel se spoliatum fatetur, non potest obtinere Manutentionem.

192 Actor spolio debet concludere se ad possessionem, à qua dejectus est reintegrari.

193 Qui possessionem spoliantis approbavit, non potest obtinere Manutentionem.

194 Pro spoliato se habere pendet ab animo.

195 In dubio quis non præsumitur habere se pro spoliato.

196 Qui petit manuteneri, non censetur habere se pro spoliato, etiamsi subdat, & quatenus opus sit, reintegrari.

197 Petens reintegrari, si petitio est æquivoca, non videtur amittere possessionem civilem, quam animo retinet, sed agere pro recuperatione naturalis.

198 Dicens se spoliatum, & petens à Iudice reintegrari, nisi aliunde colligi possit eum retinere animo civilem, censetur fateri penes Adversarium esse utramque possessionem.

199 Materia retentionis possessionis civilis pendet ab animo, & ob id est ex circumstantijs verborum, & factorum terminanda.

200 Sinens labi decennium, antequam agat pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, censetur habere se pro spoliato ratione civilis.

201 In incorporalibus, qui patitur exercitium actuū, etiamsi non sit lapsum decennium, amittit quasi possessionem.

202 Si possessio naturalis est vacans, non censetur amissa civilis, ex quo quis distulerit recuperare naturalem ultra decennium.

203 Iudicium spolij est privilegiatum, ne possit cumulari Petitorio cum Possessorio.

204 Spolium si est turbidum, Rota solet exercere arbitrium pro cumulatione Petitorij cum possessorio, sequestratâ possessione.

205 A Sententia lata in possessorio recuperandæ, & ejus speciebus non datur appellatio.

206 Etiam in terris Ecclesiæ attentâ Aegidianâ.

207 In possessorio recuperandæ, quando Sententia est nulla, vel notoriè injusta, datur appellatio etiam virtute Aegidianâ.

208 Signatura datò fumo nullitatis, vel notoriæ injustitiæ si causa est extra Rotam, solet de æquitate committere eidem Iudici, ut prævia repositione iterum audiat.

209 Latâ sententiâ in spolio ut citius sit executio respectu pos-

possessionis, sed non respectu fructuum, expensarum, & interesse, nam quoad hæc datur appellatio.

210 *Latâ sententiâ in spolio, dum sit statim executio respectu possessionis sit etiam respectu fructuũ pendentium, qui sunt pars rei.*

211 *Iudex quomodo appellanti in causa spolij soleat respondere de Apostolis.*

212 *A sententia lata in possessorio reintegrandæ, continente mixturam, datur appellatio.*

213 *A sententia lata super spolio, nullitate, & attentatis, ratione mixturæ, datur appellatio.*

214 *A sententia lata super spolio attentato datur appellatio.*

215 *A sententia concedente reintegrationem, & declarante spoliantem incidisse in pœnam facientis vim datur appellatio, & quando hoc procedat.*

216 *A sententia lata in remedio recuperandæ ex can.* redintegranda, *datur appellatio, quod procedit etiam in terris imperij, & foro seculari.*

217 *Constitutio Aegidiana removet appellationem in terris Ecclesiæ, etiamsi fuerit intentatum remedium,* can. redintegranda.

218 *In terris Imperij in foro seculari, licèt fuerit intentatum remedium,* can. redintegranda, *non datur appellatio, ex veriori, & in praxi servatâ opinione.*

219 *A sententia lata contra Actorem spoliatum, de jure communi datur appellatio.*

220 *Aegidiana prohibet in mero possessorio appellationem tam Actori, quàm Reo.*

221 *Signatura in quibus casibus rescribere soleat cum clausula,* quatenus sit locus Ægidianæ.

222 *In reliquis in materia spolij ad quas recurrendum.*

De Spolio & Reintegratione. Pars secunda, Cap. XIV.

1 QUoniam possessio adepta & continuata aliquando amittitur, ideò post Interdictà adipiscendæ, & retinendæ videndum est perneceſſe de Interdicto recuperandæ A.

2 Si quis igitur suâ possessione spoliatus fuerit, & pro spoliato se habuerit, si vult illam recuperare, debet agere in spolio in vim d. Interdicti recuperandæ, prævio Monitorio, ut infrà, videl.

3 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenẽtis, & ad instantiã NN. principalis exponentis, se aliàs fuisse in pacifica possessione unius vineæ, extra portam N. in loco nuncupato N. juxta suos notissimos fines, suis loco & tempore exprimendos, & verificandos, omni, &c.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum &c. aliisque &c. pœnis, debeat d. D. Instantem in, & ad possessionem d. vineæ, ac illius annexorum jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque reintegrâsse, reposuisse, & restituisse, & restitutum, repositum, & reintegratum manutenuisse, defendisse, & conservâsse, ac de fructibus, redditibus, & proventibus à die spolii decursis, & in futurum decurrendis eidem respondisse, & satisfecisse, damnaque, Expensas, & interesse prœmissorum causâ, & occasione passa &c. patien. &c. ac liquidand. &c. refecisse, Mandatumque de reintegrando, &c. manutenendo, &c. ac aliud desuper necessarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, jus, & justitiam ministrari, aliaq; desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, præsentibus paruisse, in vim Interdicti reintegrandæ, aut alterius remedii possessorii magis utilis, & proficui d. Instanti competen. Deducen. &c. implor. &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. ut si quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius, Locus † Sigilli.

4 Cursor exequitur Monitorium personaliter, & de hoc in pede illius facit fidem, & successivè illud reproducit in actis, quæ reproductio adnotatur ab actuario, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

5 Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiss. D. N. Cursor retulit, se ad instantiam NN. personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris, &c. omni &c

6 Exadverso Pars monita infra triduum ad libitum protestatur in actis, negando Monitorium, ut infra, videlicet:

Pro NN. contra NN.

In Officio, &c. NN. negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non fuisse, nec esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, &c. aliàs, &c. omni, &c.

7 In Spolio actor tenetur probare, parte citatâ, duo extrema, scilicet se olim possedisse rem, de qua est controversia, & reum eam ad præsens possidere, & possunt formari Articuli, ut infra, videlicet, & aliàs mutatis mutandis, secundùm contingentiam facti.

8 Articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra, & adversus NN. petens recipi & admitti, & super eis Testes inducendos, servatis servandis, examinari, ad superfluam tamen probationem non se astringens, &c. salvo jure, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura, inquantum, &c. ex quibus, &c. licèt, &c. tamen, &c. ad majorem cautelam, quatenus opus sit, probare vult, & intendit.

1. Che la verità fù, & è che il d. NN. Articulante dall' anno N. fino all' anno N. hà continuamente posseduto una vigna posta nel distretto di Roma, fuori di porta N. in loco detto N. à lato alli bene di NN. e di NN. la via, & altri, della quale hà sempre preso, e riceuuto li frutti a' tempi debiti dalli suoi Vignaroli, & affictuarii, e come meglio li Testimonii informati diranno la verità del fatto, è così, &c.

2. Che la verità fù, & è che l'istessa Vigna sopradetta in corpo, e sostanza al presente è occupata indebitamente da d. NN. Auversario e come meglio li Testimonii informati deporranno la verità del tutto, e così, &c.

3. Che delle dette cose ne fù, era, & publia voce,

voce, & fama, publico, & notorio, palam, &c.

Hos pro nunc, &c. salvo jure, &c. deducen, &c. non se astringens, &c. non solùm ut suprà, sed omni meliori modo. &c.

Nomi de' Testimonii N.N N.N.N.N. & altri da nominarsi.

9 Ad quorum quidem Articulorum admissionem, & Testiũ examen proceditur, Parte citatâ ad dicendũ contrà, & aliàs ut suprà, in aliis Possessoriis, & prout dictũ est sup. *p.1.c.11.n.2. & seq.*

10 Et possunt prædicta probari non solùm per Testes, sed etiam & multò magis per Instrumenta, & Scripturas. citatâ parte ad dicendum contra jura, ut suprà *p.1.c2.n.10, & seqq.* ac etiam per alia legitima probationum genera.

11 Similiter Reus conventus suas exceptiones, si quas habet, potest nisdẽ modis probare, illasq; prout de jure deducere, ut sup. in aliis Possessoriis, & juxta superiùs tradita *p.1.c.7. & 8.* & aliàs mutatis mutand. secundùm contingentiã facti.

12 Sed in termino citationis ad dicendũ contra jura, vel contra articulos, Actor debet protestari, non admitti in prejudiciũ summarii possessorii intentati, & Judex pariter debet hujusmodi jura & Articulos admittere cum solita clausula, *sine prajudicio*, ut suprà *p.2.c.6.n 16.* & Articulos etiam cum clausula, *salvo jure impertinentium & non admittendorum*, prout latius dictum est suprà *p.1 c.8.n.20. & c.10.n.5. & c.11.n.2.*

13 Factâ verò mixturâ Petitorii cum Possessorio potest Actor, ne causa appellabilis efficiatur, suspendere Petitorium, prout in aliis Possessoriis summariis, ut dictũ est sup, *p.2.c.6.n.17. & seq.*

Denique probatis probandis, actitatoq; processu observantur termini substantiales, videl.

A. C. N.

14 Citetur N. ex adverso principalis, ad libellandum, ad p.d. ad articulandũ ad 12. ad dicendũ contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandũ de calumnia, ad p.d. in terminis substantialib. Instante N. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. repetiit jura hac die in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit, servari, ut suprà, & admitti, si, & inquantum, &c. omni, &c.

Sed in hoc summario judicio est de necessitate tantummodo servare infrascriptos terminos substantiales, videlicet:

A. C. N.

15 Citetur NN. ex adverso principalis, ad articulandum ad 8. d. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. d. in terminis substantialibus, Instante N. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. repetiit jura hodie in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari ut suprà, & admitti, si, & inquantum, &c. omni, &c.

Productio autem, seu repetitio in actis, seu in Brollardo, potest fieri juxta superiùs tradita, *p.1.c.2.n.11. & seqq. & p.2.c.6.n.19. & seqq.*

Quòd si causa sit expedienda per Decretum, juxta superiùs tradita hac eadem *p.2.c.7. n.14.* potest citari Pars adversa, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

16 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcunque facultatum, absolvi Instantem à Censuris ad effectum, &c. deferri juramentum in supplementum plenę probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam sententiam definitivam in forma, & loco Sententię videndum reintegrari monitoriũ (si illud fuit negatum) & Instantẽ reintegrari ad possessionem bonorũ, de quibus agitur, & quodcunque Mandatum de reintegrando, & aliud desuper necessarium & opportunum decerni, & relaxari, ad p.d. Instante N. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri Juramentum, & ç. qui tamen juravit, &c. & reintegrari Monitorium, & decerni, & relaxari Mandatum, ut suprà, nisi ad p.d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimatur N. exadverso principali, qualiter D. relaxavit Mandatũ de reintegrando, & aliàs prout in actis, Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Ex tunc reproductâ intimatione, & elapso termino in Decreto assignato, expeditur Mandatum, ut inferiùs dicetur.

Verum si causa sit expedienda per Cedulam, citatur Pars adversa, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

17 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndũ reiterari omnes, & singulos terminos substantiales malè forsan, nulliter, & inculcatè tẽtos, in vim quarumcunq; facultatum, absolvi Instantem à Censuris ad effectum, &c. deferri Juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus est concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & aliàs, omni, &c. ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri Juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. & sententiari, prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit & subscripsit, & mihi consignavit, tenoris, &c. super quibus, &c. præsentibus sociis Testibus, &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. Tenor Cedulæ.

18 Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quâ de jurisperitorum consilio ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quę coram Nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertũtur instantia, inter NN. Actorẽ ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & super Reintegratione dicti Actoris ad possessionem Vineæ sitæ extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. Viam, & alios, si qui, &c. rebusque aliis, &c. Dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN. reintegrandum fore, & esse, prout reintegramus,

ad realem, actualem, & corporalem possessionē d. Vineæ, ejusq; jurium, & pertinentiarum quarumcunque, amoto exinde d NN. detentore, & quodcunq; Mandatum de integrando desuper necessarium, & opportunum decernendum fore, & esse, prout decernimus & relaxamus, Victumque Victori in Expensis condemnamus, quarum taxationē Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè sententiamus, nō solùm ut suprà, sed omni alio meliori, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

19 Sed si reus post spolium ex re occupata percepit fructus, & ob id condemnandus sit ad illorum restitutionem, cautius erit ad omnem appellationis ansam ei amputandam quoad possessorium, ferre Sententiam per capita separata, prout in sequenti Cedula, videlicet:

20 Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quā de jurisperitorum consilio ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quę coram Nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertūtur instantia, inter NN. Actoré ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & super Reintegratione d. NN. Actoris ad possessionem unius Vineæ sitæ extra portā N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. Viā, & alios, qui si, & c rebusque aliis, &c. Dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN. reintegrandum fore, & esse, prout reintegramus, ad realem, actualem, & corporalem possessionem d. Vineæ, ejusque jurium & pertinentiarū quarumcunq; amoto exinde d. NN. detentore, & quodcunque Mandatum de reintegrando desuper necessarium & opportunum decernendum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, & ita dicimus, & diffinitivè sententiamus, non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori, &c.

Item pari nostrā Sententiā dicimus, pronunciamus, & declaramus d. NN. Reum conventum condemnandum fore, & esse prout condemnamus ad restitutionē fructuum ex d. Vinea perceptorum à die motæ litis (vel à die Spolii, si Spolium fuit violentum) & imposterum percipiendorum usque in diem effectualis reintegrationis d. NN. ad possessionem eiusdē Vineæ, Victumq; Victori in Expensis condemnamus, quorum quidem fructuum liquidationem, & expensarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronūciamus, & definitivè sententiamus, non solùm præmisso, sed etiā omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

21 Et quia in hoc summario possessorio recuperandæ non datur appellatio suspensiva, ideò, nisi Pars adversa obtineat ab Eminentiss. Signaturæ Præfecto mandari supersederi, juxta superiùs tradita *p. 1. c. 13. n.* 19 vel aliud adsit impedimentum, potest statim expediri Mandatum, ut infrà, videlicet:

22 De Mandato illustriss. & Reverendiss D. A. C. sive R. P D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Executoribus, Subexecutoribus, & aliis, ad quos spectat, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub 500 ducatorum, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis, & quilibet vestrūm debeat eundem D. Instantem in, & ad realem, actualem, & corporalem possessionem Vineę, sitę extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. viam, & alios, &c. ejusque jurium, ac pertinentiarum quarumcunque, amoto NN. Adversario, & quolibet alio illicito detentore reintegrāsse, reposuisse, & restituisse, & reintegratum, repositum, & restitutum manutenuisse, defendisse, & conservāsse, & de fructibus, redditibus, & proventibus ejusdē respondisse, & respondere fecisse. Quoniam d. NN. Adversario citato, & intimato, servatis servandis, in vim Decreti desuper emanati (vel Sententiæ desuper latæ, si causa fuit expedita per Cedulam) prout in actis, Reverendiss D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † sigilli. N. Locumten.

23 Veruntamen si Reus, qui Decretum seu Sententiam reportavit, appellare intendat, debet, obtentā Supersessoriā, causam citatā Parte in plena Signatura proponendam curare, juxta dicta *p. 1. c. 13. n. 20. & seqq.*

Et poterit coram Judice à quo infra legitima tempora appellare, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

24 Coram D. meque, &c. NN. habita notitia de prætenso Decreto facto, seu Sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab eo, sive ab ea, & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium, &c. ejusque S. Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni &c.

Vel si Sententia lata in possessorio condemnet etiam ad restitutionem fructuum, seu in expensis, & interesse, quia tunc quoad hujusmodi fructus, expensas, & interesse, datur appellanto, Judex poterit de Apostolis respondere, ut infrà, videlicet:

Cui D. quoad possessionē dedit refutatorios in forma &c. quo verò ad fructus, expensas, seu interesse reverentiales, in forma, omni, &c.

Vel,

Cui D. quoad possessionē dedit refutatorios in forma: quo vero ad fructus, expensas, & interesse terminū juris, & interim &c. omni &c.

Tenor Cedulæ Appellationis.

25 A quadam asserta Sententia, seu Decreto definitivo lato, seu facto, ut dicitur, ad prętensum favorem NN. contra NN. de, & super reintegratione ad possessionem Vineæ sitæ extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. & alios &c. rebusq; aliis in actis causę, & causarum hujusmodi latius deductis, & c. Procūrator, & eo nomine dicti NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lędi, & gravari, &c ab illa, seu illo, & toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusque S. Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de

de nullitate dicit, petens semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus, &c. à non admissione illius, ac toto ulteriori processu iterum, ac toties, quoties provocat, appellat, & ut suprà, de nullitate dicit, ita ut sit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. aliàs de nullitate, & attentatis, &c. protestans, &c. non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c.

Commissio verò in plena Signatura proponenda, poterit fieri cum opportuna narrativa, juxta contingentiã facti, vel, ut infrà, videlicet;

Romana.

86 Beatissime Pater. Quãmvis NN. devotus S. V. Orator pluribus ab hinc annis justo emptionis titulo acquisiverit Vineam sitam extra portã N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. Viam, & alios, &c. ut constat ex publ. Instrumento, rogato per acta NN. sub die 10. Mensis N. Anni N. illamq; semper deinde legitimè, ac quietè, & pacificè possederit, nihilo minus NN. Adversarius Sententiam favorabilem contra Oratorem, super asserta reintegratione ad possessionem ejusdem Vineæ, ac restitutione fructuum, non minus nulliter, quàm injustè à R. P. D. A. C. extorsit, ob idque idem Orator ad S. V. appellavit, Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatũ ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, ab asserta definitiva Sententia infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorũ, & innovatorum quorumcunq; ac restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Rotæ Auditori, seu Locumtenenti audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties, &c. Constitutionibus & ordinationib. Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstan. quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

Causa verò non Rotalis, infra valorem scutorum 500 petitur committi Prælato, ut suprà hac eâdem *p. 2. c. 6. n. 32.*

27 Signatura vel admittit appellationem simpliciter, si illa aliqua ratione sit admittenda, vel si agitur de fructibus, Expensis, & interesse, vel rescribit cum clausula, *sine præjudicio Mandati de reintegrando*, si illa non sit admittenda, vel cum clausula, *quatenus sit locus Aegidianæ*, si dubium sit an appellatio sit admittenda, necne, ut suprà d. *p. 2. c. 6. n. 33. & seqq.*

28 At quoties ulterior executioni & reintegrationi locus sit, Executores virtute Mandati jam expediti, procedunt ad reintegrationem ad possessionem bonorum, de quibus agitur, & Actuarius de ea conficit Instrumentum publicum, juxta formam, de qua infrà, & aliàs mutatis mutandis, prout facti contingentia requirit.

In Dei nomine. Amen.

29 NN. Executor Baroncelli Curiæ Illustris & Reverendis. D. A. C. mihi cognitus, &c. cui est directum Mandatum de reintegrando ad possessionem unius Vineæ sitæ extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & N. Viã, & alios, si qui &c. ad instantiam NN. contra NN. per acta mei per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem, sub die N. seu &c. servatis servandis decretum, & relaxatum (seu in vim Sententiæ decretum, & relaxatum) prout in actis, ad quę &c. quod quidẽ Mandatum præ manibus habens mihi tradidit præsenti Instrumento inserendũ, tenoris videl.

De Mandato &c. vigore cujus Mandati supradictum N. ad possessionem d. Vineæ reintegrando eundẽ in realem, corporalem, & actualem ejusdem Vineę possessionem induxit, reposuit, & reintegravit, &c. qui quidem N. sic restitutus, inductus, & reintegratus d. Vineæ realẽ, corporalem, & actualem possessionem accepit & adeptus fuit, & in signum veræ, realis, corporalis, & actualis possessionis per eam deambulavit, glebas terræ in manibus accipiendo, & alia necessaria & opportuna faciendo, protestans d. N. quòd per ejus discessum, aut recessum è d. Vinea non intendit illius possessionem acceptam & acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo & corpore continuare, & retinere, non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo &c. Actũ &c. præsentibus &c. Testibus ad præmissa &c. vocatis habitis atq; rogatis &c.

30 Cęterùm, si etiam quoad fructus, expensas, & interesse, prout supra, Sententia ob appellationem non interpositam, aut aliàs transivit in judicatum, & ob id necesse sit ad Expensarum taxationem, fructuumque & interesse liquidationem devenire, poterunt Expensæ scuta viginti moneræ non excedentes taxari juxta praxim superiùs traditam, *p. 1. c. 15. n. 72.* fructus verò & interesse hujusmodi liquidari poterunt per exhibitionẽ jurium, citatâ Parte ad dicendum contrà, ut suprà *p. 1. c. 2. n. 10. & seqq.* vel datis Articulis opportunis, citatâ Parte ad dicendũ contra illos, ut suprà *p. 1. c. 10. n. 5. & c. 11. n. 2.* & examinatis Testibus, servatis servandis, juxta superiùs tradita *d. p. 1. c. 11. n. 4. & seqq.*

31 Quòd si liquidatio sit facienda in partibus, poterit citari Pars ad videndum subdelegari Judicẽ in partibus ad d. effectum, & obtento Decreto opportuno expediri Instrumentum subdelegationis, juxta praxim, de qua sup. *p. 1. c. 8. nu. 41. & seqq.* vel poterit fieri liquidatio per alia legitima probationum genera, quibus liquidatis erit citanda Pars ad dicendũ contra Jura, & processum de partibus, ut suprà *p. 1. c. 12. n. 41.* (si liquidatio in partibus facta fuit) & deinde ad videndum taxari, & liquidari fructus scuta viginti monetę non excedentes, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

32 Citetur N. ex adverso principalis, ad videndũ taxari & liquidari interesse, & fructus in executionẽ Sententiæ, & rei judicatæ, de quibus agitur, & taxatos, & liquidatos solvendum aliàs videndam decerni, & relaxari Mandatum executivum, ad p. d. Instante N. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

N. exhibitâ Listâ interesse, & fructuum, illisque ab Actuario liquidatis, petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

Et

Et potest Lista produci in Actis, ut infrà, videl.
Pro NN. contra NN.

33 In Officio NN. facto per compulsum, produxit Listam interesse, fructuum, de quibus agitur, unà cum liquidatione Notarii actuarii in fine illius, prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

Tenor Listæ.

34 Lista interesse fructuum debitorũ, ac reficiendorum NN. ab NN. in causa NN. juxta formã jutium, de quibus in actis, liquidandorum, & non solùm ut suprà, sed omni alio meliori, &c.

Pro modiis NN. Frumenti, scut. N. N.
Pro modiis NN. Ordei, scut. N. N.
Pro cadis NN. Vini, scut. N. N.
Pro examine præsentis Listæ, scut. N. N.

Liquidi supradicti fructus ascendunt ad scuta NN. monetæ. Ita est N. Notarius.

A. C. N.

35 Intimetur N. ex adverso principali, qualiter Dominus relaxavit Mandatum, & aliàs, prout in actis, Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

36 Executâ & reproductâ intimatione, & elapsâ d. primâ die juridicâ in Decreto contenta, si Pars non doluerit de excessiva liquidatione, seu aliud relevans non deduxerit, poterit expediri Mandatum executivum, & ad illius executionem procedi, juxta Praxim superius traditam, *p. 1. c. 6. & seqq. & c. 14. & seqq.*

37 Sed si Expensæ, vel interesse & fructus excedunt summam scutorum viginti monetæ, quia tunc causa est appellabilis, procedendum est ad taxationem, seu liquidationem, citando Partem, ut infrà, videlicet: A. C. N.

38 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum taxari, & moderari Expensas, & taxatas, & moderatas solvendam, aliàs videndum decerni Mandatum executivum, ad p. d. Instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. exhibitâ Listâ Expensarum, illisque à me Notario actuario liquidatis, prout in folio, tenoris, &c. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi infra tres, omni, &c.

Et potest Lista produci in actis, ut infrà, vid.

Pro NN. contra NN.

39 In Officio &c. NN. facto, produxit Listam Expensarum in causa factarum, unà cum illarũ liquidatione à Notario facta in pede illius, prout in folio tenoris, &c. prout medio juramento tactis, &c. declaravit non solùm ut suprà, sed omni, &c. Tenor Listæ.

Lista Expensarum factarum in causa NN. pro Parte NN. contra NN.

40 Pro Instrumento NN. scut. N. N.
Pro examine quatuor Testium, scut. N. N.
Pro summario quatuor Testium, scut. N. N.
Pro pluribus citationibus, & intimationibus in Curia factis, scut. N. N.
Pro examine præsentis Listæ, scut. N. N.
Pro mercede Advocati, & Procuratoris, scut. N. N.

Liquidæ supradictæ Expensæ, absque mercede Procuratoris, & Advocati, procedunt ad scuta NN. monetæ. Ita est NN. Notarius.

Ad videndum verò liquidari interesse, & fructus ultra d. summam scutorum viginti monetæ proceditur citatâ Parte, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

41 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum taxari, vel liquidari interesse, & fructus in executionem Sententiæ, & rei judicatæ, de quibus in actis, & taxatos, & liquidatos solvendum, aliàs videndum decerni Mandatũ executivum, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. exhibitâ Listâ unà cum liquidatione fructuũ in pede illius, prout in folio, tenoris &c. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi infra tres, omni &c.

Conficiturque ac producitur in actis Lista fructuum, ut superiùs dictum fuit, & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, omni meliori modo, &c.

42 Poteritq; ideò Judex, ut suprà, Mandatum decernere, non solùm nisi infra tres, sed etiam infra quinq;, aut nisi infra decem, & sic infra terminum sibi benevisum, etsi quis senserit se gravatum, poterit appellare ab excessiva taxatione.

43 Appellatio verò omninò infra decem dies juxta Praxim superiùs traditam *p. 1. c. 13. nu. 2.* erit coram Judice à quo, ut infrà, & aliàs juxta contingentiam facti, interponenda, videlicet:

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque, &c. NN. habita notitia de prætenso Decreto ad assertum favorem NN. contra NN. facto, ab illo, ac excessiva taxatione (seu liquidatione) ac toto ulteriori processu ad Sanctissimum D. N. Innocentium Papam X. ejusque S. Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit terminum Juris, & interim, &c. omni &c. Vel,

Cui Dominus dedit reverentiales in forma omni, &c. Tenor Cedulæ.

44 A quadam asserta Sententia, seu Decreto definitivo excessivæ taxationis expensarum (seù excessivę liquidationis fructuum) lata seu facto ad assertum favorem NN. contra NN. de, & super assertarum expensarum in causa NN. factarum taxatione (seu assertorum fructuum liquidatione) rebusq; aliis, &c. Procurator, & eo nomine, sentiens se læsum, & gravatum, attento excessu d. taxationis (seu liquidationis) in scutis NN. aliisq; gravaminibus, & timens in futurum magis lędi, & gravari, à dicta excessiva taxatione, seu liquidatione, aliisque gravaminibus prędictis &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusq; S. Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens, semel, bis, tertiò, sæpè, sępius, sępissimè, instanter, instantiùs, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus &c. à nõ admissione toties, quoties &c. ita ut sit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs &c. protestans &c. non solùm ut sup. sed omni alio meliori modo &c. Commissio verò confici poterit, ut infrà, & aliàs, mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, videlicet Romana.

45 Beatissime Pater. Vertente lite &c causâ corã R. P. D. A. C. inter NN. devotum S. V. Oratorem

ex

ex una, & NN. Adversarium ex altera, de, & super taxatione assertarum Expensarum factarum in causa NN. rebusque aliis, &c. Idem Judex illas non minus nulliter, quàm injustè taxavit in scutis NN. ex quo in Instrmento, de quo in Lista Pars adversa juxta reformationem san. mem. Pauli V. prædecessoris S. V. non potuit ad summum expendere nisi scuta NN. & Lista non fuit in actis exhibita medio juramento, nec super dictis Expensis juratum, ob id idem Orator ab excessiva taxatione dd. Expensarum ad S.V. appellavit, & de nullitate dixit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcunque, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, & restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoscen. deciden. fineq; debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties, singulis diebus, & horis, præterquàm in honorem Dei feriatis, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. statum, &c. pro plenè, &c.

Alia commissio appellationis ab excessiva liquidatione fructuum. Romana.

47 Beatissime Pater. Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de Jure, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum ab asserta Sententia, seu Decreto definitivo lata, seu facto per R.P.D.A.C. sive per R.P.D.N, ejus in Civilibus Locumtenentem, ad assertum favoré NN. contra, & adversus NN. devotum S.V. Oratorem, de, & super prætensa liquidatione, interesse, & fructuum NN. attento excessu in scutis NN. monetæ, & quòd asserta liquidatio non justificatur ex actis, & Orator non fuit legitimè citatus, unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Constitutionibus & ordinationib. Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

De mandato D.N. Papæ audiat, Magister NN. citet, inhibeat, procedat, ut petitur, & justitiam faciat. Placet D.N. Papæ N. Card N.

48 Verùm si à Decreto taxationis Expensarum, vel liquidationis fructuum non fuerit, ut suprà, appellatum, vel aliàs appellatio remanserit deserta, ob illius infra legitima tempora non prosecutionem, tunc observatis quatuor terminis de stylo Curiæ servari solitis, ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosecutione primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & superabundanti dilationem, juxta praxim superiùs traditam *p. 1. c. 13. n. 60. & seqq.* si Pars non doceat de apppellatione, ac ejus legitima prosecutione, proceditur ad ulteriora citando, ut infrà, videlicet: A. C. N.

49 Citetur NN. ex adverso principalis ad videndum relaxari Mandatum aliàs decretum, & quatenus opus sit, denuò decerni, & relaxari, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. relaxavit Mandatum, & aliàs, prout in actis, Instante NN. principali, sive, &c.

50 Elapsâ dictâ primâ die Juridica in Decreto contentâ post executam intimationem, nisi aliud obsistat, potest reproductâ intimatione expediri Mandatum, videlicet:

51 De Mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R.P.D.NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis Creditoris in scutis NN. occasione, de qua in actis. Tenore præsentium.

Auferantur de bonis, de Domo, vel aliunde NN. ex adverso principalis, bona valoris scutorum NN. debitorum, occasione, de qua in actis, quę ablata unà cum juliis NN. pro Expensis præsentis Mandati deponantur, ut moris est, ad effectum, &c. ut subhastentur, si extent; sin minus, capiatur idem, & captus carceretur, & non relaxetur, donec, &c. quia ipso citato, & intimato, servatis servandis, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Ad cujus Mandati executionem proceditur juxta Praxim superiùs traditâ, *p. 1. c. 14. & seqq.*

Cæterùm si agatur de Expensis debitis virtute obligationis Cameralis, fit processus executivus pro illarum taxatione, juxta Praxim, de qua supra *p. 1. c. 7. n. 1. & seq.* & citetur ad videndum taxari, & moderari Expensas juxta superiùs tradita, *p. 2. c. 13. n. 72. & seqq.*

OBSERVATIONES.

A 52 POssessorium recuperandę, de quo agimus, non minus est in foro frequens, quàm sint possessoria Adipiscendæ, & Retinendæ, de quibus superiùs actum fuit, ideo post illa de hoc quoque perneccsse agendum erat.

53 Recuperatio autem possessionis nihil aliud est, quàm possessionis semel amissæ nova consecutio, §. *Retinendæ, instit. de Interd.* unde qui semel possedit, à sua possessione dejectus, seu (ut Doctores dicunt) spoliatus dicitur, *l. 1. §. dejicitur. ff. de vi, & vi armat.*

54 Hinc spoliatus, qui ad rei possessionem recu-

perandam agit, spolio agere dicitur, ut ex inferiùs dicendis, clarè patebit.

55 Spolium multis modis usurpatur, ut videre est in *Lexic. Iur. in verbo, Spoliare. & apud Menoch. de recuper. possess. in prælud. sub. n. 3.* sed in terminis, de quibus agitur, ut infrà describi posse videtur, scilicet:

56 Spolium est res, qua spoliatus possessor fuit, *Menoch. de recuper. d. n. 3. in prælud.* vel spolium, seu spoliatio, est à possessione rei immobilis violenta, & injuriosa dejectio: vel, est rei immobilis violenta oblatio, nam pro re mobili actio spolii non datur, *l. 1. §. illud, ff. de vi, & vi armata.*

57 Et aliud est violentum, aliud simplex, & non violentum, *Rota decis. 187. nu. 13. par. 7. recent. Burat. dec. 642. n. 4. & dec. 678. nu. 6. Duran. dec. 272. n. 2.*

58 Sed vis alia est publica, de qua in *tit. ff. ad l. Iul. de vi pub.* alia privata, de qua in *tit. ff. ad l. Iul. de vi privat.* Vis publica fit cum armis; privata, sine armis, *§. sed ex constitutionibus, in stit. de Interd.*

59 Et rursus alia est expulsiva, quæ dicitur possessionis spoliatio, ob quam conceditur ejecto, seu Spoliato *Interdict. unde vi*, ut in primis, & ante omnia restituatur: alia est ablativa, cùm res per vim auferitur, & asportatur, & tunc non competit Interdictum unde vi, sed actio furti, vel bonorum raptorum, *d. l. 1. §. illud, ff. de vi, & vi armat.* alia denique compulsiva, qua quis compellitur facere id, quod aliàs non fecisset, & tunc non competit Interdictum unde vi, sed actio, quod metûs causa, vel aliud remedium, ut quis in primis, & ante omnia restituatur, latè *Menoch. de recuper. in prælu. n. 38. & seqq.*

Competunt ergo pro recuperanda possessione plura remedia.

60 Primum remedium est Interdictum, unde vi, de quo in *ti. ff. de vi. & vi armat. & in ti. C. unde vi*, quo remedio Prætor providit, ut spoliatus suam possessionem recuperaret, *§. recuperandæ, instit. de Interd.* Competit autem Interdictum, unde vi, contra eum, qui spoliavit, vel spoliari mandavit, vel ratum habuit, *l. 1. §. dejecisse. & l. 3. §. cùm Procurator, ff. de vi & armat. c. um ad sedem, ubi Glos. in verb. Interdictũ. de restit. spol. c. notum, ubi Glos. in verb. continentem, 2. q prima. Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam, n. 10. ff. de pœn. Paris. cons. 21. n. 32. lib. 4. Ias. cons. 139. col. 2. lib. 4. Afflict. dec. 376. n. 3.*

61 Ad hoc tamen ut spoliatio facta à procuratore repellat ab agendo, debet esse ratificata à Domino perfectè sciente omnes qualitates & circumstantias, *Greg. decis. 336. n. 10. & seqq.*

62 Secundum remedium est condictio Triticaria, quæ datur pro possessione recuperanda, quando quis per vim ejectus fuit de possessione sua, *l. 3. ff. de Tritic.*

63 Tertium remedium est condictio incerti, quæ competit pro recuperatione possessionis ei, qui non est Dominus, sed habet jus in re, *l. & ideò, §. Neratius, ubi Bart. ff. de cond. furt.*

64 Quartum remedium est Officium Judicis, quod competit contra Legatarium, cùm Spoliator rem violenter habitam legavit, & aliàs datur Detentori, prout Commendatario, & Depositario, *Bart. in l. & non tantùm, ff. de petit. hæred.*

65 Quintum remedium est condictio indebiti, quæ datur ubicunq; quis solvit rem alienã, *l. indebiti, §. sed si nummi alieni, ff. de cond. indeb.*

66 Sextum remedium est actio in factum, quæ datur Detentori ad recuperandam suam detentationem, *Bart. in l. fin. §. sed cùm in secunda, n. 3. vers. non solùm, C. ne furt.*

67 Septimum remedium est æquitas, *l. si me, & Titium. ff. de cert. pet.* quæ competit quando res mea pervenit ad re titulo lucrativo, & æquum est eam mihi reddi.

68 Octavum remedium est condictio ex *l. si Coloni, C. de Agric. & Cens. lib. 11.* quæ competit ei, qui bonâ fide possidebat, & sine justa causa cecidit à possessione, contra eum, ad q em res pervenit cum vitio.

69 Quæ omnia remedia supradicta, excepto interdicto unde vi, competunt tam pro re mobili, quàm pro immobili, *Maran. de ord. jud. p. 4. tit. 7. n 38.* Competit tamen Interdictũ unde vi, etiam pro rebus, quæ inter immobilia cõputantur; pro incorporalibus verò competit utile interdictum unde vi, *Specul. de restit. spol. §. 1. per tot. lib. 4.*

70 Nonum remedium est condictio ex *can. redintegranda 3. q. 1.* quod competit ei, qui sine justa causa cecidit à possessione contra quemcunque sive malæ, sive bonæ fidei possessorem, tam pro mobilibus, quàm pro immobilibus, & est utilius, & magis generale aliis remediis, cum quibus omnibus concurrit *Maran. de ord. judic. d. p. 4. d tit. 7. n. 50.*

71 Decimum remedium est condictio ex *c. sapè, de rest. spol.* quod competit Spoliato contra eum qui scienter à violento spoliatore rem accepit.

72 Undecimum remedium est condictio ex *l. authoritatem, C. unde vi*, quę cõpetit, quando quis spoliat aliquem suâ possessione per vim, & deinde rescriptum à Principe impetrat, pro justificanda dicta possessione violenta; nam, non obstante rescripto, debet ante omnia restituere possessionẽ contradictione ex *d. l. authoritatem.*

73 Duodecimum remedium est condictio, *l. si quis conditionu, C. locat.* quę competit Locatori petenti sibi rem restitui finitâ locatione contra conductorem refricanté quæstionem dominii.

74 Decimum tertium remediũ est ex *l. invasor, C. unde vi*, quod competit Dño, quando quis sine dolo occupat possessionẽ vacantem rei alienæ.

75 Decimum quartum remedium est condictio ex *l. meminerint*, C. *unde vi*, quæ competit, quando quis virtute rescripti impetrati, vel Sententiæ latæ, occupat possessionem alienam propriâ authoritate, nam cadit à jure suo, & tenetur possessionem restituere.

76 Decimum quintum remedium est condictio ex *l. si quis in tantam, C. unde vi*, quod competit, quando quis violenter ingreditur possessionem penes alium existentem propriâ authoritate: nam si Invasor erat Dominus, cadit à jure suo; sin minus, tenetur ad restitutionem possessionis, & æstimationis rei.

77 Decimum sextum remedium est condictio ex

l. Con-

l. Conductores. C. locat. & ex l. non ab re C. unde vi, quæ competit contra Conductorē, vel Precarium, qui conventus pro rei restitutione, infert litem, & negat velle restituere : nam si expectat usque ad sententiam diffinitivam, tenetur virtute dictarum Legum ad rei restitutionem, & æstimationem illius.

78 Decimum septimum remedium est condictio, *ex l. cùm ate, ff. de vi, & vi armat.* quod competit contra Spoliantem, licèt non possideat, ex quo fuit deinde ab alio spoliatus.

79 Decimum octavum remedium est condictio, *ex l. cùm quærebatur, quæ est l. fin. C. unde vi*, quæ competit contra eum, qui dolosè occupavit possessionem rei alienæ vacantem, ex qua occupatione res efficitur quasi violenta, & sic vitiosa.

80 Decimum nonum remediū est ex dispositione, *cap. frequens, de restit spol. in 6.* quod competit contra eum, qui se spoliavit violenter possessione alicujus rei, & deinde non convenit super alia re, vel actione in judicio Civili, vel Criminali, nam potest ei opponi exceptio Spolii, ne audiatur, nisi priùs dictâ possessione restituta.

81 Vigesimum remedium est condictio *ex l. fin. C. de acquir. possess.* quæ competit contra eum, in quem fuit res alienata ab eo, qui nomine alieno possidebat, & possessionem intervertit; nam Dominus potest revocare possessionem à tertio possessore condictione *ex l. fin.*

82 Vigesimum primum remedium est *ex l. fin. C. de Præt. pignor.* quod datur Creditori ad possessionem Prætoris pignoris sive culpâ suâ, sive non, sive casu amissam recuperandam.

83 Vigesimum secundum remedium est *ex l. 1. C. si per vim, vel alio modo*, quod datur contra occupantem possessionem Absentis eiā post elapsa spatia recuperandæ possessionis præstituta.

84 Vigesimum tertium remedium est interdictum quorum bonorum, quod datur pro restitutione bonorum, ut suprà *hac eadem p. 2. n. 10.*

85 Vigesimum quartum remedium est actio, quod metûs causa, quæ competit quando quis per metum fuit spoliatus, etiam si agatur contra Successorem, qui malam fidem non habeat *l. si cùm exceptio. §. 2. ff. quod met. caus. Ang. cons. 116. Dicimus, in princ. & cons. 157. col. 1. in fin. vers. unde veritas.*

86 Vigesimum quintum remedium est actio de dolo, quæ competit ubicumque per dolum esset causatum Spolium, *Ang. d. cons. 157. col. 1. in fin. vers. unde veritas.*

87 Vigesimum sextum remedium est Edictum Divi Marci, quod competit contra Creditorem, qui pecuniam sibi obligatam propriâ authoritate percepit : nam rem restituit, & actionem amittit, *l. extat. ff. quod met. caus.*

Hæc remedia possessionis recuperandæ latè respectivè tradunt, & enucleant *Maran de ord. judic. par. 4 dist. 7. num. 22. & seqq. Speculd de restit. Spol. §. 1. num. 11. & seq. lib. 4. par. 2. Piot. in l. si quando, nu. 63. & seqq C. unde vi. Card. Tusc. lit. S. conclus. 384. nu. 1. & seqq. per tot. latissimè Meno. h. in ejus tract. de recuper. possess. per tot.* de quorum origine & effectu *Pontan. de Spol. l. b. 1.* ad quos in facti occurrentia, si opus fuerit, potetit haberi recursus.

88 Intentans autem unum ex supradictis remediis non se restringat ad illud, sed apponat in libello, seu monitorio clausulam salutarem, *& aliàs omni meliori modo, &c.* vel similem, aptam omnia remedia comprehendere, ne si fortè unum non competeret, alia non censerentur intentata, & succumberet, *Ang. d. cons. 116. in princ. & d. cons. 157. col. 2. vers. ex quibus concludo.*

89 Clausula † nam que *& aliàs omni meliori modo*, trahitur ultra expressa, & implicat modos diversos ab expressis, ex allegatis suprà *p. 1. c. 2. n. 162. & seqq.* Sicut etiam clausula, *deducens, &c.* operatur, ut possit ferri Sententia super probatis, non attento libello in casibus, in quibus de jure admittitur cumulatio actionum, ex allegatis suprà *p. 2. c. 4. n. 54. & seqq.*

90 Verum remedia *ex l. meminerint, l. invasor, l. si ante. l. cùm quærebatur, unde vi. & cap. sæpè de restitut. Spoliat.* haud facilè locum habent, nisi probatâ malâ fide Possessoris, vel dolo, aut violentiâ, *Anchar. cons. 42. n. 1. vers. tunc distinguen.* vel nisi probato Spolio cum violentia in personam, ut ait *Castren. cons. 250. viso puncto, n. 2. lib. 2.*

91 Cæterum, juxta praxim, quam passim servat Rota, & Curia, regulariter Spolium probatur duobus extremis. Primò scilicet ex antiquiori possessione spoliati. Secundò verò, ex juniori possessione spoliantis, *cap. cùm ad Sedem, ubi Abb. n. 17. de restit. spol. Menoch. de recuperan. in prælud. n. 21. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 10. n. 1. Afflict. decis. 327. n. 2. Seraph. dec. 1055. n. 2. & Mantic. dec. 29. n. 1. Rot. dec. 189. n. 1. & dec. 208. n. 1. par. 2. & dec. 251. n. 4. par. 6. & dec. 113. n. 5. & seqq. & dec. 163. n. 3. decis. 186. n. 1. decis. 91. n. 1. & dec. 294. nu. 1. par. 7. recent. Duran. dec. 7. n. 1. & n. 6. & decis. 89. nu. 1. & seqq.*

92 Quinimò videtur pro verificatione primi extremi probanda possessio de tempore commissi Spolii, *Rota dec. 729. n. 1. par. 2. recent.*

93 Sed satis probat, se possedisse de tempore commissi Spolii, qui probat ejus antiquiorem possessionem, & allegat se possedisse de tempore, quo fuit spoliatus, ex quo enim probat se per prius possedisse, præsumitur continuâsse in possessione usque ad tempus spoliationis, licèt actum spolii non probet, *Abb. in cap. cùm ad Sedem, n. 17. de restit. Spol. Bart. in l. sive possidetis, n. 6. & seq. C. de probat. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 8. num. 13. & c. 10. n. 2. ubi de communi,*

94 *Mantic. dec. 18. n. 2.*

Unde passim Rota, & praxis concedit Spoliato reintegrationem, probatis supradictis duobus extremis, scilicet antiquiori possessione Spoliati, & recentiori spoliantis, *Mantic. dec. 194. n. 1. Rota dec. 119. n. 1. par. 1. & dec. 58. n. 1. par. 4. & dec. 115. n. 8. par. 7. recent. Gregor. dec. 485. n. 2. Barat. dec. 736. n. 4. Duran. dec. 255. n. 1. cum aliis prælegatis.*

95 Nam his probatis, eo ipso remanet probatum Spolium ipsa *l. si Coloni. C. de Agric. & Censit. lib. 11. Bald. in l. 3. col. ult. nu. 15. C. si à non competen. iud. Alex. cons. 6. Circa proœmium, nu. 6. lib. 3.* quos sequitur *Afflict. decis. 327. n. 2.*

96 Primum extremum, videlicet antiqua pos-

sessio Spoliati, requirit plenam, & concludentem probationem, *Rot.dec.165.n.2.p.2.diversf.* ubi de communi, & magis communi testatur *Seraph.dec.31.n.1. Rota dec.139.n.4.par.6. &* 111
dec.187.n.9.par.7.rec. Buratt.dec 136.n.19. & ibi Ferentil.nu.34. cum aliis cumulatis per *Beltramin.ad Greg.dec.423.lit.A.*

97 Quinimò juxta Stylum Rotæ requirit exactiorem probationem, *Veral.dec.730 n.1.par.2. & dec.299.n.5.p.7.rec.* & probationes exactissimas & indubitatas, *Buratt.dec.953.n.1.& seq.* ubi de Stylo Rotæ testatur & probationes clarissimas & evidentissimas, *Buratt.dec.216.n.2.* 112

98 Aliàs autem sine Primo extremo actio Spolii non competit, *cap.cùm ad sedem, de restitut.* 113
Spol.Coccin.dec.494.n.30.

99 Et dicitur creatum Spolium, statim atq; quis fuit à sua possessione dejectus, *l.1.§. interd ctum autem ff.de vi, & viarmat. Cavaler.dec.531.n.3.*

100 Et † datur hæc Spolii actio etiam ad detentationem, & ad statum, in quo quis erat, quando fuit spoliatus, *Greg. de restitut Spol. concl.1.* 114
n.4.& seq.& n.40. Cavaler.dec.446 n.10.

Probatur Primum extremum per legitima probationum genera pluribus modis, signanter verò, &

101 Primò probatur ex Instrumento adeptę possessionis, dum possessio erat vacans, *Salust. Tiber.in Prax.2.c.10.nu.3. Cas. de Graff. dec.42. n.1.de restitut.Spol. Coccin.dec.312.nu.1. Rot. dec.119.n.1.par.1. recent.*

102 Secundo probatur ex Instrummento venditionis cum clausula, Constituti, *Rot.dec.251.n.2 par.6 rec. Duran.dec.89.num.1.*

103 Tertiò probatur per confessionem Partis, *Dec.cons.125.n.1.vers.possessionem. Rota dec.19.* 116
de restit.Spol.in nov.& dec.229.n.2. par.7.rec. Duran.dec.113.n.1.

104 Quartò, in executione, & adjudicatione bonorum, de quibus quis fuit spoliatus, *Duran. dec.37.n.1.& d.dec.113.n.1.* 117

105 Quintò probatur ex Testibus deponentibus de actibus possessoriis, *Seraph. dec.1200.nu.1.* 118
Rot.dec.186.n.3.p.7.recent. Duran.dec.37.n.2. 119

106 Sextò ex Mandato, Subhastatione, & Deliberatione facta contra Spoliatum, *Rot.dec.229. n.1.par.7.rec.* 120

107 Septimò tam ex confessione expressa emanata in commissione, *l.cum precum.C. de lib. caus.* quàm ex tacita emanata ex illius productione coram Judice, *cap.cùm olim, de Cens. Greg.dec.116.n.2.* 121

108 Octavò ex locatione, quam recepit Spoliatus à Spoliante, *Greg. dec. 116. n.3.* necnon ex Instrumento locationis cum solutione affictuũ, *l.quamvis, §. si Conductor, ff. de acquir. possess. Bart.in l.qui universas, §.quod per Colonum, nu.1.ff.de acquir.possess. Seraph.dec.1200.nu.1. Cavaler.dec.7.n.1.* 122

109 Nonò probatur ex relatione [illegible], cui in dubio creditur, *l.fin. ubi Castr.nu.6) vers. in dubio. Dec.n.17.& alij, C.de edict. Div. Adri. toll. Menoch.de Adipiscen.rem.4.n.924. [illegible] est casus. Buratt.dec.363.n.1.*

110 Decimò, omissis aliis probatur ex actu executionis Mandati, & apprehensionis possessionis ejus vigore nomine Spoliantis, & Instrumento recognitionis erga Spoliantem factę, & aliis legitimis probationibus, *Greg.dec.105.n.1.*

Sed conclusio, quòd Primum extremum requirat plenam & concludentem probationem, ut suprà, non procedit in Spolio antiquo, in quo Primum extremum probatur in levioribus probationibus, *Seraph.dec.763. n.8, Put. dec. 74.lib.1.in correct. Rot.dec.191.n.3. par.7.rec.*

Vnde infertur Primò, quòd ad probandum Primum extremum in Spolio in antiquis sufficiunt probationes præsumptivæ, *Put. dec.1.de restit.Spol. & dec.75.lib.3, in correct. Rota dec. 394.n.2.par.1. & dec.191.n.4.par.7.recent.*

Secundò infertur, ut sufficiant etiam Testes de auditu, & publicâ voce, & fama, *Ant. August. de utroq.extrem.n.4. Put.dec 72.lib.1.in correct. Rot.dec.142. n.2.p.4.divers. Beltram.ad Greg. dec.423.lit.A.Ferentil.ad Burat.dec 136.n.35.*

Secundum verò extremum, nempè possessio junior Rei conventi, & spoliantis, probatur levioribus probationibus, *Rot.dec.8. de restit.Spol.in nov..& dec.113.n.7.& dec.229.n.5. par.7.rec. Greg.dec.105.n.2. Duran.dec.7.n. 2.& dec.37.n.3.*

Signanter autem, ac Primò Secundum extremum probatur per sustentationem litis cum adminiculis, *Salust, Tiber.lib.2.cap.10.n.5. Verall.dec.369.par.2. Rota dec.113. nu.7. & dec. 191.n.9. & dec.229.n.4.par.7.rec. Greg.dec. 105.n.3.* ubi quod ita passim tenet *Rota, idem Gregor.dec.209.n.1. & dec.362. nu.3. & dec. 485.n.1.dec.500.n.3 & dec.42.nu.1. Buratt. dec.453.n.1. & dec.736.n.8. Coccin.dec.312. n.1. Duran.dec.7.n.3.& dec.37.n.4.*

Secundò, etiam ex sola litis sustentatione, *l. qui se litis.ff.de petit.Hared. l.si se non obtulit.ff. de re iud. Salust.Tib.lib.2.c.10.n.3. Verall.dec. 369.par.2. Rota dec.119.n.5.par.1. & dec.251. n.3. par.6.recent. Cavaler.dec.5.n.7.*

Tertiò, ex Instrumento adeptæ possessionis, *Greg.dec. 500.n.3.*

Quartò, ex Commissione, *Duran.dec.89.n.2.*

Quintò ex Confessione, *Cas.de Graff.dec.42. n.2.de restit.Spol. Rota dec.119.n.4. par.1. & dec.191.n.9.par.7.recent.*

Sextò, ex aliis, de quibus per *Duran.decis.13. num.2.* necnon per Testes, & alia legitima probationum genera vulgata.

Sed conclusio, quòd in Spolio sufficiat probare duo extrema, ut suprà, Primò non procedit in Beneficialibus, in quibus Agens Spolio, ultra dicta extrema, tenetur etiam probare titulum saltem coloratum, ne detur vitiosus ingressus, *Aegid.dec.49. Rot.dec.2.n.1. & dec 16. n.3. de restit.Spol in nov. & dec.20. de rest.Spol. in antiq.Put.dec.186.lib.1. Coccin.dec.312.n.2. & dec.361.n.1. Buratt.dec.33.n.3. & seq.*

Secundò, non procedit in Spolio judiciali, nam quando quis fuit spoliatus à Judice, & possessione privatus vigore Sententiæ, ultra dicta duo extrema debet etiam probare, quòd Judex nulliter processerit, *Abb.in c.conquerente, n.8 de rest.Spol.Felin.in c.dilectus, il primo, n.1. vers. salt secundò de rescript. Verall.dec.186 p.3. Seraph. dec.897.n.1, Rota dec.301.n.2.par.3.& dec.406.*
n.1.

n.1.p.4.recent. Greg.dec.43.n.2. & dec.105.n.4. aut aliàs in justè, aut juris ordine non servato, *l. meminerint.C.unde vi. Dec.cons.449.n.30.Menoch.de recuper.remed.8. n.3.& seq. Seraph.d. dec.867.n.1.Greg.dec.485.n.3.Burat.dec.363.n. 2.Duran.dec.7.n.16.dec.37.n.5. & dec.89.n.3.*

123 Judex namque ad effectum reintegrationis, quando nulliter procedit, dicitur spoliator, *Bart.in l.justè possidet,ff. de acquir. poss. Verall. dec.186.p.1. Cæsar.de Graff.dec.1.nu.4. de Const. Greg.dec.198.n.2. & dec.209.n.2. Rot.dec.365. n.11.p.1.& dec.169.n.2.p.4.rec. Cocc.dec.97.n. 1.* prout quando non ritè, nec rectè procedit, *cap.conquerente,de rest.spol. Boer.dec.238.n.4. Greg.dec.362.n.4. Cavaler.dec.328.n.1.* eòque magis, si nulliter & injustè simul procedit, *Seraph.dec.777.n 1. Rot.dec. 501.n.2.p.3.recent.*

124 Judex namque his casibus dicitur procedere uti privatus, non uti Judex, *Card.in Clem.1.§. fin.n.10.de celeb.Missar.Rot.dec.282. n.1.p.3. & dec.278.n.23.p 5.recent.Cavaler.dec.539.n.9.*

125 & † ubi adest instantia partis, ipsa pars dicitur spoliâsse, non Judex, cujus factum nulliter procedentis reputatur factum partis, *Benintend.dec.93. Cavaler.dec.539.n.9.*

126 Cæterùm spoliatus facto Judicis nulliter, seu injustè procedentis, est omninò restituendus, sicut spoliatus à quolibet privato, *Cravet. cons.124.n.4. Rota dec.282. nu.1. & dec.668. n.1.p.3. & dec.113.n.10.p.7 rec.*

127 Sed ad hoc ut Judex spoliâsse dicatur, nullitas debet esse evidens, adeò quòd nullo velamine celari possit, aliàs non datur restitutio, *Abb. in cap.cum causa,n.4. vers.secus, de offic.Deleg. Mantic. dec.44.n.5. Rota dec.668.n.1.p.3.recent.Cavaler.dec.597.n.1.*

128 Vel injustitia debet esse clara, & notoria, *Seraph.dec.867.n.1. Rot.dec.365.n.11. & dec. 674.n.4.in fin.p.1. & dec.646.n.1.p.2. & d.dec. 668.n.1.p.3. & dec.55.n.8.p.5.recent.Cavaler. dec.597. n.1.* ita ut nullo velamine celari possit, *Burat.dec.327.n.4.* quo casu proculdubio intrat actio Spolii, *Rot.dec.173.n.1.p.3. recent. Burat.dec.165.n.3.*

129 Debetque ad hunc effectum nullitas, vel injustitia notoria deduci ex eisdem actis, & ex illis non autem ex noviter deductis probari, *Felin.in cap.dilectus il primo.num.1. de rescript. Pontan.de Spol.lib.3.nu.107. & seq. Gratian.discept.724.n.22.* ubi quod ita passim practicatur, *Mantic.dec.44.in fin.Burat.dec.848.nu.6. Greg.dec.105.n.10. Duran.dec.454.n.5.Cavaler.dec.597.n.3.& seqq.*

130 Sed conclusio, quòd Judex non ritè, nec rectè procedendo, spoliat, non procedit, quando judex ritè, & rectè procedit, nam tunc non intrat spolium, *l.justè possidet. & l. qui universa, §.item cùm Prator, ff. de acqu.poss. Menoch.de recup.remed.8.n.3.Mohed.dec.4.n.4.de restit.spol. Seraph.dec.492.n.7. Rot.dec.502.n.1.p.1.diverf. & dec.232.n.2.in fin.p.3. & dec.169.n.2. p.4.& dec.224.n.5.p 7.recent.Burat.dec.49.n. 3.& dec.731.nu.5. Greg.dec.43. n.1.dec.105.n.*

131 *4.& seq.& dec.336.n.5. Duran dec.454.n.1.*

Quod tamen non habet locum, quando possessio fuit capta propriâ authoritate, & non cum interventu Executoris, licèt Sententia, & Judicis Mandatum præcesserit, tunc enim intrat nihilominus spolium, *l.extat,ff.quod met. caus.Bart.in l.Creditores,n.1.C.de pign. Rot.dec. 39.n.1.p.5.recent. Duran.dec.89.nu.4.& seqq. & dec.225.n.2.& seqq.*

132 Verumtamen spoliatus est regulariter in primis, & ante omnia restituendus, *cap.in literis, & cap.conquerente,de rest.spol. cap.licet Episcop. de praben.in 6.can.redintegranda,3.quæst.1.can. nullus,2 quæst.2.l.1.ff.de vi, & vi armat. l. si quis ad se fundum, C ad l.Iul.de vi pub. l si Coloni C. de Agric.& Censit.lib 11. Gabr.de rest.spol.concl. 1.n.1.& seq. Rot.dec.356.n.4.p.3.lib.3. diverf. Seraph.dec.1345. n.5 Mantic.dec.118.n.3. Rota dec.85.n.7.par.2. & dec.282.n.1.par.3 recent.*

133 *Burat.dec.908.n.11.* quod † procedit non solùm de æquitate, sed etiam de necessitate, *cap. ex conquestione, de rest. spol. Menoch. de arbitr. jud.lib.1.q 51.n.2. Rot.dec.652.n.3.p.2.recent. Burat.dec.100.n.7.*

134 Etiamsi spoliatus bonâ fide non possideat, nam in spolio solùm inspicitur, an quis sine justa causa ceciderit à possessione, *Gabr. cons.56. n.6.lib.1. Rot.dec.244.n.2.p.1.diverf*

135 Quinimò etiamsi spoliatus sit prædo, *cap.in literis de rest spol. l.Colonus & l.cùm fundum, ff.de vi.& vi armat. Abb. in cap.2.n.13. de ord. cogn. Rip.in l.naturaliter, § nihil commune, n. 47.vers.secundo amplia, ff. de acquir.possess.* vel fur, *Bart.in l.itaque Fullo,§.de furt. Abb.in d. cap.in literis,col.3. n.8.de rest.spol. Gabriel*, q i alios cumulat, *de restit. spol. conclus.1. num.4.& seqq.*

136 Nisi per propriam confessionem, aut aliàs notoriè constaret eum esse prædonem in casibus, in quibus non datur vitiosus ingressus, prout in Beneficialibus, vel quando agitur ad restitutionem contra Dominum, ut latè tradit *Gabr.dictâ conclus.1. num.7. & seq. de restit. spol.*

137 Et etiam si quis fuerit spoliatus authoritate Judicis non rectè procedentis, seu ordinem juris non servantis, *cap.conquerente, de rest spol. cap. ex insinuatione, de Procur. l. meminerint. ubi Bart.& alij, C. unde vi. Abb.in cap.dilectus,il primo,num.4.vers item nota, & ibi Felin.n.1. vers.fallit primò,de rescript. Rip.in l.naturaliter, § nihil commune, nu.59. ff. de acquir.possess.* cum aliis cumulatis per *Dec.in l. fin. num. 35. vers. sed hoc dictum,C.de edict. Div. Adr toll. Verall. decis.186.par.3. Rota decis.724.num.5 par.2. recent.* cum aliis cumulatis per *Cavaler.decis. 59.n.1.*

138 Sed conclusio, quòd spoliatus sit ante omnia restituendus, Primò non procedit, quando possessorium habet mixturam petitorii, *l.2. §.quædam,ff.de Interd. Alex.in l.naturaliter,§. nihil commune,n.19.ff.de acquir.possess. Gabr.concl.1. n.146.lim.22.de rest spol. Rot. dec.768. num.11. ver.vel saltem,par.2.rec.Burat.dec.136 n 28.*

139 Secundò non procedit, quando quis facto, vel culpâ suâ cecidit à possessione, *cap.sapè,& ibi R p. nu.27. ubi de communi, de rest.spol. Soc. in l,rem quæ nobis,nu.8 ff.de acquir.possess Gabr. de restit.spol. conclus.5. num.33. Cassad.decis.*

4.n.6.de restit.spol. Rota decis.2.de rer.permut. in nov. Put.dec.277.n.1.& n.4.& n.7.lib.3. Rota dec.134.nu.1.par.1.divers. Seraph. dec.264. n.1.dec.387.n.1.dec.1200.n.2. Rot.dec.169.n. 7.dec.423.n.1.dec.623.n.1. dec.628.n.1.par.1. & dec.38.n.2. & dec.473.n.2.par.2. & dec. 190.n.1.& dec.561.n.2.in fin.par.3.& dec.261. n.2.par.4.recent.Coccin.dec.436.n.12. Gregor. dec.15.n.2. Cavaler.dec.240.n.3.& dec.568.

140 *n.1.Buratt.decis.301.n.2.& dec.447. n.6.* etiamsi hujusmodi factum processerit metu consurarum, *Mantic.decis.332.n.1.& n.4.*

141 Hæc tamen secunda limitatio Primò, non habet locum, quando quis facto suo cecidit à possessione sub aliqua conditione, quæ non fuit adimpleta, *Achil.dec.10.n.1.& n.4.& n.6.de restit.spol. Rota dec.471.n 1.& seqq.par.1.divers. Burat.dec.735.n.5.& n.6.*

142 Secundò, non habet locum, quando clarè non constat, quòd quis ceciderit à possessione facto suo, ex quo validitas consensûs fuit in dubium, & controversiam revocata, *Rota dec.523. n.2.p.1.recent.*

143 Tertiò dicta conclusio, quòd spoliatus sit ante omnia restituendus, non procedit, quando notoriè constat de dominio spoliantis, & de non jure spoliati in Petitorio, *cap ad decimas, ubi glos.communiter recepta, in verbo, præsumitur, de rest.spol.in 6. Gabr.concl.1.n.52. & n.84. de rest.spol. Cassador.dec.1. n.6. de rest.spol. Tholom.dec.1138.n.1.par.3.divers.li.3. Rot.dec.300. nu.1.in fin.& seq.& nu.6.& seq.par.1.divers.& dec.9.n.4.& seq.par.2. & dec.136. n.3.p.3.rec. Buratt.dec.488.n.13.*

144 Sed ut hujusmodi exceptio excludat spoliũ, debet esse clara, & notoria, ita ut contrarium in Petitorio probari non possit, *Gabr.conf.51.n.17. lib.1. Aegid.dec.103. Rota dec.9.nu.9.& seq. & dec.741.n.4.in fin.par.2.recent. Buratt.dec. 127.n.10.& n.16.*

145 Et sic debet constare de dominio, seu bono jure, per rem judicatam, aut confessionem partis, *Rot.dec.16.n.1.de restit spol. in nov. Seraph. dec.448.& n.3.& dec.896.n.6. Rot.dec.537. n.5.par.1.& dec.741.n.5.par.2.recent. Cavaler.dec.384.n.6.& dec.539.n.6.* ubi alias decisiones cumulat *Buratt.dec.22.n.6.& ibi Ferentill.n.40. & d.dec.127.n.11.* aliàs per exceptiones respicientes Petitorium reintegratio nõ retardatur, *Greg.dec.500.n.9.* cũ aliis prælligatis.

147 Spolio autem commisso ante omnia non purgato spoliator non potest audiri, *Cocc.dec. 423.n.4.& dec 496.n.1.* etiam si constet de bono jure in Petitorio, *Cocc.dec.398. n.1.* Quod † tamen non procedit ad effectum evitandi carceres stante clausulâ *arbitrio, & constito de paupertate*, ut fructus & Expensæ reserventur in fine litis, si spoliator non fuit dolosus, *Coccin. d.dec 423.n.4.*

149 Consistitque purgatio spolii non solùm in restitutione bonorum, sed etiam fructuum, Expensarum, damnorum, & interesse, *Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.50. de acq possess. Crav.cons.140 n.3. Verall.dec.171 nu 1.par.3. Rot.dec.473.n.1.& n.4.par.3.divers.lib 3. Caval.dec 308.n.1.Ferentil.ad Burat.dec.449.n.8. & seqq.*

150 Adeò quòd spoliator audiri nullatenùs possit, nisi in præmissis omnibus purgato spolio usque ad ultimum quadrantem, seu usque ad obolum, *Cotta in memorial.in verbo, spoliatus, Crav.d.cons.140.n.3. Tiraq. de retract.convent. §.4.glos.6.n.23. Salust.Tiber.in Prax.lib.2.c.8. n.14.& seq. Rot.dec.334.n.1.& seqq.par.1.& dec.472.n.1.& nu.4.par.3.li.3.divers. Coccin. dec.311.n.4. Rot.dec.433.n.1.par.2.& dec.363, n.4.& seqq & dec.515.n.1.par.3.recent.Burat. dec.449.n.6.* cum aliis ibi cumulatis per *Ferentill. sub n.8.& seqq.*

151 Nec potest hujusmodi purgatio retardari per exceptiones, quæ non sunt claræ, & concludentes, *Bart.in l.cum ys, §. Fidejussor, n.4. in fin. & seq.ff.de cond.indeb. Gabr.conclus.1. n.45. de rest.spol. Seraph.dec.804.n.1.* cum aliis cumulatis per *Ferentill.ad Buratt.dec.488.n.15.*

152 Non tamen obstat exceptio spolii in alio judicio, nisi quando intervenit vis compulsiva, vel ablativa, si agitur de re diversa, secus si agatur de eadem re, in qua fuit commissum spolium, *Greg. dec.281.n.1.& seq.& n.4.*

153 Sed si spolium fuit violentum, obstabit exceptio spolii, etiam in alio judicio, & re diversa, pro qua competit interdictum, unde vi, *Abb. in c.2.n.3.& seq.& n.12.vers.& licèt iste articulus, de ord.cog. Rota dec.721.n.1.par.1.divers. Greg. dec.336.n.1.& n.8.* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Buratt.dec.731.n.8.& seq.*

154 In spolio autem judiciali non competit Interdictum, unde vi, nec potest illud dici violentum, nisi fuerit commissum cum vi expulsiva, Judice, & satellitibus præsentibus, *Seraph.dec. 842.n.6. Rota dec.718.n.3. par.1.divers.* cum aliis allegatis per *Ferentill.ad Burat.d.dec.371.n.*

155 9. Cæterùm ad hoc ut spolium purgatum dici possit, requiritur quòd possessio transferatur in spoliatũ, & apud eum remaneat, *Caval.dec.308 n.1 vers.quoad prædia. Ferentill. ad Burat.dec.*

156 848 *n.14.* & si res sit perempta, vel aliàs haberi non possit, purgandum est spolium per restitutionem justi pretii, *Seraph.dec.1108.n.6. Rot.in Perusina spolij, 12.Iunij 1610. in §. quantum autẽ coram Sanctiss D.N.Innocentio X. Duran.dec.7.n.*

157 *7.& seq.& dec.47.n.1.& seq.* nam effectus reintegrationis est, ut spoliatus restituatur in pristinum eo meliori modo, quo fieri potest, ac si spolium factum non fuisset, *Menoch.cons.758. n.ult. Veral.dec.171.p.3. Duran.dec.47.n.5.*

158 Quo verò ad fructus, aut sumus in spolio simplici etiam judiciali, & debentur, & fit condemnatio & liquidatio in judicio reintegrationis in fructibus perceptis tantùm à die motæ litis, *Veral.dec.27.la seconda, nu.2.& seq.p.2. Coccin.dec.439.n.1.Rota dec.187.n 17.p.7.rec. & in d.Perusina spolij, 12.Iunij 1610. § quo verò, coram Sanctiss.D.N. Innoc.X. & in Arimin.Salviar.28.Iunij 1634.coram bo.me Molmanno*, ubi quæ in Interdictis hoc est regulare, etiam si dicti fructus non fuerint petiti, *Caval.d.c.409. n.1. Dur.dec.272.n.2.& dec.454.n.8.*

159 Aut sumus in spolio attentato, vel violento, aut aliàs in malæ fidei possessore, & fit condemnatio & liquidatio in fructibus à die cõ missi spolii, *Rot.dec.4.& dec.5.de rest.spol.in nov. Ve-*

rall.

ral.d.dec.27.la.2. n.1.p.2.Rot.in d.Peru.ſpol. §. *ſi verò coram Sanctiſſ.D.N.Innocentio X. & dec.* 187.*n.*17.*par.*7.*recent.Duran.dec.*272.*n.*1. *Ferentil.ad Burat.dec.*678.*n.*6.

160 Et non ſolùm in fructibus perceptis, ſed etiam in illis qui percipi potuerunt, *Rot.dec.*10.*de reſt.ſpol.in antiq. & dec.*5.*de reſt.ſpol.in nov. & dec.*552.*nu.*1. *& ſeqq.par.*1.*diverſ. Buratt.dec.* 642.*n.*4. cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad* 167 *eundem Buratt.d.dec.*642.*n* 9.*& dec.*678.*n.*7.

161 Quinimò contra malæ fidei poſſeſſorem fit 168 condemnatio & liquidatio etiam in fructibus, qui veriſimiliter percipi poterunt, *Rot.in Carpentoraten.reſt.tutionis ovium,*13. *Iunij* 1625. *coram bo. me. Pirovano Decano* cum aliis allegatis 169 per *Ferentill.ad Buratt.d.dec.*642.*n.*9.*in fin.*

162 Ad hoc autem ut ſpolium dicatur purgatum quoad fructus & expenſas, licèt Rota antiqua videatur tenuiſſe ſufficere ſolutionem, vel oblationem liquidorum, cum depoſito julii unius, & obligatione ſolvendi reſiduum quoad illi quidos, poſtquàm fuerit facta liquidatio, ut poſſit interim procedi ad ulteriora, ut colligitur ex allegatis per *Seraph.dec.*655.*nu.*2.*& ſeq.* & tradit *Mohed. dec.*17.*de reſt.ſpol.* quam opinionem poſt *Gregor.* quem allegat, videtur etiam ſequi *Cavaler.d.dec.*308.*n.*2.

163 Nihilominus Rota moderna ſæpius decidit in 171 materia ſpolii & attentatorum nõ ſufficere oblationem, nec depoſitum, ſed requiri totalem, ac realem reſtitutionem, *Verall.dec.*150.*n.*5.*& ſeqq.par.*1.*Serap.dec.*1176.*n.*2. ubi aliàs deciſiones cumulat *Rot.dec.*269.*n.*1.*in fin.p.*1.*rec.Coccin.dec.*371.*n.*5.*Burat.dec.*356.*n.*6. cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg.dec.*503.*n.*6.

164 Unde Praxis in Rota obſervat, ut petens ad ulteriora procedi, ipſe liquidet fructus & expenſas, vel impetret cõmiſſionem cum præfixione termini Adverſario ad liquidandũ, quo elapſo procedatur ad ulteriora in negotio principali, 172 *Rot. in Placentina Iuriſpatronatus,* 1.*February* 1599.*coram bo.me.Corduba. Beltramin ad Greg. d.dec.*503.*n.*6. & in his terminis præfixionis videtur intelligenda *d.dec.Cavaler.*308.*n.*2 & ſic juxta deciſiones, quas allegat, etenim allegat *d. dec.Seraph.*655.*n.*4. ubi dicitur, quòd practica eſt in Rota, quòd volens procedere in cauſa debet vel liquidare, vel impetrare commiſſionem cum præfixione termini, ut ſuprà, necnon allegat aliam deciſionem *Gregor.* in qua ſimiliter ſupponitur fuiſſe prævia commiſſione præfixum hujuſmodi terminum ad liquidandum.

165 Quæ eò magis procedunt, quando in cõmiſſione adeſt clauſula *parito judicato*, vel alia ſimilis, tunc enim requiritur vel actualis ſolutio, vel 174 quòd impetretur cõmiſſio cum præfixione termini ad liquidandum, ut ſuprà, prout de hac Praxi in terminis clauſulæ *parito judicato* teſtatur *Mart.de clauſ.par.*1.*clauſ.*92.*n.*5. *verſ.unde juxta ſtylum Rotæ,* & in terminis clauſulæ *parito Brevi, Seraph.d.dec.*655.*n.*4. & in terminis clauſulæ *reſectis expenſis*, quod requiratur ſolutio actualis, tradit *Sanſt. Tib.in Praxi.lib.*2.*c.*8.*n.*15. & in terminis clauſulæ, *reſectis expenſis & purgatis attentatis.Verall.dec.*150.*n.*5.*par.*1.

166 Verùm concluſio ſuperius firmata, quòd depoſitũ julii unius cum oblatione ſolvendi reſiduum factâ liquidatione in materia expenſarũ nõ ſufficiat, primò nõ procedit, quando expenſæ ſunt modicæ, & cauſa fuit commiſſa in Rota cum clauſula *arbitrio*, prout declarando & modificando, *d.dec.Buratt.*356. dixit *Rot.in Calaguritana,de Nagera,* 3.*Iulij* 1627. *coram bo. me. Vbald.Ferent.ad Burat.d.dec.*356.*n.*9.*ſub lit.*B.

Secundò non procedit in expenſis extrajudicialibus, *Greg.dec.*503.*n.*1.

Tertiò nõ procedit, quando ſpoliator eſt pauper, & adeſt cõmiſſio cũ clauſula, *arbitrio*, licèt enim paupertas regulariter non ſuffragetur, ut quis audiatur ante purgatũ ſpolium, ut per *Put. dec.*142.*lib.*..ſi tamen ſpoliator nõ fuit doloſus, obtentâ cõmiſſione cum clauſula *arbitrio Rotæ conſtito de paupertate*, poteſt audiri, dimiſſâ poſſeſſione tantùm, reſervatis fructibus & expenſis in fine litis, *Coccin.dec.*596.*n.*3. *& nu.*7. ubi de obſervantia Rotæ, & mente Signaturę teſtatur.

170 Quartò non procedit in Expenſis, & judiciis non privilegiatis, in quibus opinio *Angeli* communiter recepta benè locum habet, quòd ſi creditum eſt illiquidum, ſufficit depoſitum julii unius cum oblatione, & datâ fidejuſſione de ſolvendo reſiduum, factâ liquidatione, *Alex. conſ.*24.*v.*9.*lib.*4.*Capyc dec.*17.*n.*5.

Non omitto in hac ſpolii materia, quòd, non attentâ anteriori poſſeſſione alterius, ultimum ſpolium eſt ſemper purgandum, *c.*2. *& ſi fin.de ord.cogn.l.*3.§.*cum igitur.l qui poſſeßionem.& l. cum ſundum.ff.de vi,& vi armat.l ſi quis ſunaũ C. ad leg.Iul.de vi pub. Menoch.de recup.remed.*1.*q.* 34.*n.*382.*Faſtol.cauſ.*1.*dub.*4.*n.*2.*Rot.dec.*27.*in fin.de Appell.in nov. Seraph.dec.*96.*n.*1. *Rot.dec.* 301.*n.*6.*p.*3.*rec.Coc.dec.*97.*n.*3.*& dec.*161.*n.*5.*& dec.*312.*n.*4.*& dec.*478.*n.*6.*Greg.dec.*485.*n.*12 *& ibi Beltram,n.*14.*& dec.*500.*n.*10.*Caval.dec.* 161.*n.*3.

Sed hoc primò non procedit, quando primum ſpoliũ fuit violentum, nam tunc primum eſt ante omnia purgandum, *Caſtren.conſ.*400. *n.*4.*verſ.*3.*ſimiliter,lib.*1. *Rot. d.dec.*27.*in fine de Appell.in nov.Coccin.dec.*97.*n.*4. *Beltram.ad Greg.d.dec.*485.*n.*14.*verſ.hoc non procedit.*

Secundò non procedit in ſpolio attentato, quod eſt ante omnia purgandum, licèt ſit primum, *Dec.conſ.*200.*n.*5.*Rip.in l.naturaliter,*§. *nihil cõmune.n.*68 *ff.de acqu poſſ. Menoch.de recup.remed.*1.*n.*383.*in Coritnen. Bonorum,*19.*Decembris* 1586. *&* 7. *Martij* 1587. *coram bo. me. Card. Platio. Coccin.dec.*97.*n.*4. *& dec.*130.*n.*7. *quæ deciſiones ſunt etiã impreſſæ apud Marcheſan. de Cõmiſſ.reſtit.in integr.p.*2.*c.*3.*fol.*207.*&* 208.

Tertiò non procedit, quando ſecundum ſpolium fuit in continenti factũ poſt primum, tunc enim ſecundum non eſt purgandum, quia incontinenti vim vi repellere licet, *cap.olim,de reſt.Spol.l.*2.§.*cùm igitur. & l.qui poſſeßionem, ff.de vi,& vi arm. Menoch.de recup.remed.*4.*n.* 384. *Faſtol.d.cauſâ primâ,dub.*4.*n.*2. *Gabr.de reſt.Spol.concl.*1. *lim.*30.*n.*169. *Beltramin.ad Greg.d.dec.*485.*n.*14.*in fin.*

175 Hæc tamen tertia fallentia non haberet locum, quando ſecundum ſpolium fuit factũ lite pendente, nam tunc Agenti ex primo obſtabit

secundum, quod tanquam attentatum est majus & gravius, ut post alios, quos allegat, tradit *Menoch. de recuper. remed. 1. n. 386.*

176 Actio autem Spolii est in rem scripta, *Socc. in l. rem quæ nobis, n. 10 ff. de acqu. possess. Seraph. dec. 1262. n. 1. Rot. dec. 476. n. 2 p. 2. recent.*

177 Et ob id datur nō solùm Hęredi, sed & singulari successori Spoliati, qui eam prosequi potest, & intentare ex persona Defuncti, *l. 1. §. Interdictum hoc. in fin. ff. ne vi, & vi armat. Glos. in c. cùm ad Sedem, in verbo, Interdictum, de rest. spol. Rot. dec. 907. par. 3. lib. 3. diverf. & dec. 307. n. 3. par. 1. & dec. 476. n. 2. par. 2. & dec. 717. n. 1. p. 3. recent. Greg. dec. 542. n. 2. & ibi Beltram. n. 9. & seqq. Burat. dec. 271. n. 1. & ibi Ferentill. n. 8. & seq. Cavaler. dec. 531. n. 4. Duran. dec. 7. n. 12. & dec. 113. n. 3.*

178 Quod primò procedit, quando Defunctus fuit spoliatus in vita, secus si spolium fuit commissum post ejus mortem, nam tunc non potest Hæres ex persona Defuncti agere Spolio, *Greg. de rest. spol. concl. 5. n. 20.* cum aliis cumulatis per *Beltram. ad Greg. d. dec. 542. n. 9.* & per *Ferentill. ad Burat. dec. 271. n. 9.*

179 Secundò similiter procedit, quando Hæres vel Successor agit ex persona Defuncti, secus si ageret nomine proprio, vel ex propria persona, & ipse nunquam fuisset in possessione, *Natt. consil 439. n. 4. Ferentill. ad Burat. dec. 271. n. 9. versic. item declaratur.*

180 Sed etiam competit d. Spolii actio contra Hæredem, *l. 1. § fin. l. 3. §. ult. & l. si plures, ff. de vi, & vi arm. Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 157. Rot. dec. 717. n. 1. par. 3. recent. Greg. dec. 542. n. 4. Duran. dec. 7. n. 13. & dec. 113. n. 3.* & contra singulares Successores, non quidem quia successores, sed quia possessores, *Put. dec. 29. de rest. spol. & dec. 172. nu. 1. & seqq. lib. 2.*

181 *in correct. Seraph. dec. 1262. n. 2.* & † contra quoscumque Successores, ad quos pervenit res ipsa, super qua fuit commissum spolium, *Seraph. dec. 1262. n. 1.* etiamsi titulo, & bona fide possideant, vel habeant causam ab Authore nō vitioso, *Gabr. conf. 36. n. 3. lib. 1. ubi de magis communi, Marescott. var. resol. lib. 1. c. 59. nu. 10. & seq.* ubi quod ita passim servat *Rota* cum aliis

182 cumulatis per *Beltram. ad Greg. dec. 543. n. 11.* & † contra quemcunque, in quem influit Spolium, virtute Decreti nulli: nam authoritas Judicis non eximit ab incursu pœnæ civilis *cap. cum causa. de off. deleg. Bart. conf. 91. nu. 4. lib. 1. Soc. conf. 158. num. 9. lib. 2. Felyn. in d. cap. cùm causa, n. 3. de off. Deleg.* ubi hoc declarat procedere, dummodo quis sciat, vel scire debeat ratione naturali, Decretum esse validum, nam si ratio civilis reddat Decretum invalidum, Minor, Rusticus, & similes excusarentur.

183 Competitque actio Spolii etiam pro rebus mobilibus, *Soc. in l. rem quæ nobis, nu. 13. vers. secundo conclude, ff. de acqu. poss. Menoch. de recup. remed. 15. n. 193. & seqq. Burat. dec. 271. n. 2.*

184 Et pro recuperatione Possessionis quæsitæ per clausulam, *Constituti, Alex. in l. exitus, nu. 7.* ubi alios cumulat, *ff. de acquir. possess. Osasc. dec.*

185 *133. n. 7. Rot. dec. 128. n. 1. par. 3. recent.* ubi quòd si agitur contra Constituentem, non est necesse probare ejus possessionem de tempore Constituti, aliàs secus.

186 Præscribitur autem actio Spolii etiam *ex can. redintegranda 3. q. 1,* spatio triginta, vel quadraginta annorum, sicut cæteræ actiones, *l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. ann. Menoch. de recuper. d. remed. 15. nu. 418. Seraph. dec. 1360. n. 3. & n. 9. & n. 10. Rot. dec. 97. n. 1. par. 1. & dec. 150. n. 4. p. 4. recent.*

187 Sed hoc non procedit in Spoliatore doloso, vel violento, quia nullâ, etiam mille annorum præscriptione potest se tueri, *cap. fin. de præscrip.* cum aliis, quos sequitur *Rota apud Seraph. d. dec. 1360. n. 2. & n. 15.*

188 Cæterùm Petens reintegrari, non dicitur habuisse se pro spoliato, dum civilem possessionem animo retinet, sed reintegratio intelligitur petita ratione naturalis possessionis, *Bald. in l. 1. n. 12. C. uti possid. Cast. conf. 234. n. 1. vers. sed debent dicta verba, lib. 2. Burat. dec. 614. n. 11.*

189 Et ob id, executione à Judice nulliter procedente factâ contra eum, qui se pro spoliato non habet, non dicitur is suâ possessione privatus, *Ang. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, n. 2. in fin. ff. de acquir. possess. Gabr. conf. 31. n. 7. lib. 2. Greg. dec. 105. n. 22. dec. 307. n. 6. decis. 458. n. 9. & dec. 555. n. 6.* Idemque Juris est, si executio fuit facta à Judice notoriè injustè procedente, *Burat. dec. 216. n. 1.*

190 Hinc non habenti se pro spoliato, qui ob id non amittit ejus possessionem claram, *Seraph. dec. 1386. nu. 2.* competit manutentio, *Seraph. dec. 1089. n. 3, Greg. dec. 46. n. 9. & dec. 307. n. 6. & seqq.*

191 Secus si quis habuerit se pro spoliato, *Gregor. dec. 546. n. 12.* vel dixerit se spoliatum, nam fatetur se non possidere, *Rota dec. 599. n. 4. par.*

192 *4. recent.* Debet enim Actor concludere in libello, se ad possessionem, à qua dejectum est, reintegrari, *Soc. in l. rem quæ nobis, n. 14. vers. 2. dubitatur, ff. de acquir. poss. Alex. conf. 117. n. 1. lib. 2. Rot. dec. 150. n. 7. p. 4. rec.*

193 Vel etiam secus, quando quis possessionem Spoliantis approbaverit, *Rot. dec. 261. n. 5. par. 4. recent.*

194 Pro spoliato verò se habere pendent ab animo, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir. possess. Greg. dec. 268. n. 6. & dec. 307. n. 9.*

195 Et in dubio non est præsumendum, quòd quis habuerit se pro spoliato, sed debet hoc ab allegante probari, *Greg. d. dec. 307. n. 10. Ferentill. ad Burat. dec. 342. n. 5.*

196 Perindè, si quis petit manuteneri, non potest dici, quòd habeat se pro spoliato, *Gregor. dec. 307. n. 12.* etiamsi subdat, quatenus opus sit, redintegrari, *Greg. dec. 546. n. 14. & dec. 555. n. 1. Rot. dec. 560. n. 2. & seq. p. 1. rec.*

197 Quinimò non potest dici, quòd quis habuerit se pro spoliato, etiam si perierit simpliciter reintegrari: nam licèt Agens Spolio præsupponat Adversarium possidere, *Duran. dec. 23. n. 2.* attamen si petitio reintegrationis est æquivoca, non videtur amittere possessionem civilem, quā animo retinet, sed agere pro recuperatione naturalis, *Natt. conf. 592. n. 21. Rot. dec. 560. n. 2. & seqq. & 561. n. 4. & seqq par. 1. recent. Burat.*

dec.

dec.296.n.2. Duran.dec.23.n.13. ubi reddit rationē cum aliis cumulatis per *Beltram ad Greg. dec.555.n.11. & Ferent.ad Burat.d.dec.269.n.5*

198 Si quis tamen simpliciter se dixerit spoliatum, & adierit Judicē pro reintegratione, tunc nisi ex aliquibus circumstantiis facti colligi possit, Actorem retinere voluisse animo possessionem civilem, prout si dixerit, quatenus opus sit reintegrari, vel institerit etiam manuteneri, vel dixerit se spoliatum de facto, vel quid simile, prout in casibus dictarum decisionum, vel nisi appellaverit, seu protestatus fuerit se nolle haberi pro spoliato, ut per *Coccin.dec.14. num 10. Duran. dec.23. n.18.* utique tunc videtur fateri penes Adversarium esse utramque possessionē, *Seraph.dec.1417.n.3. Coccin.dec.366.n.5. Duran.d.dec. 23. n.12 & seqq.* cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg. dec.555. n.11.* & per *Ferentill.ad Buratt.d.dec.269.n.5.* ubi † quòd 199 cùm hæc materia retentionis possessionis civilis pendeat ab animo, qui verbis & factis declaratur, utique erit ex circumstantiis verborum & factorum præcedentibus, & subsequentibus petitam reintegrationem terminanda, *Glos.in l. Fulcinius §. sed si, in verbo, animus ff. quib. ex causis in poss. ff. eat. Rain.cons.116.n.10. lib.5. Rot. dec.644.n.6.p.1.recent. Cavaler.dec.531.nu.2. & seqq. cum aliis suprà allegatis.*

200 Signanter autem dicitur quis habere se pro spoliato ratione possessionis civilis, quando fuit labi decennium, antequam agat pro recuperatione naturalis ab alio occupata, *Bart. in verb. sive possidetu n.8. vers. sed in possessione, C. de probat. Iaso. in l. vlam possidere, §. qui ad nundinas, n.19 ff. de acquir possess. Baid.cons.12.n.11. lib.1. Alciat. de præsumpt.reg.2.præsumpt.21. num 11. Rot.dec 454.nu.2. & dec.634.n.5.p.. recent. Gregor.dec.307.n.13. & ibi Beltram.n.26.*

201 Sed hoc primò non procedit in incorporalibus, in quibus qui patitur exercitium actuum, etiam si non sit lapsum decennium, ob negligentiam amittit quasi possessionem, *Rot. d.cap. 454.n.2.p.1.recent.*

202 Secundò non procedit, quando possessio naturalis esset vacans, tunc enim possessio civilis nō censetur amissa, ex quo quis distulerit recuperationem naturalis ultra decennium, *Rota dec.62.n.6.p.2.diversf.Mantic.dec.172.n.5. Rota dec.634. n.6.p.1. & dec.287.n.5. & dec.404. n.7 p.2.recent.*

203 Denique non omitto, quòd judicium Spolii est privilegiatum, ne possit cumulari petitorū cum possessorio, *Rip.in l.naturaliter, §. nihil commune, n.16 ff. de acquir. possess. Rot.dec. 542. n.1. & dec.698.n.2.p.2.recent.* cum aliis, quos refert, & sequitur *Buratt dec. 32. num.1. & seq. Cavaler.dec.507.n.2.*

Verùm si spoliatum sit turbidum, solet Rota stante clausulâ *arb. trio*, exercere arbitrium pro 204 cumulatione, *Rot.dec.542.n.2.p.2. recent. Cavaler.dec.145.n.3. & dec.284.n.1. & dec.507.n. 3. Buratt. d.d c.33.nu 5.* cum aliis allegatis per *Ferentill.ad Burat.dec.100.nu.23.* sequestratâ tamen possessione iuxta ejusdem Rotæ observantiam, *Buratt.d.dec.136.n.1.*

205 A sententia verò lata in possessorio recuperandæ, & ejus speciebus regulariter non datur appellatio, *Glos.in l.unic. in verbo, momento, & ibi Bart.n.1. & Contard. in ampliat.n.34. C. si de momen.poss. agat. Maran.de ord. jud. p.6. art.4. lim.16.n.294. Saluft.Tib.in Prax.lib.2.c.8.n.17. Scacc.de appell.q.17.lim.6.memb 6.n.1.* ubi † de communi. Quod procedit etiam in terris Ecclesiæ attentâ Ægidianâ, *Seraph.dec.452. nu.1. & seq. Cocc.dec.417.n.1. & dec.446.n.3. & n.4.* 206

Sed hoc Primò nō procedit, quando sententia est nulla, vel notoriè injusta, nam tunc datur appellatio etiam virtute Ægidianæ, quæ excipit hunc casum, *Marchesf. de commiss. appell. in Salu. p.1.c.2.n.75. & seq.fol.1005. Put.dec.4.de Aeg. Cocc.dec.417.n.1.& n.9. & dec.446.n.4.* 207

Soletque Signatura hoc casu, quando de nullitate, aut notoria injustitia datur fumus, si causa est extra Rotam cōmittere eidem Judici, ut prævia responsione iterum audiat, idque facit signatura de æquitate quadam, facilius tamen causam appellationis committit, teste *Marchesf. de commiss. appell. in Salu.p.1.c.2.n.75.fol.1005.* 208

Secundò, non procedit quoad fructus & expensas, & interesse, ideoque licèt praxis observet, ut lata sententiâ in spolio stari m fiat executio respectu possessionis, non tamen fit respectu fructuum, expensarum, & interesse, *Bart. in l. Creditor, §. jussus, n.4. ff. de appell.* cum aliis, quos sequitur *Saluft Tiber. d.lib.2.c.8. nu. 17. Afflict.dec.77.n.8.* 209

Sed si fructus sunt pendentes, quando fit executio respectu possessionis rei spoliatæ, fit etiam in fructibus, qui hoc casu sunt pars fundi, *l. fructus pendentes, ff. de rei vindic. Saluft. Tiber.d.lib.2.c.8.n 17. Afflict.dec.77.in fin.* 210

Et ob id Judex à quo hoc casu respectu possessionis dat refutatorios, respectu verò fructuū expensarum, & interesse terminum juris, *Saluft. Tib.d.c.8.n.17.* & ita indies observat praxis. 211

Terriò non procedit, quando sententia lata in possessorio reintegrandæ contineret mixturam petitorii, nam tunc datur appellatio, *Scacc. de appell.p.q.17.lim.6.memb.6.n.63. Pontan.de spol.lib.4.c.3.nu.45.* 212

Hinc Primò inferri potest, quòd cùm Judex pronunciat super spolio, nullitate, & attentatis, vel eorum altero unà cum spolio, tunc spolium est mixtum, & ratione mixturæ datur appellatio, *Marchesf. de commiss. appell. in Salu.p.1.c.2.n. 70. & seq.fol.1004. & s.q. & de commiss. rest. in integr.p.2.c.3.n 15.fol.185. Scacc.de appell.d.q. 17.lim.6.memb.6.n.64.* idemque juris esse † in sententia lata in spolio attentato tradit idem *Scacc.d.q.17.lim.6.memb.6.n.75.* ubi de communi, & in praxi recepta opinione testatur. 213 214

Secundò inferri potest, quòd à sententia, quæ concedit reintegrationem, & simul declarat spoliantem incidisse in pœnam facientis vim, quando ad hæc fuit actum, datur appellatio, secus si fuit actum limitativè ad recuperandam possessionem, & super ea tantùm pronunciatum, *Scacc.d.q.17.lim.6.memb.6.n.54. & n.57.* 215

Quartò non procedit in remedio recuperandæ *ex can. reintegranda 3.q.1.* quod locum habet non solùm in terris Ecclesiæ, sed etiam 216

in

in terris Imperii etiam in foro sæculari, *Menoch.de recuper.remed.15.n.640.& seqq.Scacc. d.q.17.lim.6.membr.6.n.71.& seq.*

217 Sed quoad terras Ecclesiæ tollit appellationem constitutio Ægidiana, etiam si d.remedium fuerit intentatum,*Contard.in l.unica,lim. 4.n.12.*ubi quod ita quotidie observatur,*C.si de moment.possess.agat.*

218 Quo verò ad terras Imperii contrarium est verius, quòd scilicet in foro sæculari, quando d.remedium fuit intentatum,non detur appellatio,*Contard.in d.l.unica, lim.4.nu.2.& seqq. C.si de moment.possess.agat. Scacc.d.q.17.lim.6. membr.6.n.72.verficulo, contra istam extensionem,*ubi alios cumulat,& contraria tollit,*& n. 73.* ubi hanc secundam opinionem tenendam censet, & ita in praxi servari vidisse testatur.

219 Quintò non procedit, quando sententia est lata contra Actorem spoliatum, quia is de Jure communi potest appellare, *Scacc.de appell.d.q. 17.lim.6.membr.6.n.76.*

220 Sed hoc non potest habere locum attentâ constitutione Ægidianâ, quæ prohibet tam Reo, quàm Actori in mero possessorio appellationē, *Pontan.de spol.lib.4.c.3.n.55.Scacc.d.q.17.lim. 6.memb.6.n.77.Sal Tib.in praxi d.l.2.c.8.n.22.*

221 Cæterùm, quoties Signatura, dato ei fumo de nullitate, seu notoria injustitia Sententiæ in spolio latę, mandat eidem Judici,ut iterum audiat, & is nihilominus in notorio gravamine persistit, vel aliàs à d.Sententia appellationem committeret, vel etiam quando fuit prævenū in Commissione appellationis, & commissio obtenta, virtute Ægidianæ, reformari petitur, tunc ob honorem Constitutionis præfatæ, cum clausula, *quatenus illi locus*,rescribere consuevit,*Marchej.de commiss.appell.in Salu.p.1.c.2 n.76.fol,*1005.& ita quotidie observat praxis.

222 Hæc pauca in hac ampla Spolii materia observasse sufficiat,in reliquis ad *Gabr.de rest.spol. Pontan. de spol. & Menoch. de Recuper.* qui ex professo tractatum copiosum in eadem materia compilavit,poterit haberi recursus.

SUMMARIUM, CAP. XV.

1 *Continuatio hujus capitis ad præcedentia.*

2 *Lite,vel appellatione pendente aut in spretum Inhibitionis nihil innovandum, alias innovata, uti attentata revocantur.*

3 *Citatio ad dicendum contra jura in judicio Attentatorum,& ejus formula,& processus.*

4 *Protestatio, & productio jurium in judicio attentatorum,& ejus formula.*

5 *Si attentata non possunt probari per scripturas, sunt probanda per Testes, vel alia probationum genera.*

6 *Citatio ad videndum declarari incidisse in pœnis in Inhibitione contentis, & illius formula, & processus.*

7 *Processus ad executionem Mandati, & capiens possessionem in spretum inhibitionis, seu alterius impedimenti citatur ad videndum revocari executionem.*

8 *Citatio ad videndum revocari executionem nulliter factam,seu possessionem nulliter captam,& ejus formula,& processus.*

9 *Attentans non potest citare partem ad exhibendum& justificandum inhibitiones, nisi priùs purgatis attentatis.*

10 *Citatio ad videndum revocari attentâ lite, vel appellatione, vel tempore ad appellandum pendente,& ejus formula, & processus.*

11 *Attentans non potest procedere ad ulteriora, nisi purgatis attentatis usque ad obolum.*

12 *Si Decretum revocationis Attentatorum est injustum,datur ab eo appellatio.*

13 *Interpositio appellationis à decreto revocationis Attentatorum,& ejus formula, & responsio de Apostolis.*

14 *Cedula appellationis à decreto revocationis Attentatorum,& ejus formula.*

15 *Commissio appellationis à decreto revocationis Attentatorum est porrigenda in plena Signatura citatâ parte.*

16 *Commissio appellationis à decreto revocationis Attentatorum,& ejus formula.*

17 *Alia simlis commissio in causa non Rotali.*

18 *Signatura quomodo admittat appellationem à decreto revocationis attentatorum.*

19 *Si lis fuit terminata in negotio principali,& consummata executio, & attentata adhuc non fuerunt revocata,quomodo agendum est ad illorum revocationem prævio Monitorio.*

20 *Monitorium super revocatione attentatorum,& reintegratione ad possessionē, & ejus formula.*

21 *Si instans pro revocatione attentatorum possidebat tempore,quo fuit attentatum, vel utilius est agere interdicto retinendæ, vel si habuit se pro spoliato Interdicto recuperandæ,& quare.*

22 *Agere volens ad revocationem attentatorum viâ ordinariâ debet agere, prævio Monitorio & quomodo.*

23 *Reproductio in actis monitorij executi personaliter,& ejus formula.*

24 *Protestatio& negatio Monitorij,& ejus formula.*

25 *Monitorium super revocatione attentatorum nō secutum,est justificandum,& probanda sunt attentata per legitima probationum genera.*

26 *Articuli pro verificatione Monitorij,& attentatorum,& eorum formula.*

27 *Citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum,& ad Sententiam,& ejus formula,& processus.*

28 *Citatio ad libellandum in termino substantiali,& ejus formula,& processus.*

29 *Protestatio,& repetitio jurium,& ejus formula.*

30 *Productio jurium, & oppositio exadverso quando fieri debeant remissivè.*

31 *Citatio ad videndum reiterari,& ad Sententiam, & ejus formula,& processus.*

32 *Cedula Sententiæ super revocatione attentatorum,& reintegratione,& ejus formula.*

33 *A sententia lata super revocatione attentatorum datur appellatio,& commissio appellationis expeditur ordinaria.*

34 *Commissio appellationis à Sententia revocationis attentatorū & reintegrationis,& ejus formula.*

35 *Appellatione non interpositâ,vel eâ non prosecutâ, servatis quatuor terminis expeditur mandatū.*

36 *Mandatum de amovendo à possessione attentata, & reintegrando,& ejus formula.*

27 Exe-

37 Executor, virtute Mandati de amovendo, & reintegrando, procedit ad executionem, & actuarius de ea conficit Instrumentum.
38 Ad expensarum taxationem, & pignorum subhastationem quomodo procedatur remissivè.
39 Attentatum quid sit. (canda.
40 Attentata sunt in primis, & ante omnia revo-
41 Si attentata sunt turbida, non revocantur ante omnia, præsertim impetratâ commissione cum clausula, arbitrio.
42 Si attentata sunt clara, clausula arbitrio, non operatur ad eorum rejectionem.
43 Attentata turbida, dependentia à cognitione negotij principalis, non revocantur ante omnia, secus si sunt clara.
44 Attentata non revocantur ante omnia, si clarè per confessionem, vel rem judicatam constat de non jure Petentis illorum revocationem.
45 Etiam stante clausulâ, arbitrio.
46 Attentata non revocantur ante omnia, quando diminueretur cultus divinus, & quomodo id procedat.
47 Attentata non revocantur ante omnia, quando posset ex revocatione oriri scandalum.
48 Attentata post decem dies datos ad appellandum non revocantur, quando constat in actu de desertione appellationis.
49 Attentata possunt revocari per viam injustitiæ, & nullitatis, viâ ordinariâ.
50 Attentata non revocantur ante omnia, ad effectum tollendæ jus quæsitum ex reservato Signaturæ, etiam stante clausulâ arbitrio.
51 Attentata non revocantur, quando fuit appellatum ab interlocutoria, nisi fuerit in primo pronunciatum benè appellatum, vel justificata veritas appellationis, quod tamen patitur restrictiones.
52 Casus ducenti congesti à Lancell. de Attentat. in quibus attentata non revocantur ante omnia.
53 Attentata infra decem dies ante appellationem interpositam revocantur per viam nullitatis, etiamsi causa appellationis postea sit deserta.
54 Attentata non revocantur quando non datur appellatio suspensiva.
55 Causâ commissâ cum clausula, &c. attentata non revocantur, dum appellatio suspensiva nõ datur.
56 Inhibitio vigore commissionis appellationis, in qua non est facta mentio obligationis Camerali, vel Guarantigiæ, non operatur revocationẽ attentatorum, si est clarum facultate A. C. intrare.
57 Qui continuat, non attentat.
58 Hæres, cui non est interdicta administratio, vel apprehensio possessionis, potest apprehendere & continuare possessionem Defuncti, etiam lite pendente absque vitio attentatorum.
59 Qui mutavit modum possidendi post litem motã, non potest apprehendere & continuare possessionem Defuncti, absque vitio attentatorum.
60 Emanatâ inhibitione Rotali, vel commissâ causâ super actu particulari continuationis, vel continuatione sumptâ ab actu, qui dedit causã liti, non potest continuari possessio absque attentatis.
61 Attentata sunt revocanda ab eo Iudice, cujus est læsa majestas.
62 Iudex potest revocare attentata, etiamsi notoriè constet de non jure petentis illa revocari.
63 Si attentata possunt revocari viâ ordinariâ, non est pro illorum revocatione recurrendum ad remedium extraordinarium.
64 Attentata sunt purganda in eo Tribunali, cujus fuit læsa jurisdictio, nisi alibi super eu causa in specie fit commissa.
65 Attentata purgantur per legitimam attentantis cessionem.
66 Cessio debet esse pura, ut attentata per eam purgentur, aliàs non relevat.
67 Omni possibili diligentiâ adhibitâ pro purgatione attentatorum illa habentur pro purgatis.
68 Depositum julij unius cum oblatione residui, factâ liquidatione, non relevat in materia attentatorum, sed requiritur purgatio, usque ad obolum secundùm opinionem, quam servat Rota.
69 Depositum julij unius cum oblatione residui quoad damna, de quibus non constat, & expensas extrajudiciales, quas attentans ignorat, sufficit.
70 Ad impossibile nemo tenetur.
71 Papa non attentat, quia est supra jus.
72 Literæ Apostolicæ non possunt dici attentata.
73 Literæ Apostolicæ non excusant ab attentatis, quando in eis non est facta mentio de lite.
74 Clausula, cujus litis statum, &c. præservat gratiam à subreptione, & attentata.
75 Possessio capta vigore provisionis Apostolicæ potest esse attentata.
76 Tertius, qui non est in lite, non attentat.
77 Tertius habens causam ab eo, qui erat in lite, attentat, etiamsi possideat cũ titulo, & bonâ fide.
78 Provisus per cessionem, resignationem in favorem, aut modum similem in Beneficialibus, dicitur habere causam à parte.
79 Provisus per obitum, aut per liberam cessionem, vel resignationem, non in favorem, vel modum similem, si non trahit causam ab eo, qui erat in lite, habet novũ jus creatum à Papa, & quare.
80 Et ob id non attentat, cùm non habeat causam ab eo, qui erat in lite.
81 Ad revocationem attentatorum potest procedi summariè, incidenter absque ordine judiciario.
82 Si petitur à spoliato restitutio per viam attentati, requiritur libellus, & ordo judiciarius.
83 In judicio restitutionis spoliatorum requiritur libellus & ordo judiciarius.
84 Iudicium attentatorum, an spolium sit magis privilegiatum, & in quo.
85 In Iudicio summario revocationis attentatorum incidenter intentato, non requiruntur termini substantiales.
86 In Iudicio summario revocationis attentatorum magis contemptus Iudicis, quam læsio juris & Partis inspicitur.
87 Si agitur ad revocationem attentatorum viâ ordinariâ, sicut requiritur libellus, & ordo juris, ita sunt necessarij termini substantiales.
88 Agens ad revocationem attentatorum quid probare debeat ut obtineri possit.
89 Ad revocationem attentatorum datur appellatio.
90 Contrariã defendit contra omnes Lancell. de attent. & tandem primã opinionem amplectitur.
91 In spolio attentato non datur appellatio.
92 Contrariam opinionem uti communem & in praxi & Curia servatam, tenent plures.
93 Si in Sententia lata in spolio tantùm in enuntiativâ,

tiva, non indispositiva est facta mentio attentatorum, non datur ab ea appellatio, & quare.

94 Licèt agens spolio incidenter narret attentatum, si tamen prosequitur judicium in simplici spolio, non datur à sententia inde secuta appellatio, licèt in narrativa etiam sententia fiat mētio attentati.

95 Cautius est, ut Iudex pronunciet in simplici spolio, & quoad attentata ferat sententiam per capita separata.

96 Quot sunt capita, tot sunt sententiæ.

97 Lata sententia per capita separata, si appellatio detur ab eo capite, in quo agitur de revocatione attentatorum, non tamen datur ab alio in quo agitur de simplici spolio.

98 A sententia revocationis attentatorum appellatione pendente, non datur appellatio.

99 A sententia revocationis attentatorum non datur appellatio, quando appellatio est prohibita in causa principali.

100 Si agitur summariè viâ privilegiatâ ad revocationem attentatorum, à decreto justo & valido, non datur appellatio.

101 Si validitas & justitia Decreti revocationis attentatorum est turbida, etiamsi viâ privilegiatâ actum fuerit, Signatura rescribit cum clausula, si quid exequendum, sed si Decretum est nullum, vel injustum, datur appellatio.

102 Si fuit actum ad revocationem attentatorum viâ actionis, vel ordinariâ, datur appellatio.

103 Si Iudex recuset revocare attentata, vel pronunciet, ea non esse revocanda, datur appellatio.

104 Robertus Lancellottus I. C. Perusinus uberrimum de attentatis Tractatum compilavit.

105 Instrumenta publica faciunt probationem probatam, rem claram, & manifestam.

106 Citatio requiritur in unoquoque actu, aliàs actus est nullus.

107 Citationis defectus est insanabilis.

108 Citatio executa Domi, in qua quis non habitat, est nulla, ac si non esset facta.

109 Nullitas parte opponente est in primis revocanda.

110 Creditor anterior in tempore est præferendus posteriori.

111 Nova investitura lite pendente obtenta est nulla & attentata.

112 Nova investitura non est attentata, si non est obtenta lite pendente, aliàs secus.

113 Lite indecisâ pendente non potest dici constare de non jure ad effectum revocandi attentata, nisi de illo constet per confessionem partis, aut rem judicatam.

114 Licèt constaret de non jure petentis revocari attentata, possent tamen illa revocari ex officio ob spretum jurisdictionis.

115 Iudex, cujus est læsa majestas, revocat attentata ex officio.

116 Præscriptio interrupta per citationem, petitionē, vel interpellationem non obstat.

117 Præscriptio Statutaria facilius tollitur.

118 Statutum Vrbis c. 158. excipit contractus Censûs, c. 159. non comprehendit contractum jurarum.

119 Statutum Vrbis non habet locum in actione reali, quæ competit pro Censu.

De Attentatis. Pars secunda, Cap. XV.

1 A QUia attentatum est privilegiatum prout spoliū A, cum sicut spolium in primis, & ante omnia est revocandū, ita etiam attentatum in primis, & ante omnia est purgandum, & in judicio attentatorum, quod omnia alia judicia suspendit, summatim, absque terminorum substantialium observatione proceditur, idcircò postquàm actum fuit de spolio, antequàm de causis ordinariis agatur, aliqua breviter de Attentatis, & quomodo in eorum revocatione procedatur, non abs re visum fuit in medium afferre.

2 Regula est clara in jure, quod lite, vel appellatione pendente nihil in contemptum Judicis, vel præjudicium Partis fine justa, & rationabili causa est innovandum, aliàs quicquid in contrarium agitur, est nullum, & attentatum, & ob id omninò revocandum, & in pristinum ante omnia reducendum, ob id in Tribun. A. C. si aliquid lite, vel appellatione pendente, vel in spretum inhibitionis, aut Judicis contemptum, fuerit attentatum, ad eius revocationem proceditur, citatâ parte, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

3 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra jura producta, & repetita, videndum jurare Testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, committi, & mandari restitui dimissa copia collationata ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit admitti, si, & inquantum, & committi, ut supià omni, &c.

Productio verò jurium potest fieri, ut infrà, & aliàs, juxta praxim, de qua supià *par. 1. c. 2. nu. 9. & seqq.* videlicet:

Pro NN. contra NN.

4 In officio NN. & ad docendum de nullitate executionis ex adverso factæ super bonis, de quibus agitur, in spretum inhibitionis, ac lite, (vel appellatione) pendente, facto per compulsum, produxit instrumentum executionis præfatæ, rogatum per acta NN. sub die N. anni N. *vel aliud, juxta facti contingentiam*, & reperiit monitorium, & in actis sub die NN. reproductam, & omnia alia acta, & actitata, gesta, & facta per acta mei, &c. inquantum, &c. petens, &c. omni, &c.

5 Quòd si attentata non possint probari per scripturas, erunt probanda per alia legitima probationum genera, vel etiam per Testes, servatis servandis, datis articulis opportunis, juxta contingentiam facti examinandos, parte citatâ ad dicendum contra illos, juxta praxim superiùs traditam *p. 1. c. 11. n. 2. & seqq.*

Qui-

Quibus probatis, aut agitur de aliqua re, seu actu facto, vel in spretum Inhibitionis, vel illâ non observatâ, & citatur pars, ut infrà, videl.

A. C. N.

6 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum declarari incidisse in pœnis in Inhibitione contentis, & pro illis mandatum de capiendo, & restituendo pignora, & aliud necessarium & opportunum decerni, & relaxari in Expensis condemnari, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN ex adverso principali, qualiter Dominus relaxavit Mandatum de capiendo & restituendo &alias, prout in actis, Instante NN. principali sive, &c. N. Notarius.

7 Aut quis virtute Mandati executivi, vel de associando, vel alterius similis, procedit ad executionem in spretum alicujus Inhibitionis, vel chartæ dotalis, vel hujusmodi alterius impedimenti, & capit possessionem bonorum, de quibus agitur, & tunc pro revocatione attentatorum citatur pars, quæ ut suprà attentavit, ut infrà, videlicet: *A. C. N.*

8 Citetur NN. ex adverso principalis ad videndum revocari executionem nulliter factam super domo NN. (*seu possessionem domûs nulliter captam*) in spretum Inhibitionis, de qua agitur, cum omnibus inde secutis, & in Expensis condemnari, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur N. ex adverso principali, qualiter Dominus revocavit executionem, & aliàs prout in actis, Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

9 Est autem hîc observandum, quòd si quis Attentatis adhuc non purgatis, citare voluerit Adversarium ad exhibendum, & justificandum Inhibitiones, &c. aliàs videndum mandari exequi, seu procedi ad ulteriora in executione juxta formulam superiùs traditam *par. 1. c. 9. nu. 2.* non potest aliquod decretum obtinere, nisi purgatis in primis, & ante omnia Attentatis, ac refectis Expensis, sed illis purgatis, etiam quoad Expensas, benè potent instare pro revocatione Inhibitionis, & obtinere illius moderationem, nisi fuerit ex adverso justificata.

Aut agitur de revocatione Attentatorum lite, vel appellatione, vel tempore ad appellandum pendente, & citatur pars, ut infrà videlicet: *A. C. N.*

10 Citetur NN. ex adverso principalis ad videndum revocari quæcunq; attentata & innovata lite (seu appellatione) pendente, & omnia in pristinum reduci, & restitui, ac in Expensis condemnari, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. revocavit Attentata, & aliàs, prout in actis, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

11 Nec attentans, Parte opponente seu protestante, poterit ad ulteriora in causa aliquo modo procedere, nisi attentatis priùs, ut suprà, ante omnia purgatis usque ad obolum.

12 Cæterùm, si decretum super Attentatorum revocatione obtentum sit injustum, potest ab eo infra legitima tempora interponi appellatio coram Judice à quo, ut infrà, & aliàs juxta facti contingentiam, videlicet:

Pro NN. contra NN.

13 Coram D. meo &c. NN. habita notitia de asserto Decreto definitivo facto ad favorem NN. ab eo, omnibus aliis gravaminibus, ad Sanctiss. D. N. Innocentium X. ejusque S. Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni &c.

Tenor Cedulæ.

14 A quadam asserta Sententia, seu Decreto definitivo per *R. P. D. NN. A. C.* Locumtenente lata seu facto, ad favorem NN. contra NN. de, & super revocatione executionis factæ super domo NN. de qua agitur, in vim Mandati de associando ser. se. relaxati, rebusq; aliis, &c. Procurator, & eo nomine, sentiens se lasum, & gravatum, & timens in posterum magis lædi, & gravari, &c. ab illo, & toto ulteriori processu ad Sanctissimum D. N. Innocentium X. ejusque S. Sedem Apostolicam inhis scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens, semel, bis, tertiò, sæpè, sæpiùs, sæpissimè, instanter, instantiùs, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus præsens appellatio non admitteretur, à non admissione illius, ac toto ulteriori processu iterum appellat, provocat, & ut suprà, de nullitate dicit, ac toties, quoties &c. ita ut ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs de nullitate &c. non solùm ut sup. sed omni alio &c.

15 Commissio verò in Signatura porrigenda erit citatâ Parte, & obtentâ priùs Supersessoriâ ab Eminentiss. Signaturæ Justitiæ Præfecto, juxta praxim superiùs traditam *par. 1. c. 13. nu. 19. & seqq.* & poterit confici commissio, ut infrà, & aliàs, mutatis mutandis, &c. videlicet:

Romana.

16 Beatissime Pater. Devotus S. V. Orator NN. obtinuit à R. P. D. NN. R. P. D. A. C. Locumtenente, citato NN. Adversario Mandatū de associando ad possessionem domûs NN. de qua agitur, virtute clausulæ *Constituti*, prout ex Instrumento rogato per acta NN. in actis exhibito, cujus quidem mandati virtute accepit d. domus realem & actualem possessionem, servatis de jure, ac de stylo servari solitis, sed quia nihilominus d. NN. Adversarius sub prætextu assertæ inhibitionis, NN. d. possessionem, ac mandati executionem non minus nulliter, quàm injustè ab eodem Judice cum omnibus inde secutis revocari extorsit, ob id idem Orator ad S. V. infrà

legitima tempora appellavit, & de nullitate dixit. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatũ ex tribus, iniquitatis, & notorię injustitię, innovatorum &c. & restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. à d. definitivo decreto, seu sententia definitiva unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici Auditori, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties, &c. Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstan quibuscunq; Statum &c. pro plenè, &c.

Alia Commissio extra Rotam.

17 Beatissime Pater. Introductâ lite, & causâ coram R. P. D. A. C. met, & pro parte, & ad instantiam Devoti S. V. Oratoris NN. contra NN. de, & super manutentione in possessione domûs N. de qua agitur, rebusque aliis &c. idem NN. Adversarius possessionem d. Oratoris, uti attentatam ab eodem Judice revocari extorsit: verùm quoniã idem Orator, d. Domûs possessor, semper continuavit in ejus possessione, & qui continuat, non attentat, sentiens se læsum, & gravatũ, à d. Decreto, seu Sententia appellavit, & eque principaliter de nullitate dixit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notorię injustitię hujusmodi, ab asserto definitivo Decreto, seu asserta Sententia definitiva infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon restitutionis in integrum, prout de Jure, &c. ac quorumcunque exadverso attentatorũ, & innovatorum unà cum omnibus inciden. depend. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas alicui S. V. Rom. Curię Prælato audien. cognoscen. decid. fineq; debito termin. cõmittere, & mandare, cum potestate citan. inhiben. quos, quibus, q ioties, singulis diebus, & horis, præterquàmin honorẽ Dei feriatis, Constitutionibus, & ordinationib. Apostolicis, stylo Palatii, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque. Statum, &c. pro plenè, &c.

18 Signatura autem, dum videt Decretum esse justum, committit causam appellationis, rescribendo cum clausula *sine præjudicio*, &c. si verò Decretum patitur difficultatem, rescribit cum clausula *si quid exequendum*, at si videt illud esse manifestè injustum, committit simpliciter causam appellationis, absque alia clausula.

19 Verùm hæc procedunt, quando Attentata fuerunt quidem lite, vel appellatione pendente, vel infra terminum datum ad appellandum, aut aliàs, ut suprà, in spretum inhibitionis commissa, & lis adhuc durat, sed si postea lis fuit in negotio principali terminata per Sententiam, quæ in judicatum transivit, & fuit consummata executio, & Attentatâ lite, vel appellatione pendente, vel aliàs, ut suprà, commissi, non fuerunt adhuc revocata, tunc agere volens ad illorum revocationem, debet procedere viâ Monitorii, ut infrà, & altàs, mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, videlicet:

20 De Mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis Tenore præsentium.

Moneatur NN. exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum &c. Cameræ Apost. applican. & pro illis Mandati executivi, & in juris subsidium, excõmunicationis, &c. aliisque &c. pœnis, debeat realem, actualem, & corporalem possessionem vineæ sitæ juxta portã NN. juxta bona NN. & NN. viam, & alios si qui sint, &c. tanquam per eum occupatam post inhibitionem, de qua in actis, legitimè præsentatam, liteq; pendente, ac de facto apprehensam, & captam, & ob id nullã, attentatam, & innovatam dimisisse, dereliquisse, & relaxâsse, & ab omni, & quacunque illius detentione, & occupatione cessâsse, & destitisse, ac præfatum NN. instantem, & omnia in pristinum statum, in quo erat ante inhibitionẽ, & attentata reposuisse restituisse, & quatenus opus sit, reintegrâsse, ac fructus à tempore occupationis perceptos, & usque in diem actualis dimissionis percipien. damnaque, expensas, & interesse passa, & patien. ac liquidan. & c. refecisse, & restituisse, & quæcunque decreta, sententias, & mandata de restituendo, amovendo, & reintegrando, aliaq; desuper necessaria, & opportuna ferri, fieri, concedi, decerni, & relaxari vidisse, & audivisse ad favorem d. D. Instantis &c. deducens in præmissis omne jus, omnemque actionem, sibi undecunque, & quomodocunque provenien. & competen. implorans nobile officium Judicis, & beneficium Juris non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. ideò &c. si quis, &c. alioquin, &c. omni &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

21 Observandum tamen est, quòd si is, qui instat pro revocatione attentatorum, hoc casu possidebat tempore commissorum attentatorum, & non habuit se pro spoliato, poterit intentare Interdictum retinendæ, juxta praxim superiùs traditam, hac eâdem *p. 2. c. 12. n. 1. & seq.*

Si verò habuit se pro spoliato, poterit intentare remedium recuperandæ, juxta praxim positam in *c. proximo præcedente, nu. 1. & seqq.* & utilius erit istis casibus agere altero ex dictis remedius, seu interdictis, quàm instare viâ Monitorii, ut suprà, pro revocatione attentatorum, cùm in dictis remediis, seu interdictis non detur regulariter appellatio suspensiva, sicut datur, quando, ut suprà, agitur viâ Monitorii pro attentatorum revocatione, etiamsi quis petat revocari attentata, & insimul manuteneri, vel reintegrari, idque ob mixturam attentatorum, quæ facit causam appellabilem.

22 Cæterùm, si quis potius viâ ordinariâ ad revocationem attentatorum procedere maluerit, poterit agere prævio Monitorio, ut suprà, & aliàs, mutatis mutandis, secundùm contingentiam facti.

Monitorio contra Partem adversam à Cursore executo, ac subscripto, adnotatur illius reproductio in Broliardo, ut infrà, videlicet:

Pro NN. contra NN.

23 Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiss. D. N.

D.N. Cursor retulit, se personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Exadverso potest infra triduum negari Monitorium, & fieri solita protestatio, videlicet:

Pro NN. contra NN.

24 In Officio NN. negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non fuisse, nec esse vera, & ad perita, prout peruntur, non teneri, ideò nihil fieri, nisi servatis servandis, & verificatis verificandis, aliàs, &c. omni, &c.

25 Pro verificatione Monitorii probanda sunt Attentata, de quibus agitur, vel per Scripturas, vel per Testes, vel per alia legitima probationum genera, ut suprà, post principium hujus c.15.n.3.& seq. dictum fuit, poterunt que confici Articuli opportuni, ut intrà, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet:

26 Articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & super eis Testes inducendos, servatis servandis examinari, ad superfluam tamen probationé non se astringens, &c. deducens &c. salvo jure &c. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. In primis hic loco Articulorum repetit Monitorium, unà cum inhibitione contra Adversarium, sub die N. mensis N. anni N. legitimè executum, & in actis sub die N. reproductum, & omnia alia jura, acta, & actitata, gesta, & facta, per acta mei NN. Notarii, inquantum &c. ex quibus &c. licet &c. tamen &c. quatenus opus sit probare vuli, & intendit.

1. Che la verità fù, & è che NN. articulante fin del mese di N. dell' anno N. e molto tempo prima, ha pacificamente posseduto una Vigna posta fuori di Porta N. a lato NN. & NN. la via, & altri della quale ha preso fino à detto tempo i frutti à debiti tempi dalli Vignaroli, & affittuarii, e da chi è occorso, e come meglio li Testimonii diranno la verità del fatto, e così &c.

2. Item che NN. Adversario hà di poi del mese di N. dell' anno N. indebitamente occupato, & occupa de facto il possesso di detta vigna della quale hà preso, e piglia i frutti, benche indebitamente, e come meglio i Testimoni informati deporanno la verità del fatto, e così &c.

3. Item che delle dette cose ne fu, era, & è publica voce, e fama, palam &c. e così &c.

Hos pro nunc &c. deducens &c. nō se astringens &c. salvo jure &c. ad superfluam tamen probationem non se astringens &c. omni &c.

Nomina Testium.

NN. Viterbien. degens in Regione Burgi.

NN. Sutor Romanus degens in Regione Montium, & alii nominandi N.N.N.N.N.

Examinatis Testibus, juxta Praxim superiùs traditam p.1.c.11.n.2.& seq. ac probatis probandis, si causa non excedit valorem ducentorum ducatorum auri de Camera, citatur ad Sententiam, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndū
27 deferri Juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendū, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & aliàs, omni, &c. ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, deferri Juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. & concludi, & sententiari, prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit, & subscripsit, mihique Notario consignavit, prout in folio, tenoris, &c. super quibus, &c. præsentibus sociis Testibus, &c. omni, &c.

Verùm si causa excedit dictum valorem, servantur termini substantiales, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

28 Citetur N. exadverso principalis, ad libellandum, ad p.d. ad articulandū ad 2. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandū, ad jurandū de calumnia, ad p.d. in terminis substantialib. Instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. repetit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut suprà, & admitti, si, & inquantum omni, &c.

Et si nihil de novo est producendum, potest fieri repetitio jurium in Broliardo, ut infrà, vid.

Pro NN. contra NN.

29 In Officio NN. repetit omnia, & singula jura, instrumenta, scripturas, acta, & actitata, gesta, & facta, per acta mei, &c. ad causam facien. in parte, & partibus, &c. & inquantum &c. & non aliàs etc. petens etc. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, etc.

30 Si verò alia jura sunt de novo producenda, potest fieri productio illorum juxta praxim superiùs traditam p.1.c.2.n.11.& seqq. et eodem modo, ut ibidem dictum fuit, poterunt exadverso opponi generalia contra etc.

Successivè citatur ad Sententiam, videlicet:

A. C. N.

31 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, habitos, atque servatos, in vim quorumcunque facultatum, absolvi Instantem à Censuris ad effectum, &c. deferri juramentum in supplementum plenę probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludiq; videndum in causa, & audiendam sententiam definitivam omni &c. ad p.d. Instante NN. principali, sive, &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, & admitti ad reiterationem terminorum, ec. qui reiteravit in forma, &c. deferri Juramentum, &c. qui tactis juravit etc. et sententiari, prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit, subscripsit, et mihi consignavit, tenoris etc. super quibus etc. præsentibus sociis Testibus etc. non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo, &c. Tenor Cedulæ.

Christi nomine invocato. Pro tribunali se-
32 dentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quā de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quę coram Nobis in prima, seu veriori versæ fuerunt, & vertūtur instan-

tia, inter NN. Actorē ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & super dimissione, & relaxatione, ac reintegratione possessionis Vineæ sitæ extra portam N. juxta bona NN. & NN. alios, si qui sint &c. lite (seu appellatione) pendente, & occupata, rebusque aliis, &c. Dicimus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus, possessionem d. Vineæ, ejusque jurium, &c. per dictum NN. post inhibitionem, de qua in actis, legitimè præsentatam, ac lite pendente apprehensam & occupatam fuisse, & esse nullā, & attentatam, & ideò revocandam cum omnibus inde secutis, prout revocamus, dictumque NN. Actorem fore & esse adpossessionem dictę Vineę reintegrandum, & restituendum, & omnia in pristinum statum reponenda, prout erant ante hujusmodi Attentata, & Inhibitionem prout restituimus, reponimus, & reintegramus, amoto d. NN adversario, & quocunque alio illicito Detentore mandatumq; de restituendo, & amovendo, ac reintegrando, & aliud necessarium & opportunum decernimus & relaxamus, dictumq; NN. in fructibus à die præfatæ occupationis perceptis, & usque in diem actualis dimissionis percipiendis, & in expensis condemnamus, quorum fructuum liquidationem, & expensarū taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, & declaramus no solùm præmisso, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego N N. Locumtenens.

33 Ab hac Sententia datur appellatio, ac proinde appellare volens poterit istam appellationem coram Judice à quo, infra legitima tempora interponere, ut suprà *n.* 13. *& seqq.*

Commissio verò viâ ordinariâ signanda poterit fieri, ut infrà, & aliàs, mutatis mutandis, videlicet: Romana.

34 Beatissime Pater. Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, Attentatorum, aç restitutionis in integrum, prout de Jure, à præsenta Sententia, definitiva lata per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem in prima instantia (seu alia juxta facti contingentiam) ad assertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & super dimissione, & relaxatione Vineæ, sitæ extra portam N. juxta bona NN. & NN. & alios fines, si qui &c. rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, actoro negotio principali, & quam, & quas &c. alicui Sacri Palatii Apostolici Auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. necnon inhiben. quos, quibus, quoties, Constitutionibus, stylo Palatii, cæteris que contrariis non obstan. quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

35 Verùm si Pars ab hujusmodi Sententia non appellaverit, vel appellationem prosecuta non fuerit, tunc, observatis quatuor terminis, ad audiendum de appellatione, & illius legitima prosecutione, de quibus suprà *p.* 1. *c.* 13. *n.* 70. & nihil quod relevet docto, expeditur Mandatum temporis, videlicet:

36 De Mandato illustriss. & Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis.

Tenore præsentium.

Mandatur vobis Executoribus, Subexecutoribus, & aliis, ad quos spectat, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub 500 ducatorum, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis, & quilibet vestrùm debeat NN. exadverso principalem ab attentata occupatione, & detentatione Vineę NN. de qua agitur, amovisse, & abstulisse, dictumq; NN. Actorem, & omnia in pristinum statum, in quo erant ante hujusmodi attentata, restituisse, reposuisse, & reintegrâsse, amoto quocunque illicito Detentore, aliaque desuper necessaria, & opportuna fecisse, in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque. Necnon auferatis de bonis, de domo, vel aliundè dicti NN. bona valoris juliorum NN. pro Expensis præsentis Mandati, quæ ablata deponatis, ad effectum &c. quia d. NN. exadverso citato, in vim Sententiæ desuper latæ, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † sigilli. N. Locumten.

37 Cujus quidem mandati virtute Executor procedit ad ulteriora in executione, amovendo Detentorem, & alia, ut suprà faciendo, de quibus Notarius actuarius conficit publicum Instrumentum, juxta Formulam, de qua suprà in *cap. proximo præcedenti, n.* 29. & aliàs, mutatis mutandis, juxta formā, & tenorem dicti Mandati de amovendo, & contingentiam facti.

38 Ad Expensarum verò taxationem, & fructuum liquidationem proceditur pariter juxta Praxim superiùs traditam in proximo præcedenti *cap. num.* 30. *& seqq.* & ad pignorum denique ablationem, & subhastationem juxta superiùs tradita *par.* 1. *cap.* 14. *& seq.*

OBSERVATIONES.

A

39 Ttentatum est quidquid sine rationabili causa fit, lite, appellatione, aut his æquipolente, pendente à Judice, seu Parte, aut haben. causam ab eis, in contemptum jurisdictionis, & præjudicium Partis, officio ejus, cujus est læsa majestas, in primis, & ante omnia revocandum, *Lancell. de Attent. in præfat. nu.* 4. *& seqq.*

40 Attentata igitur sive lite, sive appellatione pendente, sive post Inhibitionem, aut aliàs quomodolibet, sunt ex omnibus Juris regulis in primis, & ante omnia revocanda, *cap. non solùm, & ibi late Scribentes, de Appell. in* 6. *Lancell. de Attent. in præfat. n.* 33. *& de privil. Attent. p.* 3. *c.* 3. *n.* 153. *& seqq. Scac. de Appell. q.* 3. *n.* 47. *& seq. Rota dec.* 235. *n.* 1. *par.* 1. *& dec.* 735. *n.* 2. *p.* 2. *& dec.* 251. *n.* 1. *& dec.* 272. *n.* 1. *p.* 3. *rec. Greg. dec.* 465. *n.* 1.

41 Sed hæc regula Primo non procedit, quando Attentata controvertuntur, & sunt turbida, *Rota in Cæsaraugustana Dismembrationis* 23. *Januarij* 1610. *coram bo. me Card. Sacrato, impr. ff. apud*

quâ Marchis. de Commiss. Null. sanat. p. 3. dec. 1. n. 2. fol. 178. & in Conchen. Capellaniæ 3. Aprilis 1615. coram bo. me. Card. Verospio, & eò magis si obtenta fuit à Signatura commissio, cum clausula, *arbitrio Rotæ, seu Iudicis*, quæ relaxat Juris rigorem, *Rota in d. Conchen. Capellaniæ. coram bo. me. Card. Verospio. & dec. 251. n. 1. & dec. 657. n. 4. p. 3. recent.* secus si illa essent clara, quia
42 tunc nec etiam † intrat arbitrium ad effectum rejiciendi Attentata, *Rot. dec. 735. nu. 2. p. 2. & dec. 769. n. 2. p. 3. & dec. 123. n. 1. p. 5. recent.*

43 Secundò non procedit, quando Attentata dependent à cognitione negotii principalis, *Capyc. dec. 72. Beltram. ad Greg. dec. 283. n. 8. in fin. & ad dec. 465. n. 12. Rot. dec. 251. nu. 1. p. 3. recent. Duran. dec. 313. n. 11. & seqq.* ubi quòd hoc locum habet, quando Attentata sunt turbida, secus si sunt clara, quia tunc non dicuntur dependere à cognitione negotii principalis, cùm de illis notoriè appareat, etiam negotio principali non discusso.

44 Tertiò non procedit, quando notoriè constat de non jure petentis revocari attentata, *Maresc. var. resolu. lib. 2. c. 121. nu. 58. & seqq. Rot. dec. 7. ut lit. penden. in antiq. & in Conchen. Capellaniæ, 3. Aprilis 1615. coram bo. me. Card. Verospio. & dec. 251. nu 1. & 2. par. 3. recent.* ubi quòd ad hunc effectum non jus debet esse clarum & manifestum, & de eo constare per rem judicatam, vel per confessionem Partis, *Burat. dec. 177. n. 4. & dec. 212. n. 12.* ubi quod
45 † hoc habet locum, etiam stante clausula, *arbitrio, Beltram. ad Greg. d. dec. 465. n. 12.*

46 Quartò non procedit, quando diminueretur cultus divinus, *Glos. in c. pervenit il secondo, in verbo aßignes, de appell. Beltram. ad Greg. dec. 465. n. 12. Rot. dec. 251. n. 1 in fin p. 3 recent.* ubi *sub n. 4.* subdit, id procedere, quando attentatum fuit per viam Visitationis, non autem judicialiter, vel quando fuit frustratoriè, ad litem in longum protrahendam, appellatum.

47 Quintò non procedit, quando revocatio posset causare scandalum in populo, *Beltram. ad Greg dec. 276. n. 9. Rot. dec. 22. nu. 24. & dec. 657. n. 2. p. 3. recent.*

48 Sextò non procedit, quando appellatio est deserta, & de desertione notoriè constat in actis, nam tunc attentata, post decem dies datos ad appellandum commissa, non revocantur, *Lancell. de attent. appell. penden. par. 2. c. 12. ampliat. 1. n. 1. & n. 8. & n. 20.* cum aliis cumulatis per *Maresc. var. resol. lib. 2. c. 121. n. 63. & seq.* In
49 casibus tamen, in quibus † intrat illorũ revocatio, possunt revocari per viam injustitiæ, & nullitatis, viâ ordinariâ, ut per *Lancell. d. cap. 12. ampl. 1. n. 20. Scacc. de appell. q. 15. n 27. & 74.*

50 Septimò non procedit ad effectũ tollendi jus quæsitum ex rescripto Signaturæ, adeò quòd hoc casu non sit etiam locus clausulæ *arbitrio*, pro attentatorũ rejectione, *Burat. dec. 177. n. 8.*

51 Octavò non procedit dicta regula, quando fuit appellatum ab interlocutoria, quia tunc attentata non revocantur ante omnia, nisi fuerit in primis pronunciatum, benè appellatum *c. non solùm, de appell. in 6. Oldrad. cons. 30. n. 10. vers. præterea. Fed de Senæ cons. 198. n. 4. vers. de secundo*, vel nisi saltem fuerit justificata veritas causæ appellationis *d. cap. non solùm. de appell. in 6. Rot. dec. 44. n. 1. de appell. in nov. Scacc. de appell. q. 3. n. 47. & qu. 17. limit. 47. memb. 1. n. 28.* quod tamen plures patitur restrictiones, de quibus per *Scacc. d. lim. 47. memb. 1. n. 37. & seqq.*

52 Nec desunt alii casus, in quibus attentata in primis, & ante omnia non revocantur, quorum ultra ducentos congerit *Lancell. de attent. p. 5. de privileg. attent. c. 30. n. 178. cum pluribus sequentibus.*

53 Attentata verò infra decem dies, pendente termino ad appellandum, ante interpositam appellationem commissa, non solent revocari per viam attentatorum, sed benè per viam nullitatis, *Rot. dec. 176. n. 2. & dec. 638. n. 2. p. 3. recent. Greg. dec. 513 n. 3. Duran. dec. 86. n. 13. & decis. 177. n. 5.* ubi alias decisiones cumulat *Ferentill. ad Burat. dec. 63. n. 14.* quod procedit etiam si causa appellationis deserta remanserit, *Cas. de Graff. dec. 2. n. 5. de appell. Maresc. variar. resol. lib. 2. c. 121. n. 64. Burat. dec. 59. n. 5. & decis. 72. n. 3. & dec. 306. n. 4. Duran. d. dec. 177. n. 4, & s. q.*

54 Sed prædicta non procedunt, quando non datur appellatio suspensiva, tunc enim, sive fuerit processum ad ulteriora infra decem dies datos ad appellandum, sive post interpositam appellationem, sive post inhibitionem Judicis delegati, attentata non revocantur, *Scacc. de appel. q. 5. n. 69. & q. 17 lim. 6. membr. 3. nu. 22. & seqq. & lim. 9. n. 59. Cavaler. dec. 69. nu. 5. in fin. Ferent ll. ad Burat. dec. 902. n. 7.*

55 Quod non solùm procedit commissa causa cum clausula, *sine præjudicio legitimæ executionis*, vel cum clausula, *quatenus sit locus Aegidianæ, Scacc. d. q. 17. lim. 6. memb. 6. n. 24.* sed etiam
56 quando commissione † nulla est facta mentio obligationis Cameralis, vel Guarentigiæ, quæ specialem mentionem requirunt: tunc enim A. C. vigore suarum facultatum potest ad ulteriora procedere, etiam si vigore rescripti Signaturæ inhibitio emanaverit, etiam absq; alia commissionis reformatione, quia hoc casu commissio appellationis tantùm operatur effectum devolutivum, *Scacc. d. q. 17 lim. 6. memb. 3. n. 24. & lim. 9. n 59. Rot. dec. 641. n. 11. vers. quod autẽ, p. 1. divers.* cum aliis cumulatis *Ferentill. ad Burati. dec. 177 nu. 9. lit. A. vers. limitatur primò*, ubi quòd hoc habet locum, quando est clarũ facultates A. C. intrare, secus si esset dubium.

57 Secundò similiter non procedunt, quando quis continuat in sua possessione, quia regula est universalis, quod qui continuat, non attentat, *c. 1. ubi Abb. nu. 1. & nu. 4. ut lit. pend. Glos. in clem. 2. in verbo, innovari, ut lit. pend. Rot. dec. 39. n. 7. & dec. 77. n. 3. p. 3. recent. Greg. dec. 557. n. 1. Duran. dec. 19. n. 7. & dec. 198. n. 15. Beltram. ad Greg. dec. 203. n. 7. Rot. dec. 73. n. 3. p. 6. recent.* ubi quòd idem procedit in Hærede, qui nisi ei administratio, & apprehensio possessionis fit aliàs interdicta, potest lite pendente absque vitio attentatorum apprehendere possessionem bonorum Defuncti, & continuare jus, quod transit in ipsum, prout erat penes Defunctum.

58 Sed

58 Sed hæc regula Primò non habet locum, quando quis post motam litem mutavit modum possidendi, *Gloss. in c. non solùm, in verbo, reducendum, circa medium, vers. dic. tamen, de Appell. in 6. Bero. cons.* 118. *n.* 8. ubi de communi, *n.* 24. *lib.* 3. *Beltram. ad Greg. dec.* 557. *n.* 5. §. 1. *dec.* 637. *n.* 4. *p.* 1. *recent.*

59 Secundò, non habet locum, nisi priùs quæsitâ possessione validâ, *Burats. dec.* 434. *nu.* 9. quem sequitur *Rota in Messanen. Decanatus* 13. *Februarij* 1646. *coram* R. P. D. *Ghisilerio* in §. *pariter non suffragatur.*

60 Tertiò non habet locum stante Sequestro cum inhibitione Rotali, de cujus vitibus non spectat cognoscere ad Judices inferiores, nec quando causa fuit specialiter commissa super continuatione, et illo actu particulari, ex cumulatis per *Beltram. ad Greg. decis.* 203. *nu.* 6. quem sequitur *Rota in d. Messanen. Decanatus* 13 *Februarij* 1645. *coram* R. P. D. *Ghisilerio in d.* §. *pariter.*

Quartò non habet locum, quando continuatio sumitur ab apprehensione possessionis, quæ dedit causam liti, *Rota in Bonomien. attentatorum*, 18. *Iunij* 1646. *coram* R. P. D. *Cerro.*

61 Debent autem attentata revocari ab eo Judice, cujus fuit læsa majestas, *Rota dec.* 303. *n.* 4. *p.* 3. *recent. Burats. dec.* 72. *n.* 5. *& dec.* 77. *n.* 2. *& seq. Greg. dec.* 486. *n.* 7.

6 Et potest Judex revocare Attentata etiam ex officio, *Gregor. dec.* 91. *n.* 8. *& dec.* 305. *n.* 4. *Cavaler. dec.* 175. *n.* 3. *Burats. dec.* 386. *n.* 5. quod procedit, etiam si notoriè constet de non jure Petentis revocari Attentata, *Beltram. ad Greg. d. dec.* 91. *n.* 12.

63 Sed hoc est remedium extraordinarium, et ob id ei locus non est, quando potest agi viâ ordinariâ ad revocationem Attentatorum, *Greg. dec.* 504. *nu.* 3. *& seq. Rota dec.* 357. *n.* 2. *p.* 3. *recent.*

64 Purgari etiam debent Attentata in eo Tribunali, cujus jurisdictio fuit læsa, nisi causa sit alibi, prout in Rota, in specie super Attentatis commissa, *Greg. dec.* 486. *n.* 4. *Burat. dec.* 72 *n.* 5.

65 Purgantur autem per legitimam cessionem Attentatis factam, ita quòd nec attentans aliquod commodum ex Attentatis amplius sentiat, nec Attentata passus aliquod interesse ob id patiatur, *Greg. d. dec.* 486. *n.* 3. *& n.* 17. *Burat. dec.* 126. *n.* 3. *Cavaler. dec.* 138. *n.* 1. quæ cessio de-
66 bet esse † pura, et non conditionalis, aliàs non relevat, *Greg. d. dec.* 486. *n.* 4. *Ferentill. ad Burat. decis.* 126. *n* 9.

67 Quando verò fuit omnis possibilis diligentia pro illorum purgatione adhibita, Attentata habentur pro purgatis, *Crescen. decis.* 1. *& seq. possess. & fruct. Beltram. ad Greg. dec.* 503. *nu.* 6. *Ferentill. ad Burat dec.* 588. *n.* 8. *Duran. d. c.* 166. *num.* 10. ubi quòd hujusmodi diligentia probatur Juramento.

68 Pro illorum tamen purgatione non sufficit depositum juli unius cum oblatione solvendi residuum, quando facta erit liquidatio juxta opinionem *Angel. in l.* 4. §. *ait Prætor. ff. de re judi.* sed requiritur omnimoda purgatio usque ad obolum, juxtà doct. *Bald. in c. conquerente, de restit. spol.* quam servat Rota in hujusmodi Judiciis privilegiatis, latè *Beltram. ad Greg. d. dec.* 503. *n.* 6.

69 Sed hoc non procedit quoad damna & interesse, de quibus aliquo modo non constat, nec quoad expensas extrajudiciales factas ab eo, qui attentata passus est, quas attentans ignorat, tunc enim sufficit depositum unius juli cum oblatione solvendi residuum, postquàm facta erit liquidatio, & in hoc casu benè procedit opinio *Ang. in d.* §. *ait Prator, nu.* 1. etiam in materia privilegiata, *Rota dec.* 157. *nu.* 1. *p.* 3. *recent. Greg. dec.* 503. *n.* 1. & ibi *Beltram. nu.* 6.

70 nam cùm attentans † prædicta ignoret, est impossibile quòd possit illa usque ad obolum purgare, & ad hujusmodi impossibile nemo tenetur, *l. apud Iulianum*, §. 1. *ff de legat.* 1. *l. continuus*, §. *illud, de verb. oblig. l. non dubium*, C. *de legib.* latè *Cravett. cons.* 12. *n.* 1. *& seqq. Duran. dec.* 166. *n.* 10.

71 Papa verò non attentat, quia est supra jus, *Clem.* 1. *in fin. vers. salva tamen ut lit. pend. c. proposuit, de concess. præben. Aegid. dec.* 749. *in fin. Rot. dec.* 25. *n.* 4. *de rescript. in nov. Greg. dec.* 2. *n.* 2. *Beltram. n.* 15. *Cavaler. dec.* 186. *n.* 4.

72 Literæ tamen Apostolicæ, licèt non possint dici attentatæ, *Greg. dec.* 2. *n.* 1. non tamen ex-
73 cusant † ab attentatis, quando in eis non est facta mentio de lite, *Greg. dec.* 305. *n* 5. quin-
74 imò licèt in eis lit facta mentio † de lite per clausulam *cujus litis statum, &c.* quæ præservat Gratiam à subreptione, & attentatis, *Beltram. ad Greg. dec.* 2. *n.* 16. *& seq. Cavaler. dec.* 186. *n.* 3.
75 potest tamen † esse, quòd possessio capta vigore hujusmodi provisionis Apostolicæ sit attentata, *Greg. dec.* 10. *Beltram. ad Greg. d. dec.* 2. *n.* 15. *& n.* 16. ubi plures cumulat decisiones.

76 Et licèt Tertius, qui non est in lite, non attentet, *c. Romana.* §. *in altum, de appell in* 6. *Maresc. var. resol. lib.* 2. *c.* 121. *n.* 60. *& seq. Achil. dec.* 28. *de appell. Greg. dec.* 14 *nu.* 6. *Cavaler. dec.* 186. *n.* 4.

77 Hoc tamen non procedit, quando Tertius habet causam à Parte, quæ erat in lite, *Afflict. dec.* 354. *n.* 2. *Greg. dec.* 14. *n.* 6. quod habet locum etiam si Tertius possideat cum titulo, & bona fide, *Burats. dec.* 406. *n.* 2.

78 Causam autem à Parte in Beneficialibus habet, qui fuit provisus per cessionem, aut resignationem in favorem, aut per permutationem, aut per alium similem modum, *c.* 2. *ut lit. pend. in* 6. *Rot. dec.* 3. *ut lit. pend. in antiq. & decis.* 3. *ut lit. pend. in nov. & dec.* 1147. *par.* 3. *lib.* 3. *divers. & dec.* 705. *n.* 3. *p.* 1. *recent. Beltram. ad Greg. dec.* 15. *n.* 7.

79 Secus qui fuit provisus per obitum, aut per cessionem, aut resignationem, non in favorem, sed liberam in manibus Sanctissimi, aut per cessionem, seu resignationem ejus, qui non erat in lite, aut per privationem, vel per alium certum similem modum, quomodo ab eo, qui erat in lite, causam non trahat, tunc enim cùm in Beneficialibus non detur successio, *cap. ad extirpandas, & c. extravag. missa de Fil. presb. Rot. dec.* 13. *in fin. de Proc. in nov. Put. dec.* 33. *num.* 3. *lib.* 1. Provisus habet novum jus de novo crea-

tum

tum non aliunde, quàm à Papa, *Rom. conſ. 374. n. 5. verſ. de Prælato. Papazon ad Rot. dec. 13. n. 4. de Procur. in nov. Rot. dec. 705. n. 1. par. 1. recent.* & † ob id, cùm in nihilo habeat cauſam
80 à parte, quæ erat in lite, non poteſt ei objici quòd attentaverit, *Lancell. de Attent. par. 1. c. 3. nu. 4. & ſeqq. Aegid. dec. 102. & dec. 749. Mohed. dec. 3. nu. 1. ut lit. pend. Achill. dec. 28. de appel. Put. dec. 74. n. 3. & n. 9. lib. 2. Seraph. dec. 583. nu... Rot. dec. 705. n. 1. p. 1. rec. Cavaler. dec. 186. n. 2. & ſeqq. Beltram. ad Greg. dec. 14. n. 7.*

81 Cæterùm ad revocationem attentatorum poteſt ſummariè procedi ex puro & mero officio Judicis incidenter ſine libello, & ſine litis conteſtatione, nam in hoc non requiritur aliquis ordo judiciarius, *Gloſ. prima in Clem. ſin. ut lit. pend. Abb. in cap. bonæ, nu. 16. verſic. magna. eſt differentia, & n. 17. & ibi etiam Franc. col. 4. verſ. primo quia in remedio attentati, de appell. Imol. in cap. ex parte il ſecondo, nu. 11. de reſcript. Lap. alleg. 98. quæris à me, nu. 1. ante fin. verſ. 1. quia Card. Conſil. 10. n. 2. Aegid. dec. 101. dec. 148. & dec. 294. Rota dec. 1. de off. Iud. in antiq. & dec. 2. de reſtit. Spol. in or. Scacc. de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 173.*

82 Sed hoc non procedit, quando fuit petita reſtitutio per viam attentati, *Franc. in d. ſp. petit. in 2. dub. poſt num. 13.* quem refert, & ſequitur *Mandoſ. de Commiſſ. ſuper attentat. form. 14. in verbo, cauſam, & cauſas attentatorum, verſ. ſecus verò.*

83 Nam etiam in ipſa reſtitutione ſpoliatorum libellus offertur, lis conteſtatur, & ordo judiciarius requiritur, *Franc. in d. cap. bonæ, col. 4. verſ. primò, quia de appell. Imol. in d. cap. ex parte, il ſecondo, nu. 11. de reſcript. Lap. d. alleg. 98. nu. 1. verſ. primo, quia Card. d. conſ. 10. nu. 2. Scacc. d.*
84 *lim. 47. memb. 1. n. 137.* ubi † quòd licèt in hoc ſit magis privilegiatum judicium attentatorũ, quàm ſpolium, in alio tamen eſt magis privilegiatum ſpolium, quia in eo non datur appellatio, quod ſecus eſt in judicio attentatorum.

Perinde in ſummario judicio attentatorum,
85 de quo ſuprà, nec etiam termini ſubſtantiales ſervãdi, ut habetur *in Practicabilibus Rot. ſub tit. de termin. uſu, & qualit. n. 8. Mandoſ. de Commiſſ. ſuper attent. d. form. 14. in verbo, cauſam, & cauſas, verſ. addo etiam. Saluſt. Tiber. in Prax.*
86 *lib. 2. c. 8. n. 8.* ubi quòd in his magis contemptus Judicis, quàm læſio juris & partis inſpicitur, *Rota dec. 78. aliàs 765. de appell. in antiq.* ubi quòd ita communiter tenet Rota.

Sed hoc non procedit, quando ad revoca-
87 tionem attentatorum agitur viâ ordinariâ, nam tunc ſicut requiritur libellus, & ordo juris, ita etiam termini ſubſtantiales requiruntur, ut ſuprà *hoc eodem cap. ſub n. 22. & ſeqq. & nu. 28.* dictum fuit, ſicut in aliis judiciis ordinariis, de quibus dicetur inferiùs *par. 3. c. 2.*

88 Petens autem revocari attentata debet tantùm probare rem, de qua agitur, poſſediſſe de tempore litis motæ, & ad præſens illam Adverſarium detinere, ſeu occupare, *Imol. in cap. ex parte, il ſecondo. n. 11. de reſcript. Card. Conſ. 10. n. 2.* hoc eſt docere de attentatis lite, vel appellatione pendente, juxta tradita per *Rot. dec. 78. de appellat. in antiq.*

89 An autem à revocatione attentatorum detur appellatio, contrariæ ſunt DD. opiniones: nam dari appellationẽ, aſſerit *Contard. in l. unica, tit. de Aegid. q. 7. C ſi de mom. poſſeſſ. agat, fol. 643. Scacc. de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 172.* ubi alios cumulat, & de communi, ac in praxi, & Curia Romana obſervatâ opinione teſtatur, & hoc videtur ſupponere *Rot. dec. 2. de re jud. in nov.* dum tres ſententias in cauſa attentatorum latas commemorat, quam etiam habitam ab omnibus pro vera, & in practica ſervatam fatetur *Lancell. de attent. par. 3. c. 28. n. 44.*

90 Sed contrariam opinionem, quòd ſcilicet à ſententia lata ſuper revocatione attentatorum non detur appellatio, tenet idem *Contard. in d. l. unica in ampliat. ſub nu. 239. & Lancell. de atten. d. c. 28.* poſtquam primam opinionem quatuor fundamentis comprobavit *nu. 45. & ſeqq.* denique ab ea recedit, & hanc contrariam opinionem, quam contra omnes ſe credere veriorem aſſerit, ſexdecim comprobat fundamentis, & contrariis reſpondet uſque ad *num. 99.*

91 Et nihilominus *nu 98.* d. primam opinionem amplectitur, quam tamen d. *nu 49 & ſeqq.* tribus modis limitat uſque ad *nu. 136.* Primo ſcilicet, ut non procedat in ſpolio attentato, quam limitationem latè comprobat d. *n. 99. & ſeqq.*

92 Sed contrariam opinionem, quòd etiam in ſpolio attentato detur appellatio, tenet *Contard.* parum ſibi conſtans *in d. l. unica, ſub tit. d Aegid. q. 7. n. 2. & ſeqq. Marcheſ. de Comm ſſ. appell. in Calu. p. 1. §. 2. n. 73. fol. 1085. Rota in Caſarauguſtan. Spolij, 10. Febr. 1576. coram bo. me. Card. Seraph. impreſſ. apud March. ſ. de Commiſſ. reſtit. in integr. p. 1. §. 3. dec. 25. fol. 223.* quam communem, & in Romana Curia, & praxi obſervatam teſtatur, & ſequitur *Scacc. de appell. q. 27. limit. 6. memb. 6. n. 75. in princ. & verſic. quod dicendum.*

93 Verùm hæc ſecunda opinio non procedit, quando in ſententia lata in ſpolio de attentatis tantùm in enunciativa, non autem in parte diſpoſitiva fuit facta mentio: nam verba diſpoſitiva, non autem enunciativa ſunt attendenda, *Contard. in d. l. unica, lim. 2. §. 5. num. 19. & de Aegid. d. q. 7. n. 2. & ſeqq. Rot. dec. 34. n. 12. p. 2. diverſ. And. dec. 106. aliàs 107. n. 6.*

94 Proindè ſi agens ſpolio, lite pendente commiſſo, attentatum deducit, non principaliter, ſed incidenter, & narrativè, cùm in nihilo utatur privilegio attentatorum, ſed cauſam ſecundùm terminos ſimplicis ſpolii proſecutus fuerit, licèt in ſententia incidenter facta feciſſet mentionem attentati in narrativa, proculdubio ex hoc non daretur appellatio, *Lancell. de attent. d. cap. 25. n. 125.*

95 Cautius tamen erit in his & ſimilibus caſibus, quòd Judex pronunciet ſuper ſimplici ſpolio, & deinde, ſi facienda ſit mentio de attentatis, ſubdendo, *Item pari noſtrâ ſententiâ dicimus*, pronunciet ſuper attentatis, & ſic ferat ſententiam per capita ſeparata, prout ſæpiùs in hujuſmodi, & aliis caſibus ad complicationem, &
96 mixturam evitandam, fieri † conſuevit, & paſſim obſervat praxis, tunc enim tot ſunt capita, quot ſententiæ, *l. etiam, §. ex cauſa,*

ubi

ubi etiam Glos. in verbo, audiendus. ff. de Minor. Glos. in l. ampliorem, & ibi *Bal. n. 3. versic. sed quid si diversa, C. de appell. Abb. in c. Raynaldus, in 6. not. n. 7. de Test. Rot. dec. 427. nu. 2. p. 2. recent. Greg. dec. 552. n. 1. & ibi Beltram. n. 6.* cum aliis cumulatis per eundem *Beltram ubi suprà,* & per *Ferentill. ad Burat. dec. 368. n. 11.*

97 Et ob id, licèt in ea parte, in qua agitur de revocatione attentatorum, daretur appellatio, non tamen in alio capitulo, in quo de simplici spolio ageretur, appellatio veniret admittenda, *Ferentill. ad Burat. d. dec. 368. n. 14.* ubi quod ita fuit decisum in *Bononien. de Manzolu 16. February 1629. coram bo. me. Coccino Decano.*

98 Secundo loco *Lancell. de Atten. d. c. 28 n. 127.* limitat opinionem communem, quod à sententia revocationis attentatorum detur appellatio, ut non procedit in attentatis appellatione pendente.

99 Tertio denique loco *n. 136. & seqq.* eandem limitat, ut non procedat in attentatis pendente aliquâ lite, in qua appellatio esset prohibita: nam sicut appellatio est prohibita in causa principali, ita in accessoriis, & è contra, *ut per eum.*

100 Sed quidquid sit de his limitationibus juxta praxim, quæ in Curia Romana, & in Tribunali A. C. quotidie observatur, sic distinguendum est.

Nam aut quis, probatis attentatis, petit illa revocari summariè viâ privilegiatâ officii Judicis, aut aliàs incidenter viâ privilegiatâ, ut suprà diximus versiculo, *Caterum ad revocationem, n. 81.* & decretum est interlocutorium ut per *Lancell. de attent. d. c. 28. n. 36,* & ob id si decretum est justum & validum, non datur appellatio, & Signatura rescribit cum clausula, *sine præjudicio,* si justitia & validitas est clara, & in his terminis potest procedere opinio *Lancell. de attent. d. c. 22. n. 49. & seqq.* unà cum limitationibus, quas ipse affert, ut suprà, opinioni contrariæ *nu. 99. & seqq.*

101 Aut validitas & justitia decreti est turbida, & Signatura rescribit cum clausula, *si quid exequendum,* vel alia simili: aut decretum est invalidum, vel injustum, & de hoc clarè apparet, & datur appellatio ad utrumque effectum, & in his terminis potest procedere opinio *Scacc.* quæ est, ut suprà, communis, & in praxi recepta.

102 Aut denique fuit actum principaliter ad revocationem attentatorum per viam actionis, aut aliàs viâ ordinariâ non privilegiatâ, juxta tradita per *Lancell. de attent. c. 21. n. 23. & seqq.* & tunc cùm Sententia sit definitiva, ut per eundē *Lancell. de attent. d. c. 28. n. 39.* vel habeat vim definitivæ, *Lancell. de attent. d. c. 28 nu. 36. Aegid. dec. 48. Rot. dec. prima, ut lit. pend. in nov. Caval. dec. 376. n. 4.* utique absque aliqua difficultate in judicio ordinario venit admittenda appellatio, & in his etiam terminis potest procedere de prima opinio *Scacc.* communiter in
103 Romana Curia recepta.

Verùm, si Judex attentata, vel sequestrum attentatum revocare recusaverit, certè dabitur appellatio, *March. de commiss. super attent. par. 2. §. 2. n. 95. fol. 52.* & multò magis si pronunciaverit attentata non esse revocanda, appellatio concederetur, *Lancell. de atten. d. c. 28. nu. 41. & seqq. & n. 88. & seqq.*

104 In reliquis in hac amplissima attentatorum materia poterit in facti contingentia recurri ad *Robertum Lancellottum I. C. Perusinum,* qui ubertimum Tractatum de Attentatis compilavit.

OBSERVATIO.

105 Domini de assetramento dixerunt concedendam restitutionem in integrum Carolo, quia constat in actis de credito liquido anteriore ex publicis Instrumentis Census, & cessionis Camerali obligatione vallatis, quæ faciunt probationem plenam rem claram, & manifestam, *Bal. in l. interest, in ult. not. C. de solut. Dec. in l. ff de nov. oper. nunt. Mantic. dec. 26. n. 1. Greg. d. c. 180. n. 1 & dec. 157. n. 13.*

106 Adjudicatio verò exadverso extorta non est habenda in consideratione, quia nulla, & injusta.

107 Nulla defectu citationis, quæ requiritur in unoquoque actu, *l. de unoquoque ff. de re jud. l. nam ita Divus, ff. de adopt. Gab. de citat. concl. 1. Tiraq. in tract. restr. inter alios act. per tot. Rota decis. 619. num. 1. par. 1. diversf. Cavaler. decis. 564. num 3.* qui defectus est insanabilis, *Vant. de nullit. defect. cit. n. 9. Rot. dec. 312. n. 2 par. 4. recent. Cavaler. dec. 95. n. 6.*

108 Nec relevat citatio, de qua in actis, quia executa domi, in qua Carolus assertus citatus nunquam habitavit, ut probant Testes, unde fuit illegitima, & nulla, *l. 1. §. domum. ff de lib. agnosc. Vant. de nullit. def. cit. n. 11. Gabr. cons. 52. n. 16. lib. 1. Fenz. ad Stat. Urbis lib. 1. c. 51. num. 11.* & ideò perinde, ac si facta non esset, *l. 1. §. pen ff. quod cujusque univers. l. quoties, ff. qui satisd. cogan. c. 2. de transl. Prælat. Clem. 1. de immunit. Eccles. Vant. de null. tit. quot. & inf. quod n. 16. & seqq. & signanter n. 27. & seqq.*

109 Quæ nullitas parte opponente in primis est revocanda, *Vant. de null. tit. quot, & quib. mod. n. 11. & seq. Cas. de Graff. dec. 9. n. 8. de caus. possess. & prop. Rot. dec. 46. p. 1. recent. Coccin.* qui alios cumulat *dec. 206. n. 1. & seqq.*

110 Injusta autem fuit adjudicatio, quia ad favorem Creditoris posterioris, cui omninò Creditor anterior præferendus, *c. qui prior, de reg. ju. in l. quoties in utriusque, & ib Glos. in verb. temp. ff qui pot. in pig. hab. l. 2. ubi Bart. & DD ff. eo. ti. Cepoll. caut. 124. Covar. var. resol. lib. 3. c. 18.*

111 Non obstat, quòd Paula adversaria ad confovendum malum jus, quod habet, extorserit novam concessionem, & investituram ab Archiconfraternitate domina directa Domûs, de qua agitur. Quia cùm hujusmodi concessio fuerit extorta, lite pendente, in præjudicium Caroli, fuit nulla, & attentata, ut post alios, quos allegat, sequitur *Gabr. de lud. concl. 4. nu. 1.* & in specie, quòd investitura lite pendente extorta sit nulla, & attentata tradunt *Castr. cons. 72. in causa, nu. 1. & seq. lib. 2. Felin. cons. 32. nu. 13. Men. cons. 2. n. 190. Gabr. de lud. d. conclus. 4. nu. 24. & alij,* quos refert, & sequitur *Lancellot. de Atten. lit. pend. p. 2. n. 4. limit. 20. n. 21. & seq.*

112 Nec decisiones factæ in *Romana Vineæ 21. 14.*

mij 1627. coram R.P.D. Dunozetto, & 28. Febr. & 26. Iunij 1628. coram bo. me, Card. Virili. exadverso allegatæ applicantur. Quia in eo casu concessio investituræ non erat facta lite pendente, & ob id erat valida, & in casu nostro lite pendente concessa est nulla, & attentata, *ex prædallegatis*, ob id in primis, & ante omnia revocanda, & omnia in pristinum reponenda.

113 Nec dicatur, quòd domus, de qua agitur, sit prohibita alienari, & hipothecari, & sic constet de non jure Caroli. Nam ex hoc multò magis excluderetur Paula creditrix posterior: sed quidquid sit de hoc, nihilominus adhuc videtur locus revocationis Attentatorum, quia cùm lis pendeat indecisa, non potest dici constare de non jure ad effectum revocandi Attentata, ut post alios, quos allegat, tradit *Greg. dec. 465. nu. 9.* nam de non jure ad d. effectum constare debet per confessionem Partis, vel rem judicatam, non ex aliis probationibus, *Lancell. de attent. p. 3. c. 24. q. 1. n. 64. usque ad n. 84. Rot. dec. 251. n. 2. & dec. 769. n. 3.* ubi alias decisiones cumulat *p. 3. recent. Greg. d. dec. 465. n. 9.*

114 Et ubi constaret de hujusmodi non jure Caroli, de quo tamen non constat, cùm nulla adsit ejus confessio, nec res judicata, & perinde Attentata non essent ad ejus instantiam revocanda, deberent nihilominus revocari per Dominum Judicem ex officio: nam non solùm læsa Pars, sed etiam Judex, & Judicium, & sic ob spretum jurisdictionis, *Mil. in repert. in verbo, Attentata lite pendente. Alex. cons. 99. visis processibus, n. 9. lib. 5. Rota dec. 2. in fin. de rest. spol. in nov. Greg. d. dec. 465. n. 10.*

115 Et quòd Judex, cujus est læsa majestas, revocet Attentata ex officio, tradit *Lancell. de attent. in præfat. n. 333. & seqq. Rot. dec. 4. n. 1. & dec. 10. ad fin. ut lit. pend. in nov.* etiam parte non petente, *Cavaler. dec. 175. nu. 3. Rota in Pisien. Cappellæ. 17. Decembr. 1627. coram R.P.D. Merlino.*

116 Non obstat præscriptio Statutaria Urbis: Vel quia interrupta per citationem, petitionem, & interpellationem judicialem, *l. ut persectius, & l. si ex multis, ubi Glos. C. de annal. except. Alex. in l. si Servum, §. sequitur, vers. Imola, hoc addit, ff. de verb. oblig. Bald. cons. 286. num. 9. versic. super, lib. 3. Galganet. ad statut. Vrb. lib. 1. c. 158. n. 30. & seqq. lim. 4. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 159. n. 3. & c. 158. nu. 24. & seqq.* ubi

117 quod ex dispositione Statuti sufficit etiam interpellatio extrajudicialis, & meritò, quia præscriptio statutaria facilius tollitur, *Rota dec. 86. n. 2. p. 1. divers.*

118 Vel quia Statutum *c. 258. lib. 1.* excipit contractus Census, *& c. 159.* non comprehendit contractum juratum, ex cumulatis per *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. d. c. 158. n. 54. & per Rotã dec. 159. post eundem Fenzon. impress. & in Romana fructuum Censuum, 13. Iunij 1603. coram bo. me. Card. Mellino.* † & eò magis, quia statutum

119 non habet locum in actione reali, quæ pariter pro Censu competit, *Fenzon. d. c. 158. nu. 51. & seqq. Rot. post eundem dec. 144. ex quibus die 27. Feb. 1638.* DD. de Assettamento dixerunt, dandam restitutionem in integrum, & 24. Aprilis 1638. steterunt in votatis, utraque, &c.

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PETRI RIDOLPHINI J.C.

NOBILIS CORTONENSIS, PATRITIIQUE ROMANI

DE ORDINE PROCEDENDI IN IVDICIIS IN ROMANA CVRIA

Praxis recentior.

PARS III.

SVMMARIVM, CAP. I.

1 AVD. Cam. quas causas summarie, & manu regiâ, aut aliàs, prout in Beneficialibus cognoscere valeat, juxta ejus ordinarias facultates.
2 Causa quid sit.
3 Causa quibus modis accipiatur.
4 Causa in quo differat à lite, & quæstione.
5 Causa judicialis ordinaria, seu judicium ordinarium quid sit.
6 Ordo Iudiciarius ortum duxit à Deo in paradiso.
7 Deus Sententiam, à qua non dabatur appellatio, statim exequutus fuit contra Adam, prout fecerat contra Angelos reprobos.
8 Ordo Iudiciarius quid sit.
9 Ordo Iudiciarius, ingenio Majorum inventus, non est prætermittendus.
10 Ordo ubi non est, ibi confusio, nihil boni est.
11 Citatio est fundamentum ordinis Iudiciarij.
12 Ordo Iudicij in quibus propriè consistat.
13 Sententia in causis ordinarijs lata, Iuris ordine non servato, est nulla.
14 Præposteratio in ordine in substantialibus reddit actum nullum.
15 Præposteratio ordinis Mandati A. C. & etiam inde reddit captam nullam.
16 Substantialia Iudicij ordinarij, quorum omissio, vel præposteratio reddit sententiam nullam, quæ sint.
17 Omissio, vel præposteratio probationum publicationis Processus, & dilationum, non vitiat sententiam, nisi ab ea fuerit appellatum.
18 Cautionis præstatio potest omitti tam expressè, quàm tacitè.
19 Quorum omissio, vel præposteratio non vitiet Processum ante, vel post litem contestatam.
20 Omissio libelli in ordinarijs reddit Processum nullum.
21 Ordo judiciarius procedendi servandus est juxta Stylum loci, in quo causa ventilatur.
22 Non obstantibus Statutis loci, ubi Partes sunt oriundæ.
23 In Decisorijs attenditur locus contractus.
24 In Curia in causis ordinarijs sunt servandi termini substantiales, aliàs Sententia est nulla.
25 Sententia de partibus si in Processu substantialia Iudicij, & mos regionis fuit servatus, non sit nulla, licèt non fuerint servati termini substantiales, in Curia servari soliti.
26 Commissa causa de partibus in Rotæ in secunda, vel ulteriori instantia, servantur termini substantiales in prima, & quære.

27 *Ordo est servandus etiam in Sententiæ executione, & in quibus.*

28 *Si Pars non appellat à perversione ordinis executionis, exequutio transit in judicatum.*

29 *Ordo Iudicij ordinarij non est necessarius, quando non requiritur libellus.*

30 *Vbi Iudex procedit de facto, ordo Iudicij non requiritur.*

31 *In causa Fiscali non requiritur ordo Iudiciarius, quando debitum est liquidum, & quare.*

32 *In articulo probationis Famæ ordo Iudicij ordinarij non requiritur.*

33 *Ordo Iudicij non requiritur in Notarijs.*

34 *In exequutivis ordo est non ordo.*

35 *In ultima audientia in Rota ordo est, ordinem non servare.*

36 *Via ordinaria, & via exequutiva non sunt contrariæ, sed diversæ.*

37 *Via ordinaria electa non potest redirì ad exequutivam.*

38 *Contra Tertium est agendum viâ ordinariâ.*

39 *Indebitè solutum vigore obligationis Cameralis potest repeti viâ ordinariâ.*

40 *Contra habentem parem titulum agendum est viâ ordinariâ*

41 *Inter plures Provisos Apostolicos viâ ordinariâ est procedendum.*

42 *Qui non venit ex eadem vacatione, nec ex eodem fonte à Sede Apostolica, non habetur prolegitimo Contradictore.*

43 *Si unus ex Provisis Apostolicis venit per resignationem unius, & alter per obitum alterius, qui fuit immissus, est legitimus Contradictor.*

44 *Duo possunt diversis respectibus eandem rem insolidum possidere.*

45 *Causa ordinaria non potest effici à Partibus summaria.*

46 *Causa omnis in Rota dicitur prophana, exceptâ eâ, quæ est super titulo Beneficij.*

47 *Causa, ut sit Beneficialis, sufficit quòd agatur de titulo Beneficij in re, vel ad rem, sive in Petitorio, sive in Possessorio.*

48 Clementina dispendiosam *loquitur de causis super titulo Beneficij, & Beneficia tangentibus.*

49 *Ad cognoscendum an causa sit Beneficialis, attenditur petitio Actoris.*

50 *Ius metiri debemus ab Actore in causa naturam cognoscendam.*

51 *Si petitur Beneficium alteri unitum, causa non est Beneficialis.*

52 *Si unio est temporalis, titulus Beneficij non extinguitur, secus si est perpetua.*

53 *Si agitur de proprietate Beneficij causa non dicitur Beneficialis.*

54 *Causa Decimarum non est Beneficialis.*

55 *Causa Pensionis non est Beneficialis, sed prophana.*

56 *Causa possessionis Beneficij non est beneficialis, licet sit cognoscenda coram Iudice Ecclesiastico.*

57 *Si agitur de privatione Beneficij ob delictum, causa non dicitur beneficialis.*

58 *Si agitur ad canonizationem Gratiæ sui regressûs ob non solutionem Pensionis, causa est Beneficialis.*

59 *Si petitur quòd quis amoveatur, & Beneficium sibi adjudicetur, causa est beneficialis.*

60 *Si impugnatur in Sententia lata in causa beneficiali cum condemnatione Expensarum, solùm propter expensas causa adhuc est beneficialis.*

61 *Si quis petat sibi conferri Beneficium, causa est beneficialis.*

62 *Si quis dicat, aliquem obtinuisse Beneficium, sed fuisse postea privatum, vel privandum, causa est prophana, secus si petat illũ privari, & Beneficium sibi conferri.*

63 *Causæ beneficiales sunt de suâ natura in Curia Romana tractandæ.*

64 *Causæ Beneficiales signanter ad Curiam devolvuntur in gradu appellationis, servatâ formâ* Clem. causam, de ejectis.

65 *Causæ Beneficiales non solùm in Curia, sed etiam in Rota sunt cognoscenda, servatâ formâ* d. Clem.

66 Clementina causam, *tantùm procedit in Beneficialibus.*

67 *Si causæ Beneficiales coram Ordinario aliquo respectu in primâ instantia committi nequeunt, sunt in Rota committendæ.*

68 *Causa est Beneficialis, ergo Rotalis.*

69 *Causæ Beneficiales reputantur magnæ, & periculosæ.*

70 *Commissa causa in Rota simpliciter super Beneficio censetur commissa tam in Petitorio, quam in Possessorio.*

71 *Causa Beneficialis commissa in Rota, censetur omne jus deductum ab initio.*

72 *Causa Beneficialis non committitur in Rota, nisi fructus Beneficij excedant annuum valorem ducatorum viginti quatuor, in Curia verò extra Rotam non committuntur, nisi ascendant ad annuum valorem ducatorum decem.*

73 *In Beneficialibus in Curia mortuo Reo, proceditur per Contradictas, nec est ulterius citandus Procurator.*

74 *Mortuo Actore potest Reus in causa Beneficiali procedere per Contradictas ad effectum absolutoriæ.*

75 *In Beneficialibus per mortem Principalis expirat mandatum Procuratoris.*

76 *In prophanis citari debet Procurator domini litis effectus, vel eo non existente citandi sunt Hæredes, vel Curator dandus Hæreditati jacenti.*

77 *Causa, quæ non est Beneficialis, nec Ecclesiastica, potest extra Statum Ecclesiasticum cognosci à Iudice Ecclesiastico, & quando, & num. 78. & seqq.*

78 *Papa committit causas Criminis, etiam extra statum Ecclesiasticum, quando per viam denuntiationis Evangelicæ deferuntur ad Ecclesiam.*

79 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit causas prophanas, non Ecclesiasticas, quando Iudices seculares non exhiberent Iustitiæ complementum.*

80 *Iudex Ecclesiasticus est Iudex causarum piarum.*

81 *Cognitio criminis Ecclesiastici, prout Simoniæ, & similium, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

82 *Iudex Ecclesiasticus potest procedere ex officio, quando agitur de periculo animarum.*

83 Iudex

83 Iudex Ecclesiasticus cognoscit de causa annexa, & accessoria spirituali.
84 Iudex Ecclesiasticus potest se immiscere Iurisdictioni sæculari, quando Iudex sæcularis non invenitur.
85 Vacante Imperio Papa administrat.
86 Iudex Ecclesiast cus est Iudex causæ Colonorum & Servorum Ecclesiæ, & similium, super rebus quas tenent ab Ecclesia.
87 Si est contentio inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem de iurisdictione, solus Ecclesiasticus cognoscit an sua sit Iurisdictio.
88 Causæ Ecclesiast cæ & Spirituales etiam extra statum sunt cognoscendæ à Iudice Ecclesiastico.
89 Causas Ecclesiasticas esse à Iudice Ecclesiastico cognoscendas, nullus unquam Orthodoxus dubitavit.
90 Causæ Ecclesiasticæ quæ dicantur.
91 Civilis causa quæ dicatur.
92 Causa merè civilis quando dicatur.
93 Causa Criminalis quando dicatur.
94 Causa mere Criminalis quando dicatur.
95 Causa mixta quæ dicatur.
96 Causæ præjudiciales quot modis considerari possint.
97 Causa status alicujus Personæ dicitur causa præjudicialis.
98 Causæ majores ratione majoritatis præjudicant minoribus illas contingentibus.
99 Pendente Iudicio universali, ob ejus præeminentiam, Iudicia particularia deferuntur.
100 Pendente causâ Criminali ob illius præeminentiam, supersedetur in Civili, licèt una alteram non contingat.
101 Sententia lata in una, causa parit præjudicium in alia illam contingente.
102 Commissa causa cum clausula Constito, quòd causa Civilis præjudicet Criminali, si causa Civilis est præjudicialis, prius de illa cognoscitur.
103 Etsi causa Criminalis sit prius intentata, non obstante dispositione Reformationis sel. rec. Pauli Quinti.
104 Si totum jus causæ Civilis non consistit in probationibus accusatis, non est in causa Civili supersedendum.
105 Pendente causâ Iudicij Criminalis non efficit ut etiam coram Iudice Civili non possit in causa Civili peti Manutentio.
106 Querela data, post relaxatum Mandatum non facit supersederi in causa Civili, nisi manifestè constet de falsitate.
107 Causa Civilis præjudicat Criminali, quando Sententia lata in Civili parit exceptionem rei judicatæ in Criminali.
108 Causa, quæ non parit exceptionem rei judicatæ in alia non potest dici alteri præjudicialis.
109 Causa civilis præjudicat criminali, quando Sententia lata in causa civili potest parere exceptionem rei judicatæ in criminali.
110 Causa civilis est præjudicialis criminali, quando illâ resolutâ resolvitur criminalis.
111 Causa civilis est præjudicialis criminali, quando non possunt nisi ferri Sententiæ contrariæ à diversis Iudicibus.
112 Si causa civilis prius intentata præjudicat criminali, debet prius cognosci.
113 Si causa civilis & criminalis non possunt insimul terminare, & oriuntur ex eodem fonte, unâ finitâ potest ad aliam procedi, si tendat ad finem diversum.
114 Causæ spirituales, de quibus Iudex Ecclesiasticus cognoscit, quæ sint.
115 Causa Matrimonialis debet cognosci coram Iudice Ecclesiastico, etiam in Possessorio.
116 Causa Decimarum dicitur Spiritualis.
117 Causæ merè Spirituales quæ sint.
118 Causæ annexæ Spiritualibus coram Iudice Ecclesiastico cognoscendæ quæ sint.
119 Causæ super bonis Ecclesiasticis sunt Ecclesiasticæ, de quibus Iudex Ecclesiasticus cognoscit.
120 Causa Pensionis est Ecclesiastica, & debet à Iudice Ecclesiastico cognosci.
121 Causæ spirituales, & persona Clericorum quoad fori privilegium pari passu ambulant.
122 Pendente causâ Hæreditatis coram Iudice laico, si oritur incidens Spirituale, debet cognitio hujus incidentis remitti ad Iudicē Ecclesiasticum.
123 Pendente causâ Natalium coram Ecclesiastico, Iudex laicus debet supersedere in causa Hæreditatis.
124 Iudex Ecclesiasticus si Excipiens non probet, debet intimare Iudici sæculari, ut procedat in causa Hæreditatis.
125 In causa spirituali, vel quasi Iudex laicus non habet jurisdictionem principaliter, nec incidenter.
126 Præsertim si Articulus habet quæstionem Iuris, vel facti & Iuris mixtum.
127 Iudex sæcularis tenetur observare res ab Ecclesiastico judicatas.
128 Iudex Ecclesiasticus est major Sæculari.
129 Vbi Major apposuit manus, Minor se ingerere non potest, nec debet. (ca.
130 Laici sunt incapaces rei de suâ natura Ecclesiasti-
131 Concessio, vel prohibitio trahitur ad omne illud, per quod pervenitur ad id, quod conceditur, vel prohibetur.
132 Iudex laicus debet incidens Spirituale Clericatûs remittere ad Iudicem Ecclesiast cum, & expectare donec illud decidatur.
133 Laicus est incapax incidentis merè spiritualis etiam incidenter, & de jure civili.
134 Laicus non potest effici habilis ex consuetudine ad judicandum super incidenti merè Spirituali.
135 Processus fabricatus coram Laico super incidenti Spirituali non valet, etiam Parte consentiente.
136 Privatus non potest dare Iurisdictionem spiritualem Iudici laico principaliter, aut aliàs quomodolibet.
137 Dicere, quòd Privatus possit dare jurisdictionem in spiritualibus Iudici laico, est absurdum, & cōtra dispositionem claram Sacrorum Canonum.
138 A.C. potest audire, cognoscere, & terminare quascunque causas spirituales, Ecclesiasticas, & prophanas Personarum in ejus facultatibus expressarum
139 A.C. non potest cognoscere causas, quæ coram Ordinario sunt in partibus cognoscendæ.
140 A.C. regulariter non habet in Beneficialibus jurisdictionem.
141 Causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes etiam Bene-

Beneficiales in prima instantia sunt in partibus coram Ordinarijs locorum cognoscendæ, & terminandæ.

142 *Causæ, quæ juxta Canonicas Sanctiones, vel ex rescripto Summi Pontificis apud Sedem sunt tractandæ, non possunt cognosci in partibus, etiam in prima instantia.*

143 *Causæ majores sunt in Romana Curia juxta Canonicas Sanctiones cognoscendæ.*

144 *Causæ super Articulis Fidei sunt causæ majores, & ob id in Curia cognoscendæ.*

145 *Causæ concernentes periculum Animæ sunt de majoribus.*

146 *Causæ, in quibus agitur de interpretatione literarum Apostolicarum, sunt cognoscendæ in Curia.*

147 *Si agitur de inhabilitate Provisi, vel an causa sit obreptitia, potest Ordinarius in partibus de causa indirectè cognoscere, si Papæ non infertur præjudicium.*

148 *Causæ appellationum ad Sedem Apostolicam sunt in Curia cognoscendæ.*

149 *Curiæ quibus modis sumatur.*

150 *Curia in facultatibus A.C. quomodo accipiatur.*

151 *Appellatione Curiæ simpliciter prolatæ venit per Anthonomasiam Curia Romana.*

152 *Curia unde dicatur.*

153 *Curiales unde dicti.*

154 *Curia quid sit.*

155 *Sub nomine Curiæ qui sint censendi.*

156 *Curialium appellatione comprehenduntur etiam Cardinales, & eorum Familiares.*

157 *Romana Curia est caput Ecclesiæ.*

158 *Si est contentio inter Iudicem Ecclesiasticũ & Sæcularem de jurisdictione, cognoscit de hoc Curia Romana, quæ est caput Ecclesiæ ob ejus præeminentiam.*

159 *Romana Curia est idem quod Sedes Apostolica.*

160 *Idem est Beneficium vacare in Curia, vel apud Sedem.*

161 *Idem est causam esse devolutam ad Curiam, vel ad Sedem.*

162 *In Romana Curia dicitur adesse fons Iuris, & quare.*

163 *Romana Curia est, ubi est Papa.*

164 *Cardinales sunt Collaterales Papæ.*

165 *Officialium appellatione omnes Romanam Curiã Sequentes comprehenduntur.*

166 *Sequentes Romanam Curiam pro suis, vel alienis negotijs sunt sub jurisdictione A.C.*

167 *Causa Commissaria quæ dicatur.*

168 *In causis Beneficialibus proceditur summariè sine solemnitatibus judicij ordinarij.*

169 *Causa Beneficialis debet esse brevior, quàm profana.*

170 *Causa Beneficialis debet citò expediri, & quare.*

171 *In Tribunali A.C. in causis ordinarijs requiritur Monitorium, & tela judiciaria.*

De Causis Ordinariis. Pars Tertia, Cap. I.

1 A Superest, ut de causis Ordinariis, A. juxta ordinem superiùs propositum, differamus. Qua in re, ut quibus in causis, & inter quas Personas A.C. viâ ordinariâ procedere possit, manifestius appareat, animadvertendum est, quòd Auditor Rev. Cam. Apost. jux. a suas ordinarias facultates potest audire, cognoscere, & fine debito terminare, omnes & singulas causas Spirituales, Ecclesiasticas, & prophanas, B. ac quorumvis etiam ejusdem R.E. Cardinalium, eorumque, ac Summi Pontificis Familiarium continuorum commensalium, necnon quorumcunq; Prælatorum in Romana Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Universitatum, C Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, eandem Curiam sequentium, C. & Familiarium eorundem, & ipsius Curiæ causarum hujusmodi Auditoris, & Notariorum, ac eorum Familiarium, Campsorum quoque, & quorumvis Mercatorum, ac Pensionum annuarum, super fructibus, redditibus, ac proventibus Ecclesiasticis, & eorundem fructuum loco Pensionum hujusmodi reservatorum, & assignatorum, etiam si earum, & eorum solutio non sit in prædicta Curia, sed in partibus facienda.

D Et quascunque alias etiam Cõmissarias causas, D. tam civiles, quàm criminales, & mixtas, conjunctim, vel divisim in eadem Curia quomodocunque, & qualitercunq; motas, & movendas, & inter quascunque Partes, etiam per viam inquisitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à gravaminibus illatis, & inferri cõminatis, seu Sententiis definitivis, seu interlocutoriis à quibuscunque Judicibus ordinariis, & Arbitris, atque Arbitratoribus in Curia, & Urbe prædictis (Vicario Papæ, ac Gubernatore, & Senatore Urbis, ac Judicibus Capitolinis duntaxat exceptis) & extra eam à quibuscunq; Judicibus ordinariis, vel delegatis, seu Arbitris, vel Arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, ac etiam Vice legatis in Terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis, aut aliis earum Gubernatoribus, vel Officialibus, & quibuscunq; in feudum, seu Vicariatum, aut aliàs quomodolibet concessis, pro tempore latis, & promulgatis interpositam, seu aliàs ad eandem Sedem etiam per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recursûs à quibuscunque Sententiis quorumcunque Ordinariorum, etiam extra statum Ecclesiæ, hactenus devolutæ sunt, & inposterum devolventur.

Eas videlicet, in quibus non agetur ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re, verum prædictæ summæ valore non excedente, seu quæ inter, & contra Mercato-

catores dictæ Curiæ pro quibuscunque negotiis ad quamcunque summam ascendant, & pro Notariis ipsius A. C. ac inter, & contra ipsos, & eorum familias pro tempore vertuntur, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, solâ veritate inspectâ, & manu regiâ, absque observatione terminorum, qui de stylo, seu ordinatione palatii Apost. aut aliàs observari consueverunt, etiam privativè quoad alia Tribunalia.

Aliàs verò summam prædictam, aut illius valorem excedentes, & inter, & contra alios, quam Mercatores vertentes, servatis servandis, & a-
E liàs summariè, prout in Beneficialibus, E.

OBSERVATIONES.

A 1 CAusa, ut Tullius dixit, est res habens in se controversiam in dicendo posità, cum certarum personarum interpositione, *Glos. in l. 1. §. adhiberi, in verbo, litibus, ff. de Test. & in l. litis, ff. de verb. signif. in l. causas, vel lites, in verb. causas, C. de transact. Oldrad. cons. 316. n. 3. vers. unde Tullius dicit.*

2 Accipitur autem causa strictè, & propriè, & largè: strictè, & propriè accipitur pro facto, obligatione, vel alio jure, quod in Judicio proponitur: largè verò pro controversia judiciali, *Bald. cons. 106. Proponitur in princ. lib. 2.*

4 Et differt Causa à Lite & Quæstione: nam Causa dicitur, dum proponitur, etiam ante litem contestatam, post tamen ortam controversiam, *Bart. in l. causas, n. 1. & seq. C. de transact. Mandos. ad Roman. cons. 412. sub n. 8. in verbo, dicitur, ubi de communi.* Lis verò seu Quæstio Judicialis non dicitur, nisi post litis contestationem, prout de lite tradit *Bart. in d. l. causas, n. 1. & seq. C. de transact. per text. in c. ex parte vestra il primo, de verb. signif. & in auth. qui semel C. quomodo, & quand. jud. Ang. cons. 195. n. 2. vers. descendo*, ubi quoad hoc est tex. melior, qui sit in Jure Civili, *l. cùm & Iudices, §. fin. vers. sin autem causæ adhuc pendentes, C. de jur. cal.* & de quæstione tradit *Rom. cons. 412. n. 8.*

5 Causa verò judicialis ordinaria est idè, quod Judicium ordinarium, quod est illud, in quo exquisito, & solemni Juris ordine servato proceditur, in quo libellus, litis contestatio, publicatio processûs, conclusio in causa, & aliæ solemnitates judiciariæ requiruntur, de quibus in *l. 1. & in Auth. offeratur, C. de lit. contest. Maran. de ord. jud. p. 4. dist. 9. in princ. Vant. de nullit. defect. proc. n. 16.* & novissimè post alios tradit præclarissimus I. C. *Philipp. Maßin. Præceptor meus olim in Ticinensi, deinde in Pisano, ac demum in Bononiensi Gymnasio ordinarij Iuris Civilis Interpres primarius, ad rub. C. qui admitti, n. 927.*

6 Ortum duxit ordo judiciarius à Deo in Paradiso, cùm etenim Adam divinum præceptum transgressus fuisset, Deus illum citavit in illis verbis: *ubi es?* & cùm illum interrogâsset, & ejus exceptiones audivisset, demum contra eum definitivam Sententiam protulit, *Specul. in proœm. 1. p. n. 15.* & cùm Sententia esset inappella-
7 bilis, executus fuit Deus Sententiam jam latam contra Adam, dum illum postea statim de Paradiso ejecit, *Gen. c. 3. 6. Adam, de pœnit. dist. 1.* prout idem fecit contra Angelos reprobos, *Rebuff. super constit. Regn. tom. 1. in tract. de Sent. execut. n. 31. fol. 187. Paz. in prax. p. 4. c. 1. n. 2.*

8 Et est ordo judiciarius modus agendi, sine quo nihil rectè agitur, ut post *Bald. in tract. de Schismat. col. 3.* tradit *Maran. de ord. jud. in proœm. n. 5. & seqq.*

9 Estque inventus ordo judiciarius ingenio Majorum nostrorum, & ob id nullatenus prætermittendus, sicut etiam ordo naturæ, aut institutionis divinæ prætermitti non potest, *Bald. in Auth. hoc amplius, in fin. n. 10. C. de fideic.*

10 Etenim ubi non est ordo, ibi est confusio, & nihil boni emergit ubi ordo deficit, *Maran. de ord. jud. in proœm. n. 1.*

11 Ordinis Judiciarii fundamentum est Citatio, *Vant. de nullit. defect. proc. n. 27. Rot. dec. 4. n. 25. p. 7. recent.*

12 Consistit; ordo Judicii propriè in his, quæ aguntur inter litis contestationem, & sententiam, non autem antè, aut pòst, *Specul. in probem. 2. par. n. 3. vers. ordo autem. Io. And. ad Specul. de præpar. Iud. sub n. 9. lit. I. in fin.*

13 Quinimò ordo Judicii consistit in libello, litis contestatione, juramento calumniæ, descriptione dictorum Testium, illorumque publicatione, & Sententiæ in scriptis à Judice sedente prolatione, *Glos. in l. prolatam, verbo solitum, C. de sent. Maran. de ord. jud. p. 4. dist. 9. nu. 1. Vant. de nullit. defect. proc. n. 16.*

14 Est autem ordo judiciarius circa substantialia adeò servandus, ut sententia in causis ordinariis lata, juris ordine non servato, sit nulla, *Glos. in d. l. prolatam, in verbo, solitum. ibi Bart. C. de Sent. Maran. de ord. jud. d. dist. 9. n. 1. Vant. de null. defect. proc. d. n. 16. cum plurib. seqq.*

15 Et non solùm ordo judiciarius non debet omitti, sed nec etiam præposterari in his, quæ sunt de substantia, aliàs præposteratio reddit actum nullum, ut ultra prę allegatos tradit *Castr. cons. 321. n. 3. vers. nam præposteratio, lib. 1.*

16 Unde inferri potest, quòd si A. C. in ejus mandato in primis mandat, aliquem excommunicari, & posteà invocari Brachium Sæculare, si primò capiatur, invocato Brachio Sæculari captura est nulla, ob perversionem ordinis non solùm mandati A. C. sed etiam juris, *Castr. d. cons. 321. n. 3. vers. inquantum verò, lib. 1.*

17 Veruntamen substantialia Judicii ordinarii, quorum omissio, vel præposteratio reddit processûm, & Sententiam ipso jure nullam, sunt primò citatio, secundò libelli oblatio, tertiò litis contestatio, quartò juramentum calumniæ petitum, quintò causæ cognitio, unde si processus fuit unâ die præsentatus, & statim, vel altera die lata Sententia, utique hujusmodi Sententia præcipitanter lata est ipso jure nulla, ex magis communi DD. opinione: sextò conclusio in causa, septimò Sententiæ in scriptis à Judice sedente recta prolatio, ut latè post alios, quos allegat, tradit *Vant. de nullit. defect. proceff. nu. 10. cum plurib. seqq. usque ad n. 46. & n. 69. & seqq.*

18 Sed probationes, publicatio processûs, & dilatio-

lationes, cùm potius jus partis concernant, quàm constitutiones juris, non sunt de substantia Judicii, et ob id illorum omissio, vel præposteratio non vitiat sententiam, nisi ab ea fuerit appellatum, latè *Vant. de null. defect. proceſſ. nu. 37. & ſeqq. uſque ad n. 45.*

18 Cautionis verò præstatio est potius quid accidentale, cùm possit omitti tam expressè, quàm tacitè, ut per *Vant. ubi suprà, n. 46.*

19 Quibus exceptis, reliqua post litem contestatam non sunt de substantia ordinis judiciarii, nec illorum omissio, vel præposteratio vitiat processum, *Vant. de nullitat. defect. proceſſ. n. 47. & ſeqq.*

20 Nec etiam in reliquis omissio ordinis judiciarii ante litis contestationem reddit processum nullum, ut tradit *Bart. in l. ſi quæramus, ff. de teſtam. Specul. in proœm. 2. par. ante tit. de præpa. jud. & Bald. in auth. generaliter, nu. 17. C. de Epiſc. & Cler. & in Auth. contra eum rogatus, nu. 12. C. ad Sen. conſ. Trebel.*

21 Quod tamen non procedit, quando omitteretur libellus, *Specul. in d. proœm. 2. par. Bald. in Auth. generaliter, nu. 17. C. de Epiſc. & Cler. & in d. Auth. contra rogatus, num. 12. Vant. de null. defect. proceſſ. n. 47.*

22 Ordo autem, & modus judiciarius procedendi signanter servandus est juxta stylum loci, in quo causa ventilatur, sive coram Judice ordinario, sive delegato, *l. 3. §. fin. & ibi gloſ. & DD. ff. de teſt. Felin. in c. fin. nu. 3. col. 6. verſ. ſed in hu quæ concernunt, de conſt. col. 304. Bald. in l. 1. n. 10. C. ne fil. pro Pat.* ubi quòd hoc procedit, sive loquamur de ordine processûs, sive exequutionis, *Vant. de nullit. defect. proc. n. 56. ubi de cõmuni Cavaler. dec. 553. n. 5. Buratt. dec. 170. nu. 8. Rot. dec. 84. n. 12. par. 8. rec.* non obstantibus statutis loci, ubi partes sunt oriundę, *Contard. in l. unica, limit. 4. n. 10. & ſeqq. C. ſi de moment poſſ. agat. Rot. dec. 330. n. 4. par. 2. diverſ. & dec. 305. n. 10. p. 6. recent.* quàmvis in decisoriis attendatur locus contractûs, *Gloſ. & DD. in d. l. tertia, in fin. ff. de teſtib.* cum aliis cumulatis per *Vant. de nullit. defect. proceſſ. in. 56. ubi de communi.*

24 In Curia verò, in Tribunali A. C. in Causis ordinariis sunt omninò servandi termini substantiales, juxta praxim in sequenti proximo capite tradendam, aliàs illis omissis, sententia est nulla, *Veſtr. in prax. lib. 5. c. 2. n. 1. & ſeqq. & c. 3. Vant. de nullit. def. proc. n. 57. & ſeqq. Saluſt. Tib. in prax lib. 2. c. 15. n. 5. verſ. quorum. Aegid. dec. 27. Rot. dec. 2. nu. 1. de reſcr. in nov.* cum aliis cumulatis suprà *p. 2. c. 1. n. 116. & ſeqq.*

25 Quia verò hujusmodi termini substantiales in partibus servari non solent, in Curia inolevit illud adagium: processus de partibus, ergo nullus.

Verùm ex quo non ita exactè termini substantiales servantur extra Curiam, sicut in Curia, non ideò Sententia lata extra Curiam est nulla, dummodo mos regionis fuerit servatus, & Judicii substantialia non fuerint immutata, ex cumulatis suprà *p. 2. c. 1. n. 140*

26 Hinc, quia isti processus de partibus modicum valent, committa causa in Rota in secunda, vel ulteriori instantia, nisi constiterit, terminos substantiales omnes in prima, seu secunda instantia coram Judicibus de partibus fuisse servatos, ne ex hujusmodi defectu sententiæ de partibus possint impugnari, & earum exequutio impediri, servantur termini substantiales prout in prima instantia, *Vant. de nullit. proceſſ. n. 66. poſt Aegid. dec. 74. Termini, in fin. Rot. dec. 4. de appell. in nov.* quod tamen secundùm *Aegid.* de æquitate procedit.

27 Et non solùm ordo servandus est in processu fabricando, & sententia ferenda, sed etiam in sententiæ executione, ut scilicet primò capiantur mobilia, & semoventia, & illis non sufficientibus stabilia, *l. à divo Pio, §. in venditione, ff. de re jud.*

28 Sed hic non est ordo substantialis, sed tantùm concernens interesse, & jus partis, unde injustitiam, non autem nullitatem respicit, ob id debet pars appellare, aliàs exequutio transit in judicatum, *Mohed. dec 7. de re jud.*

In pluribus autem casibus ordo judicii ordinarii non requiritur, & signanter

29 Primò, ubicumque non requiritur libellus, nec etiam ordo judicii ordinarii est necessarius, *Bald. in c. 2. §. inſuper, nu. 3. verſ. modo ad propoſitum, de prohib. alien. feud. per Frideric.*

30 Secundò, non requiritur, ubi Judex procedit de facto, *Bald. ad Specul. de offic. omn. Iud. paulò ante fin. lib. 1. par. 1.*

31 Tertiò non requiritur in causa Fiscali, quando debitum est liquidum: nam tunc proceditur executivè, aliàs secus. *Bal. in l. 1. num. 2. C. quand. Fiſc.*

32 Quartò non requiritur in articulo probationis Famæ, *Card. in Clem. 1 q. 7. n. 21. de offic. Iudic. ordin.*

33 Quintò non requiritur in notoriis, *c. quæ Lotharius, & c. de manifeſta, 2. qu. 1. gloſ. in l. 1. in verb. in conſilio, C. qui & adverſ. quos. Bald. in l. Presbyteri, n. 11. C. de Epiſc. & Cler.*

34 Sextò in causis Exequutivis ordo est non ordo, seu non servare ordinem, *Bald. in l. 1. n. 9. & ſeq. C. ne fil. pro Pat.*

35 Cæteris omissis, in Rota in ultima audientia non servatur ordo quoad servationem terminorum substantialium, tunc enim ordo est in Rota ordinem non servare, *Rot. dec. 123. n. 4. p. 2. recent. Greg. dec. 176. n. 10.*

36 Licèt autem via ordinaria, & via executiva non sint contrariæ, sed diversæ, *Caſtr. conſ. 315. n. 1. in fin. col. 2. verſ. ſi verò, lib. 1. Cevall. com. contra comm. tom. 3. q. 815. n. 31.*

37 Via tamen ordinaria electa non potest redire ad executivam, *Buratt. dec. 208. n. 2. & dec. 502. n. 5* cum aliis cumulatis suprà *p. 1. c. 1. num. 117. & ſeqq.* ubi ad hanc regulam plures fallentias aspicere licet.

38 Signanter verò viâ ordinariâ agendum est contra Tertium, etiam si ille pro suo interesse se opposuerit, *Buratt. dec. 574. nu. 2. & ibi Ferentill. n. 12.*

39 Similiter etiam indebitè solutum virtute obligationis Cameralis, viâ ordinariâ, non autem executivâ repetere fas est, *Burat. deciſ. 130. num. 11.*

40 Viâ etiam ordinariâ agendum est contra legiti-

gitimum Contradictorem habentem parem titulum, *Rota dec. 34 nu. 9. & dec. 233. n. 9 p. 5. dec. 133. n. 3. p. 6. recent.*

41 Hinc inter plures Provisos Apostolicos parem titulum habentes, via ordinaria est etiam procedendum, *Bart. in l fin num. 21. C. de edict. Div. Adr. tollen. Mohed. decis. 13. ut lit. pend. Verall. decis 329. num. 2. par. 1. Put. decis. 313. lib. primo, in correct. Rota dec. 56. num. 3. p. 2. & decis. 366. num. 1 par. 3. recent. Greg. dec. 46. num. 6.*

42 Sed hoc Primò non procedit, quando quis non venit ex eadem vacatione per resignationem sed diversa per obitum, nec ex eodem fonte scilicet à Sede Apostolica, nec habet similem subrogationem, nam is non habetur pro legitimo Contradictore *Verall. dec. 329 par. 1 Rota dec. 34. num. 9 & seq. par 5. recent.* ubi quod ita fuit sæpissimè resolutum.

43 Quod tamen non habet locum, quando uterque venit ex gratia Apostolica, & si unus veniat per resignationem unius, alter verò per obitum alterius, & unus jam fuit immissus, nam is est legitimus Contradictor ad impediendam possessionem alterius, *Rota d. dec. 366 num. 2. par. 3. recent.*

44 Secundò non procedit, quando quis prætendit immissionem ad Coadjutoriam, quæ non est incompatibilis cum possessione Coadjutæ: nã licèt dominium alicujus rei non possit eodem tempore esse penes duos in solidum, *l sicut certo §. si duobus vehiculum, ff. commod lib. 3. §. ex contrario ff. de acquir poss. Rota in Romana Fideicommissi. de Spiritibus, 17. Februarij 1645 coram, R. P. D. meo Bichio,* nihilominus duo possunt eamdem rem diversis respectibus insolidum possidere, *Rota dicta dec. 133. num. 4. & seqq. p. 6. recent.*

45 Denique non omitto, quod causa ordinaria non potest à Partibus effici summaria, *Card. in Clem. sæpè, q. 12. n. 13 de verb signif. Buratt. dec. 35. num. 9.*

B

46 Causa aut est prophana, aut Beneficialis, etenim in Rota omnis causa dicitur prophana, etiam si sit Spiritualis, excepta ea, quæ est super titulo Beneficij, quæ dicitur Beneficialis, *Verall dec. 99 par. 1. Coccin. decis. 20. numero 1. dec. 169. num 2. & dec. 338. num. 1. Rota decis. 43. num. 3. & num. 5. par. 5. recent Cavaler. dec. 258. num. 2. Beltramin. ad Gregor. dec. 174. num. 7.*

47 Et sufficit ad hoc, ut causa sit Beneficialis, quod agatur de titulo Beneficij in re, vel ad rem, seu ad ipsum Beneficium, sive in Petitorio, sive in Possessorio, prout in casu *Clem. dispendiosam, de Iud. Vitalin. in d. Clem. dispendiosam, num. 5. & num. 32. & seq. & num. 69. & seqq de iud. Nic. Mil. inreperi. in verbo Beneficialis causa num. 25. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in prohem. §. 2. num. 65. Put. decis. 496. n. 3. lib. 2.*

48 Etenim *Clem. dispendiosam*, loquitur de causis super Beneficiis, aut titulo Beneficiorum, aut tangentibus ea, prout quando agitur de aliquo, quod examinari, & decidi non potest, absque cognitione electionis, provisionis, seu tituli, *Card. in dicta Clem. dispendiosam, num. 38. quæst 36. de Iud. Cassad. dec. 3. num. 2. de iud.*

49 Verum an dubio causa censenda sit Beneficialis, nec ne, jus metimur ab Actore, cuius Petitio ob id attenditur, *Oldr. cons 320. num. 5. & seq. vers. nec dicat aliquis Bellamer. dec. 617. Cassad. decis. 3. num. 2 de iud. & dec. 13. super Regul. Seraph. decis. 990. num. 4. Rota decis. 212. num. 6. par. 1. recent. & in Fesulana Prioratus 38. Martii 1612. coram Sanctissimo D. N. Innocentio Decimo, Beltramin ad Gregor. decis. 174. num. 7. versic. in hac autem materia.*

50 Et regula est generalis, nam in omni materia, ad naturam causæ cognoscendam jus metiri debemus ex parte Actoris, *l. prima §. 1. ff. si pars Hæred. pet Cassad. d. dec. 3. num. 2. Bellam. d. dec. 61 Rota d. dec. 212. n. 6. p. 1. recent. Beltram. ad Greg. d. dec. 174. num. 7.*

51 Hinc primo infertur, quod si petatur Beneficium alteri unitum, causa non dicitur Beneficialis, sed prophana licet Reus illud prætendat jure tituli collativi, *Severol. de Remiss. c. 17. nu 3. Gonzal super reg. 8. in prohem §. 2. num. 67 Seraph. decis. 1355. n. 7. & seqq. Gregor. dec. 335. num. 14. & dec. 362. num. 2 Cavaler. decis. 472. num. 4.*

52 Sed hoc non procedit quando Vnio est temporalis ad vitam, quia tunc titulus Beneficii non extinguitur, sed benè quando Vnio est perpetua, *Gonzal. super reg. 8. d. §. 2. num 67. Cassad. d. dec. 3. num. 1. & 3. de Iud. Seraph. dicta dec 1355. num. 8 & seqq. Cavaler. d. dec. 472. num. 4.*

53 Tertio infertur, quod quando agitur de proprietate Beneficii, causa non dicitur Beneficialis, *Gloss. in Clem. 2. in verbo Beneficiis, & ibi Card. quæst. 8. num. 15. & Vitalin. num. 24. & seq de Iud.*

54 Tertiò infertur, quod quando agitur de Decimis causa non est Beneficialis, *Severol. de Remiss. d. c. 17. num. 3. Bellam. d. dec. 617 Cavaler. dec. 258. num. 1. Greg. 174. num. 1. & ibi Beltramin. num. 7.*

55 Quartò infertur, quod ubi agitur de Pensione, causa non est Beneficialis, sed prophana, *Seuerot. de Remiss. d. c. 17 num. 3 Gigas de pens. q. 99. nu. 7.* & quod, vbi agitur de invaliditate pensionis, ob non expressionem veri valoris, causa reputetur prophana, tradit *Ferentill. ad Buratt. dec. 369. num. 7*

56 Quinto infertur, quod causa pensionis Beneficii non est Beneficialis, *Milis, in repert in d. Verb. Beneficialis, nu. 25. vers sed si agitur*, sed tamen cum sit annexa causæ Spirituali, est cognoscenda coram Iudice Ecclesiastico, non autem coram Sæculari, prout de communi testatur *Rota decis. 305. nu. 7. post cons. crimin. Farin. lib. 2*

57 Sextò infertur, quod quando agitur de privatione Beneficii ob delictum commissum, causæ non dicitur Beneficialis, *Put. dec. 66. & dec. 396. num. 3. l. 2. Rota dec. 766. n. 1. par. 3. lib. 3. diverso Coccin. dec. 42. num. 5.*

58 Sed hoc primò non procedit, quando ageretur ad canonizationẽ Gratiæ sui regressus, ob non

solutionem Pensionis, nam tunc causa est Beneficialis, *Put. decis. 66. lib. 2. Rota d. decis. 766. par. 3. lib. 3. divers.*

59 Secundò non procedit, quando petitur, quod quis amovetur, & Beneficium sibi adjudicetur, quia licet lis super privatione non faciat Beneficium litigiosum, ex quo causa est prophana, secus tamen est, si Petitio, seu etiam Sententia continentia in se etiam adjudicationem, *Put. dec. 496. n. 1. & seqq. lib. 2. Coccin. dec. 42. n. 3.*

60 Septimò infertur, quod quando Reus impugnat Sententiam in causa Beneficiali latam cum condemnatione expensarum, solum propter Expensas, licèt Expensæ non sint causa litis, attenditur tamen origo causæ, & Jus meminur ab Actore, & ob id causa dicitur Beneficialis, *Oldr. d. cons. 320. n. 5. & seq. vers. nec dicat aliquis.*

61 Octavo infertur, quod si quis dicat aliquam numquam fuisse assecutum Beneficium, & ob id petat illud sibi conferri, causa dicitur Beneficialis, *Coccin. dec. 42. n. 1.*

62 Nono infertur, quod si quis dicat, aliquem obtinuisse Beneficium, sed postea fuisse illo privatum, vel privandum, causa est prophana. *Coccin. dec. 42. num. 2.* Secus si petatur aliquem privari Beneficio, & illud sibi conferri, tunc enim causa est Beneficialis, *Put. d. decis. 496. num 1. & num. 3. lib. 2. Coccin. decis. 20. num. 2. & decis. 42. n. 2. & seq.*

63 Causæ autem Beneficiales sunt de sui natura in Romana Curia tractandæ, ad quam devolvuntur, quia ibi melius, quam alibi, examinantur, & expediuntur *Gonzal. super reg. 8. in prohem. §. 2. num. 60. Rota decis. 36. num. 2. de Appell. in nov.*

64 Signanter autem hujusmodi causæ ad Romanam Curiam devolvuntur & sunt in ea tractandæ in gradu appellationis, *Rota dec. 124. n. 3. par. 6. rerent.* servata tamen forma *Clement. causam, de elect. Marches. de Commiss. appell. in caus. Benef. par. 1. c. 7. num. 10. fol. 281. Rota d. dec. 36. n. 2. de Appell. in nov.*

65 Et non solum in Romana Curia, sed etiam in Rota hujusmodi causæ committi debent, dummodo ad Papam fuerit provocatum, Parte præsente, vel saltem appellatione Parti absenti intimata, juxta formam *d. Clem. causam de elect. Marches. de Commiss. in caus. benefic. d. p. 1. c. 7. n. 34. fol.*

66 283. quæ † quidem *d. Clem. causam* in beneficialibus tantummodo procedit, *Bart. in l. 4. §. Prætor ait, num. 9 ff. de dam. infect. Seraph. dec. 1123. num. 2.*

67 Quinimo, si in prima instantia causæ beneficiales coram Ordinario, aliquo respectu, committi nequeunt, sunt utique committendæ in Rota, ubi melius quam alibi tractantur, & expediuntur, *Marches. de Commiss. appell. in caus. benef. d. p. 1. c. 7. num. 41 fol. 284.*

68 Undè regulariter dici solet causa Beneficialis, ergo Rotalis, *Gonzal. super reg 8. in prohem. §. 2. n. 60. Marches. de Commiss. appell. in caus. benefic. p. 1. c. 7. num 1. fol. 280. & n. 32. fol. 283. & de Commiss. super Ateent. par. 2. c. 2. num. 123 fol. 29. Vestr. in Prax. lib. 3. c. 9. num. 1 & 2. Rota decis. prima, nu. 2. & ibi Papaz. num. 4. de elect. in nov.*

69 Et meritò, quia istæ causæ reputantur magnæ & periculosæ, undè in illis multa specialia sunt constituta, *Rota decis. 27. num. 2. de Procur. in nov.*

70 Commissa verò causa super Beneficio in Rota simpliciter, illa censetur commissa tam in Petitorio quàm in possessorio, nisi fuerit commissa in Possessorio tantum, *Cassad. dec. 6. num. 1. & seqq. de rescrip. Rota dec. 9. num. 1. & seqq. de caus. poss.*

71 *& prop. in nov.* & † censetur ab initio causæ in ea omne jus deductum, *Ægid. dec. 662. Put. dec. 83. num. 3. lib. 1.* quos refert, & sequitur *Coccin. dec. 443. num. 1.*

72 Verum conclusio, quod causa Beneficialis sit in Curia, & in Rota committenda, non procedit in causa patui redditus, nàm in Rota non committitur, nisi fructus Beneficii excedant valorem ducatorum viginti quatuor de Camera, in Curia verò Prælato extra Rotam non committitur, nisi fructus Beneficii saltem ascendant ad annuum valorem decem ducatorum auri de Camera, aliæ verò infra dictam summam ducatorum decem remittuntur ad partes, juxta Praxim superius traditam. *par. 1. cap. 13. num. 375. & seqq.*

73 Cæterum in Romana Curia in Beneficialibus mortuo Reo, proceditur contra interesse putantes per Contradictas ad effectum adjudicationis, & relaxationis Sequestri, nec est ulterius citandus Procurator Defuncti, etiam dominus litis effectus, *Vant. de nullit. defect. inhabil. num. 172.* ubi quod ita servat Praxis, *Vestr. in Prax. lib. 4. cap. 4. num. 12, Rota dec. 8. ut lit. pen. in nov.*

74 Et similiter mortuo Actore potest Reus per Contradictas procedere ad effectum obtinendi absolutoriam, *Vestr. lib. 14. c. 4. num. 12. Cassad.*

75 *dec. 1. num. 1. de Sent. & re ind.* nam † in Beneficialibus per mortem Principalis expirat mandatum Procuratoris, etiam domini litis effecti, *lib. 4. c. 4. num. 12. Cassad. dec. 2. nu. 3 de Appell.* ubi quod ita est in practica.

76 Hæc tamen non vendicant, sibi locum in prophanis, in quibus citari debet Procurator dominus litis effectus, vel eo non existente, citandi sunt Hæredes, si qui sint, aliàs dandus est Curator Hæreditati jacenti, *Vestr. d. lib 4. c. 4. num. 43.* juxta Praxim superius traditam, *par. 2. cap. 3. num. 4 & seqq.*

77 Verum, quando agitur de causa, quæ nec, ut supra, Beneficialis, nec etiam Ecclesiastica, ut infra, dici potest, illa extra Statum Ecclesiasticum signanter potest cognosci à Judice Ecclesiastico.

78 Primò per viam Denuntiationis Evangelicæ prout de causa vertente inter Regem Franciæ, & Regem Angliæ *tex. in c. novit. de Iud. Glos. in cap. licèt ex suscepto, in verbo vacante de foro compet.*

79 Secundò, quando Judices Sæculares non exhibent Justitiæ complementum *d. cap licèt ex suscepto, in princ.* ibi dummodo Consules, ubi *Gloss. in verbo vacante, de foro compet.* nam Ecclesiasticus supplet illorum negligentiam, *c. extrans missa de foro comp. Rot. dec. 8. n. 2. p. 4. recent.*

80 Tertio

80 Tertiò, causa Pia, nam judex Ecclesiasticus judex causarum Piarum, *Tiraq. de privil. pia caus. privil. 149.*

81 Quartò, ubi agitur de Crimine Ecclesiastico prout de Simonia, Usura, Sacrilegio, & similibus *cap. quoniam, de usur. c. 16. quæst. 2 & c. nulli licet, 12 q. 2. Glos. in cap. licet ex suscepto, in verbo vacante, de for. comp.*

82 Et potest Judex Ecclesiasticus procedere ex Officio, ubi agitur de periculo Animarum, *Innoc. in c. ad nostram, il secondo, de iureiuran. Abb in c. iuam, num. 12. de ord. cogn. Feder. de Sen. cons. 300. Alex cons. 69 n 3. lib. 7.* ubi alios allegat. *Marant. de ord. iud. p. 6. princ. n 135.*

83 Quintò, causa annexa, & accessoria Spirituali licèt enim illa sit temporali, de ea tamen cognoscit Ecclesiasticus, *c. quando, de iud. Glos. in c. licet, il primo, in verbo vacante, de for. comp. Alex. de Nevo in c de prudentia, num 2. de don. int. Vir. & Vxor. Barbos. in collect. Decret. lib. 2. tit. 2. cap. 10. num. 7. Rot. dec. 305. n 7. post. cons. crim. Farin. lib.* 2. cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Buratt. dec. 780. n. 15. & seq.*

84 Sextò, quando judex sæculari non invenitur *c. licèt ex suspecto, ubi Glos. in verb. vacante de for.*

85 *compet.* prout † vacante imperio, nam tunc Papa succedit in administratione, *Peregr. de iur. Fisc. art. de his, qui iur. fisc. hab n. 35. fol. 15. Barbos. in collect, Decret. lib. 2. tit 2. c. 10. n. 5.*

86 Septimò, causa spectans ad forum Ecclesiasticum cum Laicis etiam Reis, prout in causa Rusticorum, Servorum, & Colonorum Ecclesiæ, & similium, *l. 2. C. de Episc. & Cler. l. si quis, C. ubi caus. Fisc. vel Div. dom Homin. eius agantur, c. iudicatum, dist. 89. cap. Ecclesiarum Servos 12. q. 2. c. nullus, ubi Abb. de foro compet. Specul. compet. iud. adit. §. 1. nu. 27. vers. vigesimus septimus lib. 2.* ubi quod hoc potest intelligi super rebus, quas ab Ecclesia tenent, *Alex. cons. 79. num. 1. lib 1.*

87 Octavò aliis omissis, ubi est contentio de jurisdictione inter Judicem Ecclesiasticum, & Secularum, nam tunc sojus judex Ecclesiasticus cognoscit, tanquam Major, an sua sit jurisdictio ob majorem illius authoritatem, *Oldr. cons. 83 Butr. in c. cæterum, col. 2. num. 9. de iud. Dec. in c. Pastoralis, n. 9. & seq. de rescrip. Ias. in l. 2. n. 19. ubi de communi, ff. si quis in ius voc. non ser.* & alij quos refert, & sequitur. *Covar. pract. quæst. cap. 33. num. 1. Innoc.* & alij quos refert, & sequitur, *Bellec. disquis. Cler. sub tit. de fau. Cler. real §. 5. n. 129 & fau. Cler. pers. §. 14. n 3.* ubi de veriori, & utiori, *Mascard. de prob. conclus. 689. num. 7. & seqq. Farinac. in prax. de inquisit. p. 1, q 8. num. 33. vers. & generaliter, Osasc. dec. 103 n. 4.*

88 Nonò, & eo magis causa Ecclesiastica, vel spiritualis, nam istæ sunt cognoscendæ à Judice ecclesiastico, *c, decernimus, de iud. cap. benè quidem & cap. denique, dist. 96. c. continua, c. relatum, cap. si quæ causæ, & c. placuit, il secondo, 11. quæst. 1. cap. tuam de ord. cogn. c. lator, & c. causam il secondo, qui fil. sint legit. Capyc. dec. 7. Franc. dec. 52. in prin. dec. 312. & dec. 512. Rota dec. 42. num. 1. p. 6. recent.*

89 Et causas ecclesiasticas jubet Apostolus ad ecclesiam deferri, & ibi terminari, & quod causæ Ecclesiasticæ sint à Judice Ecclesiastico determinandæ, nullus umquam Ortodoxus dubitavit, *Rota dicta dec. 42. num. 4. & num. 3. par. 6. recent*

90 Causæ autem Ecclesiasticæ dicuntur causæ pertinentes ad forum Ecclesiasticum, sive illæ sunt Spirituales, seu illius annexæ, sive Civiles, sive Criminales, sive mixtæ, *Lap. alleg. 70. num. 3. vers. ad secundum*, prout de causa Civili, vel Criminali, vel mixta est, *tex. in cap. tuæ, de Proc.* & tradit etiam *Bald. cons. 226. numero 2. lib. tertio.*

91 Causa Civilis est, quando agitur principaliter de pœna applicanda Parti. *Bald. d. cons. 26. num. 2. lib. 2. Mandos. in Glos. facult. A. C. in verbo in Civilibus, sub lit. A. Maran. de ord. iud. p. 4. dist. 1. num. 5. vers. dicitur*, & sic dicitur Civilis, quando agitur de Crimine civiliter, & Sententia fertur civiliter, *Rota decis. 19 num. 1. de Iud. in antiq.* & dicitur etiam Civilis, non Criminalis, quando non agitur ad pœnam privationis, vel Fisco applicandam, *Rota decis. 113. num. 1. post consilio Farinac. lib. 2.*

92 Causa verò merè Civilis dicitur, quando agitur de aliquo interesse Civili civiliter, prout de rei vindicatione, de pecunia, & similibus juxta *text. in cap pen. & cap. fin de libell. oblat. Lapus dicta allegat. 79. numero 3. versiculo quædam sunt.*

93 At causa Criminalis dicitur, quando agitur principaliter de pœna applicanda Fisco, *Bald. dicto cons. 226. n. 2 lib. 3. Mandos. in d. Glos. facult A. C. in verbo, in Civilibus lit. A.*

94 Causaque dicitur merè Criminalis, quando agitur directè de Crimine, *cap. veniens, & cap. super his, de accusat. Lap. dicta alleg. 70. num. 3. vers. quædam*, & quod fuit habita pro tali à Signatura, *Rota decis. 55. num. 6 par. 5. recentior.*

95 Mixta verò dicitur causa, quando agitur de crimine civiliter, cap. *tuæ in fin. de Proc. Lap. dicta allegat. 70. num. 3. vers. quædam*, vel quando agitur de pœna applicanda Parti, & Fisco, *Clarus in §. fin. quæstione prima, vers. Tertius est casus.*

96 Inter has causas sunt quædam præjudiciales, quæ tripliciter considerari possunt, sicut tribus modis una est alteri præjudiciales.

97 Primò scilicet ratione status Personæ, prout quando agitur de statu alicujus, tunc enim ratione status causa præjudicat, vel præjudicare potest aliis causis similis status, & ob id dicitur agi de magno præjudicio, ac de is causis præjudicialibus loquitur *text. in §. præiudiciales, & ibi Ias. n. 13. Instit. de act. Bart. in l. fundum, n. 4. ff. de except. Coccin. dec. 308. n. 7.*

98 Secundò, ratione majoritatis, & præheminentiæ Causæ majores sunt præjudiciales aliis minoribus, quod contingere potest dupliciter. Primò in causis so contingentibus propter quale quale præjudicium, prout est petitio Hæreditatis *lib.*

99 *fin. C. de pet. Hæred.* nam † pendente hoc judicio universali; ob ejus præheminentiam, & nobilitatem, & alia judicia particularia diffe-

 Bart. in dicta l. fundum, num. 4. versic.

secundo est principalis, ff. de except. & bene explicat *Iaſ. in d.* § *præiudiciales, n.* 4. & *ſeq. Inſtit. de act. Coccin. d. dec* 308. *n* 7.

100 Secundò poteſt contingere in cauſis ſe nullo modo contingentibus, *l. ult. C. de ord. Iud.* ubi cauſa Criminalis, licet nihil habeat agere cum Civili, huic tamen præiudicat, dum prius de Criminali cognoſcitur, ob eius præheminentiam, & maioritatem, & ſuperſedetur in Civili *Bart. in d. l. fundum, n.* 4. *verſ. uno modo, ff. de except. Iaſ. in d.* §. *præiudiciales. n.* 4. *Inſtit. de act. Seraph. dec.* 571. *n.* 3. & *ſeq.* & *dec.* 620. *Coccin. d. dec.* 308. *num.* 8.

101 Tertiò ratione contingentiæ, prout quando cauſæ ſe invicem contingunt, & Sententia in una lata patit præiudicium, vel exceptionem rei iudicatæ in alia. *Bart. in d. l. fundum, n.* 4. *Iaſ. in d.* §. *præiudiciales, n.* 1. *verſ. primo modo,* & *n.* 2. *Coccin. d. dec.* 308. *n.* 7.

102 Verum concluſio, quod cauſa criminalis, uti Maior, ob eius præheminentiam, prius cognoſci & terminari debeat, Primò non procedit quando cauſa eſt Signatura commiſſa, cum clauſula *Conſtito quod cauſa Civilis præiudicet Criminali*, nam ſi tunc cauſa Civilis illi præiudicat, inhibendum eſt Iudici Criminali, ne pendente iudicio Civili ad ulteria in cauſa Criminali procedat, ex quo enim adeſt Commiſſio cum clauſula *Conſtito*, quæ dat formam, non eſt ulterius quærendum Maioritate cauſæ Criminalis, ſed ſolum an cauſa Civilis illi ſit præiudicialis, *Coccin. dec.* 123. *n.* 1. & *ſeqq.* & 21. & *dec* 465. *nu.* 2. *Rot. dec.* 217. *nu.* 1. & *ſeq. poſt. conſ. Farin. lib.* 2.

103 ubi † quod hoc procedit etiamſi cauſa Criminalis ſit prius intentata, *Buratt. deciſ.* 34. *nu.* 1. & *ſeq. Cavaler. dec.* 443. *nu.* 6. ubi quod attento præciſo reſcripto Signaturæ, hoc procedit, non obſtante Reformatione Sanctiſſimi diſponente, quod ſi A. C. cognoverit adeſſe ſuſpicionem Criminis, acta remittantur ad iudicem ordinarium, qui cauſam Criminalem Civili præiudicialem prius terminet.

104 Secundo non procedit, quando totum ius cauſæ Civilis non conſiſtit in Teſtibus, ſeu probationibus accuſatis, tunc enim non eſt in Civili ſuperſedendum, ſed procedendum ad ulteriora, *Aſſlict. dec.* 220. *n.* 2. *Rota dec.* 206. *nu.* 2. *par.* 2. *diverſ. Buratt. dec.* 47 *num.* 1. & *dec.* 69 *in princ.*

105 Tertio non procedit ad effectum, lite pendente non poſſit in cauſa Civili peti Manutentio, etiam coram Iudice Civili, *Coccin. dec.* 434. *num.* 3. & *ſeq.*

106 Quartò non procedit, quando quærela fuit data poſt relaxatum Mandatum, nàm nec etiam tunc cauſa Criminalis facit ſuperſederi in Civili, niſi manifeſtæ conſtet de falſitate, *Aſſlict. dec.* 229. *in princ. Buratt. dec.* 47 *num.* 6. & *dec* 69. *num.* 1.

107 Cauſa verò Civilis tunc dicitur præiudicialis Criminali, quando Sententia lata in Civili parit exceptionem rei iudicatæ in Criminali *Rot. dec.* 201. *nu.* 1. *poſt conſ Farin. lib.* 2. *Cavaler dec.* 443. *num.* 3. *Buratt. dec.* 415. & *dec.* 662. *nu.* 2.

108 *Ferentill. ad Buratt. d. dec.* 43. *nu.* 3. at † quando Sententia lata in una cauſa non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, non poteſt dici una alteri præjudicialis, *Rota dec.* 434 *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

109 Vel quando Sententia ferenda in cauſa Civili poteſt patere exceptionem rei iudicatæ in Criminali, nam poſſibilitas ſufficit, *Rota dec.* 217. *num.* 1. & *ſeq. poſt. conſ. Farin. lib.* 2. *Cavaler deciſ.* 443. *n.* 2. & *dec.* 475. *n.* 3 *Buratt. deciſ.* 415. *n.* 1. & *dec.* 944. *n.* 1. & *ſeq.*

110 Vel quando reſoluta cauſa Civili reſolvitur Criminalis, *Coccin. in dec.* 123. *num.* 3. *Rot. dec,* 201. *num.* 1 *poſt. conſ. Farin. lib.* 2.

111 Vel denique quando non poſſunt, niſi ferri Sententiæ contrariæ à diverſis iudicibus, quod abſurdum eſt evitandum, *Rota d. dec.* 201. *n.* 2. *poſt conſ. Farin. lib.* 2. & *dec.* 579. *n.* 1. *circa med. par.* 4. *recent. Cavaler. dec.* 475. *num.* 4.

112 Si igitur cauſa civilis eſt præjudicialis Criminali, & fuit prius intentata Civilis, utiq; cognoſci debet prius de ea Civili, & ad contrarietatem evitandam, ſuperſedendum eſt in Criminali, *Coccin. dec.* 123. *n.* 7. & *n.* 20. *dec.* 201. *nu* 3. & *num.* 6. *poſt conſ. Farin. lib.* 1. & *dec.* 579. *n* 1. *par.* 4 *recent. Cavaler. dec.* 98. *n* 11. *dec.* 443. *num.* 4. & *dec.* 530. *num.* 1.

113 Ubicumque autem cauſa Civilis, & Criminalis non poſſunt unico contextu terminari, quando oriuntur ex eodem fonte, una finita poteſt ad aliam procedi, ſi tendat ad diverſum finem ſecus ſi ad eundem, *Maran. de ord. Iud. par.* 4 *diſt* 1. *n.* 6 & *ſeqq ſol.* 327. *Coccin. dec.* 123. *n.* 6. ne contrariæ Sententiæ ſequantur, quod eſt evitandum, *Innoc. in cap. cum contingat. num.* 3. *verſ.* & *ergo, de offic. Deleg.* cum aliis quos ſequitur *Cocc. d. dec.* 123. *nu.* 6. *verſ. poſſet.*

114 Cauſæ verò Spirituales ſunt cauſæ Matrimoniales, Legitimatis, Uſurarum Sacrilegii, Simoniæ & ſimiles, de quibus cognoſcit iudex Eccleſiaſticus, *Gemin. conſ.* 66. *n.* 2. & *ſeqq verſ. quædam ſunt præiudiciales.*

115 In tantum autem cauſa Matrimonialis eſt Spiritualis, ut enim in Poſſeſſorio coram Iudice Eccleſiaſtico cognoſci debeat, cum habeat ad mixtam cauſam Spiritualitatis, ex allegatis per *Ferentill ad Buratt. dec.* 780 *n.* 18.

116 Cauſa etiam Decimarum dicitur Spiritualis, *cap. literas de iur. cal. Lap. alleg.* 70. *num.* 5. *verſ. aliquando.*

117 At cauſæ meræ Spirituales ſunt cauſæ Fidei, Sacramentorum, & ſimiles, *Lap. d alleg.* 70. *nu.* 5. *verſ. puto.*

118 Cauſa verò Juriſpatronatus, poſſeſſionis rei Spiritualis, quæ trahit ad ſe cauſam temporalitatis Decimarum datarum in Feudum Sæcularibus, & ſimiles, licèt non ſint cauſæ Spirituales, ſunt tamen annexæ rebus Spiritualibus, ideò ſunt coram Eccleſiaſticò cognoſcendæ, latè *Ferentill. ad Burat. dec.* 780 *n.* 15. & *ſeqq.* & *Rot. dec.* 43. *n.* 12. & *ſeqq. p.* 6. *recent.*

119 At cauſæ ſuper bonis Emphiteuticis Eccleſiaſticis, licèt non ſint Spirituales, vel illis annexæ, tamen ſunt cauſæ Eccleſiaſticæ, de quibus ratione directi dominii, connexitatis illius cum domino, Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, *cap. decernimus, de iudic. cap. benè quidem,* & *cap. denique, diſt.* 96. cum aliis cumulatis per *Ferentil. ad Buratt.*

Burat. decis 780. n. 11. & seqq. & n. 19. Rot. dec. 42. nu 1. & seqq. par. 6. recent.

120 Similiter licet pensio non si res Spiritualis nec illi annexa, causa tamen pensionis est Ecclesiastica & debet à Judice Ecclesiastico cognosci, quia cum pensio sit imposita à Papa, & concessa per literas Apostolicas, & non solventi sit imposita pœna censuratum, & privationis beneficii, cognitionis istorum omnium Judex sæcularis ex incapax, *Gig. de Pens. q. 99. n. 13.*

121 Causæ autem spirituales, & personæ Clericorum, quoad fori privilegium, pari passu ambulant *Rot. dec. 98. n. 3. par 3. recent.*

122 Proinde infertur, quod pendente causa Hæreditatis coram Judice laico, si opponatur exceptio natalium, & sic oritur incidens Spirituale, debet hujus exceptionis præjudicialis cognitio remitti ad Judicem Ecclesiasticum, *cap. lator, ubi DD. qui Fil sint legit.*

123 Et, dicta causa natalium pendente, debet Judex laicus supersedere in causa hæreditatis, & expectare finem natalium, *cap. tuam, de ord. cognit.*

124 Et Judex Ecclesiasticus, si excipiens non probet, suam debet moderati inhibitionem, & intimare Judici sæculari, ut ob causam natalium non dimittat procedere in causa Hæreditatis, *d. cap. lator, qui Fil. sint legit.*

Observatio.

125 Cognitio Clericatus, de quo agitur, est remittenda ad judicem Ecclesiasticum, Quia ita causa spirituali, vel quasi, judex laicus non habet jurisdictionem principaliter, nec incidenter *cap. si Iudex laicus, ubi glos. in verbo, Spirituale, de Sent. excomm. in 6. cap. 2. & cap. quanto de iud. Bart. in l. quoties, C. de iud. Soccin. in cap. proposuisti, num. 43. de for. compet. Rolan. cons. 4. num. 20. & n. 33. lib. 1. & cons. 12. n. 15. num. 24. & n. 38. & seqq. lib. 2. Alex. de Nevo cons. 56 num. 16. & per tot. Gemin. cons. 66. n. 1. & seq. Gratian. discept. 190. num. 13. & seq. & per tot. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. n. 1257 & num. 1270. Squillan. de privil. Cleric. cap. 7. num. 25. vers. ad quem autem, Rota dec. 3. Sentent. excom. in nov.*

126 Præsertim cum Articulus habeat quæstionem juris, vel etiam facti, & juris mixtim, *Carol. de Graff. d. effect. 1. n. 407. Squillan. de privil. Cler. cap. 8. num. 66.*

127 Et eo magis cum Ordinarius alias judicialiter admiserit d. Clericum ad privilegia Clericalia, unde multo minus potest Judex laicus cognoscere de justitia, & validitate sententiæ, & Decreti ejusdem Ordinarii, per tot annos in judicatum transacti, cum teneatur observare res ab Ecclesiastico judicatas, *cap. fin. de except. in 6.* ut idem tradunt, *Anchar. Franc. Gemin. & alij Bald. in l. 1. n. 3. de exequut. rei jud. & in l. si qua, num. 7. C. de Episc. & Cler. Feder. de Sen. cons. 129, Franc. dec. 512 nu. 4. & seq.*

128 Et cum Judex Ecclesiasticus sit major sæculari, *cap. solitè de maior, & obed. cap. denique dist. 96. Clem. Romani de iureiur. Rot. in Oscen. Pœnitentiaria, 10. April. 1595. coram bo me. Card. Blanchetto, apud Theod. de Rub. post Sing. ad dec.*

129 *Peniæ*, ubi † Ecclesiasticus Major apposuit manus, minor te ingerere non potest, nec debet *cap. cum Inferior, de maior, & obed. cap. cum venis. sent. ubi Abb. Dec. & alij, de iud. Feder. de Sen. cons. 115. num. 1. Nevizz. cons. 44. n. 13. Marches. de Commiss. in par. 1. cap. 3. num. 59. fol. 157. Rota dec. 103.*

130 *num. 3 par. 2. diverf.* præsertim † in re de sui natura Ecclesiastica, cujus Laici sunt incapaces *cap. contingit, ubi Gloss. de Arbit. c. 2. ubi Gloss. in verbo, Laici, & Abb. & alij, de Iud.* sicut dependentium, & annexorum. *cap. quanto, ubi Abb. & alij, de Iud.*

131 Et quando aliquid conceditur, vel prohibetur, concessio, vel prohibitio trahitur ad omne id, per quod pervenitur ad illud, *l. cum principale ff. de reg. iur. Bart. in l. 2. n. 6. ff. de iur. omn. Iud. Marches. de Commiss. super union. par. 2. cap. 5. §. 1. n. 13. fol. 250.*

132 Nec relevat, quod hodie non agatur contra dictum Clericum, sed contra Laicum,

Quia cum coram judice sæculari orta fuerit quæstio Spiritualis, & incidenter controvertatur d. Clericatus, Judex Laicus debet hujusmodi incidens spirituale remittere ad Judicem Ecclesiasticum, & expectare donec illud decidatur, *cap. tuam. de ord. cog. cap. lator, & cap. causam, il secondo qui Fil sint legit. Bero cons. 117. n. 4. & n. 9. vers. præterea, lib. 3. Rolan. cons. 4. num. 21. lib. 1. Genuen. in Prax. Archiepisc. cap. 77. Capyc. dec. 7. Franc. dec. 52. in princ dec. 312. & dec. 512. Gamma dec. 194 num. 2.* ubi quod ab hac communi opinione non est in judicando recedendum, & quod fuit judicatum, & rursus *dec. 207 num 5. Franc. dec. 551 n. 1. & per tot. par. 4. Rot. dec. 200. n. 1. & n. 10. & seq. p. 2. div.*

133 Nam Laicus est incapax istius incidentis quæstionis merè spiritualis, *Butr. in cap. tuam, num. 6. de ord cog.* & incapax ex toto genere, *Card in d. cap. lator, in ult. oppos. num. 4. Fil. sint legit.* cum aliis, quos cumulat, & sequitur *Franc. d. decis 551 num. 9. p. 4.* & actu, & habitu *Abb. in d. cap. lator. in Glos. fin. num. 7.* & tam principaliter, quam incidenter, *Angel. in l. quoties, num. 2. C. de iud.* ubi quod ita quotidie practicatur, & non solum de jure Canonico, sed etiam de jure Civili, *l. omni innovatione, C. de Sacrosanct. Eccles. Bart. in l. quo-*

134 *ties, C. de Iud.* & † inhabilis defectu personæ nec possit fieri habilis ex consuetudine, *Bellamer, in d. cap. tuam, num. 2. & num. 8. & seq. de ord.*

135 *cog.* & processus coram eo fabricatus super Articulo Spirituali non valet etiam parte consentiente, *Socin. in d. cap. proposuisti, num. 45. vers. com-*

136 *petit enim, de for. Compet.* idque † ratione in convincibili, quia privatus, sive consentiens sive negligens, sive contumax, nullam potest dare jurisdictionem Spiritualem Judici laico, nec principaliter, nec incidenter, nec aliàs quomodolibet, *l. privatorum, C. de iur. om. Ind. Butr. in cap. significasti 38. nu. 24. de offic. Deleg. Ias. in l. si per errorem. n. 5. ff. de iur. omn. Iud. Bart. in l. 2. nu 11. & ibi Bald. n. 11. Ias. n. 39. vers. tertio limita, ff. si quis in eius voc non ier Soccin. in d. cap. proposuisti n. 43. vers. congerit Castr. cons. 2. num. 3. lib. 2.* ubi de communi, & quod hujusmodi incidens remittitur ad Ecclesiasticum non obstante negligentia, & contumacia in opponendo, *Maran. de ord. Iud. par. 4. dist. 12. num. 12. Bellamer. dec. 25.*

137 *Consensus*, & † dicere quod Privatus possit dare juris-

jurisdictionem in spiritualibus judici laico, est manifestum absurdum, contra dispositionem claram sacrorum Canonum *d.l. privatorum, C. de iur. omn. iud. Rimin. in l. de die, §. fin. ff. qui satisd. cog. Castr. d. cons. 2 n. 3. lib. 2. Genuen. d. c. 77. nu. 3. Franc. d. dec. 551. n. 10. p. 4.*

Quare articulus Clericatus dd. judicem Ecclesiasticum fuit remissus.

Observationes.

138 Auditor igitur R.C. apostolicæ potest audire, cognoscere, & terminare omnes, & quascunque causas spirituales, Ecclesiasticas, & prophanas personarum in ejus facultatibus expressarum, juxta earumdem facultatum suarum formam, & tenorem *Paul. V. const. 28. Eximiæ, cum alijs allegatis supra p. 1. c. 1. n 33.*

139 Sed hoc Primò non procedit in causis de partibus in illis casibus, in quibus sunt in partibus coram Ordinariis locorum cognoscendæ, ut mox dicetur.

140 Secundò non procedit in causis beneficialibus in quibus ipse A.C. regulariter jurisdictionem non habet *Bellamer. dec. 210. cum alijs cumulatis supra d p. 1. c. 1. nu 41. & seqq.* ubi ad hoc limitationes adductas videre licebit.

141 Proinde causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodocunque pertinentes, etiamsi Beneficiales sint, in prima instantia sunt coram Ordinariis cognoscendæ, & terminandæ, sic disponente *sacr. Conc. Trid. sess. 24. c. 20. de refor. Gabr. cons. 182. in prin. lib. 2.* prout ante Concilium mandavit Papa *in c. conquæstus, ubi DD. de for. comp.* ut ait *Marches. de Commiss. appel. extr. Ro. Cur. p. 1. c 6. n. 7 fol. 255.*

142 Sed hoc non procedit in causis, quæ juxta Canonicas sanctiones apud Sedem apostolicam sunt tractandæ, vel in illis, quas ex urgenti, rationabilique causa, judicaverit Summus Pontifex Romanus per speciale rescriptum Signaturæ Sanctitatis suæ, manu sua subscribendum committere, seu avocare, *Concil. Trident. sess. 14. cap. 20. vers. excipiuntur de refor. Gabr. dec. cons. 182. in prin. lib. 2.*

143 Causæ autem, quæ in Romana Curia sunt Canonicas Sanctiones cognoscendæ, sunt causæ majores, *c. maiores in prin. de baptis. c. ut debitus in fin. de appell. c. quod translationem ubi gloss in verb. reservata de offi. Leg c. 1. & tot. tit. de transl. Prælat. Vest. in prax. lib. 3. c. 6. n. 3. & ibi Gravat. num. 9. Mandos. in form. 4 Commiss. in verbo, de sui natura, vers. causæ autem, Gabr. d. cons. 182. num. 1. & seqq. Marches. de comm. avoc. caus. p. 2. §. 1 num. 12. fol. 24.* in quibus locis, quæ istæ causæ majores sint, quilibet videre poterit.

144 Signanter verò. Primò, Causæ majores sunt ubi agitur de articulis Fidei *die maiores de Baptis. gloss. in d. c. quod translationem, in verbo reservata, de offic leg. Gabr. d cons. 181. num. 1. lib. 2. Vestr. in prax. d. lib. 3. c. 6. n. 3.*

145 Secundò, Causæ concernentes periculum Animæ *Vestr. d. lib. 3 c 6. num. 3 vers. amplius,* & ibi *Gravat. n° 9 Marches. de Commiss. avoc. caus. d. p. . §. 1. n. 12. & seq. fol. 274.*

146 Tertiò, Causæ in quibus agitur de interpretatione litterarum Apostolicarum *c. cum venissent, & ibi DD. de iud. Gab. d. cons. 182. n. 14 lib. 2. Marches. de commiss. appell. extra Rom. Cur. p. 1. n. 81. fol. 255.* ubi de observantia Signaturæ testatur.

147 Sed hoc habet locum, quando agitur de potestate, aut præjudicio Papæ, aut Sedis, vel de interpretatione verborum ipsius Papæ, non autem quando agitur de in habilitate respectu Provisi, vel an Gratia sit obreptitia, vel subreptitia, nam hoc Secundò casu etiam Ordinarius potest cognoscere, ut ita possit non directè de privilegio, sed in directè nulla facta privilegii mentione, si nullum inferatur Papæ præjudicium causam terminare *d. c. cum venissent, ubi DD. d. iud. Gabr. d. cons. 182. nu. 15. & seqq.* quem sequuta est *Rot. in Placentina Cappellaniæ. 16. Februarii 1598. coram el me Cardinali Pamphilio seniore.*

148 Quartò, causæ Appellationum ad Sedē Apostolicam *d, c. ut debitus,* & aliæ de quibus latè *Gabr. d. cons 182. n. 2 & pluribus seqq. lib. 2.*

C Curia est nomen æquivocum, nàm aliquando
149 sumitur pro Tribunali seù loco, in quo jus redditur ad *tex. in c. forus, de verb signific.* aliquando accipitur pro ipsis jura reddentibus ad *tex in c. Romana, in 1. resp.* ibi *ad Remen. est Curiam appellandum, de Appell. in 6.* aliquando verò pro ipsa Curia Romana, latè *Mandos. in gloss. facult. A. C. in verb Curiæ sub lit. A.*

150 In facultatibus verò A. C. verbum, Curia, sæpius pro ipso A. C. Tribunali, sæpius etiam pro ipsa Romana Curia accipitur, & ex earumdem facultatum lectura patet *Mandos. in gloss. de facult. in verb. d. Curia sub. lit. A.* ubi in fine subdit quod
151 appellatione Curiæ † simpliciter prolatè venit per Anthonomasiam Curia Romana *arg. § sed ius quidem civile. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* & latius tradit *Mandos. in eadem gloss. in verbo Vrbis sub lit. B.*

152 Curia dicitur à Cura, nam Curiales potissimum Reipublicæ curam habent *Old. cons. 211. nu. 5 & cons. 321. n. 3. vers. dicta est* & Curiales
153 sic † dicuntur, Curiæ nexibus sunt obligati *Oldr. cons. 321. n. 2. Marches. de Commiss. super Eugen. p. 2. §. unico n. 12. fol. 456.*

154 Est autem Curia unum corpus repræsentatum est multorum majorum aggregatione collectum *Old. Cons. 211. num. 4. vers. circa primum Marches. de commiss. avoc. caus. p. 2. c. 8. §. 1. n. 17. fol. 273.*

155 Sub nomine verò Curiæ omnes, illā sequentes qui de ejus jurisdictionem existunt, Curiales sunt censendi *Old. cons. 211. nu. 5 Marches. de Commiss. super Eugen p. 2. §. 13 & seq. fol. 456.*

156 Sub appellatione autem Curialium comprehenduntur etiam Cardinales, & eo magis eorum Familiares *Old d. cons. 211. n. 5. vers. circa secundum, & n 6. vers & si hæc, & cons. 253. n. 2. & seqq. versiculo secundo. & versiculo, quod autem, & cons. 321. n. 2. Marches. de Commiss. avoc. caus. p. 2. c. 7. §. 1. n. 18. fol. 273.*

157 Romana verò Curia est caput Ecclesia *Marches. de Commiss. avoc. caus. p. 2. c. 7. §. 1. n 19. v. quare si dubitari fol. 273.* ubi quod si est contentio
158 inter Iudicem † Ecclesiasticum, & secularem, cujus fori sit causa, non junguntur, & nec de hoc cognoscunt isti, sed Major, & sic Romana Curia, quæ (est caput Ecclesiæ ob eius præheminen-

minentiam, & authoritatem *Felyn. in c. Pastoralis, n. 4. de rescript.*

159 Estq; Romana Curia idem quod Sedes Apostolica, *Card. in Clem. prima, n. 2. ut lit. pend. Marches. de Commiss. appell. in Roman. Cur. p. 1.*

160 *c. 5. n. 45. fol. 198.* & † ob id idem est Beneficiū vacare in Curia, vel apud sedem, *c. 2. & c. præsenti,*

161 *de præben. in 6.* vel † causam per appellationem esse devolutam ad Romanam Curiam vel ad Sedem Apostolicam, *Mandos. in Gloss. facult. A. C. in verbo Curiæ, sub lit. A. Rot. dec. 43. de appell. in nou.*

162 In Romana Curia dicitur adesse fons Iuris, in qua residet Summus Pontifex, qui vti supremus Princeps, omnia Iura in scrinio pectoris habet *Card. cons. 136. in princ.*

163 Est igitur Roma Curia, vbi est Papa, *Innoc. in c. Ego Episcopus, circa fin. & ibi Abb. n. 6 Felin. n. 9. de Iureiur,* & vbi Papa ibi Roma, ut notant *Abb. & Felyn. ubi supra Mandos. in Gloss. facult. A. C. in ver. b in Romana Curia, sub lit. B.* & latius tradit idē *Mandos. ad reg. Cancell. reg. 5. q. 2. n. 2. Vestr. in Prax. lib. 4. c. 5. n. 12. vers, addo quod, Marchès. de Commiss. appell. in. Rom. Cur. p. c. 5. n. 45. & seqq fol. 198.*

164 Hinc Romana Curia est etiam Sedes, & Forus Cardinalium. qui sunt Collaterales Papæ *Old. cons. 48. in. 2. Marches. de Commiss. caus. Card. p. 2. §. unico, n. 31. fol. 453.*

Officialium verò appellatione ex præscripto

165 Vrbis Stylo, omnes sequentes Romanam Curiā compræhenduntur, *Mandos. de reg. Cancel. in reg. 5. q. 3, nu. 2.*

166 Hinc Curiales, & Forenses omnes sequentes Romanam Curiam, sive pro suis, sivè pro alienis negociis, sunt sub ipsius A C iurisdictione prout in facultatibus ejusdem, & passim observat Praxis, & Curia.

D Commissaria in facultatibus A. C. dicitur non

167 solum causa à Signatura, prævio rescripto, Auditori Cameræ commissa Curia, ut per *Rota dec. 495. n. 2. & seq. p. 3. recent.* Sed etiam illa, quæ alicui Indici de partibus fuit simili rescripto delegata, quam nihilominus A. C. in alia instātia, si illam ad Curiam Romanam per appellationem aut alias quomodolibet, devolvi contigerit, poterit uti Iudex ordinarius cognoscere & sine debito terminare, ut legitur in dictis facultatibus *Pauli V. d. Constit. 28. Eximia, §. & quascumque alias causas, etiam Commissarias.*

E In causis Beneficialibus proceditur simpliciter,

168 de plano, sine strepitu, & figura judicii, *Clem. dispendiosam. de Iud.* hoc est sinè bello, litis contestatione, & aliis solemnitatibus ordinariis, ut declaratur in *Clem. sapé, de verc. signif. Coccin. dec. 443. n. 2.*

Etenim causa Beneficialis debet esse brevior,

169 quam sit prophana, *Rota dec. 25. n. 3. de Appellat. in antiq. Marches. de Commiss. auoc caus. par. 2. §.*

170 *1. n. 27. fol. 674.* & † cito expediri debet nè detur diutina vacatio in Ecclesiæ detrimentum, *Rota dec. 124. n. 30. p. 6. recent,*

171 Cæterum, licèt A. C. virtute ejus ordinarium facultatum, possit in omnibus causis, quantumvis ordinariis, summam ducentorum ducatorum auri de Camera excedentibus, servatis terminis, & aliàs summariè prout in Beneficialibus procedere.

Nihilominus ex antiqua observantia, & Praxi, rerum magistra, in dictis causis ordinariis in A. C. Tribunali requiritur Monitorium, conclusio, Sententia in scriptis, ac tela judiciaria, in proximo sequenti capite mox tradenda.

SVMMARIVM. CAP. II.

1 *In causis valorem ducentorum ducatorum auri excedentibus, si non competat via executiva, vel summaria in Tribunali A. C. Proceditur via ordinaria, sed prout in Beneficialibus.*

2 *Causæ ordinariæ possunt coram A. C. introduci in qualibet instantia.*

3 *Monitorium in causa ordinaria in prima instantia coram A. C. & eius formula.*

4 *Monitorium pro petitione Hæreditatis ab intestato delatæ, & eius Formula.*

5 *Monitorium in causa ordinaria in actione reali, & eius Formula.*

6 *Monitorium super reddiuione rationis adminis. strationis Tutelæ, & Curæ & eius Formula.*

7 *Adnotatio executionis Monitorii personaliter exequuti, in actis & eius Formula.*

8 *Protestatio, seú negatio Monitorii, & eius Formula.*

9 *Monitorium est in omnibus causis ab Actore verificandum.*

10 *Iura in Iudiciis ordinariis admittuntur, absque aliqua clausula, Parte tamen citata.*

11 *Articuli in causis ordinariis simpliciter, & absque clausula, citata tamen Parte, admitti solent, secus in executivis, & summariis.*

12 *In causis ordinariis in responsionibus ad Positiones, & Testibus examinandis proceditur, sicut in exequutivis.*

13 *In causis ordinariis Partes possunt deducere suas exceptiones competentes, & replicationes opportunas prout in aliis.*

14 *Vbicunque oritur difficultas in aliquo Articulo, solet informari Iudex in Camera in contradictorio quod servatur, tám in causis ordinariis quàm in aliis.*

15 *Citatio ad libellandum in termino substantiali, & eius formula, & Processus.*

16 *Repetitio Iurium in termino ad dicendum contra producta, & eius Formula.*

17 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam & eius Formula, & processus.*

18 *Cedula Sententiæ in causa ordinaria, & eius Formula.*

19 *Si Actor non probavit, fertur absolutoria ad Rei favorem, Decretum potest de Stylo extendi, etiam in pede citationis Actoris, ad favorem eiusdem Rei.*

20 *Cedula Sententiæ absolutoriæ ab impeditis & eius Formula.*

21 *Sententia absolutoria ab observatione judicii in quibus casibus ferri soleat.*

22 *Cedula Sententiæ absolutoriæ ab observatione iudicii, & eius Formula.*

23 *Contra non exhibentem libros suæ administrationis potest in litem.*

24 *Citatio ad videndum reiterari, & taxari summam*

super

super qua iurari poßit in Litem, & ad Sententiam, quæ olim erat in uſu, & eius Formula, & Proceſſus.

25 *Citatio ad videndum admitti uſque ad quam ſummam iurari poßit in litem, quæ eſt in uſu, & eius Formula, & Proceſſus.*

26 *Citatio ad videndum reiterari, & ad ſententiam, & eius Formula, & Proceſſus.*

27 *Cedula Sententiæ, quæ fertur in cauſa, in qua iuratum fuit in litem & eius Formula.*

28 *Praxis nonnullorum in materia Iuramenti in litem in Tribunali A.C. unà cum Formula citationis, & Decreti.*

29 *In cauſis ordinarijs à quibuſvis Sententiis datur appellatio ad utrumque effectum, dummodò fuerit infra legitima tempora interpoſita.*

30 *Interpoſitio appellationes coram Iudice à quo, & eius formula, & reſponſio Iudicis de Apoſtolis.*

31 *Cedula appellationis in cauſis ordinarijs, & eius Formula.*

32 *Si Iudex dat terminum Iuris, redeundum eſt pro Apoſtolis in dicto termino, niſi cauſa interim committeretur.*

33 *Si appellatio in termino reverentialium non poteſt committi ſit Præſentata.*

34 *Commißio appellationis in cauſis ordinarijs ſignatur Parte non citata, via ordinaria.*

35 *Commißio appellationis in cauſa ordinaria, & eius Formula.*

36 *Primus Reviſor Commißionum, quæ verba addere ſoleat in corpore Commißionis in cauſis pecuniarijs.*

37 *In Iudicijs ordinarijs committitur cauſa appellationis ſimpliciter, & deinde citatur Pars, & procedutur ad ulteriora, coram Iudice commiſſario.*

38 *Termini ſubſtantiales in cauſis ordinarijs, coram A.C qui ſint obſervandi.*

39 *Terminus ad articulandum in cauſis ordinarijs in in prima inſtantia poteſt coram A C. obſervari ad duodecimam, vel ad octavam.*

40 *In Summarijs, & Beneficialibus, qui termini ſervandi ſint ſecundum opinionem aliquorum.*

41 *Praxis quomodo obſervet terminos ſubſtantiales coram A.C. in cauſis ordinarijs, & quomodo Poſſeſſorijs ſummarijs.*

42 *Omißio terminorum ſubſtantialium ſive in cauſa ordinaria, ſivè ſummaria, reddit Sententiam nullam.*

43 *In Proceſſibus de partibus ſufficit ſervari terminos Statuarios, vel alios de Stylo loci ſervari ſolitos.*

44 *Sententia vnde dicatur.*

45 *Sententia quid ſit.*

46 *Sententia quotuplex ſit.*

47 *Sententia definitiva quid ſit.*

48 *Sententia definitiva debet continere condemnationem, vel abſolutionem.*

49 *Sententia definitiva debet ferri ſuper toto, aliàs non valet.*

50 *Rota non ſolet Sententias multiplicare, ſed ſimul totum negotium terminare.*

51 *Si petitio fuit facta per capita ſeparata, poteſt ferri Sententia valida ſuper aliquibus, omiſſis aliis, nàm tot petitiones quot capita.*

52 *Si plures fuerunt ſimul conventi, poteſt ferri Sententia reſpectu unius, & reſpectu alterius differri.*

53 *Sententia lata contra Plures poteſt valere quoad unum, & non quoad alium.*

54 *Tot ſunt capita, quot Perſonæ.*

55 *Si ab uno petuntur plures ſummæ ex diverſis cauſis, poteſt validè ferri Sententia ſuper aliquibus, omiſſis aliis.*

56 *Tot ſunt capita, quot ſummæ.*

57 *Sententia lata per capita ſeparata poteſt valere, quoad unum caput, & non quoad aliud.*

58 *Tot Sententiæ, quot capita, & ſummæ.*

59 *Tot Capita, tot Sententiæ.*

60 *Tot ſunt capita, quot ſummæ ſeparatæ.*

61 *Tot Sententiæ, quot capita, & partitæ.*

62 *Rota ex cauſa rationabili ſolet ferre Sententiam ſuper parte, & multiplicare Sententijs.*

63 *In acceſſoriis prout ſunt fructus, & Expenſæ, ſi fuit omiſſa condemnatio, cenſetur facta abſolutio.*

64 *Sententia definitiva dicitur, quæ perimit totum negotium, ſivè ſit condemnatoria, ſivè abſolutoria.*

65 *Sententia definitiva, ut valeat, debet ferri in ſcriptis, & recitari à Iudice, & num. 68.*

66 *Scriptura Sententiæ amiſſa, poteſt probari per Teſtes, tam tenor Sententiæ, quàm caſus amiſſionis.*

67 *Sententia poteſt probari per Teſtes.*

68 *Sententia an, & quando poßit probari per Teſtes.*

69 *Subſcriptio Iudicis de Iure in Sententia non requiritur, dummodo ſit lata, & lecta in ſcriptis.*

70 *Citato ad Sententiam debet eſſe ſpecifica, & nominatim ad Sententiam audiendam, alias Sententia non valet.*

71 *Citatio ad audiendam voluntatem, vel ſimilis non ſufficit ſed requiritur ſpecifica ad Sententiam.*

72 *Defectus citationis ad Sententiam ſanatur ex præſentia Partis, & monitione Iudicis, Partibus præſentibus facta.*

73 *Præſentia in Iudicio ad alium diverſum finem non ſupplet defectum citationis ad Sententiam.*

74 *Præſentia in Iudicio ex quibus probetur.*

75 *Sententia lata contra Hæredem legitimè citatum præindicat Fideicommiſſario non citato, de cuius intereſſe agitur ſecundario.*

76 *Eoque magis ſi prætendens Ius ſecundario, habet Ius tantum ſpe.*

77 *Sententia lata contra Hæredem non nocet Fideicommiſſario, ſeu habenti intereſſe ſecundario, niſi ſit citatus ſaltem pro ſuo intereſſe per generale proclama.*

78 *Sententia non nocet habenti intereſſe ſecundario non citato, niſi ille ſaltem ſciverit cauſam agitari.*

79 *Senteutia non nocet Pupillo, nec Minori pro ſuo intereſſe citato, etiam ſi ſciverit cauſam agitari, niſi ei detur Curator ad lites, qui illum defendat.*

80 *Sententia lata contrà Pupillum, vel Minorem defenſum pro quo nemo comparuit, eſt ipſe Iure nulla.*

81 *Etiamſi ſit lata Contradictas, & quare.*

82 *Sententia lata in favorem Pupilli, vel Minoris defenſi valet.*

83 *Etiamſi*

83 Etiamsi sit lata sine Curatore. vel cum Procuratore minus legitimo.

84 Sententia lata contra Minorem cuius causa fuit cum Procuratoribus, & Advocatis defensa valet.

85 Sententia lata contra Minorem. cui nullā defensionem competere, notorie constat in actis, est valida.

86 Sententia lata contra Minorem, cuius Curator in iudicio ad eum defendendum comparuit est valida.

87 Sententia lata contra Minorem, cuius Tutor, vel Curator citatus numquam comparuit, non sustinetur.

88 Licet Sententia lata contra Principalem noceat habenti interesse secundario, is tamen potest appellare à die notitiæ.

89 Habens interesse secundario, cui Sententia lata contra habentem interesse principaliter præiudicat, tenetur à die notitiæ appellare.

90 Habens interesse secundario potest dicere Principaliter de nullitate sententiæ, quæ est illi præiudicialis in consequentiam, & impedire exequutionem.

91 Fideicommissarius potest defendere bona ad ipsū perventura, circa quæ per actum de præsenti potest sibi inferri præiudicium.

92 Publicum Instrumentum Testamenti facit probationem probatam, rem claram, & manifestam.

93 Hæres beneficiatus non tenetur ultra vires Hæreditarias.

94 Quando quis agit contra Hæredem, petitio efficit Hæreditatem, & bona Hæreditaria, quo casu actio videtur potius in rem scripta.

95 Interest Fideicommissarii, ne bona fideicommisso subiecto dilapidentur, sed simul unita conseruentur, & quare.

96 Super incidente Spirituali agendum est coram Iudice Ecclesiastico, cum Laicus in eo non habeat iurisdictionem.

97 Agens pro suo principali interesse ex integro; intentando iudicium nullatenus ab alio dependens, non tenetur venire in status, & terminis.

98 Etiamsi Iudex habuisset ab initio Iurisdictionèm, quæ postea defecisset.

99 Movens Iudicium pro suo principali interesse potest deducere omnia sua privilegia non obstante l. venditor ff. de iud.

100 Sententia lata contra Hæredem non nocet Substituto nisi quatenus fuerit aliquo modo citatus.

101 Omnis Citatus debet audiri.

102 Sententia interloquutoria quid sit.

103 Sententia interloquutoria non est de necessitate ferenda in scriptis, sed sufficit quod scribatur in acta.

104 Sententia interloquutoria, in qua versatur magna causæ cognitio, est ferenda in scriptis.

105 Inter Sententiam definitivam, & interloquutoriam adsunt tresdecim differentiæ, & quæ.

106 Interloquutoria, paranspræiudicium in negocio principali, dicitur habere vim definitivæ.

107 A Sententia, super desertione appellationis ab interloquutoria, appellatur cum expressione causæ, secus à Sententia super desertione à definitiva.

108 Sententia mixta dicitur illa, quæ habet vim definitivæ, & interloquutoriæ.

109 Sententia mixta dicitur interloquutoria inferens damnum irreparabile per definitivam.

110 Absolutoria definitiva conceditur Reo, quando Actor non probavit, & Possessori, ex non iure Actoris.

111 Absolutoria nullam ius tribuit, & quare:

112 Absolutoria potest ferri pro Reo absente, vel etiā excommunicato, & quando.

113 Per absolutoria debet imponi Actori perpetuum silentium,

114 Absolutoria ab impetitis in quibus casibus ferri possit.

115 Exceptio rei iudicatæ per absolutoriam an, & quando obstet agenti de novo contra alium loco primi subrogatum.

116 Absolutoria primens totum negocium potest transire in iudicatum,

117 Absolutoria lata in petitorio non obstat agenti possessorio adipiscendæ.

118 Absolutoria in petitorio obstat agenti possessorio adipiscendæ, quando excipiens offert, se incontinenti probaturum suam exceptionem.

119 Absolutoria in petitorio obstat agenti possessorio adipiscendæ, quando quis fuit absolutus, quia erat dominus, & docet incontinenti de iure suo.

120 Absolutoria ad favorem Rei lata in petitorio obstat agenti interdicto retinendæ.

121 Absolutoria lata in petitorio non obstat agenti possessorio retinendæ, quando fuit lata ex quo actor non probavit, secus si fuit lata, ex quo reus probavit se dominum.

122 Absolutoria lata in petitorio parit exceptionem rei iudicadæ in possessorio recuperandæ.

123 Absolutoria in petitorio non obstat agenti possessorio recuperandæ, quando quis fuit spoliatus post Sententiam, vel absolutoria fuit lata ab observatione iudici, vel fuit declaratum, spoliatorem incidisse in pœnam, l. si quis in tantum, C. unde vi.

124. Sententia lata in possessorio obstat agenti petitorio,

125 Sententia lata in possessorio habente ad mixtam proprietatis causam, obstat agenti petitorio.

126 Sententia lata in possessorio, habente mixturam proprietatis, obstat agenti petitorio, si fuit de domino plenè cognitum, aliàs secus.

127 Sententia lata ab observatione iudicii est interloquutoria.

128 Sententia ab observatione iudicii an, & quomodo sit interloquutoria, vel definitiva, seu vim definitivæ habeat.

129 Sententia ab observatione iudicii etiam lata ab ineptitudinem libelli, habet vim definitivæ & quare

130 Sententia lata ab observatione iudicii datur appellatio.

131 *A Sententia lata ab observatione iudicii ob ineptitudinem libelli potest appellari, etiam viva voce, licet non desint tenentes contrarium.*

132 *Absolutoria observatione iudicii est ferenda, quando libellus est ita ineptus, ut actio intentata ex eo discerni non possit.*

133 *Absolutoria ab observatione iudicii est ferenda, quando actor movit iudicium, nec postea illud prosequutus fuit, nec litem contestatus, nec aliquid probavit.*

134 *Si Iudex primæ instantiæ tulit Sententiam super Processu invalido, Iudex appellationi potest reum, salvo iure iterum agendi, absolvere.*

135 *Si lite contestata actor se absentat, & nihil fuit à Partibus probatum fertur Sententia absolutoria ab observatione iudicii.*

136 *Si fabricatus est hinc inde Processus, licet nil relevans fuerit probatum ferenda est definitiva Sententia absolutoria ad favorem rei.*

137 *Præfixis debitis terminis, ferenda est absolutoria definitiva ad rei favorem si actor non probavit.*

138 *Si reus assumpsit in se onus probandi, conflato processu si de causa liquet, potest ferri definitiva, alias si non liquet ferenda absolutoria ab observatione iudicij.*

139 *Absolutoria ab observatione iudicii fertur, quando Reus, pendente iudicio, ante Sententiam solvit.*

140 *Peremptæ instantia fertur absolutoria ab observatione iudicij.*

141 *Quando occisus poterat impune offendi, fertur absolutoria ab observatione iudicij.*

142 *Absolutoria ab observatione iudicii præservat iura actori in alio iudicio.*

143 *Absolutoria ab observatione iudicij differt ab absolutoria rei, & in quibus.*

144 *Per absolutoriam ab observatione iudicij perimitur instantia.*

145 *Latæ absolutoriæ ab observatione iudicij pereunt acta ordinatoria, non causæ decisoria.*

146 *Acta probatoria imperfecta pereunt peremptæ instantia.*

147 *Per absolutionem ab observatione iudicij perit instantia, sed non actio.*

148 *Si reus solvit ante Sententiam, latæ absolutoriæ ab observatione iudicij perit etiam actio.*

149 *Latæ absolutoriæ ab observatione iudicij, virtute exceptionis peremptoriæ perit etiam actio.*

150 *Iuramentum in litem unde dictum.*

151 *Iuramentum in litem quid sit.*

152 *Iuramentum in litem aliud est singularis interesse, aliud affectionis, aliud veritatis.*

153 *Iuramentum in litem singularis interesse dicitur, quando quis, ob pecuniam non restitutam, passus est interesse.*

154 *Iuramentum affectionis dicitur quando non fuit data, seu redita res, super qua potest cadere affectio.*

155 *Iuramentum veritatis præstatur super vero, & communi rei valore.*

156 *Iuramentum in litem potest dividi in duas species, scilicet affectionis, & veritatis.*

157 *Iuramentum in litem affectionis, ut deferri possit, tria requiritur, & quæ,*

158 *Iuramentum in litem affectionis, ut ferri possit, requirit etiam habilitatem in iurante*

159 *Iuramentum in litem affectionis datur in omnibus actionibus bonæ fidei, nec non stricti iuris arbitrariis.*

160 *Actiones bonæ fidei quæ sint.*

161 *Actiones stricti iuris quæ sint, & cur ita dicta.*

162 *Arbitrariæ efficiuntur omnes actiones, in quibus ad Iudicis præceptum secundum eius Mandatum, res in iudicio petita non restituitur.*

163 *Actiones quæ efficiantur arbitrariæ ad effectum deferendi Iuramentum in litem.*

164 *Iuramentum in litem affectionis, in quibus actionibus detur, re extante, vel etiam perempta.*

165 *Iuramento in litem affectionis, quando non sit locus, sed potius Iuramentum veritatis deferatur.*

166 *Sine dolo regulariter non iuratur in litem.*

167 *Contra Administratorem non exhibentem librũ tanquam præsumptivè dolosum potest iurari in litem.*

168 *Quilibet Administrator tenetur conficere, & exhibere librum rationis suæ administrationis.*

169 *Administrator tenetur reddere rationem de administratis.*

170 *Contra non reddentem rationem suæ administrationis potest iurari in litem.*

171 *Administrator tenetur restituere reliquatum, aliàs non dicitur reddita ratio.*

172 *Contra Administratorem conficientem Inventarium minus legitimum, potest iurari in litem.*

173 *In omni actione ad exhibendum iuratur in Litem.*

174 *Administrator excusatur à confectione libri, & Inventarii ob simplicitatem, vel si fuit à Domino liberatus à redditione rationis, sed tamen tenetur reddere reliquatum.*

175 *In Actione Commodati, Locati, depositi & alias bonæ fidei iudiciis, potest iurari in litem, si quis non exhibet, vel restituit.*

176 *In Iudiciis contrariis non iuratur in litẽ, nisi quis agatur de fide rupta.*

177 *In actione ex Testamento, & similibus stricti iuris non iuratur in litem.*

178 *Si actiones stricti iuris efficiantur casus arbitrarij, vel adsit insimul difficultas probationis, & dolus potest in eis iurari in litem.*

179 *Vbi quis contemnit restituere ad Iudicis præceptum, potest iurari in litem in omni actione.*

180 *Contra Tutorem non conficientem Inventarium potest iurari in litem, & an æstimatio bonorum sit Inventario de necessitate apponenda.*

181 *Contra Mendacem potest iurari in litem.*

182 *Si mendax aliqua ratione potest excusari à mendacio, non defertur contra eum Iuramentum in litem.*

183 *Contra Consocium, Consortem, & alius, qui administravit sine inventario, & Libro rationum potest iurari in litem, & quomodo.*

184 *Contra eum, qui tenetur restituere, vel exhibere, potest iurari in litem, & quomodo.*

185 *In*

185 *In actionibus bonæ fidei Iudex potest contra dolosum deferre Iuramentum in litem super damnis, expensis, & interesse.*

186 *Obsolam culpam sine dolo non potest contra aliquem iurari in litem.*

187 *In actione Tutelæ, & Curæ iuratur in litem ob culpam etiam sine dolo.*

188 *Spoliato contra violentum spoliatorem defertur Iuramentum in litem.*

189 *Contra Hæredes, aut tertios possessores dolosi non potest iurari in litem.*

190 *Litem cum defuncto contestata, vel pro contestata habita, iuratur in litem contra Hæredes ex dolo commisso ante litem contestatam, vel ex dolo Hæredi.*

191 *In actione depositi, ratione doli, iuratur in litem contra Nautam, Cauponem, Stabularium & similes, & quando.*

192 *Ex aperitione, & dissigilatione sacculi à Depositario facta præsumitur dolus ex coniecturis.*

193 *Hebræus, Hæreticus, Infamis, & similes, qui non possunt esse testes, tenetur probare per testes, nec eis defertur iuramentum in litem.*

194 *Si constat quod hospes, vel Depositarius non aperuit sacculum, sed alius, eo inscio, non potest iurari in litem, nisi contra apperientem, contra Depositarium verò probandum est per testes, cum cessaret in eo dolus.*

195 *Si sacculus potuit de per se dissigillari, & concurrit bona qualitas personæ Depositarij non iurantur contra eum in litem.*

196 *Iuramentum in litem veritatis ut deferri possit, ultra dolum, requirit difficultatem probationis.*

197 *Difficultas probationis tunc adesse censetur, cum res non potest ad oculum demonstrari.*

198 *In actionibus bonæ fidei ob solum dolum potest iurari in litem.*

199 *In actionibus stricti iuris arbitrarijs ob solum dolum iuratur in litem.*

200 *Ei, qui non est informatus, Iuramentum in litem non defertur.*

201 *Informato, asserenti, se informatum eorum, quæ à defuncto gesta sunt, datur iuramentum in litem.*

202 *Cohabitans cum defuncto, vicinus, & similes præsumuntur informati, non alij, in quibus præsumptio non concurrit.*

203 *An quis sit verisimiliter informatus, discernere plurimum residet in arbitrio Iudicis.*

204 *Iuramentum in litem non defertur, nisi à Iudice nec sponte à parte præstatur.*

205 *Iudex acceptans iuramentum in litem, sponte præstitum, censetur detulisse.*

206 *Iuramentum in litem veritatis denuò, prævia taxatione, deferre cautius videtur.*

207 *In iuramento in litem requiritur citatio Partis.*

208 *Iuramentum in litem non datur habenti præsumptionem contra se.*

209 *Iuramentum in litem non datur ei, qui præsumitur possidere iure familiaritatis.*

210 *Iuramentum in litem defertur, post litem contestatam, ante conclusum in causa.*

211 *Ob contumaciam in non parendo defertur iuramentum in litem, etiam post Sententiam.*

212 *Impubes, Furiosus, Mentecaptus, & similes sunt inhabiles ad iurandum in litem.*

213 *Is, cui est deferendum iuramentum in litem, debet esse Testis integer omni exceptione maior.*

214 *Taxa Iudicis debet præcedere ante iuramentum in litem.*

215 *In Iuramento in litem affectionis taxa Iudicis potest subsequi post iuramentum.*

216 *Iuramentum in litem veritatis potest deferri, etiam re non extante secus iuramentum affectionis.*

217 *Non potest iurari litem, etiam de affectione ultra duplum veræ æstimationis, & ita est æstimatio coarctanda à Iudice,*

218 *Iuramentum in litem à Iudice prævia taxatione, delatum non potest amplius ab eo retractari.*

219 *Iudex ex magna causa potest retractare iuramentum in litem iam delatum.*

220 *Magna causa, ad effectum retractandi iuramentum in litem delatum est quando ad favorem rei probationes supervenerunt.*

221 *Ex novis probationibus repertis potest retractari etiam iuramentum in litem veritatis.*

222 *Iuramentum in litem veritatis retractatur, quando contrarium probatur per evidentiam oculorum vel negativam coarctatam, vel instrumenta de novo reperta.*

223 *Iuramentum in litem veritatis potest retractari per Instrumenta de novo reperta, & ex magis communi, & n. 127.*

224 *A delatione Iuramenti in litem non datur appellatio, & quare.*

225 *De Iure Canonico datur appellatio à quolibet gravamine, non tamen datur à delatione iuramenti in litem in A.C. Tribunali.*

226 *A Decreto admissionis ad iuramentum in litem an datur appellatio.*

227 *A Sententia lata virtute iuramenti in litem datur appellatio.*

228 *In gradu appellationis non videtur discutiendum an quis iuraverit veritatem sed an iuramentum esset deferendum, vel probandum per Testes.*

229 *In reliquis in materia iuramenti in litem ad quos recurrendum.*

De causis valorem ducētorum ducatorum excedentibus.

PARS III. CAP. II.

VBicumque agitur de causa ultra summam ducatorum ducentorum auri de Camera vel de re verum prædictæ summæ valorem excedente, si nec via competat executiva, juxta superius tradita *in primap. c. 1. & seqq.* nec etiam possit procedi summariè juxta superius dicta *in par. 2. cap. 1. & seqq.* vel si alias quomodolibet causa sit, vel fuerit effecta ordinaria, utique in A.C. Tribunali erit via ordinaria procedendum summariè tamen, prout in causis Beneficialibus, juxta notissimas ejus A. C. facultates.

Possunt autem causæ ordinariæ coram A.C.
2 introduci, vel in prima, vel in secunda, seù ulteriori instantia.

In prima instantia, vel possunt introduci ab Actore, vel à Reo.

Ab actore possunt introduci prævio Minitorio ut infra, videlicet.

De Mandato Illustrissimi, & Reverendissimi
3 Domini A C. sive R.P.D.NN. eius in Civilibus Locumtenentis, & ad Instantia NN. principalis.

Tenore præsentium.

A Moneatur, A. NN. ex adverso principalis, vel NN. ex adverso Hæres NN. ex adverso principalis, ac aliàs omni &c. quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum &c. Mandati exequutivi, & in Iuris subsidium excommunicationi &c. aliisque &c. pœnis debeat, solvisse, numerasse, & exbursasse eidem Domino Instanti scuta quingenta quinquaginta monetæ, salvo jure &c. eidem Instanti debita, causa, & occasione NN. (*hic potest exprimi causa ob quam pecunia vel res debetur*) prout in actis, & processu causæ, & causarum hujusmodi suis loco, & tempore latius deducetur, & vitificabitur &c. solvique, numerari, & exbursari fecisse &c. omniaq; damna, expensas, & interesse præmissorum causa, & occasione quomodolibet facta, & passa, ac facienda, & patienda, in futurum, ac liquidanda refecisse, & quæcumque Dereta, Sententias, & Mandata desuper necessaria, & opportuna fieri, ferrique, concedi, decerni, & relaxari vidisse, & audivisse. ad favorem d D. Instantis, Deducens in præmissis omne jus suum, omnemque actionẽ sibi undecumque, & quomodocumque quomodolibet provenientia & nobile officium Iudicis, & beneficium Iuris implorando, non solũ, ut supra, sed omni alio meliori modo &c, ideò &c. & si quis &c. alioquin &c certificantes &c. aliàs &c. omni &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli,

Aliud Monitorium in Curia pro petitione Hæreditatis ab intestato delatæ.

4 De Mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A.C. sivè R.P. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Instantiam NN. principalis exponentis, nuper decessisse. NN sine liberis & testamento, & ob id ejus Hæreditatem, quàm audivit, & adit, ad ipsum Instantem, tamquam proximorem spectare, & pertinere.

Tenore igitur præsentium.

Moneatur NN. ex adverso principalis, ac detentor, & occupator dictæ Hæreditatis, & bonorumque NN. quatenus infra triduum proximũ, sub. 500. ducatorum &c. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis Mandati executivi, & in Iuris subsidium Excommunicationis &c alisque &c. pœnis, debeat realem, actualem, & corporalem possessionem prædictæ Hæreditatis, ac bonorum quorumcumque Hæreditariorum dicti q. NN. mobilium, stabilium, & semoventium ;urium, & aliorum quorumque ad d. Hæreditatem spectant & pertinent ubique locorum existen. & sub quibusvis finibus confinatorum ac pro ut in actis, & Processu causæ, suis loco, & tempore, demonstrabitur, illorumque, & cujuslibet eorum iurium membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque, realiter, & cum effectu prædicto D. Instanti dimisisse, tradidisse, & relaxasse, ac de fructibus, redditibus, & proventibus indebitè perceptis, & percipiendis in futurum eidem Instanti respondisse, & integraliter satisfecisse, ac debitam satisfactionem fecisse, damnaque, & expensas, & interesse, præmissorum causa, & occasione passa, facta, & patientia, ac liquidan. refecisse, & Mandatum quodcumque desuper necessarium, & opportunum, concedit, relaxari, Ius, & Iustitiam ministrari, aliaque desuper necessaria, & opportuna fieri vidisse, attento quòd pro parte dicti NN. fuit coram Nobis comparitum, & allegatum, d. Hæreditatem ex præmisso, & alio quocumque capite ad eum spectare, & pertinere, & ob id restituendam fore, & esse, una cum dictis fructibus, deducens &c. implorans &c. non solum, ut supra sed omni alio meliori modo &c. & si quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

Aliud simile in actione reali.

5 De Mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A.C. sivè R.P.D.NN. eius in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN principalis, asserentis ad se iure dominij, vel quasi, justo & legitimo titulo, spectare, & pertinere Vineam sitam extra Portam NN. in loco nuncupato N. iuxta bona NN. & NN. Viam, & alios. si qui &c quam ad præsens &c. detinet. & occupat, licèt indebitè, & injuste, N. Adversarius, prout suis loco, & tempore demonstrabitur.

Tenore præsentium.

Moneatur idem NN. exadverso principalis quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducatorum auri &c. & pro illis mandati exequutivi, & Excommunicationis in subsidium, alijsque &c. pœnis, debeat dictam Vineam, ac illius realem, & actualem possessionem, una cum omnibus, juribus, membris, ac pertinentijs quibuscumque, d. D. Instanti dimisisse, restituisse ac relaxasse, ac defructibus, redditibus, & proventibus indebitè perceptis, & in futurum percipiendis, eidem Instanti respondisse, ac satisfecisse, damnaque Expensas, & interesse permissorum causa, & occasione passa, & patien. &c. ac liquidan. &c. refecisse, & quæcumque Decreta, Sententias, & mandata desuper necessaria & opportuna fieri, ferrique, concedi, decerni, & relaxari vidisse, ad eiusdem Instantis favorem, Deducens in præmissis omne Ius &c. implorans &c. non se astringens &c. salvo jure &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c. & si quis &c. &c. compareat &c. alioquin &c.

N Notarius. Locus † Sigilli.

6 Aliud simile pro redditione rationis administrationis Tutelæ, & Curæ.

De Mandato Illustrissimi, & Reverendiss. D. A. C. sivè R.P.D NN. eius in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis.

Tenore præsentium.

Moneatur NN. olim Tutor, & prodebito tẽpore Curator Instantis, virtute testamenti NN. Patris deputatus, ex adverso principalis quatenus infra triduum proximum, sub 500. ducato-

rum

rum &c. Mandati exequutivi, & in Juris subsidium excommunicationis &c. aliisque &c. pœnis, debeat eidem instanti plenam, & debitam rationem Tutelæ, & Curæ, ac administrationis quorumcumque bonorum ejusdem instantis, ac in ejus paterna Hæreditate, & aliàs quomodolibet relictorum, & signanter in Inventario per eum desuper confecto, rogato per acta NN. sub die &c. descriptorum à die susceptæ Tutelæ, & Curæ usque in præsens ad ejus manus perventorum, ac de omnibus, & singulis fructibus, redditibus, ac proventibus ex ei perceptis, realiter & cum affectu reddidisse, necnon omnia, & singula in dicto Inventario descripta, Instrumenta Scripturas, Libros, & computa quæcumque penes ipsum existentia, exhibuisse, & cum effectu restituisse, ac consignasse, ac reliquarum persolvisse, & debitam satisfactionem fecisse, damnaque, expensas, & interesse præmissorum causa, & occasione passa, & patien. ac liquidan. &c. refecisse, & quæcumque Decreta, Sententias, & Mandata desuper necessaria, & opportuna fieri, fertiquè, concedi, decerni, & relaxari vidisse, & audivisse, deducens &c. implorans &c. salvo jure &c. non se astringens &c. non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c. & si quis &c. compareat &c. alioquin &c. omni &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Monitorio personaliter per Cursorem exequuto ac subscripto, adnotatur ejus exequutio in Broliardo à Notario causæ ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

7 Coram Domino. meque &c. NN. Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursor retulit se ad instantiam NN. personaliter monuisse NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c.

8 Ex adverso verò, infra triduum à die exequutionis illius, fit infrascripta protestatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. & negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri nisi servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs &c.

9 Monitorium sive negatum, sivè non negatum in hoc, sicut in aliis, judiciis est semper ab Actore verificandum, sive per Instrumenta, & Jura, sive per Testes, & alia legitima probationum genera.

10 Jura in Judiciis ordinariis admittuntur, & tam instantiam Actoris, quam Rei, simpliciter, & absque aliqua clausula, seu præservativa citata tamen Parte ad dicendum contra, & ad eorum recognitionem proceditur, juxta superius tradita *p. 1. c. 2. n. 10. & seqq.*

11 Similiter etiam positiones, & Articuli opportuni juxta facti contingentiam, ad cujusque Partis instantiam, Adversario tamen citato ad dicendum contra illos, admitti solent absque aliqua clausula *sine præiudicio*, quæ tantum in exequutivis, & summariis in admissione opponi consuevit, ut supra *d par. 1. c. 10. & seqq. & p. 2.*

12 *c. 5. & seqq.* & † pariter pars cogitur positionibus respondere, ut *d. par. 1. c. 10.* & successive ad Testium examen, servatis servandis, proceditur ut supra *d. par. 1. cap. 11. num. 2. & seqq.*

Reus similiter potest in his judiciis deducere

13 exceptiones sibi de Jure competentes, & Actor explicationes sibi benevisas, & oportunas, juxta Praxim, de qua supra *par. 1. c. 5. & c. 7. & seq.* & aliàs juxta contingentiam facti.

14 Et ubicumque subest aliqua difficultas, sive in articulo principali, sive incidenti, potest informari Judex in Camera in Contradictorio, vel parte citata, juxtà Praxim superius traditam *p. 1. c. 8. nu. 27. & seq.* & ita observatur in omnibus causis in qualibet instantia.

Demum actitato processu, observantur termini substantiales, videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. ex adverso principalis, ad libel-
B landum ad p. d. B. ad articulandum ad 12. (vel ad 8.) ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis substantialibus instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admittisi, & in quantum, omni &c.

Fit autem productio, & repetitio Jurium opportuna juxta superius tradita *par. 1. c. 2. n. 10. & seqq.* & si nihil de novo sit producendum, potest fieri simplex repetitio in Broliardo, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

16 In Officio NN. repetiit omnia, & singula Jura Instrumenta scriptas, & acta, & actitata, gesta, & facta per acta mei &c. ad causam quomodolibet facien. in parte tamen & partibus &c. & in quantum &c. & non alia &c. petunt &c. non solum, ut supra, sed omni alio melioti modo &c.

Denique citatur ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ut infra, videlicet.

A. C. N.

17 Citetur N N. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quaruncunque facultatum, absolvi Instantem à Censuris, ad effectum &c. deferri Iuramentum in supplimentum plenæ probationis quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam
C definitivam, C, in forma, & alias omni &c. ad p. d. Instante N N. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri Juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & sententiari prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit substripsit, & mihi consignavit, tenoris &c. super quibus &c. præsentibus Sociis Testibus &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

18 Christi nomine invocato, Pro Tribunali se-
dentes,

dentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Iuris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper ſolutione ſcutorum quingentorum quinquaginta monetæ ſalvo jure &c. rebuſq; alijs in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Dicimus Pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. Reum conventum teneri, & obligatum eſſe, & propterea condemnandum fore & eſſe, prout condemnamus ad ſolvendum d. NN. prædicta ſcuta quingenta quinquaginta monetæ, Mandatumque exequutivum, & aliud deſuper neceſſarium & opportunum decernendū, & relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus pronunciamus, & definitivè ſentiamus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

19 Ita pronunciavi ego NN. Locum tenens. Cæterum, ſi Actor non verificavit Monitorium, fertur ad favorem Rei Sententia abſolutoria ab impetitis, ut infra, & aliàs ſecundum facti contingentiam, & poteſt Reus citare Actorem ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ut ſupra vel ſi Actor, ut ſupra citavit, poteſt Iudex ferre Sententiam hujusmodi, in termino citationis illius ad Rei favorem, poteſtque Notarius actuarius extendere Decretum ad Rei favorem in pede citationis Actoris de Stylo Tribunalis A.C.

20 Tenor Cedulæ abſolutoriæ ab impetitis, Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſedētes, & ſolum Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Iuris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN, Reum conventum partibus ex altera, de, & ſuper Hæreditate, & bonis q. NN. eorumque poſſeſſionis dimiſſione, ac reſtitutione, rebuſque alijs in actis cauſæ, & cauſarum hujusmodi latius deductis; Dicimus, pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. Reum conventum abſolvendum fore, & eſſe, prout abſolvimus, & liberamus ab impetitis per dictum NN. Actorem ac propterea eidem NN. Actori perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe prout imponimus ſuper præmiſſis, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Iure in poſterum reſervamus, & ita dicimus &c. & definitive ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

21 Ita pronunciavi Ego NN. Locum tenens. Contingit aliquando, proceſſum eſſe nullum, vel inordinatum, vel libellum eſſe ineptum ob actionis deficientiam, ideoque in his, & ſimilibus facti contingentijs, ſolet ferri Sententia ab D obſervatione judicij, D, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, juxta rerum, & factorum varietates, videlicet.

Tenor Cedulæ abſolutoriæ ab obſervatione judicij.

Chriſti nomine invocato, Pro Tribunali ſe-
22 dentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Iuris Peritorium conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter N N, Actorem ex uua, & N N. Reum conventum partibus ex altera, de, & ſuper Vinea ſita extra Portam N. in loco nuncupato N N. juxta bona N N. &. viam, & alios, notiſſimos fines, rebuſque alijs &c. Dicimus pronunciamus, decernimus, & declaramus, dilectum N N. Reum conventum fore, & eſſe abſolvendum, prout abſolvimus ab obſervatione præſentis judicij, & d. N N. Actori jura, talia qualia, habet, in alio Iudicio expedienda, reſeruamus, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Iure in poſterum reſervamus, & ita dicimus &c. & declaramus, non ſolum præfato, ſed omni alio meliori modo &c.

23 Ita pronunciavi Ego N N. Locumtenens. Verumtamen in materia tedditioni rationis adminiſtrationis, præmiſſo Monitorio, ut ſupra *nu 6.* illoque verificato per Inſtrumenta, Iura & Teſtes, ac alia legitima probationum genera, ut ſupra, ſi Reus libros ſuæ adminiſtrationis exhibere recuſet, ſeù nolit, poteſt contra eum tāquam doloſum jurari in litem, ac propterea, obſervatis terminis ſubſtantialibus, pariter, ut ſupra *nu.* 15. ritabatur olim Pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

24 Citetur N N. ex adverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quaruncunque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris, ad effectum &c. taxari ſummam uſque ad quam inſtans jurare poſſit
E in litem, E, & ſuper illa taxata videndum inſtāte jurare, & juxta taxationem, & Iuramentum concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & alias omni meliori modo &c. ad p. d. Inſtante N N. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit, N N. & petijt, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum. qui reiteravit in forma & c. taxari ſummam, uſque ad quam dictus N N. jurare poſſit in litem ad ſcuta mille moneta, pro qua ideo NN. tactis &c. juravit in forma &c. & concludi, & ſententiari prout in Cedula, quam Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſtripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis teſtibus &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Sed hodie ſervatis terminis ſubſtantialibus, Pars citatur, ut infra videlicet.

A. C. N.

24 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum

dum Instantem admitti usque ad quam summam is jurati possit in litem, eumdemque sic admissum videndum in litem jurare, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, admitti ad jurandum in litem usque ad summam scutorum mille monetæ &c. qui tactis &c. juravit in forma &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Deinde citatur Pars ad Sententiam, ut infra videlicet:

A.C.N.

26 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, absolvi Instantem à Censuris ad effectum &c. deferri Juramentum in supplementum plenè probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum Sententiam definitivam in forma, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit NN. & petiit, & obtinuit ut supra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & concludi, & sententiari prout in cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit, subscriptit, & mihi consignavit, tenoris &c. super quibus &c. præsentibus Sociis testibus &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

27 Christi nomine invocato, Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ coram Nobis in prima seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur Instantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. reum conventum partibus ex altera, de, & super redditione rationis administrationis Tutelæ, & Curæ, ac reliquorum restitutiones librorumque, ac scripturarum exhibitione, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus dictum NN. teneri, & obligatum esse, & propterea condemnandum fore, & esse, prout condemnamus, ad solvendum, d. NN. Actori scuta mille monetæ, Mandatumque exequutivum, & aliud desuper necessarium, & opportunum, decernendum, & relaxandum fore & esse, prout decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Jure in posterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

28 Solent tamen aliqui citare ad videndum admitti infra quam summam Instans jurare possit in litem, & tunc admissus non jurat usque ad totam summam, ad quam fuit admissus, sed infra eam ad aliquanto minorem, & similiter Judex non condemnat Reum in tota summa, super qua fuit juratum, sed in aliquanto minori; unde si quis fuit, Verbi gratia, admissus ad jurandum infra summam scutorum centum, jurabit usque ad scuta nonaginta quinque, & Judex postea condemnabit Reum in nonaginta; & ita aliqui, se in Tribunali A.C practicasse, & observari vidisse, affirmant ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum Instantem admitti infra quam summam is jurare possit in litem, eumdemque sic admissum in litem jurare, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Instante NN principali sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut supra, admitti ad jurandum in litem infra summam scutorum centum monetæ &c. qui sic admissus &c. tactis &c. juravit &c, usque ad summam scutorum 65. monetæ, ut supra, & alias omni &c. & deinde citatur ad Sententiam ut supra num. 26. & fertur Sententia ut supra num. 27. mutatis tamen mutandis ut supra.

29 Cæterum in Judiciis ordinariis admittitur appellatio ad utrumque effectum absque aliqua clausula, & difficultate à Sententiis definitivis seu illarum vim habentibus, sive Sententiæ sint condemnatoriæ, sive absolutoriæ ab impetitis, prout etiam datur appellatio à Sententia lata ab observatione Judicii, licet illa sit inter loquutoria, dummodo appellatio, in quolibet ex prædictis casibus, fuerit interposita infra legitima tempora, juxta superius tradita *p.1.c.13.n.12.* nam alias Sententia transit in rem judicatam.

Interponitur autem appellatio infra legitima tempora ut supra, coram Judice à quo, ut sequitur videlicet.

Pro NN. contra NN.

30 Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætensa Sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus ad Sanctissimum Dominum Nostrum Innocentium Decimum, ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in cedula quam facto dedit, tenoris &c. perès &c. omni &c.

Cui Dominus dedit terminum Juris, & interim &c &c. omni &c.

Vel.

Cui Dominus dedit reverentiales in forma &c. omni &c.

Tenor Cedulæ.

31 A quadam asserta definitiva Sententia, seu decreto definitivo, lata ut dicitur, seu facto per R. P. D. NN. A.C. Locumtenentem, ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super prætensa pecuniarum summa scutorum quingentorum quinquaginta monetæ ac illorum solutione, rebusque aliis &c. (vel alia re, de qua agitur, exprimenta juxta contingentiam facti) Procurator, & eo nomine, sentiens se læsum, & gravatum, & timens in posterum magis lædi, & gravari &c. ab illa, sive ab illo, ac toto processu desuper fabricato, ad Sanctissimum D.N. Inno-

Innocentium V. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter instantius, & instantissime sibi de Apostolis responderi, & quatenus &c. à non admissione illius, ac toto ulteriori processu, iterum, ac toties quoties &c. appellat, provocat, & ut supra de nullitate dicit, itaut sit ultimus in appellando &c. ac interim &c. nihil innovari &c. alias de nullitate, & attentatis &c. protestatus &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

32 Quoties tamen Judex dedit terminum juris mensem, redeundum est pro Apostolis in d. termino ut supra *p.1.c.13.n.7. & seqq.* ne alias appellatio transiret deserta, & sententia in judicatum, nisi fortè causa in d. termino fuisset commissa, ut supra *d.p.1.c.13.n.29 & n.* 412.

33 Similiter ob eadem rationem, quando Judex dedit reverentiales in forma, si causa in termino decem dierum non potuit committi, nec commissio expediri, fit Præsentata, juxta superius tradita, *d.p. 1.c.13.n.* 85. *& seqq.*

34 Commissio verò in his causis signatur via ordinaria, juxta praxim superius traditam *d.p.1.c.13. n.*45. nec est necesse citare Partem, aut adire Signaturam, parte citata, potest autem confici commissio ut infra, & alias mutatis mutandis juxta factorum contingentias, videlicet.

Roman.

35 Beatissimè Pater. Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac restitutionis in integrū, prout de Jure, à definitiva asserta sententia lata per R.P.D.NN. A.C. Locumtenentem in prima instantia ad prætensum favorem NN. contra devotum S. V. oratorem NN. de, & super prætensa pecuniarum summa scutorum quingentorum monetæ, non tamen vigore obligationis Cameralis, aut alterius processus exequuti (vel, de & super alia re controversa exprimenda, de qua agitur) rebusque aliis &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam ac quas & c. alicui S. V. Sacræ Rotæ Auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, Statum &c. pro plenè &c.

36 Solet tamen aliquando prius Commissionum Revisor, de quo diximus supra *p. 1.cap 13. num.36. & num.* 45. *& seqq.* in causis pecuniariis addere in corpore commissionis illa verba videl. *Itaut Inhibitio non afficiat, quatenus fuerit actum virtute oblig. Cameralis, aut alterius processus exequutivi*, ut diximus sup. *d.p. 1. cap. 13. numero* 50. *& seq.*

Quinimò si appelletur à Sententia Gubernatoris Urbis, & causa est pecuniaria, solet addere ultra prædicta, illa verba videlicet, *aut causa Mercedis.*

37 Quibus sic stantibus, in causis ordinariis, committi solet causa appellationis simpliciter, & commissio signari absque alia difficultate, aut citatione.

Causaque appellationis commissa, citatur Pars coram Judice Commissario, juxta superius tradita *p.1.c.13.n.*43. & proceditur deinde ad ulteriora coram eo.

Observationes.

A DE Monitoriis satis diximus supra *p.2. c.4.num.30. & seqq.* ideò ad ibi dicta, in facti occurrentia, poterit haberi recursus.

B Termini substantiales in causis Beneficialibus
38 observantur, prout in formula superius tradita, de quibus latius diximus sup. *p.2.c.1, n.* 106. *& seqq.* Idem termini observantur coram A. C. in causis quibuscunque ordinariis, in quibus ipse habet facultatem procedendi, observatis terminis, & aliàs prout in Beneficialibus, *Paul. V. const.28. Eximiæ in §. eas videl.*

39 Sed *Salust. Tib. lib.2.c.15.n.3. & seq.* asserit terminum ad articulandum, qui, ut supra, in d. causis servatur ad duodecimam, posse servari etiam ad octavam, ut diximus supra *p.2.c.1.n.*107. *& seqq.* quare potest iste terminus sive uno sive altero modo ut supra servari, cum utrumque modum Praxis in dies admittat.

40 Affirmat verò *Author formularij commiss. in tract. devolut. caus. sub tit. de termin. subst.* in causis summariis, & Beneficialibus non esse necesse observare nisi quatuor terminos substantiales, scilicet ad articulandum, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, & quod aliorum terminorum omissio non reddit processum nullum.

41 Sed nihilominus Praxis observat in dd. causis ordinariis coram A.C. ut superius diximus *n.* 38. *& seq.* sed in possessoriis summariis prout in *Salviano*, & aliis, de quibus supra *p.2.c.6. & seq.* benè verum est, Praxim servare dictos quatuor terminos substantiales, vel alios, ut supra causis Beneficialibus, & ordinariis (quæ in effectu in Tribunali A.C. etiam sunt ut supra, summariè licet detur in eis appellatio) servari solitos.

42 Omissio autem terminorum substantialium sive in causa summaria, sive ordinaria servari solitorum reddit Sententiam nullam *Bellamer. dec.27 Mantic. decis.254.n.1. & seqq. cum alijs cumulatis supra d.p. 2.c.1.n.* 116. *& seqq.*

43 Sed hoc non procedit in processibus de partibus, in quibus sufficit, fuisse servatos terminos Statutarios, *Caval. dec.217. n.*11. vel alios de stylo loci servari solitos, *Sal. Tib. in pra. l.2.c. 24.n* 10.

C Sententia dicitur à sentiendo, quia Judex pro-
44 nunciat secundum id, quod sentit *l. sicuti*, § *sed si quaritur. ff si serv. vindic. Maran. de ord. iud. n.3.p.6. p. princ. act. n.2*

45 Est autem Sententia, definitio Judicantis controversiæ finè imponens, continens absolutionē, vel condemnationem, *l.1 ff. de re iud. Abb. in rub. de re iud. n.4. Marant. d.3.p.6 p. princ. act.1.n.1.*

46 Et

46 . Et aut est definitiva, aut interloquutoria, aut mixta, quæ scilicet participat de utraque *Butr. cons.6.num.1.& seq.Guidodap.dec.11.& dec.12 numero 6.*

47 Sententia definitiva est, quæ controversiæ finem imponit, *l.prima, ff.de re iudic.* & sæpè definit illud negocium, quod principaliter deducitur, *Glos.in Clem. ad Compescendas in verb.definitiva, de seq.possess.& fruct. Bald. in l.1.nu.1.C. Sent.rescind. non poss.& Castr.cons.429.In quadam n.1.lib.1.Roman.cons.357.Dicitur n.1. Papien. in Prax in form.Sentent.definit.§.1.num.4. Guidopap. dec 11.*

48 Debetq; Sententia definitiva continere absolutionem, vel condemnationem, *Marant.d.act.1.n.1. Gayll.observ.2.n.* 6.ubi quod sufficit, si saltem contineat æquipollentia-

49 Et deferri, & absolvere, vel condemnare super toto, non super parte, alias non valet, *l.in hoc iudicio.ff.famil.herciscr. l.etiam, §.1.ff.de Minor l.1. & ibi DD.C si adversus rem. iud.Abb.in c. cum inter, n.23.& ibi Felyn.n.6d re iud,Magon.dec. Florent.73. & n.13. dec.Lucen.65 n.17.Rotadec.313.num.2.p.3. recent.*

50 Nec solet Rota Sententiæ definitivas multiplicare, sed simul totum negocium terminare, *Rot. dec. 427.n.2.& seq.p.2 recent.*

51 Sed conclusio, quod Sententia si ferenda super toto, alias non valeat, Primò non procedit, quando petitio fuit facta per capitula separata, nam tunc tot censentur petitiones, quod capitula,& ob id potest super aliquibus ferri Sententia valida, omissis aliis *Abb.in cap.cum inter n. 23. vers ego capiendo, & ibi Felyn.nu.6.vers.sallit. primo de re iud. Duen.reg.191. in prima sall li 2.Rota decis.428.n.2.& seq.par.2 & decis.313. num.2.p. 3. recent.*

52 Secundò non procedit, quando plures simul conveniuntur, nam potest respectu unius ferri Sententia, & respectu alterius deferri *l.non idcirco in princ. ubi Bart.& DD.ff.de re iud.Fel.in d.c.cum inter, n.10.de re iud.Dec. cons.295.n 1. Gregor. dec. 488.n.7.Rot.d.dec.313.n.2.p.3.recent.*

53 Quinimò lata Sententia contra Plures potest quoad unum non valere, quo vero ad alium esse valida, *Felyn.in d.cap. cum inter, nn.10. vers.nec*

54 *est novum . Rot dec. 561. n.13.p. 1. recent,* tunc † enim tot sunt capita, quot personæ, *Castr. in d.l. non idcirco,n.2.de iud.Gabr.cons 56.n.19.lib.1. Rota d.dec.561 n.13.p.1.recent,*

55 Tertiò non procedit, quando ab uno petuntur plures summæ ex diversis causis, *Felyn. in d. cap.cum inter n.8. de re ind.Rot.d.dec 313.nu.2. par.*

56 *3.recent.* Nam † tunc etiam tot sunt capitula, quot summæ, *Aret.in l.certi condictio, §.quoniam, n.22.vers.aut sunt diversa.ff.si cert.pet.at.* & tot causæ quot termini seperatim petiti *Rota in Hydruntina Pecuniaria,14. Decembris 1641.coram bo. me. Merlino Decano*

57 Hinc potest Sententia lata per capita separata quoad unum caput valere, quoad aliud non valere, quia, dum capita sunt distincta, utile perinutile non vitiatur, *Rot. dec. 33. nu. 18. p.2. di-*

58 *vers Duran.dec.133. n.3.* & † tot sunt Sententiæ quot sunt capita, & summæ *Greg.dec.152. n.1.* &

59 tot † capita diversa, & separata, tot Sententiæ, *Magon.dec Florent.55.n 3.dec.311 n.8.p.7.rec. Duran dec.133.n. 4.& dec.198 n.11.*

60 Quæ procedunt etiam si summa petita esset constata ex diversis partitis distinctis,& separatis, nam valet sententia pro summa debita, ex quo tot censentur capita, quot summæ separatæ, *Aret.in l.certi condictio §.quoniam,n.22. vers.aut sunt diversa ff.si cert. pet.* & † tot sententiæ, quot capita & partitæ, *Rota.dec.33.n.7.& seq.p.2.divers.Cavaler.dec.484.n 3*

61 Quartò non procedit attenta causa rationabili, ob quam Rota à d.Stylo recedere consuevit *Rota. dec-427.n.4.p.2. recent.*

62 Quintò non procedit in accessorijs, prout sunt fructus, vel Expensæ, nam si in his fuit omissa condemnatio censetur simpliciter facta absolutio, *Felyn.in c cum inter,n.15.de re iud. Duen.reg. 191.n. 9.lib.2.Magon.dec Lucen.65.n.18.*

63 Alias fallentias tradit *Duen. d. reg.191. lib.2. & Felyn.in d.c.cum inter, nu.6.& seq. de re iud.* ideò ad eos in facti occurrentia recurri poterit.

64 Sententia igitur non solum condemnatoria sed etiam absolutoria,quæ petimit totum negocium, & jus dicitur definitiva,*Covar.var.resol.lib.1.c.1.n. 8. Cavaler.dec.158.n.3.*

65 Debet autem sententia definitiva, ut valeat ferre in scriptis, & recitari à Judice, *l.fin.ubi.DD. C.de Sent.ex brevic.recit.c.fin de re iud.in 6. Glos.in c.1.§.postquam in verb in scriptis,vers.vigesimusoctavus,de Cens.in 6.Verall.dec.139.p.3.Rot.dec.19.de re iud.in no.& dec.731.n4.p.2.rec.*

66 Et per consequens debet per Scripturam probari, sed si scriptura sit amissa, potest probari per Testes, tam Sententia, quam casus amissionis, *cap.sicut nobis ubi DD.& signanter, Abb.n.4. in 3. not.& Felyn.n.2. de re iud.idem Felyn. in cap. quoniam contra n.55. deproba Bald.in l. emancipatione, n.1.C.de fid.Instrum.Barcos.in c.Albericus,n.1.de Testib.Adden.ad Lanfranc.in prax. tit.de Interloc. & appell.sub.lit.A.Rot.decis.19.vers.præsertim,de re iud in nov.*

67 Sed nihilominus *Rota dec.19.de re iud.in nov.* videtur tenere etiam simpliciter quod Sententia possit probari per Testes, per tex.*in d.c.sicut nobis de re iud,& in d.c.Albericus de Test.*

68 Cum tamen ad validitatem Sententiæ requiratur scriptura per text.*in d.c. fin.de re iud. in 6. cum aliis præallegatis*, ut jura juribus concordentur, texus *in d.c.sicut nobis* videtur intelligendus; quando Scriptura fuit amissa, pro ut intelligunt DD. supra allegati, textus verò *in d c.Albericus* videtur intelligendus, quando sententia fuit à Judice in scriptis recitata coram Testibus, sed non fuit in scriptis à Notario redacta, ut innuit *text. ibi non fuit in scriptis redacta*, non enim dicit, quod non fuerit lata, & recitata in scriptis, & ob id mandat dicta Testium super ea in scriptis redigi, ut post *Io. And.*declarat *Ab.in d.c. Albericus,n.2. de Test.*vel eo quoque casu scriptura, quæ pro forma requiritur, fuerat amissa, & ob id eius tenor potest probari Testes, ut post *Ant. Gomez. ad l. 41. Tauri, n.2.* notat *Barbos.in c.Albericus n 2.* ubi alios cumulat docentes quomodo amissio sit probanda.

69 Sufficit igitur, quod sententia fuerit à Judice lata, & lecta in scripti s, sed de jure non requiritur

in ea subscriptio Judicis, cum hoc non reperiatur jure cautum *Ver.all.dec* 139 *p.3.*

70 Debet insuper Pars adversa specificè, & nominatim citari ad sententiam definitivam audiendam, aliàs sententia non valet, *cap. 2. ubi Glos. in verbo audiendam, Gemin. in 5. not. & Franc in 2.not.de dol. & contum,in 6.Clem. sapè, circa fin ubi Glos.in verbo ad id. & Card. in §. & quia num. 9.& alij de verb.signif.Dec,in cap. consuluit,nu. 65. de offi. Deleg. & alij quos cumulat. Gabr.de Citat.concl.3.n.300. ampl. 100. Vant. de nullit. defect. citat.n.56.Capyc. dec.1.nu. 35. Rot. dec.17.de re iud.in nov.& dec.101.n.7.p. 2. & dec. 240.n.6.& seq par.5.& dec.141.nu 1.& n.4 p.6. recent.Burat.decis.18.num.7.* ubi quod ita fuit sæpè decisum, *& dec.883.n.4.Cavaler.dec. 356. num.1.& seqq. Beltramin ad Gregor. decis. 209. num.7.*

Adeò quod non sufficiat citatio ad audien-
71 dam voluntatem, vel alia similis continens verba æquipollentia, *Roman cons.369.nu.8. Gonzal. ad reg.8.in annot.contr.null n.116. Rota dec.18. n. 2.p.1. dec.486.n.7.p.2.& dec. 141.n.2.& n.4 & seq.p 6.recen.Greg,dec.209.n.4.Cavaler. dec. 376. num.2.*

72 Suppletur tamen defectus hujusmodi citationis ex præsentia partis, quæ debebat citari, *Gabr. de Citat.concl.1.n.413.Vant.de nullit. defect. citat. n 17.Rot.dec.337.n.2 p.3.& dec.144 n.8.p.4.& d. 406.n.1.p 5. rec. Greg. dec. 576.n.1.& ibi Beltramin.n.5.Cavaler.dec.117.n.1.* & per monitionem Judicis Partibus præsentibus facta, *Cassad. dec.2. de iud Verall.dec 293.p.3.Rot .dec.37.n. 11.p.6.recent.*

73 Sed hoc non procederet, si constaret de dicta præsentia ad alium diversum finem, *Gabr. de Citat.conclus.1.n. 413.Beltram.ad Greg. d. dec.576. n.*
74 *15.& seq.* ubi † quod præsentia probatur ex attestatione Notarii, qui statim sententiam intimavit, vel ex appellatione à Parte incontinenti interposita.

Defectus tamen citationis exadverso emanatæ non potest alteri parti nocere, *Rot dec.100.n. 4. p.2.recent.& in Romana pecuniaria, 17. Martij 1645. coram R.P.D.Corrado, §. Non obstat denique.*

75 Cæterum sententia lata contra Hæredem legitimè citatum præjudicat Fideicommissario non citato, de cuius interesse non principaliter agitur, sed secundariò, *l. si Patroni, §. actiones ubi Bart.ff.ad Sen.cons.Trebell.l.Filius familias, §. Divi ubi Imol n.18. Alex.num.8. Ias in prima lect. n. 49. & in secunda lect.num.63.Rip num.60.& seq. ubi de communi, ff. de legat, 1.Alex. in l. sæpe num. 30.ff. de re ind Butr. in cons.174.num.10.lib.1.& cons.202. num.15. ubi de communi lib.2. Dec. cons. 332.n.7.vers.& evidentes,Bero cons.101.num 46. lib.2 Alex. cons. 159.n.2.& seq. lib.2. Covar.pract. qua.c,13.n 6.vers. & ideo exadverso, Gabr. de Citat. concl.1.n.3 21.vers contrarium, ubi de communi Asyn.in praxi.§.7.cap.5.vers.2 fallit, nnm. 1. in fin.& num.2. ubi de communi Phanuc. de Invent. part. 5 num. 25.& seqq. Ossasc.decis 157.num 5. & num.15.*

Quod eo magis procedit, quando prætendens
76 jus secundario, habet jus non re ipsa, sed spe tantum, *Felyn.in cap.quamvis,nu.16.de re iud. Alex in d.l.sæpe,n.15.vers.similiter,& n.27.vers.non obstat ff.de re iud.Rimin.iun cons.140.n.73. lib.2. Soccin.iun.cons.181.n.94.lib.2.*

Sed conclusio Primò non procedit, quando
77 quis non fuit citatus pro suo interesse, saltem per generale proclama, *Bart.in l.si eo tempore num.2. C.de remiss.pignor. Angel.in l si perlusorio, num. 2. ff. de appell. Alex. in l.si de uno quoque, num. 17. ff. de re iud. Soccin. sen. in l. eum Filius familias num.12. ff. de verbor. oblig. Dec. in l. in iure Civili,num.4. ff de reg.iur. Ias in leg. ne quicquam,num.36.ff.de offic. Procons.& in l.decem, num.4 .ff de verb. oblig. Felyn.in cap. fin. num. 5.de maior. & obed.Gabr.cons.42.num.26. & seq. lib.2.Curt.iun. cons.23.num 8.lib. 1. Soccin. Iun. cons.171. num.97. lib.2. Dec.cons. 445. num. 32. Capyc.dec. 107.num. 4. & num. 9. vers. tamen, Achill. dec. 5. dec. 6. de dol. & contum. & dec. 3. de iud.* ubi quod hoc non habet Contradictorem, *Put.decis.9. de re iud & decis. 91. num.2. & seqq lib.3* ubi in fin. dicit quod ista opinio non habet Contradictorem, & quod ab ea uti communi non est in judicando recedendum, *Coccin. dec. 449 n.3.* ubi quod hanc opinionem servat Rota.

Qui quidem DD. loquuntur, ut plurimum de habente interesse secundario, Verum *Socc. Iun. Acchil.& Put.* loquuntur in specie de Fideicommissario.

78 Vel saltem non procedit conclusio, nisi habens interesse secundario sciverit causam agitari, nam scientia hujusmodi æquipollet citationi, & probatur ex constitutione Procuratoris *Acchill. dec. 5. de dol. & cont. Coccin. dec. 449.num. 5.& seq.*

79 Citatio tamen contra pupillum, vel Minorem pro suo interesse per proclama, quinimò nec citatio specialis, nec scientia sufficit, ad hoc ut Sententia illa præjudicet, quia debet ulterius dari illi Curator ad litis, qui illum defendat *Gabr. consilio 42. numer. 27. & seq. libro 2. Acchill. decis. 5.& decis. 6. de dol.& contum.*

80 Aliàs Sententia quomodocumque lata contra Pupillum, vel Minorem indefensum, pro quo Nemo comparuit, est ipso jure nullam, *l.eum & Minores, ubi DD. C si adverss.rem iud.l. contra Pupillum, ff.de re iud. Marches. de Commiss. Sanat.nullit.par.3.§.3. num.* 111. *fol.* 72. *Crescen. decis.9. de Sent.& re iud. Pud. decis.* 306. *num. 5. & 10 lib.2.Rot.dec.63. num. 4. par. 2. recent.& in Cortonen. bonorum, 28. Iunij 1589. coram bo.mem. Cardinali Platto, quæ est dec. 103. par. 4.diversi.& dec.40.post cons. crim Farin.lib. 2.& in Romana Spolij, 17. Februarij, & 8. Iunij 1617.coram Sanctiss.D. N. Innocentio X. Gregor. dec. 485.n. 5.& dec.574.num. 2. & ibi Beltramin. sub lit. A. Burat.dec. 440.n.1.& dec.627. num.* 7.

81 Etiamsi Sententia sit lata per Contradictas, quia contra Pupillos, vel Minores hoc modo ferri nequit, nisi eis ad lites Curatore doto, *Ant. Ang. in repert. sub tit. de contum ibi per contradictas. num. 5. Marches. de Commiss. Sanat. null. dicta par 3.§.7.num.* 111. *fol.* 72. *Gabr. cons.* 42.

n. 18.

nam.28.lib.2. Crescent.d. dec.9. de Rent.de re iud. Achil.d.decis.6.de dol.& contum. Greg.dec.485. numero.6.

82 Sed hoc primò non procedit, quando Sententia est lata in favorem Pupilli, vel minoris indefensi, nam nunc valet,*l.non minus C.de Proc.Vant. de Null. defect. mand. n.21. Verall.dec.147. par 3.*

83 etiamsi † sit lata sine Curatore vel cum Procuratore minus legitimo, *Rota decis. 394. numer. 12.& seqq par.5. recent. Greg. decis. 474. numero.2.*

84 Secundò non procedit, quando causa fuit cum Procuratoribus, & Advocatis defensa, *Put. dec. 198.lib.2.in correct Rota.decis.53.nu.4.p.2. recent. Buratt.dec.440 n.1.*

85 Tertiò non procedit, quando ex actis notoriè constat minori nullam competeret legitimam defensionem,*Greg.decis.43.num.10.& ibi Beltramin. num.16.& dec 485.nu.1. Ferentill.ad Buratt. d.dec. 440.n.9.*

86 Quartò non procedit, quando Curator deputatus in Judicio ad minorem defendendum

87 comparavit, licet nihil allegaverit, *Gregor.d. dec. 43.n 12.* Sed si Tutor, vel Curator fuit citatus, sed nunquam comparavit, Sententia lata non sustinetur,*Beltramin ad Greg.d. dec.43. num.16 sub lit.B* ubi quod ita fuit decisum *in Romana de Olphis.25.Octobris 1613.coram bo. mem. Coccino Decano.*

88 Secundò conclusio, quod Sententia præjudicet non citato, de cujus interesse non principaliter agitur, sed secundario, in consequentiam, non procedit ad effectum, ut ille non possit appellare à die notitiæ, *Rib.in l. Filius familias, §. Divi, n.62 ff de leg.1.Alex in l.sæpe num.82.in fine, ff.de re iud.Kelyn.in cap. cum super num.11.de iud. Arius Pinell in l.prima in 3.par.nu.49.vers.3, limita C. de bon.matern. Put.dec.91.n.3 & seq.lib.3.* quinimò † tenetur à die notitiæ appellare, *Put. dec.9. de re iud.*

89 Tertiò non procedit ad effectum, ut non possit dicere principaliter, ut infra, de nullitate, & impedire exequutionem, latè *Scacc.de Appellat.q. 19.rem 1 concl.4.num.25.& seqq.nu.38.nu. 70.& seqq.& nu.90.*

90 *Observatio.*

Standum in decisis, licèt enim Inhibitio, non ad instantiam Hæredis, sed Fideicommissarij, qui non potest agere ante diem restitutionis non purificato Fideicommisso, emanaverit, non tamen est moderanda, quia Fideicommissarius non agit ad bona, sed ad defensionem bonorum Fideicommisso subjectorum, & certum est eum posse defendere bona, ad ipsum perventura, circa quæ per actum de præsenti potest sibi in ferri præjudicium,*l.3.§.si quid ff.de Minor. Menoch. cons. 501. n. 12.& seqq. Cephal.consil.676. num.15.* tum alijs cumulatis per *Fusar.q.622. n.21. Peregr.de Fideic. art.41.n 6 vers.septimò concedenda.*

91 De Fideicommisso etenim, & sic de interesse Fideicommissarij, constat ex publico, Instrumento Testamenti, quod facit probationem probatam, rem claram, & manifestam,*Dec.in l.1.ff. de nou.oper.nunc Cravett.cons.num.70.Mascar.de probat.conclus.609.n.1.Mantic.dec. 166.n.12. Greg. dec.180,num.11*

93 Similiter interesse est clarum, quia Adversarius prætendit exigere ex bonis Fideicommittentis creditum, quod Fideicommittens solvere non tenebatur, cum adivisset Hæreditatem Debitoris dicti Adversarij cum beneficio inventarij, & distribuisset totam illius Hæreditatem quibus de Jure, certum est autem quod Hæres beneficiatus non tenetur ultra vires Hæreditarias *l. fin. C.de Iur. delib.* ubi omnes,& novissimè *Monticul. nu. 147.Paris.cons.33.n.49.& seqq. lib.3. Roland. cons.44.n. 6.lib.3.Mantic. dec. 326. nu.3. Rota dec.326.nu.1.par.2.recent.Coccin.dec. 8.nu.4.& dec 151.n.2.*

94 Nec cessat huiusmodi interesse, ex quo Adversarius agit contra Hæredem Fideicommittentis actione personali,non autè contra bona Quia specificè egit contra Hæredem, vndè petitio tota qualificatur ab illo verbo, hærede ac per consequens afficit hæreditatem, & bona hæreditaria quo casu actio potius in rem scripta dici debet.

95 Prout etiam non diminuitur hoc interesse ex eo, quod licèt bona Fideicommittentis occasione dictæ litis subhastarentur, & distraherentur, posset Fideicommissarius tempore purificati fideicommissi agere contra possessores dd. bonorum ad illorum recuperationem. Quia interest ipsius fideicommissarij plurimum, nè dicta bona dilapidentur, sed potius integra, & simul unica, conserventur ad hoc, ut veniente casu restitutionis, possit illorum possessionem facilius ingredi, & & non sit ei necesse agere contra Tertios, authore Prætore, possidentes, quo casu vel forte bona non posset recuperare, vel saltem nisi post longam litem cum magnis impensis,incommodis,& laboribus.

96 Nec relevat, quod fideicommissarius, veniens ad causam uti tertius, debet venire instatu,& terminis coram Judice sæculari, Tum quia potest, & debet agere coram Judice Ecclesiastico super incidente spirituali, in quo Laicus non habet jurisdictionem, *Cap si Iudex Laicus,ubi Glos.in verbo spirituale,de Sent.excomm.in 6.*

97 Tum † etiam quia procederet objectum, si veniret ad causam ad deferendum Hæredè, vel adhærendo Judicio per eum, vel contra eum moto, sed secus est quando fideicommissarius pro eius principali interesse de per se principaliter, & ex integro intendat Judicium nullatenus ab alio dependens, quia hoc casu competit illi facultas dicendi principaliter de nullitate defectu jurisdictionis, & impediendi exequutionem etiam si hæres illam retardare non valeret, excummulatis per *Scacc.de Appell. q.19.rem.1. concl.4 nu.25 & seqq.n.38.n. 70.vers. secundus casus n.72. in fin. & numer. 9.*

98 Quod procedit, etiam si Judex habuisset ab initio jurisdictionem, quæ postea defecisset, prout de communi, & Rotali opinione testatur *Aret. cons.75.n.10.col.3.*

99 Et quod quando quis movet judicium pro suo principali interesse, possit deducere omnia sua privilegia, non obstante *lege vengitor. ff.de Iud.* & cesset hoc casu d. legis dispositio, *Bart. in l. prima. numer. 6. ubi in rem act. & in l. Prætor ait, §. 1.ff rem rat. hab Bald.* in

l.2.n.6.C.de prec.Imper.offer.1mol. in l.non solum, §.quod vulgo n.4.ff.de usu e. cap. Aug.in §.actionum n.10.Instit.de act.Abb.in c.ult.nu.8.de empt.& vend Honded.cons.25.nu 19.lib.1.Dic.consil.700. num.7. Surdusconsil.396.nu.36. Carol. de Graff. de effect. Cleric.effect.1.n.266.

100 Nec quicquam facit, quod Sententia lata contra Hæredem noceat Fideicommissario non citato Quia vel retorquetur, quia si nocet, debet illa audiri, nè alias Sententia afferat præjudicium irreparabile, vel non prohibetur agere & dicere principaliter de nullitate, ex præallegatis & sententia nulla, defectu jurisdictionis omnimodo, nullum producit effectum, vel etiam, secundum opinionem, quam servat Rota, sententia lata contra Hæredem non nocet substituto, nisi quatenus fuerit aliquo modo citatus, *Cap)e,dec.107.n.4 Put.dec.91.lib 3. Achill.de Graff.*

101 *dec.3.de Citat.& dec.2.de Sent.* ergo † si debet citari, debet audiri, etiam viuente Hæredicum regula sit, quod omnis Citatus debet audiri, *Bart.in l. cum Mulier n.5.versic.præterea ff.solut. matr.Felyn. in cap.cum inter Priorem n.10.versic.tradit generaliter, de except.* Quare &c.

Observationes.

102 Sententia vero interloquutoria est, quæ fertur super aliquo incidente, vel emergente intermedia causæ, & non terminat negocium principale, *Glos.in Clem.ad compescenda, in verbo definitiva de de sequest.possess.& fruct.Butr.consil.6. n.1. versic. ad propositum, Maran.de ord.iud.in 3.par.sexta par. princ.act.1.nu 2.& seqq.fol.151. Guidopap. dec.12. Coccin.dec.407 n 1.*

103 Nec est interloquutoria de necessitate ferenda in scriptis, sed sufficit, quod scribatur in actis *Bisignet.dec.1.nu.3.de Sent.& re iud.Rot.dec.5.de re iud.in antiq.*

104 Sed hoc non procedit, quando agitur de interloquutoria, in qua vertitur magna causæ cognitio, quia tunc est ferenda inscriptis interloquutoria sicut definitiva, *l.fin.C.de privil. Scholar. lib.12.Cyn.in l.3.de Sent ex brevic.recit.* Rot. *d.dec. 5.de re iud.in antiq.*

105 Differt autem in multis Sententia definitiva ab interloquutoria.

Primò, quia per definitivam definitur negocium principale, per absolutionem, vel condemnationem, sed per interloquutoriam non definitur negocium principale, sed incidens, vel emergens.

Secundò, quia condemnatus de crimine per definitivam efficitur infamis, secus per interloquutoriam.

Tertiò regulariter appellatione Sententiæ venit definitiva, non interloquutoria.

Quartò, à definitiva datur appellatio, & sola appellatio suspendit exequutionem, sed ab interloquutoria non appellatur de Jure Ciuili, vel non suspenditur exequutio ante exequutionem.

Quintò, Sententia definitiva non potest à Judice, qui eam tulit, revocari, sed interloquutoria potest ab eo ante definitivam reuocari quandocumque.

Sextò, Definitiva, vel vim definitivæ habens in gradu appellationis potest justificari ex nouiter deductis. *Glos. in Clem. Appellanti in Verb. nec processus, & ibi DD. de Appell. Verall.dec. 114. & dec.115.par.3.Scacc.de appell.q.3.art 1.num.1.& q. 11.num.84. & seqq.* secus interloquutoria *d.Clem. Appellanti, de Appell. Scacc.d.q. 11.in.91.*cum alijs allegatis supra *par.1.c.13.n.123.*

Septimò, Definitiva non potest ferri, nisi parte citata, aliàs non valet, secus interloquutoria.

Octavo, Definitiva debet ferri in scriptis, interloquutoria potest ferri sine sciptis.

Nonò, A definitiva potest appellari statim viua voce vel postea infra decem dies inscriptis absque aliqua expressione gravaminis, sed ab interloquutoria non potest appellari, nisi in scriptis cum expressione gravaminis.

Decimò, condemnatio pœnalis facta per definitivam durat perpetuo, sed per interloquutoriam non durat, nisi durante officio Judicis interloquentis,

Decimoprimò, Definitiva requirit ordinem Judiciarium, de qua in *l prolatam, C.de Sent. & in l.1.& 2.C.de Sen.ex brevic.recit.* secus interloquutoria.

Decimosecundò, Judex non potest definitiuã latam corrigere, secus interloquutoriam.

Decimotertiò, Definitiua producit actionem in factum interloquutoria, non habens vim definitiuæ, nullam producit actionem.

Has tresdecim differentiam inter definitivam & interloquutoria latius conspicere licet apud *Maran.de ord.Iud.in3 par.6.par.prin act. 1.nu.3.cũ viginti seqq.*

106 Signanter autem Sententia interloquutoria dicitur habere vim definitiuæ, ubicunque ille parat præjudicium in negocio principali, *Bart.in l.Titio, ff.de accus.Guidopap.dec.12.nu.2.Card. Tusc. litS. concl.112.nu 14.*

107 Sententia tamen super desertione appellationis interloquutoria, est interloquutoria, & secundum ejus naturam regulatur, & id ab ea appellatur in scriptis cum expressione causæ, sed à Sententia lata super desertione appellationis à definitiva secus, quia est definitiva, *Guidop.dec.11.n.1.* vel saltem habet vim definitivæ & secundum eius naturam regulatur, *Guidopap. dec. 12, numero.3.*

108 Sententia denique mixta dicitur illa, quæ participat de utraque, scilicet de definitiva, & de interloquutoria, habetque vim definitivæ, & vim interloquutoriæ, *Butr.cons.6.nu.4.Guidop.dec. 2.n.6.*

109 Unde mixta dicitur sententia interloquutoria quæ parat damnum irreperabile per definitiuam *Coccin.dec.407.n.2.* ubi quod ab ea datur appellatio, sicut à definitiva.

Verumtamen de interloquutoriis, tàm habentibus, quam non habentibus vim definitivæ, satis dictum fuit supra *par.1.q.13. n.98.cum pluribus seqq.sub.lit.L.*

110 Cæterum sententia definitiva absolutoria conceditur Reo, ubicumque Actor suam intentionem non probavit, *l.eum qui dicit, ff.de probat.l. qui accusare, C.de eden.Rot.dec.17.num.1.de re iud. in antiq.& dec.3.de re iud.in nov.Cassad.dec.1. nu.1. & dec.2.de re iud.Duran.dec. 280. num.2. & decis. 381.n.1.*

111 Daturque Reo, & Possessori ex non jure Actoris,

ris, *Ver all. dec.* 133. *par.* 3. nullum tamen jus tribuit, quia Actore non probante, Reus, etiam si nihil præstet, debet absolvi *cap. ult.* §. *sanè, & ibi Abb. n.* 2. *de Iureiur. Mantic. dec.* 228. *num.* 10. & potest

112 † ferri pro Reo absente, citato ad personaliter comparendum, si se defendit per Procuratorem, & pars hoc ante conclusum in causa non oppofuit, *Rot. dec.* 10. *de Procurat. in nov. & dec.* 7. *de re iud. in nov.* ac pro Reo etiam excommunicato absente, per Procuratorem se defendente, *Rot. d. dec* 7. *de re iud. in nov.*

113 Soletque, & debet per hujusmodi absolutoriam imponi Actori perpetuum silentium, *Rota d. dec.* 3. *de re iud. in nov. & dec.* 17 *nu.* 1. *& seqq. de re iud in antiq Duran. d. dec.* 180. *n.* 2.

114 Potest autem ferri absolutoria ab impeditis etiam ob ineptitudinem libelli, vel ob alias diversas causas personales, *Rot dec.* 17. *n.* 2. *de re iud. in antiq.* seu ob incapacitatem alterius Partis, vel ob alias causas, *Cavaler. dec.* 148. n 3.

115 Et † ob id non obstat exceptio rei iudicatæ Agenti de novo contra alium, loco primi Rei defuncti subrogatum, nisi fuisset dicto Actori impositum perpetuum silentium, vel primo intruso adjudicatum Beneficium, *Rota d. dec.* 18. *n.* 1. *fin. & n.* 2. *de Sent. & re iud in antiq.*

116 Hinc, si Sententia absolutoria ab impeditis totum negotium perimit, potest transire in judicatum, itaut non possit super illo jure amplius agi, *Nevizan. cons.* 19. *n.* 1 . *Cavaler. dec.* 148. *n.* 2. *in prin.* & in terminis *dec.* 158. *n.* 1. *& n* 3.

117 Sententia verò absolutoria lata in Petitorio non obstat agenti possessorio adipiscendæ, *l. & an eadem*, §. *fin. ff. de except. rei iud. Rip. in l. naturaliter*, § *nihil communi, n.* 101 *ff. de acq poss. Argel de acq. poss. q.* 2. *art.* 1. *n* 30.

118 Sed hoc primo non procedit, quando excipiens offert, se incontinenti probaturum suam exceptionem. *Rip. in d. l. naturaliter*, §. *nihil commune, n.* 101. *ubi de communi, ff. de acq. poss. Argel. d. q.* 2. *art.* 1 *n.* 31.

119 Secundò non procedit, quando Reus fuit absolutus, quia erat dominus, & docet incontinenti de dominio, sed benè procedit, quando fuit absolutus, ex quo actor non probavit, *Bart. in d. l. naturaliter*, §. *nihil commune, n.* 2. *vers.* 3. *casu*, *ff. de acq poss.*

120 Sed absolutoria lata in Petitorio ad favorem Rei benè obstat agenti possessorio retinendæ, *Dyn. in cap. qui ad agendum, de reg. Iur. in* 6. *Rip. in d. l. naturaliter*, §. *nihil commune, nu.* 97. *ubi de communi ff. de acquir. poss. Menoch. de retin. remed.* 3. *nu.* 785. *& seqq.* ubi de communi testatur.

121 Verum hoc non procedit, quando absolutoria fuit lata, ex quo actor non probavit sed benè procedit, quando fuit lata, quia Reus probavit se dominum *Rip. in d. naturaliter*, §. *nihil commune, n.* 97. *vers. quia tenendum. ff. de acq. poss. Menoch. de retin. d. remed.* 3. *n.* 690. *& seqq.*

122 Sic etiam absolutoria lata in Petitorio parit exceptionem rei judicatæ in possessorio recuperandæ, *Rip. in d. l. naturaliter*, §. *nihil commune n.* 35. *& pluribus seqq. & n* 40. ubi de communi contra *Bart.* testatur, quàm tamen conclusionem idem *Rip.*

Ibidem *sub, nu.* 69. *& pluribus sequentibus, Menoch. de retin. remed.* 3. *n.* 686. *ubi de communi, & de recup. remed.* 1. *q.* 20. *n.* 233. *ubi de communi.*

123 Primo tamen hoc non procedit quando quis spoliatus fuit post sententiam, secundo non procedit, quando absolutoria fuit lata ab observatione judicii, nam tunc cum Spoliator non probaverit se dominum, sententia non facit Notorium in causa dominii, Tertiò non procedit, quando fuit declaratum spolitaorem incidisse in pœnam *l. si quis in tantam, C. undevi, Menoc. de recuper. d. rem.* 1. *q.* 20. *n.* 263. *& seqq.*

124 E contra verò sententia lata in possessorio non obstat agenti petitorio, nam in possessorio proprietas non vertitur, *l. & an eadem*, § *fin ff. de except. rei iud. Rip. in l. naturaliter*, §. *nihil commune, n.* 103. *ff. de acq. poss. Menoch. de retinen. remed.* 3. *n.* 808.

125 Sed hoc non procedit, quando possessorium habet admixtam causam proprietatis, *l.* 2. §. *quædam. ff. de Interd. Rip in d.* §. *nihil commune, n.* 103. *ubi de communi, Menoch. de retin. dicto remed.* 3. *nu.* 806.

126 Verum hæc limitatio habet locum, quando de dominio fuit in judicio possessorio plenè cognitum, aliàs secus *Rip. in d.* §. *nihil commune, nu.* 103. *vers. quid dicendum.*

127 Sententia lata ab observatione Judicii, seu instantiæ, quam *Specul. de off. omn. iud.* §. *deserviit quoque n.* 18. *vers. si autem*, absolutoriam à petitione judicii appellat, *Rota* verò *dec.* 3. *nam.* 2. *de dol. & contum. in nov.* absolutoriam ab instantia nuncupat, non est definitiva, sed interloquutoria, quia non tangit negotium principale, *Glos. in l. harum in verbo absolvatur, ubi Bart. ff. si serv. vin. Bart. in l. Titia, n.* 4. *ff. de accusat. Ias. in l. admonendi, n.* 80. *de Iureiur. & in l. properandum*, § *& si quidem, nu.* 16. *& seq. C. de iud. Cast. cons.* 272. *n.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 219 *n.* 2. *lib.* 2. *Aret. cons.* 119. *n.* 4. *Bolognin. ad Anan. cons.* 9. *Covar. var. resolut. lib.* 1. *c.* 1 *n.* 18. *Maran. de ord. Iud. par.* 5. *n.* 50. *par.* 3. *par.* 6. *princ. act* 1. *n.* 732. *Magon. de Lucen.* 32. *n.* 15. *& n.* 54. *Amat, dec Ferrarien.* 60. *n.* 9.

128 Sed hoc procedit, quando sententia absolutoria fertur ab observatione judicii, ob ineptitudinem libelli, tunc enim est interlocutoria, at si feratur, quia non fuerit probatum, vel quia solutum, vel quia occisus poterat impunè offendi vel est definitiva, vel habet vim definitivæ, *Bart. in d. l. Titia, n.* 4. *ff. de accus. Anchar cons.* 16. *n.* 6. *Castr. d. cons.* 272. *n.* 2 *lib.* 1. *Covar. var. resolut. d. lib. c.* 1. *n* 8. *de communi.*

129 Verumtamen quod absolutoria ab observatione judicii, etiam ob libelli ineptitudinem, habeat vim definitivæ, tradit *Abb. in cap. ad dissolvendum, in primo not. n.* 2. *de despons. Impub. quem post Felyn. in cap. examinata n.* 17. *vers. adde etiam his de iud* sequuta est Rota apud *Cresc. dec.* 6. *n.* 1. *& seqq. de appel.* nam cum merè, & propriè interloquutoria dicatur illa, quæ fertur inter principium, & finem causæ, ac illa, quæ expectat aliam definitivam post se, & ista non sit talis imò diffiniat judicium, & absolvat, ob id videtur participare de definitiva, & magis videtur mixta, quàm merè interloquutoria, *Cresc. d. dec.* 6. *n.* 3. *& seq. de appell.*

130 Proinde à sententia ab observatione judicii datur

datur appellatio *Bar.in d.l.Titian 5. vers. quæro utrum ff.de accus.Magon.d.dec.Lucen.33. n.54.*

131 Quod procedere etiam in sententia lata ab observatione judicii ob libelli ineptitudinẽ, adeò ut possit ab ea appellari viva voce, sicut definitiva, tenet *Abb.in d.c ad dissolvendum,in 1 not. de despons. Impub.* quem sequitur *Cresc d. dec. 6. n. 6.de appell.* licèt non definit Tenentes contrarium.

132 Primò autem ferenda est absolutoria ab observatione, seu ab instantia judicii,& actor condemnandus in expensis, quando libellus est ita ineptus,ut ex narratis,quæ actio intentata fuerit, deprehendi non possit *Specul. de offic. omnium Iud. § desevit quoque num.16.vers. item absolvit & n.18 vers si autem Castr.cons.272.nu 2.vers. ex hu lib,1. Aretin.cons. 219 n.4 Alex.cons. 152. In causa n.4. vers. tertiò,& n 5.lib 6. Marant. de ord. iud.p.5 princip n 50 Covar.var.resol lib.1.c.1. n.8. Saluſt.Tib.in prax.lib 2 c.20 n.6 vers. Item quando Rota Genuen.dec.43 nu.c. & seqq.* ubi quod hoc procedit,sine ineptitudo proveniat ex carentia actionis vel ex defectu solemnitatis substantialis, vel alio simili modo.

133 Secundò quando actor mouit judicium, & postea nec illud prosequutus, vel contestatus fuit, nec aliquid probavit.nam eo contumace, Reus venit absolvendus ab observatione judicii *Maran.de ord. iud.p.5 n.49.*

134 Tertiò quando Judex primæ instantiæ tulit sententiam super processu invalido, nam Judex appellationis potest reum, salvo jure iterum agendi,absolvere *Cap. cum delicti, ubi Glos. in verbo quæstione.& Abb.num.4. de empt. & vend. Alex. cons 79.nu.3.lib 2* quos refert, & sequitur *Saluſt. Tib.lib,2.c 20.n.6,post Maran.de ord.iud. d.p.5.n. 51.Rota Genuen.d.dec. 43 n.3.*

135 Quarto quando lite contestata,vel pro contestata habita actor se absentat, tunc enim si nec actor, nec etiam reus aliquid relevans probavit, absolvitur reus ab observatione *Maran. d.p 5 nu. 52.Adden ad Matheſil.ſing. 17.nu.2.Rota Genuen. d.dec.43 n.*

136 Sed hoc primò non procedit quando est fabricatus hinc inde processus,tunc enim, licet actor nihil relevans probaverit, reus est absolvendus definitivè non ab instantia judicii tantum *Adden.ad Matheſil.d ſing.17.n 2.vers ſi verò.*

137 Secundò non procedit,quando à Judice fuisset actori præfixus terminus ad probandum, vel delegans mandasset terminari causam infra certum terminum,nam,præfixis debitis terminis ferenda est absolutoria definitiva ad favorem rei,si actor non probaverit *Nevizan.cons. 19 n 15. Matheſil.d ſing 17.nota quod,n.2.vers.ſecus ſi terminus Maran.d.p 5 n.52. vers.ſi autem.*

138 Tertiò non procedit, quando reus assumpsit in se nihilominus onus probandi.nam, si productis Juribus,& conflato processu, Judici de causa liquet,poterit pro actore,vel pro reo definitivam proferre sententiam,alias si et non liqueat absolvet reum ab observatione judicii *Maran.d p. 5.n. 52 vers ſi verò Reus.*

139 Quintò fertur sententia absolutoria ab observatione Judicii, quando reus conventus solvit ante sententiam,pendente tamen judicio, §. *ſin. & ibi Gloſ.in verbo absolvere*, & tradunt etiam DD.*Inſtit.de perpet.& tempor.act Bart.in l. Titia num. 4.ff.de accuſ.Iaſ.in l.properandum, § & ſi quidem n.17 C.de iud.Maran.de ord Iud d.p. 5 nu. 54.* ubi quod hæc sententia habet vim definitivæ.

140 Sexto fertur, quando est peremptа instantia per *l. eum quem temere,ff de iud.* tenet *And. de Iſern. in conſt.ſponte volentibus,Aſin.in prax. §.2.c. 15.n.15.vers.Præterea,Marant.de ord. iud. d.p.3,n. 59.* ubi quod periculum expensarum spectat ad actorem, cujus negligentia instantia periit *Rota Genuen.d.dec.43.n.4.*

141 Denique fertur, quando occisus poterat impunè offendi *Bart.and.l.Titia,n 4 ff de accuſ* ubi quod hæc sententia est definitiva,quia imponit finem controversiæ *Magon.deciſ.Lucen. 132. numero 54.*

142 Cæterum absolutoria ab observatione judicii præservat jura actori in alio judicio, & non perimit regulariter negotium principale *l & poſt edictum,§.circumducto,ff.de iudic. examinata, & ibi gloſſ.in verbo nontemerè,de iud.gloſ.in l. properandum,§.& ſiquidem in verbo ab obſervatione, C. de iud.Bart.in l.Titia n.4 & seq ff.de accuſ. Abb. in c. examinata nu. 22.vers.die ergo, de iud. Franc. in c. cum ceſſante,& c ſin.de appel. Bald. in l. proponendum.§.& ſi quidem nu.19 C.de Iud. Maran. de ord. iud.d.p.5. n.52 vers.& utilitas,& p.36 p.princ. act. 1.n.33.Rot.Genuen.d.dec.43 n.4.*

143 Undè differt absolutoria ab observatione judicii ab absolutoria rei,quia actor non probavit, quia hæc est definitiva,transit in judicatum, & tollit viam agendi de novo, secus absolutoria ab observatione judicii *Iaſ.in l.admonendi n. 70. & seqq.ff.de iureiur.& in l.properandum, §.& ſi quidem,n. 8.C.de iur.Maran.de ord.iud.p.5.n.2.vers & utilitas, Covar.var.reſolut.lib 2,n.8 Aſin.in prax.§.*

144 *2.c.13 n.20 & seq.*

Per absolutoriam verò ab observatione judicii perimitur instantia *Felyn.in c.cauſam quæ, lib. primo n.29.vers.item non procedit,de Teſtib. Bald. in d.l.properandum,§.& ſi quidem n.20. C. de iud. Maran.de ord iud.d.p.5.n.62. Aſin in prax. §.2.cap. 15.n.30.*

145 Ac proinde pereunt omnia acta ordinatoria judicii,prout libellus,litis contestatio,citationes, juramentum calumniæ,& omnia alia acta judicii, sed non acta causæ decisoria, prout sunt probationes,confessiones, Testes, & hujusmodi *Felyn. in d.c.cauſam quæ,il primo,nu 29.de Teſt. Bald in l. properandum,§. & ſi quidem, n. 20.C d.iud. Maran. de ord.iud.d.p.5.n.62. Aſin.in prax.d.§ 2.c.15.n. 1. & n.4.*

146 Sed hoc non procedit in actis probatoriis imperfectis,prout sunt Testes non publicati, nam pereunt peremptа instantia,*Bald. in d. l. properandum,& ſi quidem num.20.*Sed vivi Testes sunt denuò coram Judice novæ instantiæ inducendi, & examinandi,licèt si sint mortui, possint eorum dicta coram d. Judice novæ instantiæ publicari, ut post alios,quos allegat,sequitur *Marand. de ord. iud.d p.5.n. 56.*

147 Licèt igitur per absolutoriam ab observatione judicii pereat instantia, non tamen peractio *Bald.in d.l properandum, §. & ſi quidem n.19.*

& ibi Ias. n. 18. Iud. cum aliis supra allegatis vers. cæterum, n. 142. & seq.

148 Sed tamen hoc primò non procedit, quando Reus solvit ante sententiam, nam tunc petit etiam actio. *Bart. in l. Titia n. 4. de iud, & in l. Iulianus n. 34. versic. quandoque quis absolvitur ab observatione iudicij, ff. de cond. indeb. Bald in l. properandam, §. & si quidem n. 19. versic. quandoque C. de iud.*

149 Secundò non procedit, quando absolutio emanavit virtute exceptionis peremptoriæ, prout transactionis, rei judicatæ, & hujusmodi *Bart. in d. l. Iulianus n. 43. vers. quandoque quis absolvitur, ff. de cond. indeb.*

E Juramentum in litem sic dictum fuit, quia
150 non defertur, nisi in lite, seù occasione litis terminandæ, *Ias. in rub. de in lit. iur. n. 1. vers. sexta*, quem sequitur, *Plot. in §. restat videre 53. n. 2. de in lit. iur.*

151 Est autem Juramentum in litem, per jusjurandi religionem, judicis taxatione interveniente, æstimationis rei controversæ ab Actore facta declaratio, ut colligitur ex *trad. per Mysing. §. actionum n. 32. Instit. de act. & Plot. in d. §. restat. 53. n. 1. de in lit. iur.*

152 Et triplex, scilicet singularis interesse, affectionis, & veritatis, prout tres sunt æstimationes, scilicet æstimatio secundum singularem utilitatem, æstimatio secundum affectionem & æstimatio secundum veritatem, *Castr. in rubr. de in lit. iur. n. 2. & ibi etiam Ias. n. 2. & seq. & alij Bolognet. in l. in actionibus n. 6. ff. de in lit. iur. Menoch. de arbitr. Iud casu 207. n. 2. Plot. in d. §. restat. 53 u. 3. de in lit. iur.*

153 Juramentum in litem singularis interesse dicitur, quando quis ob pecuniam depositam non restitutam passus est interesse, nam potest jurare in litem contra Depositarium, sua tanti interesse, pecuniam sibi non fuisse redditam, *l. nummis, ff. de in lit. iur.*

154 Affectionis dicitur, quando non fuit restituta, seù data res, super qua potest cadere affectio prout est liber valoris decem, qui potest alicui esse charus centum aureis, nam potest jurari in litem super hujusmodi valore juxta affectionem.

155 Veritatis autem, seù communis interesse, dicitur illud, quod præstatur super vero, & communi alicuis rei valore. *Castr. in de rub. ff. de in lit. iur. n 2. & ibi Ias. n. 2. & seq. Bologn. in d. l. in actionibus n. 16. ff. de in lit. iur. Menoch. de arbitr. d. cas. 207. n. 3 & seq. & casu 208. n. 1. & seq. Papien. in praxi in form. libell. act. real §. & in florenis num. 25 & seq. Muran. de ord. iud. in 2. p. 6. par. prin. act. 9. num. 6. Plot. in d. §. restat. 53. num. 3. de in lit. iur.*

156 Verum quia juramentum singularis interesse est etiam veritatis. quia juratur super æstimatione veræ utilitatis, ideo juramentum in litem dividi in duas species, scilicet affectionis, & veritatis *Colognett. in d. l. in actionibus nu. 6. in fin. ff. de in lit. iur.*

157 Juramentum in litem affectionis, ut deferri possit, tria signanter requirit, Primò quod res sit talis super qua cadat affectio, prout est Equus, Liber, vel quid simile, nam in quantitate pecuniæ non cadit affectio ob omnimodam similitudinem, & ob id in ea hujusmodi juramentum cessat, *l. nummis ff. de lit. iur. Afflict. decl. 169. n. 7.* Secundo quod actio sit talis super qua possit jurari in litem, ut bonæ fidei, vel arbitria. Tertiò quod ad sit dolus Adversarij in nolendo, restituere, *Ias. in rubr. ff. de in lit. iur. n. 2. & ibi etiam Castr. n. 2. Papien. in form. libell. act. real. §. & in florenis, n. 25. & seq. Menoch. de arbitr. casu 207. n. 5. & seq. Maran. de ord. iud. in d. 2. p. 6. par. prin. act. 6. n. 16.*

158 Addit *Menoch. d. casu 207. n. 12.* quartum requisitum, nam ut deferatur hujusmodi juramentum, requiritur habilitas Jurantis, quod scilicet sit pubes sanæ mentis, dominus, vel quasi, ipsius litis, instructus, & aliàs prout prudens Judex arbitratus fuerit.

159 Est igitur locus Juramento in litem affectionibus omnibus bonæ fidei, nec non etiam stricti juris arbitrariis *Maran. d. act. 9. n. 16. Plot. in §. 25. n. 1. de in lit. iur.*

160 Sunt autem actiones bonæ fidei exempto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia familiæ herciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, quæ ex permutatione competit, & hæreditaria petitio, & de dote, de quibus latè *in §. actionum, & §. seq. Instit. de action.*

161 Stricti juris verò actiones arbitrariæ sunt, sive in rem, prout Publicana, Serviana, quasi serviana, seu hypothecaria, sive in personam, ut quod metus causa de dolo, de eo quod certo loco, ad exhibendum, & similes, de quibus in §. *præter*, & §. *sed istæ instit. de action.* quæ ideò stricti juris dicuntur, quia non enumerantur inter actiones bonæ fidei in *d. §. actionum Glos. in d. §. præterea, in verbo actiones in fin & ibi Addentes* de vera, & communi DD. opinione testantur *Instit. de action.*

162 Et efficiuntur arbitrariæ omnes ille actiones, in quibus ad mandatum Judicis, secundum eius præceptum, res in judicio petita non restituitur. *l. qui restituere, in fin ff. de rei vindic. d. §. præterea instit. de act. Bart. in l. actionibus, n. 1. ff. de in lit. iur. Papien. in form. libell. act. real. § & in florenis, n. 27. vers. ratio.*

163 Sed signanter ad effectum deferendi juramentum in litem, de quo agitur, efficiuntur arbitrariæ actiones stricti juris, nam actiones bonæ fidei sunt exuberantis naturæ, & ob id in eis potest Judex ex illarum natura deferre juramentum in litem etiam affectionis, Verum in actionibus stricti juris nihil potest Judex ultra id, quod inter partes fuerit expressè actum, postquam verò Judex præcepit, verbigratia, in rei vindicatione, quæ est stricti juris, rem restitui, tunc si Reus non restituit, ob ejus contumaciam Judex incipit habere arbitrium, ut possit præter naturam actionis deferre juramentum in litem, etiam affectionis, latè *Ias. in d. l. actionibus n. 1. cum pluribus seq. ff. de in lit. iur.*

194 Cæterum, si dolus non fuit commissus in non parendo Judici, sed in alio, prout in defiendo possidere, tunc defertur juramentum in litem etiam affectionis in actionibus bonæ fidei, nec non in rem, vel in rem scriptis, & arbitrariis

ratione

ratione doli præcedentis, si res extat in rerum natura, alias sit distinctio inter actiones bonæ fidei, & stricti Juris, nam in actiones bonæ fidei re-perempta, non datur Juramentum in litem affectionis. quæ non potest cadere in re non extante, & hoc ob æquitatem actionis bonæ fidei si res erat eodem modo penes Actorem, peritura, sed in actionibus stricti Juris ob dolum commissum in desinendo possidere defertur Juramentum affectionis, etiamsi res sit perempta, & impossibilis eius recuperatio, ut per *Arest. Castr. & alios* tradit *Plo. in d. §. 25. n. 2. & seqq. de in lit. iur.*

165 Si verò dolus non fuit commissus in non parendo Judici, vel detinendo possidere, sed tantam à principio contractæ obligationis, tunc nisi dolus fuisset à principio commissus ob contemptum Judicie, vel iurisdictionis, Juramentum in litem affectionis veritatis, latè *Plot. post altos in d. §. 25. num. 3. vers. aut in neutro istorum, & n. 4. de in lit. iur.*

166 Juramentum autem in litem veritatis, ad hoc ut præstari possit, Primò requirit dolum Adversarii, nam sine dolo regulariter non juratur in litem, *leg. in actionibus, ff. de in lit. iuran glos. Bart. & DD. in l. semper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam. Natt. cons. 79. n 23. Ias. in l. in actionibus, n. 39. & ibi Dec n. 17 ubi de communi, ff. de in lit. iur. Papien. in form. libell. act. real. §. in Florenis, nu. 31. Maran. de ord. iud. in d. 2 par. 6. par. princ. act. 9. num. 16 Plot. in §. 4. num. 2. de in lit. iur. Afflict. dec. 360 n. 8. Menoch. de arbitr. casu 208. n. 1. Cavaler. dec. 103. n 1.*

167 Hinc Primò infertur, quod cum Administrator, qui librum non exhibet, sit præsumptivè dolosus, potest contra eum jurari in litem, *Bald. cons. 152. col 2. lib. 2. Plot. de in lit. iur. §. 5. n 26. vers. & tenetur. Salust Tib lib. 2. c. 8 n. 12.*

168 Nam quilibet Administrator tenetur, non solum conficere, sed etiam exhibere librum, rationis administrationis per eum gestæ, *Rolan cons. 49. n. 2. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 209 nu. 14. & seqq. Plot. in § 5. n 25. de in lit. iur. Salust Tiber. in Prax. lib. 2. c. 18. n 9. Rot. in Vrbinaten. reddition-*

169 *nu computorum 16. Martij 1601. coram bo. me. Card. Lancellotto,* necnon † etiam reddere rationem administratis, *l. 1. §. officio ff. de Tut. & rat. distrit. cap. qualiter, & quando, il secondo de accus. Bero. cons. 191, n. 13. lib. 1. Dec. cons. 177. in causa, num. 1. & cons. 101. In casu, n. 1 & seqq. Menoch. d. cas. 209. n. 1. & seqq. Rot. Genuen. dec. 173. n. 17. Coccin dec. 242. n. 11. & seq Rot. in d. Vrbinaten. reddition is computorum, 16 Martij 1601. coram bo. me. Card. Lancellotto,* aliàs † potest contra eum tamquam dolosum jurari in litem, *Verall. dec.*

170 *120. p. 2.*

171 Teneturinsuper reliquarum restituere, aliàs non dicitur reddita ratio, sed esse in dolo *Soccin. cons. 24 n. 37. & seqq. vers. & ideò, lib. 4 Rolan. cons. 49. n. 2. lib. 1. Bero. cons. 191. n. 14. lib. 1. Salust. Tib. d. lib. 2. c. 18. n. 11.*

172 Similiter, si Administrator non conficit Inventarium, vel illud minus legitimè conficit, cum ex hoc probetur dolus, potest contra eum jurari in litem, ex congestis per *Intrigliol. dec. 3. num. 12 & seq.*

173 Et generaliter quod in actione ad exhibendum juretur in litem, probat tex. *in §. si ad exhibendum, tunc glos. in verbo condemnandus, & ibi Aret. & alij, in sit. de offic. Iud.*

Excusaretur tamen Administrator à confecti-

174 one libri, & Inventarii, si hæc conficere omisisse ob simplicitatem, vel rusticitatem, vel fuisset à Domino liberatus, à redditione rationis, *Menoch. de arbitr. d. casu 208. n. 22. & seq.* Sed teneretur nihilominus reliquarum restituere *Menoch. de arbitr. d casu 209. n. 25.*

175 Secundò infertur, ut ex eadem ratione doli possit jurari in litem in actione Commodati, *l. 3 §. in hac, ff. commod.* sicut in actione locati *l. si cui, ff. locat.* in actione Depositi, *Abb. cons. 109. fin. nu. 4. lib. 2.* necnon in omnibus aliis bonæ fidei judiciis, in quibus quis tenetur, nedum exhibere, sed etiam restituere. si non exhibet, vel restituit *d. l. 3. §. in hoc, ff. commod.*

176 Sed hoc primò non procedit in contraria Depositi, nec in aliis judiciis contrariis, nisi quando agitur de fide rupta, *Bart. in l si pignore, §. si post, ff. de pign. act.*

177 Secundò non procedit in actione ex Testamento *leg. in actionibus, §. fin. & l. seq. ff. de in lit. iur Glos. in d. l. cum Pater. §. fin. in verbo, legato petito, ff. ad leg. falcid. Bart. in l. qui Concubinam, §. fin ff. de leg.* necnon in petitione Hæreditatis fideicommissariæ, bonorum possessione, & Decreto, seu Statuto de continuanda possessione in Hæredem, quæ sunt stricti juris, nam in eis non juratur in litem, *Plot. in §. 25. n. 10. de in lit. iur.*

178 Quæ tamen fallentia non habet locum, si casus isti efficerentur arbitrarii, ob contemptum Judicis, vel ad essent copulativè difficultas probationis, & dolus, seu violentia, nam tunc etiam in actionibus ex stipulatu, ex mutuo, ex testamento, & aliis similibus stricti Juris, etiamsi non sit arbitrariæ, ob contemptum Judicis, posset jurari in litem, *leg. in action. vers plane, ff. de in lit. iur. Plot. in d. §. 25. n. 10. in fin. ubi de communi, & in §. 26. n. 1. de lit. iur Comitol. dec. 95 n. 2.*

179 Tertiò infertur, quod ubicumque quis condemnit restituere ad Judicis præceptum, in omni actione jurari potest in litem, *d. l qui restituere in fin. ff. de rei vindic. §. præterea. Inst. de act. Bart. in l. si cum dos, §. fin. ff. rer. amot. & in l. 4. §. & si quis ff fin. regund.*

180 Quartò infertur, quod si Tutor non confecit Inventarium, vel librum rationum, vel non reddit rationem suæ administrationis, potest contra eum, tanquam contra dolosum, deferri juramentum in litem *Dec. cons. 177. In causa numero 1. & seqq. & cons. 191. In casu num. 1. & seqq. Rom. cons. 118. Quod primum, & ibi Mandos. in verbo iurari* ubi de communi testatur *Crescent. dec is. 5. de iureiur. Verall. dec. 119. num. 1. & seqq. p. 2.* Idemque juris, est si Inventarium minus legitimè confecit, nam paria sunt Inventarium non facere, sed minus legitimè facere, *l. quoties, ff. qui satisd. cog. Bart. cons. 150. num. 1. lib. 1 Rol. cons. 73. num. 28. lib. 2.* Et ob id, si Tutor, vel Administrator, vel Hæres non descripsit mobilia per signa, cum quantitate, qualitate, & æstimatione, potest contra

eos

eos jurari in litem. cum Inventarium sine his non sit legittime factum *Plot. de in lit. iur. §. 5. n. 29. vers. bona mobilia*, quem sequitur *Roland de Invent. p. 3. §. omittendum quoq; non est.* Cæterum ex sola omissione æstimationis Inventarium Hæredis non vitiari æquius, verius, & receptius est, cum non sit aliqua lege cautum æstimationem bonorum in Inventario hujusmodi requiri, & *l. fin. C. de iur. de lib.* hoc non dicat, Vndè, *Corn. in d. l. fin.* meritò reprobat *Salicetum* contrarium tenentem, cum aliud sit quantitas rerum aliud quantitas æstimationis, & esse de mente *Bart. & aliorum*, quod æstimati bonorum in Inventario non requiratur, stadit *Cagnol. in l. si quis maior, n. 10. vers. & primo, C. de transact.* ubi quod ita servatur de consuetudine, & contra *Sal.* etiam tenuit *Iac. de S. Geor. in d. l. fin. §. cum notissimi in fin. C. de iur de lib. Cassan. in consuet. Burgund. & Montic. de Invent.* quos refert, & sequitur *Phanucc. de Invent. q. 240. nu. 31. in fin.*

Quinimò ipsemet *Salic.* contrariæ Sententiæ sectator etsi in *l. 1. in primo not. C. de Mag. conven. & in l. Tutores, q. 8. C. de ad min. Tut.* dicat unum tantum Inventarium cum rerum æstimatione confectum vidisse, fatetur tamen hujusmodi requisitum in plurimis locis non servari de consuetudine, unde cum dictum requisitum revera de stylo non servetur, vel est reponendum inter ea, quæ de generali locorũ consuetudine recessêrũt, de quibus generaliter diximus supra *d. par. 1. c. 9. n. 124. & seqq.* vel, ad irritandum Inventarium in aliquo Tribunali factum, non sufficit ostendere unum, nec etiam plura Inventaria in eodem Tribunali confecta cum huiusmodi æstimatione nisi simul doceatur alia Inuentaria ibidem sine illa confecta fuisse irritata *Cavaler. dec. 584. nu. 5.* cum aliis allegatis supra *d. par. 1. c. 9. n. 148.*

Et licèt *Natt. cons. 575. n. 7.* dicat huiusmodi æstimationem esse necessariam, ea ratione, nè scilicet Hæredes dolosè fraudent Creditores supponendo res vilioris prætii, Hæc tamen ratio, vel non est magni facienda, cum Hæres in spatio 90. dierum ad perficiendum Inventarium ei à Lege concessorum (si malignari velit) id nihilominus facere possit, juxta superius tradita *par. 1. c. 9. n. 59. & seq.* vel penitus negatur, cum non sit præsumendus dolus in dubio, sed debeat ab allegante concludenter probari *leg. dolum, ff. de dol. l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Crau. cons. 8. n. 1. Honded. cons. 53. n. 16. lib. 1. Magon. dec. Flor. 76. n. 4. & seq.*

Valor verò bonorum ex illorum exhibitione patebit, si de eo dubitarn contingat, ut post *Castren cons 213. Supra dicta, in 3. dubio in antiq.* tradit *Phanuc. de invent d. q. 240. n. 31. in fin.* vel elici poterit, arbitrio Peritorũ, ex ipsa descriptione quantitatis rerum, quam Iustinianus exigit in Inuentario Hæredis *in de l. fin. §. autem dubius,* 181 *ibi quantitatem rerum, C. de iure de lib.* nam qui solemnitates à Iustiniano requisitas obseruauit, non tenetur ultra vires Hæreditarias *d l. fin. §. & si præfatam,* & ob id *d. l. fin.* retorquetur contra *Salicetum, & sequaces,* tunc enim non potest in Hærede præsumi fraus, aut dolus, cum 182 fecerit quod Lex jussit, & eo minus si inventarium est factum apud acta Iudicialia, *l. omnium, C. de testam.* cum aliis latius cumulatis supra, *par. 1. c. 9. n. 90.*

Et ideo, dolo in hærede cessante, non poterit contra eum jurari in litem, cum sit speciale, ut possit ob culpam sine dolo jurari in litem contra Tutorem, *Bart. cons. 150. n. 4. lib. 1.* cum aliis inferius alligandis, *nu. 187.*

Plotus tamen videtur supponere Inventarium Hæredis, de quo supra, in reliquis aliquo modo valere, aliàs si Hæres ad omnia debita, & legata indefinitè ultra vires Hæreditarias teneretur, Iuramentum in litem inserviret de vento, & ejus opinio esset superflua, & frustratoria, ut patet ad sensum.

Quod si Hæres in casu, in quo sola deest æstimatio in Inventario, in cæteris remanet privilegiatus, non multum interesse videtur, an mobilia descripta, quæ non exhibentur, ut supra, æstimentur arbitrio Peritorum, ut diximus, vel medio Iuramento in litem, quia ultra alia requisita, de quibus supra, *n. 166. & seq.* debet ante d. Iuramentum præcedere taxa Iudicis, ad Praxim superius traditam *n. 24. & seq. & n. 28. & inferius. n. 124.*

Sed Nos in hac æstimationis materia sic distinguemus, Nam aut deficit sola æstimatio mobilium in Inventario, & Inventarium valet juxta opinionem *Corn. Cagnol. & sequatium,* aut deest non solum æstimatio, sed etiam qualitas, & quãtitas, seu mensura, & tunc, aut adest Stylus non apponendi hujusmodi requisita in Inventario, & Inventarium pariter valet, ex cumulatis supra *par. 1. c. 9. n. 144. & seqq. & n. 176. & seq.* aut d. Stylus non adest, & tunc aut dicta requisita fuerut omissa dolosè, & in fraudem, & constat de dolo, & potest procedere opinio *Plot. & Rolan.* ut Inventarium non valeat, aut omissio huiusmodi non fuit dolosa, & de dolo non constat, & & tunc cessante dolo per dictam omissionem Inventarium non vitiari, & Hæredem sine dolo illius beneficium non amittere, decidit in terminis *Rot. in Romana Census. de Caravaschins. 22. Iunij 1609. coram bo. me. Penia, in §. quanto opponebatur, ut inferius dec. 45. n. 11. & seqq.* ubi Vasa argentea, Anuli, Gemmæ & Margaritæ istis de signationibus, seu requisitis carebant, & nihilominus fuit resolutum pro validitate Inventarii.

Dolus autem de Iure non præsumitur, nisi probetur, ex allegatis supra, *& in Romana de Caravaschinis,* & penitus excluditur in Muliere, in Minore, in Viro probo, & Persona bonæ qualitatis, nec non quando agitur de bonis stabilibus & ex protestatione de addendo omissa, & ex aliis cautis, & in aliis casibus ex cumulatis per *Rot. in d. Romana Census de Caravaschinis, & latius supra par. 1. c. 9. n. 63. & seqq. & nu. 183.*

Quinto infertur, ut contra Mendacem possit 181 jurari in litem, nàm ex mendacio probatur dolus, *leg. & eleganter, § idem Pomponius, I si quis affirmaverit, §. 1. l. quod venditor §, 1. ff. de dol. l. falsus, §. si quis, ff. de furt. Plot. in §. 37. n. 1. & seqq. & nu. 10. & seqq. de in lit. iur.*

Sed hoc non procedit, quando aliqua ratione 182

Mendax potest excusari, ex quo potavit dicere veritatem *Plot. in d. §. 37. n 16.* ubi alias cumulat authoritates.

183 Sexto infertur, quod pariter contra Consocium, Consortem, Cohæredem, Condominum, & alium, qui administravit absque Inventario, & libro rationum, jurari possit in litem super quantitate, qualitate, & pretio rerum, præmissa tamen Judicis taxatione, secundum qualitatem Personarum, ut post alios, quos allegat, tradit *Plot. in §. 13 n. 5. & seqq.* ubi hoc pluribus modis limitat.

184 Septimò infertur quod quando quis tenetur exibere, vel restituere, datur Juramentum in litem super damnis, expensis, & interesse, qualitate, quantitate, & pretio rerum, licet dicat eas amisisse, *Bald. cons. 80 lib. 3. Ruin. cons. 54. n. 13. in l. fin. ibi quia, lib 1.* cum aliis, quos sequitur *Plot. in §. 48. n. 13. de in lit. iur.*

185 Octavò infertur, quod in contractibus, & actionibus omnibus bonæ fidei, de quibus supra *versic. sunt autem, n. 160.* in quibus Judex potest procedere de bono & æquo, ubi adest dolus in qualibet ex prædictis actionibus potest super damnis, expensis, & interesse deferre Juramentum in litem veritatis Actori, vel parti adversæ contra alteram Partem dolosam, *Plot. in §. 4 n. 52. ubi de commun. de in lit. iuran.*

186 Nonò infertur, quod ob solam latam culpam sine dolo non potest contra aliquem jurari in litem, *l. in actionibus, ubi Gloss. & DD. ff. de in lit. iur. Ruin. cons. 54 Circa num. 14. in princ. lib. 1. Dec. in d. l. actionibus, nu. 17. ubi de communi, ff. de in lit. iur. Plot. in § 49 num. 13 ubi de commun. de in lit. iur.*

187 Sed hoc non procedit in actione Tutelæ, & Curæ, in qua juratur in litem ob culpã contra Tutorem, vel Curatorem etiam sine dolo, *Bart. cons. 150. Cum prædicta n. 4. l. 1.* ubi quod hoc est speciale in Tutore, *Plot. in §. 4. n. 8 5. vers. notabis perpetuo, & in §. 19. n. 16. de in lit. iur. Afflict. dec. 360. n. 4. & n. 8. Verall. dec. 119. n. 8. par. 2.* Tamen contra Hæredem Tutoris requiritur plena probatio, *l. 2. §. fin. C. de in lit. iur. Bart. d. cons. 150. num. 4. lib. 1.*

188 Decimò infertur, ut eo magis deferatur Juramentum in litem Spoliato contra violentum Spoliatorem, *Verall. dec. 21. par. 2.*

189 Decimo primò infertur, quod contra Hæredes & Tertios possessores Dololi, non potest jurari in litem, *Natt. cons. 292. n 14. Plot. in §. 49 n. 20. de in lit. iur. Capit. dec. 91. n. 2 Cresc. dec. 5. de lureiur. Laur. dec. Avenionen. 106. n. 2. vers contra verò.*

190 Sed hoc non procedit, lite prius cum Defuncto contestata, vel pro contestata habita in actionibus bonæ fidei, si dolus, vel culpa in casibus, in quibus juratur ob culpam, fuisset commissus, vel coramissa, ante litem contestatam, vel quando quis vellet jurare ex dolo Hæredis, *Plot. in d. §. 49. nu. 21. de in lit. iur.*

191 Decimo secundò denique invertur, quod in actione depositi juratur in litem ratione doli contra Hospitem, Cauponem, Nautam Stabularium, Muhonem, & similes, & quemlibet Custodem, Amicum, & Depositarium, qui vel non restituit, vel restituit apertum, & dissigillatum Sacculum, Cistam, Capsam, Valisam, Sarcinulas vel quid simile sibi clausum, & sigillatum consignatum, super quantitate, qualitate, pretio, valore, & æstimatione eorum, quæ dicerentur per Deponentem inde fuisse ablata, *l. 1. §. in depositi iun. §. sic ista ff. depos. Innoc. in c. fin. n. 1. & seqq. & ibi Abb. nu. 7. ubi de com. quod met. caus. Bart. in l. actionibus, n. 23. & Ias. n. 41. ubi de communi, ff. de in lit. iur. Anchar. cons. 286. per tot.* & alij, quos latè cumulat & sequitur *Plot. in §. 10. n. 6. ubi etiam de communi, de in lit. iur. Menoch. de arbitr. cas. 208. n. 26. & seqq.*

191 Dummodo vel clare constet Hospitem, Custodem, Depositarium, vel alium ex prædictis, aperuisse, & sigilla, ut supra, amovisse, vel saltem probetur Sacculum, Cistam, vel aliud, ut supra fuisse nonsignatum sigillatum & clausum, nam dolus ex illa dissigillatione præsumitur, & ex conjecturis probatur, *l. dolum, C. de dol. Salic. in l. 1. §. si cista in fin. ff. de pos. Ias. in d. l. in actionibus, n. 41. ubi de communi, ff. de in lit. iur. Plot. in d. §. 10. num. 6. vers. & quamvis Glos. ubi de communi de in lit iur. Menoch. d. cas. 208. nu. 32. & seq.*

193 Sed hoc Primò non procedit, quando ille qui consignavit Sacculum, vel Capsam, vel aliud, ut supra, Hospiti, Nautæ, seù alteri ex prædictis, esset Hæbræus Hæreticus, Infamis, Perjurus, Spurius, Vsurarius, seù alius, qui non posset esse Testis, nàm non tunc deferretur ei Iuramentum in litem sed deberet probare per Testes, ut post alios, quos allegat, tradit *Plot. in d. §. 10 num. 7. de in lit. iur. Menoch. de arbit. de cas. 208. num. 43.*

194 Secundò non procedit, quando constaret, quod Hospes Nauta, Caupo, Custos, seù alius Depositarius non aperuit Sacculum, Capsam, vel quid simile, ut supra, sed alius ex familia, vel Viator, vel alius, ipsis inscis, quia, cum tunc cesset dolus, non posset jurari in litem contra Hospitem. Cauponem, & similes, sed volens eos convenire probare deberet per Testes, bene posset jurare in litem contra prædicta Aperientes, *Bart. in l. 1. §. servi, n. 4. & seq. ff. furt. adverf. Naut. Caup. Stab. & in l. nequidn. 3. vers. quæro nunc ff. de incend. ruin. & nauf. Salic. in l. 1. §. si Cista ff. depos. Plot. in d. §. 10. num. 6. in fin. vers. fallit ubi de in lit. iur.*

195 Tertiò non procedit, quando Sacculum, Cista, Capsa, quid simile erat ita sigillatum, ut potuerit de per se dissigillari, nàm tunc, concurrente bona qualitate, & fama personæ, cui præmissa fuerunt consignata, non poterit jurari in litem, *Plot. in d. §. 14. n. 8. vers. fallit. ubi Valisia, de in lit. iur. Menoch. de arbitr. dicto cas. 208. numero 36.*

Alias quam plures fallentias cumulat, *Plot. in d. §. 10 n. 8. & seq. de in lit. iur. & Menoch d. cas. 208. n. 36. & seqq.* ad quos in facti contingentia unusquisque poterit habere recursum.

196 Secundo loco ultra dolum, ad hoc ut Iuramentum in litem veritatis deferri possit, requiritur difficultas probationis *Glos. in l. in actionibus. in verbo planè in fine, & ibi Bart. n. 22. Ias. num. 39. Bolognet, n. 88. ff. de in lit iur. Natt. cons. 79, n. 13. Menoch. de arb casu 208. n. 1. Papæ. inform. lit ell.*

libell. act. real. §. & in Florentin, n. 31. Caval. decis. 103. n. 1.

197 Tunc autem difficultas probationis adesse censetur, quando res nos potest ad oculum demonstrari *l. in actionibus, ubi Ias. num. 40. ff. de in lit. iur.*

198 Sed hoc primò non procedit in actionibus bonæ fidei, in quibus ob solum dolum potest jurari in litem etiamsi non adsit aliqua difficultas probationis, *l. nummis, in fin. ff. de in litt. iur. Alex. in l. in actionibus, n. 17. vers. videtur tamen, & ibi Ias. n. 40. vers limita, ff. de in lit iur. & alij, quos sequitur. Plot. in §. 4. n. 20. ubi de communi, & in §. 22. n. 1. & in §. 26. n. 1. de in litt. iur. Seraph. de privil. iur. priv. 31. n. 96. & seq.*

199 Secundò non procedit in actionibus stricti juris arbitrariis, in quibus pariter ob solum dolum juratur in litem, etiam si difficultas probationis non adsit, *Plot. in §. 26. n 1. vers. sed hoc de in lit. iur. Seraph. d. privil. 31. n. 98.*

Concurrentibus autem, in actionibus bonæ fidei, seu in arbitrariis, dolo Rei, & difficultate probationis, multo magis poterit juramentum in litem deferri. *d l. in actionibus, in fin. & ibi DD. ff. de in lit. iur.* cum aliis cumulatis per *Comitol. decis. 95. n. 2. & seqq.*

200 Tertio requiritur, ut is, qui jurare debet in litem, sit verisimiliter informatus, nam non informato, & non habenti notitiam, juramentum in litem non defertur, *Glos. in l. in bonæ fidei, in verbo decidi, vers. & prædictis dico, & ubi Bart. nu. 4. C. de reb. cred. & Iureitur. Ruin. cons. 35. quod, Sententia, n. 10. lib. 5. Afflict. decis. 169. num. 1. & seqq. Plot. qui alios cumulat, in §. 13. n. 4. & in §. 29. n. 3. vers. & limitantur, & in § 51. num. 6. de in lit. iur. Caval. dec. 103. n. 3.*

201 Hæc tamen fallantia non habet locum in informato dicente se in formato eorum, quæ à Defuncto gesta sunt, nam ei defertur Juramentum in litem, etiam si sit Hæres, vel Successor *Natt. consil. 18. num. 20. & cons. 202. n. 55. Afflict. decis. 169. num. 8. & sequent. Laurent. dec. Aventon. 106. num. 1. vers. quibus non obstantibus, Plot. in dicto §. 29. n. 3. de in liter. iur.*

202 Et in dubio Hæres, Filius, Pater, Conjunctus, & etiam Extraneus choabitans cum Defuncto, Vicinus, & is cui defunctus solebat conferre negotia, præsumitur informatus, secus non concurrente aliqua præsumptione, ex qua jurare volens possit præsumi informatus, *Plot. d. §. 29. n. 4. de in lit. iur. Laurent. d decis. Avenion. 106. n. 1. vers. in dubio tamen.*

203 In quibus tamen plurimum arbitrio judicis videtur tribuendum, is enim juxta personarum, & rerum qualitates, & factorum contingentias se debet regulare, ut discernat notitiam verisimilem, *l. videamus, §. ultimo, versic. & quidem, ff. de in liter. iur. Menoch. de arbitr. casu 207. numero 12. Laurent. dicta decis. Avenion, 106 numero 1. vers. & in his Caval. decis. 103. numer. 6.*

204 Quarto requiritur, quod hoc juramentum deferatur à Judice, nam ab alio deferri non potest, *l. videamus, §. deferre ff. de lit. iur.* nec sponte à parte præstatur, alias nihil est, *d. l. videamus, §. deferre, ibi vel non delato, ff. de lit. iur. Crav. cons. 196. numero 2. Soccin. cons. 120. Cum ex præsenti num. 4. vers. 5. fortius lib. 1. Plot. de in lit. iur. §. 51. num. 2.*

205 Sed hoc non procedit, si Judex Juramentum sponte præstitum acceptaret, nàm videretur detulisse, *Crav. cons. 196. n. 2. Plot. in d. §. 51 n. 2. de in lit. iur.*

206 Verumtamen, quicquid sit in Juramento affectionis, cum juramento veritatis taxa Judicis debet hujusmodi Juramentum præcedere, *Auth. post iuramentum, C. de iud. Alex. in l. videamus, §. deferre, num. 4. vers. in ea ibi, ubi de communi, ff. de in litem iurando,* cautius videtur Juramentum denuo prævia taxatione, deferre *Bald. cons. 345. n. 3: lib. 2.*

207 Quintò requiritur citatio partis, juxta Praxim superius traditam ad *l. de uno quoque ff, de re iud. Ang. in l. certum §. si quis Absentem, n. 4. ff. de Confess Plot. in d. §. 51. nu. 8. de in litem iur. ubi de Communi Salust. Tib. in Prax. lib. 2. c. 18. n. 2.* ubi ponit hanc citandi proxim.

208 Sexto requiritur, quod ille, cui defertur Juramentum non habeat præsumptionem contra se, *Bart. in l. inter, §. rectè num. 2. & seq. ff. de furt.* &

209 † ob id non datur ei, qui præsumitur possidere jure familiaritatis ad tex. *in l. qui iure familiaritatis ubi Bart & DD. ff. de acq. poss. Plot. in d. §. 51. nu. 10. de in litem iur.*

210 Septimò requiritur, quod juramentum in litem deferatur, & præstetur post litem contestatam, ante tamen quàm via probationibus omninò præcludatur, & sic ante conclusionem in causa, *Ias. in l. admonendi, in 2. lect. n. 319. ff. de iureiur. Crav. cons. 196. num. 1. Marsil sing. 170. Plot. de in litem iur. d. §. 51 n. 1.*

211 Ob contumaciam tamen in non parendo Judici in casu *l. qui restituere, ff. de re iud.* defertur etiam post Sententiam *Abb. cons. 109. Circa factum, n. 3. vers. ad tertium lib. 2.*

212 Octavo requiritur habilitas ad jurandum, & ob id Impudes Furiosus, Mentecaptus, & similes sunt omninò inhabiles ad hujusmodi juramentum, seu aliud præstandum, *l. videamus, in prin ff. de in litem iur. Plot. in §. 50. num. 34. de in lit. iur. Menoch. de arqitr. casu 207. n. 12.*

213 Nono requiritur, quod is, cui juramentum in litem est deferendum, sit Testis integer, & omni exceptione Major, unde infamis de facto vel de jure, Perjurus ob dolum, Condemnatus in actione furti, aut simili ratione doli, Homicida non ad sui defensam, inimicus capitalis, Spiritus, Concubinarius, Blasphemus, Usurarius & Pauper, cum non sint Testes idonei, nec etiam possunt in litem jurare, latè *Plot. in dicto §. 50. num. 1. & pluribus seqq. de in lit. iur.*

214 Decimò requiritur, quod ante præstationem Juramenti in litem præcedat taxa judicis, ne alias Judex postea taxando in minori summa Juramentem argueret de perjurio, *oporteat in Auth. de iud. Auth post ius iurandum, C. de Iud. Bart. in l. videamus, §. iurare in fin. ff. de in lit. iur. Alex. in d. l. videamus. §. deferre num. 4. vers. in ea ibi, ubi de communi, ff. de in lit. iur. & Bart.* omnes sequuntur ut ait *Bolognett in leg. in actionibus, num. 90. ff.*

de in lit. iur. Iaſ. in l. ſi quando. numero 20. C unde vi. Bart. conſ. 150. num. tertio in fin. ibi ratione præmiſſa, lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 208. n. 5. Plot. de lit. iur. §. 23. n. Saluſt. Tibi in Prax. lib. 2. c. 18. 12. ubi ponit hanc Praxim, *Aſflict. deciſ. 360. n. 8. & ſeq.* ubi quod fuit ita in Sacro Concilio deciſum, *Veral. deciſ. 131. nu. 3. & ſeq p. 2. Comitol. deciſ. 95 n. 2, & ſeq.*

215 Sed hoc non procedit in Iuramento affectionis, nàm in eo taxa iudicis poteſt etiam ſubſequi Iuramentum, tunc enim non arguitur iurans de periurio, ſi iudex minus taxet, quam fuerit iuramentum, ſed potius iurantis, affectio immoderata detegitur, & ità intelligendi ſunt DD. contra concluſionem communem ſuperius firmatam tenentes, & ità etiam procedat text. in *d. l. videamus, §. iurare ff. de in lit iuran. Bart. in d l. videamus §. iurare in fin. Alex in eadem l. videamus. §. deferre ff. de in lit. iuran. Iaſ. in l. ſi quando, n. 20. C. unde vi Menoch. de arbitr. caſu. 207. n. 30.* ubi tradit hanc Praxim.

216 Poteſt autem juramentum in litem veritatis deferri, etiam te amplius non extante, *Maran. de ord. iud. in 2. par. ſextæ princip. act. 9. nu. 15. verſ. tertium, Plot, in §. 15. num. 3. de in lit. iur.* ubi quod hoc non procedit in juramento affectionis, quæ non poteſt cadere in re non extante, quod recipit declarationem, de qua ſupra *verſ. Cæterum numero 164.*

217 Verum licet text. *in l. videamus §. iurare ff. de in litem iur.* dicat poſſe jurari in litem in infinitum, & text. *in l. qui reſtituere. §. ſi vero ff. de rei vindic.* pariter dicat, in litem ſine taxatione in infinitum jurari poſſe. Nihilominus valor, ſeu æſtimatio, qua ſuper juratur in litem, etiam de affectione, non poteſt, nec debet excedere duplum veræ æſtimationis, & ita per Judicem Ficta æſtimatio eſt, prævia taxatione, coarctanda, & text. *in d. l. qui reſtituere, §. ſi verò*, qui dicit ſine taxatione, ſcilicet à lege facta, ſed à Judice facienda, ut per *Gloſ. in d. §. ſi verum in verbo ulla taxatione*, infra duplum, ut ſupra intelligendus eſt, prout coarctat & intelligit communis, ac receptiſſima DD. opinio, de quo poſt alios teſtatur *Plot. in §. 50. num. 25. de in lit. iur.*

218 Poſtquam verò Judex juramentum in litem prævia taxatione detulit, illud amplius retractare non poteſt, *§. oportet in Auth. de Iudic.*

219 Sed hoc primò non procedit, quando ſubeſt magna cauſa *l. videamus, §. fin.* ibi ut ex magna cauſa repertis probationibus poſſit, *ff. de in lit. iur. Gloſ. in l. fin. in verbo facile ff. eod. tit.*

220 Et dicitur magna cauſa, quando probationes ſupervenerunt ad favorem Rei *Gloſ. in d. l. videamus. §. ult. in verbo ex magna cauſa, & in l. fin. in verbo facile. ff. de in lit. iur. Bologn. in d. l. in actionibus n. 39. ff. de in litt. iuran*

221 Et licèt *Bolognettus* videatur tenere, quod hæc ſalleutia locum habeat in juramento affectionis, in quo jurans tantum de immoderata affectione redargui poteſt, non autem in juramẽto veritatis, quia tunc jurans redargueretur de perjurio. Nihilominus per text. *in d. l. fin. ff. de in lit. iur.* videtur procedere, etiam quando quis de perjurio redargueretur, *De periurio eius, qui in litem iuravit* (ſunt verba textus) *quæri facile non ſolet*, ergo ex cauſa magna, hoc eſt, repertis probationibus, poterit juramentum retractari, etiam ſi quis de perjurio redargueretur, ut ſentit idem *Bolognett. in d. l. in actionibus ſub. n. 90.* ubi reſpondet, *ad tex. in d. §. oportet, in Auth. de Iudic.* quod loquitur de juramento Expenſarum de quibus Iudex præſumitur informatus, Sed melius ac tutius ad d. § *oportet* reſponderi poteſt cum magis communi DD. opinione, ut non procedat novis probationibus repertis, ut ſic jura juribus concordentur.

222 Secundò igitur non procedit, quando probaretur poſtea contrarium, vel per evidentiam oculorum, vel per negativam coarctatam, vel per inſtrumenta de novo reperta, ex latè cumulatis per *Plot. §. 49. n. 22. & ſeq. de in lit. iur.*

123 Et li. *Bart.* & ſequaces tenuerint, hujusmodi Iuramentum non poſſe retractari, etiam per iuramenta de novo reperta, magis tamen communis opinio eſt contra *Bart.* de qua teſtatur *Plot. §. 49. n. 26. in fin de in lit. iur.*

224 Hinc licèt à delatione iuramenti in litem non detur appellatio, quia ex eo non oritur actio, pro ut non oritur ex probatione per Teſtes, in cuius locum juramentum in litem ſucceſſit, *Bart. in l. actionibus n. 26. in fin. & ibi Alex. nu. 19* & alii, quos cumulat & ſequitur *Iaſ. ibi n. 47. ubi etiam Bolognett. n. 93. ff. de in lit. iur. Scacc. de Appell. q. 17. lim. 34. n 8.* & ita obſervat praxis in Tribunali A. C.

225 Hoc tamen primo non procedit de jure Canonico, quo jure datur appellatio à quoliber gravamine, *cap. ut debitus de appell. Alex. in l. in actionibus, n. 19. & ibi Iaſ. nu. 47. ff. de in lit. iur.* Praxis tamen in A. C. Tribunali obſervat, ut ſupra *n. 224.*

226 Secundò non procedit in Intetloquutoria, qua Iudex admittit, ſeù admitti ad probationem iurativam *Scacc.* nihil alleganſ *de Appell. d. q. 17. limit. 34. n. 18.*

Sed contrarium videtur dicendum ex ratione de qua ſupra *n. 214.* quia ſicut non datur appellatio ab admiſſione ad probandum per Teſtes, ita non videtur admittenda ab admiſſione ad probationem iurativam, quæ in loco illius ſucceſſit, & ità obſervat Praxis, & Stylus in Tribunali A. C. in admiſſione ad iurandum in litem, de qua ſupra hoc eodem *c. 2. n. 25. & ſeq.*

227 Tertiò non procedit, quo ad Sententiam virtute dicti iuramenti in litem latam, nam ab ea licet appellare, *Bolognett. in d. l. in actionibus, nu. 93. in fin. & nu. 94. verſ. ſed ſuccedit ff. de in lit. iur. Menoch. conſ. 217. nu. 25. & ſeq. Scacc. de Appell. q. 17. lim. 6. memb. 8. n. 19. & ſeq. & limit. 34. n. 17.*

228 Nec obſtat quod iuramentum in litem non retractatur per Inſtrumenta de novo reperta, vel quia in gradu appellationis non ſit diſcutiendum, an quis iuraverit veritatem nec nè, ſed an eſſèt deferendum iuramentum in litem, vel probandũ per Teſtes, ut per *Bolognett. in d. l. in actionibus n. 94. verſ. ſed ſuccedit.* Vel quia in contrarium eſt magis communis opinio, de qua teſtatur *Plot, d. §. 49. n 26. in fin. de in lit. iur.*

229 Hæc de Juramento in litem dixiſſe ſufficiat, non enim in qualibet materia tractatum compilare, ſed tantum aliqua ad Praxim magis congruentia

congruentia obſervare, inſtituti eſt noſtri, igitur facti occurrentia in reliquis ad DD. ſupra allegatos, & ſignanter ad *Plot.* qui de in litem jurando ex profeſſo ſcripſit, cuiliber recurrendi aditus patebit.

SVMMARIVM CAP. III.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes,*
2 *Diffamans poteſt conveniri in Iudicio iactationis à Diffamato prævio monitorio.*
3 *Monitorio iactationis, & iactationum, & eius formula.*
4 *Monitorium ſuper iactationibus vivtute* l. unicæ, *& eius formula.*
5 *Monitorium iactationis, & iactationum extra Curiam, & eius formula.*
6 *Monitorium eſt perſonaliter exequendum*
7 *Adnotatio exequutionis Monitorii in actis, & eius formula.*
8 *Reproductio Monitorij in pertibus exequuti, & eius formule.*
9 *Negatio Monitorij in curia exequuti, & eius formula.*
10 *Proteſtatio, & negatio Monitorij in partibus exequuti, & eius formula.*
11 *Procurator, qui dixit nihil fieri, eſt omnino citandus, etſi nemo comparuit, monitus in partibus citatur per contradictas.*
12 *Si prima inſtantia contra degentem extra Curiam non poteſt terminari coram A.C. citatur Pars quæ coram eo iudicium introduxit, ad videndum remitti cauſam ad partes.*
13 *Citatio ad videndum moderari Inhibitiouem, & remitti cauſam ad partes, & eius formula, & proceſſus.*
14 *Si A.C nollet cauſam de iure remittendam ad partes remittere in prima inſtantia, poteſt adiri Signatura pro remiſſione, parte citata.*
15 *Commiſio pro remiſſione cauſæ ad partes in prima inſtantia, & eius formula.*
16 *Citatio ad dicendum contra Commiſionem, & eius formula, & proceſſus.*
17 *Citata parte ad dicendum contra Commiſionem, citatur deinde ad videndum moderari Inhibitionē & cauſam ad partes remitti.*
18 *Inſtrumentum remiſionis cauſæ ad partes, & eius formula.*
19 *Signatura aliquando ſolet oretenus ordinare eidem A. C. ut ſuam moderetur Inhibitionem, & cauſā ad partes remittat.*
20 *Citatio ad videndum moderari, & remitti cauſā ad partes iuxta mentem Signaturæ, & eius formula & proceſſus.*
21 *Citatio ad videndum ſibi præfigi primum terminū ad probandum in iudicio diffamationis. & eius formula, & proceſſus.*
22 *Citatio ad videndum ſibi præfigi ſecundum & peremptorium terminum ad producendum, & probandum, & eius formula & proceſſus*
23 *Elapſis terminis præfixis, ſi pars eſt contumax, vel nihil relevans deducit, quomodo Procedatur ad ulteria in cauſa infra valorem ducatorum ducentorum.*
24 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus & eius formula & proceſſus.*
25 *Proteſtatio & repetitio Iurium, & eius formula.*
26 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & eius formula, & proceſſus.*
27 *Cedula Sententiæ abſolutoriæ in iudicio iactationis & eius formula*
28 *A definitiva lata in iudicio iactationis, & interponenda eſt appellatio infra decem dies.*
29 *Interpoſito appellationis coram Iudice a quo, & eius formula, & reſponſio Iudici*
30 *Cedula appellationis in iudicio iactationis, & eius formula.*
31 *Commiſio appellationis in iudicio iactationis expeditur via ordinaria.*
32 *Commiſio appellationi in iudicio appellationis, & eius formula.*
33 *In cauſis ordinariis non eſt neceſſe, pro expeditione commiſionis appellationis, adire Signaturam parte citata.*
34 *In Camera Apoſtolica cauſa iactationis committitur prævia propoſitione.*
35 *Propoſitio, & commiſio cauſæ iactationis in Camera & eius formula.*
36 *Camera quomodo reſcribat, & faciat Decretum in margine propoſitionis.*
37 *Citatio ad dicendum contra Decretum Camera & eius formula, & proceſſus.*
38 *In Rota cauſa iactationis introducitur prævia cōmiſione.*
39 *Comiſſio iactationis, & iactationum in Rota, & eius formula.*
40 *Commiſio iactationis. & iactationum in Rota in cauſa prophana, & eius formula.*
41 *Commiſſione ſignata coram Iudice commiſſario, cui eſt directa, exhibita, quomodo procedatur ad ulteriora coram eo.*
42 *Remedium* l. diffamari *eſt in foro frequens, & utile, quod in Curia iudicium iactationis nuncupatur.*
43 *Diffamatio. ſeu iactatio quot, & quibus modis uſurpetur.*
44 *Diffamatio unde dicatur.*
45 *Diffamator iniuſtus delinquit, & qua pœna punitur.*
46 *Remedium* l. diffamari *quo iure, & qua ratione inrroductum.*
47 *Identitas rationis* l. diffamari *comprehendit ſub ſe etiam bona.*
48 *Diffamatio ſeu iactatio propriè quid ſit.*
49 *Diffamatio minus propriè quid ſit.*
50 *Diffamans ſeu iactans impellit diffamatum, ad remedium* l. diffamari *pro ſua defenſione intentandum.*
51 *Intentans iudicium iactationis eſt Reus originarius, & naturalis, is vero, contra quem intentatur, eſt actor.*
52 *Regulariter ille eſt actor, qui prius agit in iudicio ſed ſecus eſt in remedio* l. diffamari.
53 *Origo cauſæ naturalis potius, quam accidentalis, attenditur.*
54 *Intentans iudicium iactationis poteſt illud intētare coram ſuo Iudice, coram quo diffamans agendo illum convenire deberet*
55 *Intentans remedium* l. diffamari *eſt verè Reus: ideo pro eo in dubio eſt pronunciandum.*
56 *Diffamatus habens plures Iudices ordinarios, ſi coram uno ex eis iudicium iactationis inſtruxerit,*

rit, potest nihilominus à diffamante conveniri coram altero ex eis.

57 *Contrarium, quod non possit conveniri, nisi coram primo iudice à diffamato electo.*

58 *Iudicium diffamationis, coram iudice ordinario diffamati intentatum, non potest ab eo evocari, sed sed potest diffamans aliud iudicium super meritis coram alio ordinario diffamati movere.*

59 *Sed contrarium, quod iudicium principale, iudicio diffamationis annexum, non possit avocari a primo iudice, tenent plures, & videtur verius.*

60 *Non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

61 *Diffamans, qui habet iudicem suspectum potest illũ suspectum alegare in Tribunali A.C.*

62 *Intentãs rememedium*, l. diffamari *respectu primæ petitionis est actor, in reliquis vero reus.*

63 *Intentans remedium* l. diffamari, *qui in sua petitione se vocavit actorem est actor, non reus.*

64 *Confessio facta in præcibus præiudicat confitenti.*

65 *Confessio facta in libello præiudicat confitenti.*

66 *Monitorium est loco libelli*

67 *Confessio emanata in monitorio præiudicat confitenti.*

68 *Impetrans super iactationibus commissionem, quæ complectitur alias causas contra quoscumque, si obtinet citationem iuxta illius formam, se declarat actorem*

69 *Diffamatus non est propriè reus.*

70 *Habens mandatum ad defendendum non potest intentare remedium* l. diffamari, *& quare.*

61 *Intentans remedium* l. diffamari, *qui non docet de suo interesse, non gaudet privilegio rei.*

72 *Remedium* l. diffamari, *est unicum, & competit tã pro causis civilibus, quam pro criminalibus.*

73 *Remedium* l. diffamari *competit tam in possessorio, quam in petitorio, & tam in actionibus realibus, quam personalibus*

74 *Remediũ* l. diffamari *competit in causis matrimonialibus, dotalibus feudalibus, & alijs.*

75 *Remedium* l. diffamari *competit tam in prophanis, quam in beneficialibus*

76 *Remedium* l. diffamari *in beneficialibus. causa simpliciter non autem limitivè commissa cõprehendit, tam petitorium, quam possessorium*

77 *Remedium* l. diffamari, *competit in omnibus causis ex praxi*

78 *Remedium* l. diffamari *contra quos detur*

79 *Diffamans est conveniendus coram Iudice competente diffamati, alias ipse potest diffamatum coram alto Iudice competente eiusdem diffamati convenire.*

80 *Per citationem dicitur præventa iurisdictio, etiam in remedio* l. diffamari.

81 *Diffamatus, qui prævenit diffamantem coram Iudice competente, non solum super assignatione termini ad agendũ, sed etiã super negocio principali, non potest deinde ab eo coram alio Iudice cõpetẽte conveniri*

82 *In monitorio iactationum ad partes transmittẽdo ponitur clausula*, dummodo judicium in partibus non fit cœptum, alias monitorium non afficiat.

83 *In commissionibus iactationum apponitur clausula* non tamen iudicialiter.

84 *Remedium* l. diffamari *debet intentari ante motũ iudicium, non autem post.*

85 *In monitorio commissione, & citatione cum inhibitione obtenta pro vidua super iactationibus non apponitur clausula*, dummodo judicium in partibus non fit cœptum, *seu clausula* non tamen judicialiter illarum

86 *Excõmunicato excõmunicatione maiori non competit remedium l.* diffamari.

87 *Intentans remediũ* l. diffamari *debet docere de suo interesse, si vult audiri.*

88 *Intentans remedium* l diffamari *debet docere de sua possessione.*

89 *Ad docendũ de interesse in iudicio* l. diffamari *sufficit probatio apparens tantum.*

90 *Intentãs principaliter remediũ l.* diffamari *debet probare interesse plene, & concludenter, secus comparens, uti tertius pro suo interesse.*

91 *Diffamanti debet præfigi bina dilatio, una post aliam, ad probandum, ut possit & silentium imponi.*

92 *Si monitus, seu citatus dixit nolle agere, secunda dilatio non est necessaria.*

93 *Si prima monitio, seù præfixio termini est facta cum cõmunicatione de non audiendo ulterius elapso termino, tunc secunda non est necessaria.*

94 *Si Iudex terminum ad agendum ultra annum præfixit, secunda præfixio, seù monitio non requiritur.*

95 *Si desamans intermino præfixo agit, non est amplius tractandum de remedio l.* diffamari, *sed de bono iure, & meritis causæ.*

96 *Si diffamans in terminis præfixis non agit, res deducit Ius suum, imponitur illi perpetuum silentium.*

97 *Vt diffamãs cogatur agere debet constare Iudici saltem summarie de diffamatione.*

98 *Diffamario debet in actis probari.*

99 *In materia* l. diffamari *possũt recipi Testes litenõ contestata.*

100 *Si non constat de diffamatione, præfixo termini non valet.*

101 *Nil interest, an diffamatio fuerit iudicialis. vel extraiudicialis.*

102 *Si in monitorio, seu commissione iactationũ adest clausula* non tamen judicialiter illatarum, *probanda est diffamatio extraiudicialis.*

103 *Nemo regulariter invitus agere cogitur.*

104 *Lubricum linguæ non est de facili ad pœnam trahendum.*

105 *Diffamans, errore, vel dolo, statum, aut bona alterius cogitur agere alias ei imponitur silentium*

106 *Si subest suspicio calumniæ vel iusta causa non est alia diffamatio probanda.*

107 *Iustæ causæ ob quas probatio diffamationis non requiritur, quot, & quæ sint.*

108 *Si eum remedio* l. diffamari *cumulatur remediũ* l. si contendat, *non requiritur aliqua diffamationis probatio.*

109 *Intentans remedium* l. si contendat *tenetur probare ius in tantum sibi competere.*

110 *Remedium* l. si contendat *pinguius est remedio l.* diffamari.

111 *Remedium* l. si contendat *est simile remedio* l. Aurelius, §. centum, ff. de lib. leg.

112 *Timens molestiam potest intentare remedium* l. si contendat, & l. Aurelius, §. centum, *& quomodo*

113 *Intent-*

113 *Intentans remedium* l.si contendat,& l. Aurelius *est Reus*, *& gaudet prærogativis Reorum*

114 *Remedium* l. si contendat *locus habet in omni Reo,exceptiones peremptorias habente.*

115 *Remedium* l. diffamari.*& remedium*, l.si contendat *differunt in modo articulandi,& probandi.*

116 *Intentans remedium* l. diffamari *cogitur agere in termino præfixo. sed intentans remedium* l. si contendat,*cogitur agere statim.*

117 *Remedium* l.diffamari *cogit Adversarium ad agendum,& dandum libellum secus remedium* l. si contendat,& l.Aurelius, §.centum.

118 *In remedio* l.diffamari *agitur, ut Diffamator à diffamatione cesset,sed in remedio* l.si contendat & l.Aurelius, §.centum, *agitur ad declarationem iuris sibi competentis.*

119 *In remedio* l.si contendat,& l.Aurelius, §.centum, *Actor potius cogitur agere causative quàm statim.*

120 *Inter remedium* l.diffamari,*& remedium*, l.si contendat,& l. Aurelius,§.centum,*adsunt plures differentiæ qui quid dixerit* Socc.

121 *An, & quando diffamans possit conveniri remedio* l.diffamati, *vel aliarum Legum secundum* Bald. in Margarita.

122 *Licet quando quis silit, cesset remedium* l. diffamari,*supereſt tamen remedium* l si contendat.

123 *Cautela datur; ut qui remedium* l. diffamari, *contra Silentem intentare non potest,faciat se ab alio diffamari,quo casu fundato iudicio contra Diffamantem,poterit citare etiam Silentem pro suo interesse.*

124 *Remedium* l.diffamari *non solum competit in causa Status,sed etiam in aliis.*

125 *Remedium* l.si contendat,& l.Aurelius,§.centum,*agi potest*, *non solum si oritur controversia super possessione*, *sed etiam in aliis casibus ubi exceptio competit*, *licèt diffamatio non præcesserit.*

126 *In Iudicio Diffamationis*, *seu Iactationis requiruntur termini substantiales.*

127 *A.C. in causis à ducatu ducentis infra procedit terminis substantialibus,non servatis.*

128 *In Iudicio Iactationis Iudex potest non solum præfigere terminum ad agendum sed etiam ad articulandum,& producendum omnia.*

129 *In Iudicio iactationis*, *sicut in aliis requiritur citatio specifica ad Sententiam.*

130 *Sententia*, *imponens silentium perpetuum non agenti in terminis præfixis. est diffinitivus.*

131 *Si lis fuit in iudicio iactationis contestata*, *Sententia,quæ inde sequitur*, *est definitiva aliàs est interlocutoria.*

132 *Sententia lata in iudicio iactationis imponit finem negotio principali ideo definitiva reputari debet.*

133 *Sententia lata in iudicio iactationis*, *in quo fuerunt observatæ solemnitates iudicij ordinarij*, *est definitiva,aliàs est interloquutoria habens vim definitivæ.*

134 *Terminis*, *& solemnitatibus de Iure requisitis non servatis Sententia est nulla.*

135 *In remedio* l. diffamari *litis contestatio non est necessaria & quare.*

136 *Vbi non cadit missio in possessionem ex Decreto nec potest Petenti consuli nisi per definitivam, devenitur ad definitivam contra Contumaces absq; litis contestatione.*

137 *Sententia in iudicio Diffamationis posset considerari uti Interlocutoria, ex quo deficit litis contestatio,secundum* Contard.

138 *Sententia*, *quæ modicum vel nihil participat de Interlocutoria*, *potius definitiva reputari debet.*

139 *A.C. in causis ordinarijs habet facultatem procedendis summariè, prout in Beneficialibus.*

140 *In causis ordinarijs coram A.C. servatur tela iudiciaria,& fertur definitiva.*

141 *In causis ordinarijs,quæ omnes coram A. C. sunt summariæ litis contestatio non requiritur.*

142 *In Beneficialibus litis contestatio non est de essentia.*

143 *Iudicium Iactationis finitur per definitivam, quæ transit in iudicatum.*

144 *A Sententia lata in Iudicio Iactationis, seu diffamationis datur appellatio.*

De Iactationibus,& Molestationibus.

PARS III. CAP. III.

1 IAM vidimus in præcedente proximo capite,qualiter causæ ordinariæ possint coram A. C. in prima instantia introduci ab Actore sequitur videre, qualiter possint in eadem prima instantia coram eo introduci à Reo.

2 Si quis igitur vellet agere contra aliquem pro prætensa pecuniarum summa, vel alia quacumq; re,vel alias quomodolibet contra personam, seu bona alicujus,se jactando diffamaverit, A. tune Reus antequam cõveniatur, poterit in Tribunali A.C. coram Judicem sibi benevisо introducere judicium jactationis, prævio Monitorio, ut infra videlicet.

A

3 De Mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A.C sive R.P.D.NN. ejus in Civilibus Locumtenentis,& ad instantiam NN. principalis, exponentis ad ejus aures devenisse, qualiter NN. se jactavit,& jactat, velle molestare ipsum NN. de,& super solutione scutorum septem millium pro prætenso lucro dotali bo. me. NN. matris (vel super alia re,juxta facti contingentiam.)

Tenore præsentium.

Moneatur NN.exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum sub 500. ducatorum auri &c. & pro illis Mandati exequutivi,ac excommunicationis in subsidium, aliisque &c. pœnis,debeat ab omnibus ac singulis jactationibus,molestationibus,vexationibus, & perturbationibus, in & super præmissis, & præmissorum causa,& occasione illatis, præstitis, factis, ac præstari, fieri,& inferri comminatis, & præstandis,& comminandis in futurum,penitus, & omninò destitisse, cessasse,& se abstinuisse cessarique &c.fecisse,nullumque damnum,nullamque molestiam dedisse,nec intulisse, perpetuum silentium

lentium imposuisse, ipsumque Dominum Instantem à præmissis absolvisse, ac liberasse, damnaque, expensas, & interesse, præmissorum causa, & occasione passa &c. patien. & ac liquidan. &c. refecisse, præsentibusque &c. paruisse &c. deducens &c implorans &c. non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c. & si quis &c compareat &c. alioquin &c.

NN. Notarius Locus† Sigilli.

Aliud Monitorium simile virtute *l. unicæ* obtentum.

4 De Mandato Illustrissimi,& Reverendiss. D. A.C. sivè R.P.D NN. ejus in Civilibus Locumtenentis,& ad instantiam NN. Viduæ relictæ q. NN. principalis,eligentis forum nostrum virtute *l unicæ C.quando Imper.* ac exponentis, ad ejus aures devenisse,quod NN.jactavit, & jactat, se velle molestare ipsam NN. super usufructu bonorum Hæreditariorum à d.q.NN. ejus Viro sibi relicto in ejus ultimo nuncupativo Testamento,cum quo decessit,rogato per acta NN sub die &c.ad quod &c.

Tenore præsentium.

Moneatur NN.exadverso principalis, quatenus infra triduum proximum, sub 5 o. ducatorum auri, Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi, & in Juris subsidium excommunicationis &c.aliisque &c. pœnis,debeat ab omnibus,& singulis jactationibus,molestationibus,vexationibus, & perturbationibus, de,& super præmissis, & præmissorum causa, & occasione illatis,præstitis,factis,ac præstari, fieri, & inferi comminatis,& præstantis, & comminandis in futurum,penitus, & omnino destitisse, cessasse,& se abstinuisse, cessarique &c. fecisse, nullumque damnum, nullamque molestiam dedisse,nec intulisse perpetuumque silentium imposuisse,ipsamque D. Instantem à præmissis absolvisse & liberasse.damnaque, expensas, & interesse,præmissorum causa, & occasione passa &c patien.&c, ac liquidan. refecisse, præsentibus que &c.paruisse,deducens &c. implorans &c. & alias omni meliori modo &c.& si quis &c.compareat &c.alioquin &c.

NN. Notarius, Locus† Sigilli.

Aliud simile Monitorium extra Curiam.

5 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus,Utriusque Signaturæ Sanctissimi D.N. Papæ Referendarius,ac ejusdem Sanctissimi ejusque Camerarii, necnon causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque & Censuram in eadem Romana Curia, & extra eam latarum, ac litterarum Apostolicarum universalis,& metus Exequutor ab eodem Sanctissimo specialiter deputatus. Universis, & singulis RR.DD. Abbatibus,Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Canonicis, Custodibus. Thesaurariis, Sacristis,Canonicis, Parrochialium Ecclesiarum Rectoribus; eorum Locatenentibus,Plebanis, Vicepleb nis Cappellanis,Curatis,& non Curatis, cæteris quoque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscumque per Civitatem, ac Diœcesim NN.& alias ubi libet constitutis,illique, vel aliis,ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerunt, salutem in Domino, & nostris hujusmodi, immò verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis nupet pro parte,& ad instantiam NN. principalis fuisse coram nobis comparitum,& expositum, quod licet ipse spacio viginti annorum, & ultra, bona fide, & justo titulo possideret Casale, situm in Territorio NN. in loco nuncupato N. juxta bona NN.& NN.ac alios notissimos fines, nihilominus NN. exadverso principalis indebitè eum super dicto Casali molestare,& inquietare se velle jactavit, & jactat in grave ejusdem Exponentis damnum,& præjudicium, Ideò pro ejus parte de opportuno Juris remedio requisiti. Vobis omnibus & singulis supra nominatis, & vestrum cuilibet insolidum committimus, ac sub 500. ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applican. & in Juris subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis Sententiis,Censuris, & pœnis, præcipimus,& mandamus,quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam pro parte ejusdem Exponentis fueritis virtute præsentium requisisti,vel aliquis vestrum fuerit requisitus ex parte nostra,immò verius Apostolica, moneatis præfatum NN. exadverso principalem, prout Nos harum seriæ monemus,& requirimus,quatenus infra sex dies,quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos pro tertio, & peremptorio termino,ac monitione Canonica assignamus,sub 500 ducatorum &c. eidem Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi &c. aliisque &c. pœnis debeat à quibuscumque jactationibus,molestationibus, vexationibus,& impedimentis eidem NN. super dicto Casali quavis causa,& occasione illatis,& inferri comminatis, dummodo dictæ molestiæ judicialiter illatæ non fuerint,realiter, & cum effectu destitisse.cessasse,& se abstinuisse, cessarique &c. fecisse, nullumque damnum, nullamque molestiam dedisse,nec intulisse, perpetuumque silentium imposuisse,ipsumque NN. dicto Casali,ejusque fructibus,ac proventibus, liberè uti, frui,& gaudere permisisse, & à præmissis penitus absolvisse,& liberasse. Alioquin prædictum sic monitum: si in præmissis se fore gravatum senserit,peremptorie, citetis prout Nos citamus, quatenus sexta die post exequutionem præsentium,si juridica fuerit, sin minus prima die Juridica post eam sequente, legitimè compareat Romæ coram Nobis, seu R.P.D NN. nostro in Civilibus Locumtenente in judicio per se, vel Procuratorem legitimum, ad videndum in causa, & causis hujusmodi ad omnes, & singulos actus,& terminos necessarios, usque ad Sententiam definitivam inclusivè, procedi, aliaque fieri in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, Certificantes eumdem sic citatum,quod sivè compatuerit, sivè nos, Nos nihilominus ad hæc,& alia ejus contumacia, vel absentia non obstante, procedemus, Justitia mediante. Et insuper vobis,sub eisdem pœnis committimus, quatenus quibuscumque Judicibus Ecclesiasticis,& Secularibus ordinarius, & commissariis,ac aliis quibuscumque,& præsertim eidem NN. inhibeatis, prout Nos inhibemus, nè sub eisdem Sententiis,Censuris,& pœnis d. NN.

super

super præfato Casali, illiusque possessione, ac fructuum perceptione sub quovis prætextu, quæsito colore, vel ingenio directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè molestare aut in judicium alibi, quàm coram nobis trahere præsumat. Nos enim quod secus factum fuerit, revocabimus, & in pristinum reducemus. Absolutionem verò in præmissis Nobis, & Superiori nostro tantummodo reservamus, in quorum &c. Datum &c.

N Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

6 Monitorium est personaliter exequendum, etsi fuerit, in Curia exequutum, fit illius reproductio, & exequutionis adnotatio in actis, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

7 Coram Domino, meque &c. NN. Sanctissimi D.N. Papæ Cursor retulit, se ad instantiam NN. monuisse personaliter NN. prout in folio tenoris &c. omni &c.

Si verò Monitorium fuerit exequutum in partibus, seu extra Curiam reproducitur in actis, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

8 In Officio &c. NN. reproduxit Monitorium alias per acta mei obtentum, in Partibus legitimè exequutum una cum Instrumento ejus exequutionis à tergo, prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Exadverso Monitorium in Curia exequutum potest infra triduum à die executionis negari, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

9 In Officio &c. NN. negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideo nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, alias &c. omni &c.

Sed si Monitorium fuit exequutum extra Curiam, potest exadverso Monitus protestari, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

10 In Officio &c. NN. Procurator, prout docuit per Instrumentum publicum mandati procuræ, prout in folio, tenoris &c. & negando Monitorium, dixit narrata prout narrantur non fuisse, nec esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, & nisi servatis servandis, verificatis verificandis, & nisi ipso in quolibet actu legitimè citato alias &c.

11 Quo casu nisi Procurator citaretur in uno quoque actu, induceretur nullitas defectu citationis, sed si nec Procurator, nec alius comparet, ut supra, posset contra monitum extra Curiam existentem per contradictas ad ulteriora procedi juxta Praxim superius traditam *par. 1. cap. tertio numero primo, & seqq & numero 17. & seqq.*

12 Cæterum quia prima instantia regulariter contra Degentem extra Curiam debet terminari in Partibus, ubicumque judicium fuit, ut supra, aut alias cœptum coram A. C. & non potest aliqua ratione coram eo terminari, Pars monita potest citare Adversarium ad videndum remitti causam ad partes, ut infra videlicet.

A. C. N.

13 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum moderari Inhibitionem, & causam remitti ad Partes, attenta prima instantia, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi infra quinque (seu alium terminum Judicii benevisum &c.) cum Intimatione omni &c.

A. C N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus remisit causam, & alias prout in actis Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

14 Verum si A.C. nolet causam ad Partes remittere, & nihilominus veniret de Jure remittenda, posset adiri pro remissione Signatura Justitiæ citata Parte, juxta Praxim superius positam *par. 1. c. 13. n. 20. & seqq:* & porrigi commissio, ut infra, & alias juxta contingentiam facti, & obtineri rescriptum, ut sequitur, videlicet.

Fulginaten.

15 Beatissimè Pater, Devotus S. V. Orator NN. fuit nulliter, & indebitè conventus coram R.P. D. A.C. occasione cujusdam Casalis, seu prædii siti in Territorio Fulginaten. in loco nuncupato N. juxta bona NN: & NN. & alios notissimos fines, verum quia Orator, qui in Partibus assiduè commoratur, non potest aliqua ratione in prima Instantia conveniri in Curia cum prima Instantia sit in Partibus facienda, supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. A. C. ut suam moderetur Inhibitionem, causam ad Partes remittat committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, statum &c. pro plenè &c.

De mandato D.N. Papæ idem Judex moderetur, remittat, & procedat, ut petitur.

Placet D.N. Papæ Julius Cardinalis Sacchetus.

Rescripto obtento Commissioneque expedita, & in Capsa Judicis reposita, citatur Pars ad dicendum contra illam, ut infra, videlicet.

A.C. N.

Fulginaten.

16 Citetur NN. exadverso Principalis, ad dicendum contra Commissionem in actis exhibitam videndum admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Commissionem in actis exhibi[tam], & petiit, & obtinuit, ut supra, omni &c.

17 Successivè citatur Pars ad videndum remitti causam ad Partes, & moderari inhibitionem ut supra *num. 13.* & obtinetur remissio, ac elapso

termino in Decreto contento intimatione reproducta potest ad litum expediri Instrumentum remissionis, videlicet.

18 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus Vtriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Judex ordinarius sententiarum quoque & Censurarum, tam in Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum universalis & merus Exequtor ab eodem Sanctissimo D.N. Papa specialiter deputatus, Noverint universi, quod hos hodiè causam coram Nobis via ordinaria, de, & super quodam Casali, seù Prædio sito in Territorio Fulginaten. juxta suos notissimos fines rebusque alijs in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis ad Instantiam NN. contra & adversus NN. introductam attenta prima Instantia, citato, & intimato dicto NN. exadverso principali ad partes remissus, & harum serie remittimus, quæ omnia, & singula vobis omnibus supradictis intimamus, nè ullo umquam tempore de illis ignorantiam allegare valeatis, aut prætendere, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris, hac die &c.

19 N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumt. Sed si Signatura ordinavit oretenus eidem A.C. ut suam moderatur Inhibitionem, & causam ad partes remittat prout quandoque solet, etiamsi in commissione oretenus ordinari non sit petitum, tunc non est oqus præsentare Commissionem in actis, nec citare ad dicendum contra, sed sat est citare, ut infra, videlicet.

A. C. N.

20 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum moderari Inhibitionem, & causam remitti ad Partes juxta mentem Signaturæ, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus remisit causam, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Et successivè elapso termino in Decreto contento, & intimatione reproducta expeditur Instrumentum remissionis causæ ad Partes ut supra, si qui obtinuit, illud expedire velit.

Sed si causa debet remanere in Curia, & Pars monita est contumax, vel nihil relevans deducit citatur, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad docendum de quocumque suo prætenso Jure, & Interesse, & videndum sibi præfigi primum terminum ad procedendum, & probandum quicquid vult, & potest per omne genus probationis, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut supra, præfigi terminum decem dierum (vel plurimum, vel pauciorum arbitrio Judicis) cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus præfixit terminum, & alias, prout in actis, Instante. NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Exequuta; reproducta intimatione, ac termino præfixo elapso rursus citatur Pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

22 Citetur NN. ex adverso principalis, ad docendum de suo quocumque prætenso Jure, & Interesse, & videndum sibi præfigi secundum, & peremptorium terminum ad producendum, & probandum quicquid vult, & potest per omne genus probationis, ad p. d. Instante NN. principali sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, præfigi terminum quinque dierum (vel plurimum, vel pauciorum arbitrio Judicis) cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus præfixit terminum, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

23 Exequuta, & producta Intimatione, ac termino præfixo elapso, si Pars, ut supra, citata adhuc remanet contumax, vel nihil relevans deducit & non agitur de causa valorum ducatorum ducetorum auri de Camera excedente citatur eadem Pars ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, & proceditur ad expeditionem causæ, juxta superius tradita *par 2. cap. 4. num. 19. & seqq.* & fertur Sententia absolutoria ab impetitis, ut in Formula inferius posita, & alias mutatis mutandis, ut exigit contingentia facti, nec est necesse observare terminos substantiales.

Sed si valor causæ excedit ducentos ducatos auri de Camera, servantur termini substantiales, ut infra, videlicet.

A. C. N.

24 Citetur NN. exadverso principalis, ad libellandum, ad p. d. ad articulandum, ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad secundum, ad declarandum, ad jurandum de Calumnia, ad p. d. in terminis substantialibus, Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius

Decre-

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo puoducta, & repetita, & petiit & obtinuit seruari, ut supra, & admitti si, & inquantum, & omni &c.

Repetitio verò, & productio in actis potest fieri, ut supra *par. 1. c. 2. num. 11. & seqq.* & si nihil de novo est producendum, potest fieri, ut infra, videlicet.

25 Pro NN. contra NN.

In officio &c. NN. repetiit omnia jura, acta, & actitata, jesta, & facta per acta mei &c. ad causam quomodolibet facientia, in parte tamen, & partibus, & in quantum &c. petens &c. omni &c.

Demum citatur ad videndum reiterari, & ad sententiam, ut infra videlicet.

A. C. N.

26 Citetur NN. exadverso Procurator NN exadverso principalis, ad videndum reiterari omnes & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, absolvi instantem à censuris, ad effectum &c. deferri juramentum in suplemẽtum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa & audiendam sententiam definitivam in forma, ad ; p. d. Instante N N. principali ; sivè.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. & sententiari, prout in Cedula, quam Reverendiss. Dominus Locumtenens legit subscripsit, & mihi subsignavit, tenoris &c. super quibus &c. præsentibus Sociis testibus &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ absolutoriæ.

27 Christi nomine invocato, pro Tuibunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ coram nobis in prima, seù veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter NN. reum conventum ex una, & NN. actorem ex altera partibus, de, & super Casali sito in territorio N. in loco nuncupato N. juxta suos notissimos fines (vel de, & super alia re exprimenda, de qua agitur) rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus & declaramus dictum NN, absolvendum fore, & esse prout absolvimus ab omnibus, & quibuscumq; impetitionibus, diffamationibus jactationibus, molestationibus, & impedimentis præfato NN. super dicto Casali per eundem NN. præstitis, illatis, & inferri comminatis, & ob id eidem NN. Diffamato de, & super præmissis perpetuum silentium imponendum fore & esse prout imponimus victumque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solum, ut supra sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi, Ego NN. Locumtenens.

28 Ab hac definitiva sententia interponenda est appellatio, ut infra ante lapsum decemdium juxta superiùs tradita *pag. 1. c. 13. num. 2.* aliàs transit in rem judicatam.

Pro NN, contra NN.

29 Coram Domino, mequè &c NN. habita notitia de prætensa sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab ea, ac omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentiũ X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui Dominus dedit terminum juris, & interim &c omni &c.

Vel

Cui Dominus dedit reverentiales in formâ omni &c.

Tenor Cedulæ.

30 A quadam asserta sententia, seù decreto definitivo lata ut dicitur, seù facto per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super casali sito in territorio NN. in loco nuncupato N. juxta suos notissimos fines, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis Procuratur, & eo nomine dicti NN. sentiens, se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi & gravari &c. ab illa, sivè ab illo, ac toto processu desuper fabricato ad Sanctiss. D. N. Innocentiũ Papam X. ejusque Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, & appellat & æquè principaliter de nullitate dicit, petens semel, bis, tertio sæpe, sæpius sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus &c. à non admissione illius, ac toto ulteriori processu, iterum, ac toties quoties &c. appellat, provocat, & ut supra de nullitate dicit, itaut sit ultimus in appellando &c. & interim &c nihil innovari &c. aliàs de nullitate &c. & attentatis &c. protestans &c non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

31 Commissio verò in hoc judicio, in quo fine dubio datur appellatio ad utrumquè effectum potest expediri via ordinaria, & potest confici ut infra, & alias mutatis mutandi, juxta occurrentiam facti, videlicet.

Albanen.

32 Beatiss. Pater Dignetur S. V. causam, & causas appellationis & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum ab asserta definitiva sententia, seù Decreto definitivo, lata, seù facto per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentam in prima instantia ad assertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & super quodam casali sito interritorio N. in loco nuncupato N. juxta suos fines notissimos, rebusque aliis &c, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de jure &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, annexis, connexis, ac toto negocio principali, ac quibus, & quas &c. alicui S. V. Sacri Pallatii Apostolici Audituti audien. cognoscen. decidenfineque debito terminan. committere, &

mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque statum &c. pro plenè &c.

At in causâ non Rotali potest fieri commissio juxta formulam superius traditam *p.1. c.13.n. 29.* & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

33 Commissio autem in his causis ordinariis transit, & expeditur via ordinaria, nec necesse est partem citare, aut plenam signaturam, adire. Commissa verò causa appellationis proceditur ad Inhibitionem coram Judice commissario, ad praxim superius traditam *par.1.cap.13.num. 43. & seqq.*

In Camera.

34 Sed in Camera causa super jactationibus in prima instantia committitur prævia propositione, quæ à Clerico Mensario scribitur in libris Cameræ, ut infra (& alias juxta facti contingentiam) videlicet.

Ad Dominum NN.

35 NN. contra NN. committi causam jactationis, & jactationum, de, & super exemptione à vectigalibus ordinariis, & extraordinariis ex vero contractu, ut titulo oneroso, cum clausula, quam, & quas, & facultate inhibendi, omni, &c.

36 In cui propositionis margine Camera committendo causam alicui Clerico rescribit, ut supra.

Et deinde citatur pars adversa, contra quam causa fuit commissa, ad dicendum contra Decretum Cameræ, ut infra, videlicet.

Illustriss. Domino NN.

Civitatis Castelli exemptionis.

37 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra Decretum Cameræ, videndum admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandati procedi, & inhiberi, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetit Decretum Cameræ, die N. emanatum, & petiit, & obtinuit admitti, si, & in quantum, & ut supra, & inhiberi in forma, omni &c.

Ac proinde prosequitur judicium, observando alios termino s in eo servari solitos, sicut coràm A. C. ut supra, Termini verò substantiales sunt in d. judicio servandi in Camera, prout in prophanis de jure servantur.

In Rota.

38 Frequentissimè introduci solet in prima instantia causa in Rota, prævia commissione super jactationibus, ut infra, & alias cum narrativa opportuna, iuxta sanctorum contingentias videlicet.

Forolivien.

39 Beatiss. Pater. Licet devotus S. V. Orator NN. sit inquieta, & pacifica possessione iuspatronatus, ac præsentandi Rectorem Ecclesiæ NN. ex dotatione, & fundatione, & NN. pariter devotus S. V. Orator à d. Patrono præsentatus, & ab ordinario institutus, reperiatur in pacifica eiusdem sine cura Ecclesiæ, illisque fructuum, ac proventuum annui valoris ducatorum vigintiquatuor auri de Camera exceden. perceptionis possessione, ac propterea à nemine molestari debuissent nihilominus, quia Episcopus d. Civitatis Forolovien. & Confratres Laici in d. Ecclesia existentes velle omnes præfatos, & eorum quemlibet respectivè, de, & super d. Jurepatronatus, & ecclesia, seu beneficio, & eorum, & cujuslibet eorum respectivè pacifica possessio ne molestare, & vexare, se jactarunt, & jactant. Dignetur igitur S. V. causam, & causas jactationis, jactationum, ac molestationum hujusmodi, non tamen judicialiter illatæ, seu illatarum, nec in judicio quovis modo deductarum, cum omnibus incidentibus, deponentibus, emergentibus, annexis, connexi, ac toto negotio, principali, attento quod Episcopus molestat, alicui S V. Sac. Palat. Apost. Auditori (seu Locumtenenti) audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties in Curia, & extra, etiam per edictum, constito summariè &c. Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, statum &c. pro plenè &c.

In hac commissione non fuit apposita clausula quam, quas Orator habet, & movet &c. ne illam impetrant ex reo actor evadat, juxta inferius tradenda hoc eodem *cap.3 num.68.* si quis tamen hoc rei privilegio gaudere non curet, poterit d. clausulam apponere, ut in commissione sequenti.

Romana.

40 Beatiss. Pater, Devotus S. V. Orator NN. ut hæres ab intestato q. NN. eius Patris germani reperitur in pacifica possessione bonorum hæreditariorũ, ac hæreditatis ejusdem, verum quia NN. occasione asserti testamenti nulli Oratorem molestare velle super hæreditate, ac bonis hæreditariis præfatis, valurem ducatorum quingentorum auri exceden. se jactavit, & jactat. Dignetur igitur S. V. causam, & causas jactationis, & jactationum, ac molestationum hujusmodi, non tamen judicialiter illatæ seu illatarum, nec in judicio quomodolibet deductarum, una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui. S. V. Sac. Rotæ Auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum potestate citandi, inhibendi quos quibus, quoties Constitutionibus, stylo Palati cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunq; Statum &c. pro plenè &c.

Signatura Regentis Cancellariæ,

De Mandato Domini Nostri Papæ audiat Mag. N. citet inhibeat, procedat, ut petititur, & iustiam faciat.

Signatura C. Præfecti Signaturæ Justitiæ.

Placet D.N. Papæ Cardinalis N.

41 Exhibita commissione signata coram Auditore Rotæ, cui est directa, citatur pars adversa, ad dicendum contra Commissionem, juxta formulam superius traditam *par.1.c.13.n. 43.* & deinde proceditur ad ulteriora, servando alios terminos,

minos ut supra servari solitos, & qui etiam coram A. C. servari solent, servando, etiam terminos substantiales in prophanis, prout de jure sunt servandi, ut supra *par. 2. cap. 1. numer. 101.*

Observationes.

A

Gitur in hoc capite de remedio, *l. diffamari C. de Ingenuis manumissis*, quod est in foro valde frequens, nec minus illud intentationibus ut in dies experientia & Praxis rerum magistra demonstrat, quod judicium diffamationis, sed in Curia jactationis
42 frequentius nuncupatur.

43 Diffamatio igitur, seù jactatio duobus potissimum modis usurpatur in bonam videlicet, & in malam partem. In bonam partem accipitur pro divulgatione bonæ famæ, ut apud *D. Aug. de Civit. Dei lib. 3. Rom. Imperium tam longè lateque non potuisset augeri, & tam grandi gloria diffamari.* In malam verò partem frequentius usurpatur pro dissemination malæ famæ, ut apud *Tacitum à Nerone probroso carmine diffamatus contumalias ultum ibat.*

Rursus in malam Partem diffamatio accipitur, sive id jure, sive injuria fiat, jure, pro quando dicimus actionum, seù sententiam diffamare, injuria, prout quando aliquis, pravo affectu, ac malo Spiritu ductus, famam proximi lacerat, in quibus terminis procedit text. *ind. l. diffamari C.*
44 *de ingen. manumiss.*

Et dicitur diffamatio a verbo diffamo, seù in famo, quod est aufero famam, seù alicuius famã detrahendo maculo, juxta trad. per *Bart. in l. turpia*, ff. *de leg.* 1. cujus contrarium est famã restituo
45 Cæterum diffamator injustus delinquit occidit hominem, furatur nomen, probo testimonio lædit, *Lexic. iur. in verbo Diffamator*, & ob id punitur pœna Stellionatus, & alias arbitrio Iudicis, ut ait *Bald. cons. 230. omne factum in princ. lib 3.*

46 Remedium *l. diffamari, C. de Ingen. manumiss.* fuit de jure civili introductum, & quidem Summa ratione ad Hominum scilicet calumnias compescendas, & illorum malitiis obutandum, *Marches. de Commiss. Iact. par. 3. §. 1. n. 1. fol. 324.* & sic ad reprimendum eos, qui vel detrahunt, statui alicuius, & clare legitur *in d. l. diffamari* vel contenduut, se habere jus in bonis alicujus nàm diffamatio affert diffamato non modicum detrimentum, non solum quoad personæ integritatem, sed etiam quoad bona, præsertim in casu illorum alienationis, mala enim qualitas rei minuit illius æstimationẽ, *Socc. in l. 1 §. si Hares. ff. ad Senat. consult. Trebell.*

47 Et licet tex. *in d. l. diffamari*, simpliciter loquatur in causa Status, nihilominus omnimoda identitas rationis illius comprehendit subse etiam bona, non etiam tunc sit extensio, sed comprænensio, seù tacita dispositio, *Contard. in l. diffamari, limit. 3. n. 35. & seqq. C. de Ingen. manumiss.* latè *Marches.* qui hoc pluribus comprobat *de Commiss. iactat. p. 3. §. 8. n. 1. & seqq. fol. 324.*

48 Est autem diffamatio, seu jactatio propriè honoris, & famæ alicuius detractio, & denigratio *Bar. & DD. in l. turpia ff. de leg. Cagnol. in l. diffamari, n. 2. C. de Ing. manumiss. Socin. cons. 45. nu. 3. lib. 1, Marches. de Commiss. iactat d. 3. § 1. n. 2. fol. 332.* Minus † propriè verò est ad judicium
49 provocatio, nam diffamare est iudicium trahere, & provocare, ut ait *Bald. in l. diffamari, n. 6. C. de Ingen. manumiss. Aret. in rubr. Instit. de except. n. 23. vers. ac etiam potest, Marches. de Commiss.*
50 *iactat. d. §. 1. n. 3. fol. 329. & n. 42. fol. 331. Osasc. dec. 151. nu. 6. Boc. dec. 255. n. 6.* etenim diffamans, seù iactans impellit diffamatum ad se in judicio defendendum, & remedium, *l. diffamari* pro sua defensione intentandum, prout de magis communi DD. opinione testatur *Marches. de Commiss. iactat. d. par. 3. §. 1. n. 42. fol. 331.*
51 *Osasc. d. dec. 191. n. 8.*

Proinde infertur, quod in hoc jactationis judicio diffamans est actor diffamatus, verò. qui judiciũ intentat, est reus originarius, & naturalis, *Abb. in cap. si quis contra Clericum n. 2. de for. compet. Alex. cons. 103. lib. 5. Covar. var. resol. lib. 1. c. 8. nu. 4. & seqq. Gabr. de action. conclus. 6. n. 42. Marches. de Commiss. iactat. p. 3. §. 1, n. 33. fol. 329. ubi de communi. Contard. in l. diffamari, q. 1. n. 3. & seqq.* ubi de magis communi, *Capyc. dec. 18. Osasc. dec. 151. nu. 4. & seqq. & n. 10. Rota. dec 423. n. 3. par. 1. divers. & in Placentina Cappellania. 18. Novembris 1602. coram clar. me.*
52 *Card. Pamphilio Duran. dec. 60. n. 14.*

Et licet regulariter ille sit actor, qui prius in judicio agit, hoc tamen non procedit in remedio, *l. diffamari, Osasc. d. dec. 15. nu. 8.* nam † cum diffamatus fuerit, ut supra ad se defendendum provocatus, potius causæ naturalis, quam accidentalis origo est attendenda, *Alex. d. cons. 103. n. 6. lib. 5. Cravet. cons. 182. n. 2. Marches. de Commiss. iactat, par. 3. §. 1. nu. 34. fol. 329. Osasc. d. dec. 152. n. 4. in fin. & n. 1. in fin. Duran. dec. 60.*
54 *num. 13.*

Et per consequens Intentans remedium diffamationis, seù jactationis potest judicium introducere coram suo Iudice, coram quo diffamãs agendo illum convenire deberet, *l. cum. hi, §. transactione. ff. de transact. Bart. in l. societatem, §. Arbitrorum, ff. pro Soc. Alex. cons. 103. lib 5. Abb. in cap. si quis contra Clericum n. 2. de for. compet. de Cagnol. in l. diffamari n, 9. ubi de communi* & ibi *Contard. q. 1. n. 3. & seq. ubi de magis communi, C. de Ingen. manumiss. Gabr. de act conclus. 6. n. 41. Covar. var. resol. lib. 1. c. 18. n. 5. in fin. ubi. de magis communi Marches. de Commiss. iactat. par. 3. §. 1. n. 40. fol. 331. de magis communi, Roman. cons. 412. n.* & ibi *Mandos. in verbo conveniisset, ubi de magis communi, Vrsill. ad Affl. dec*
55 *268. n. Capyc. d. dec. 18. Osasc. d. dec. 151. n. 4. ubi de veriori.*

Et cum Intentans remedium *l. diffamari* sit verus Reus *Osasc. d. decis. 151. n. 4.* & his contra quem illud intentatur, sit verus Actor *Duran. d. dec. 60. nu. 14.* in dubio est pro d. Intentante, uti
56 Reo pronunciandum *Dec. in l. favorabiliter n. 2. ff. de reg. iur.*

Verum si Diffamattus habet plures Iudices ordinarios, coram quibus conveniri possit. & unum

unum elegerit, coram quo judicium diffamationis, seu jactationis instruxerit, an tunc diffamans possit coram altero ex dictis judicibus id quod prætendit agendo petere, & affirmativam partem tenet, *Marian Soccin. in c. proposuisti, n. 26. de for. compet. & Soccin. cons. 94. lib. 3.*

57 Sed contrarium, quod ille debeat agere coram primo Judice à diffamato electo, & coram quo fuit per citationem præventus, tenet *Io. Baptista Caccialup in l omnes populi, col. 14. ff. de iust. & iur.* quem refert, & sequitur *Felyn. in cap. cum sit generale. n. 6. de for. compet.* & in hac secun. opin. cum ea secundo loco referant, videntur residere. *Cagnol. in l. diffamari, nu. 10. in fin. ubi sed oppono. & Contard. ibidem q. 2. nu. 28. vers. contrariam*, C. *de Ingen. manumiss.* quam etiam, sequitur *Rom. consil. 412. n. 4. ubi de com.*

58 In hac quæstione *Marian. ubi supra* distinguit, quod aut agimus de judicio diffamationis intentato per diffamatum, & tunc per citationem coram Judice ab eo electo dicitur præventa jurisdictio illius Judicis nec hujusmodi judicium diffamationis potest ab eo avocari, aut agimus de judicio postea per diffamantem movendo super meritis, & negotio principali, & tunc quoad istud judicium ab alio separatum non dicitur facta præventio coram primo, sed poterit diffamatus agere coram alio Judice ordinario ejusdem diffamati, quàm distinctionem sequuntur, *Gabr. de act. concl. 6. num. 32. & Covar. c. 18. num 6.*

59 Verumtamen contrarium, quod per citationem dicatur præventa jurisdictio coram Judice à diffamato electo, itaut non possit causa principalis judicio diffamationis annexa, & connexa, ab eo avocari, tenent *Caccialup. Fel. Rom. & alij supra pro secunda opinione allegati*, unde ratio *Marian.* quod scilicet causa jactationis, seu exceptionis sit diversa à causa præfixionis termini ad agendum, non videtur subsistere. cum potius una alteri connexa dici debeat, & quia si primus Judex à diffamato electus remanet Judex super impositione silentii, utiq. diffamans tenebitur de jure suo docere coram eo, ne impositio silentii subsequatur.

60 Alia etiam ratio *Marian. Socc.* quod scilicet reus, provocans actorem ad judicium, debet adire eum Judicem, quem aditurus esset actor si is primum actione egisset, sed actor non egisset hoc casu coram Judice per reum electo sed coram altero, quem modo actor elegit, igitur ad electum ab actore causa est remittenda, non videtur subsistere, nam negatur minor, si enim judicium prius non intentasset, & Judicem elegisset, fortè actor coram eodem quem reus elegit, egisset, tunc enim aliquam suspicionis materiam, quam nunc ex ipsius diffamati electione concipere potuit, non habuisset, & quidem possibilitas sufficit, cum non probet hoc esse, quæ ab hoc contingit ab esse *ex vulgatis.*

61 Poterit tamen diffamans, si Judicem suspectum habet, illum suspectum, prout juris fuerit, allegare, quæ quidem suspicio in A. C. Tribunali de facili admittitur, ut ipsemet A. C. alium deputet, juxta praxim superius traditam *par. 1 c. 7. n. 20. & seqq.*

62 Sed conclusio, quod diffamatus intentans remedium *l. diffamari* sit reus, primò non procedit, quoad primam petitionem *Roman. cons. in princ. Duran. dec. 60. n. 12.* & sic non potest dici reus respectu primæ ordinationis judicii sed benè quoad decisionem, *Ias. in l. de Pupillo*, §. *si Procurator, n 4 ff. de nov. oper. nunciat. Contard. in l. diffamari, q. 1 n. 2.* C. *de Ingen manumiss.*

63 Secundò non procedit, quando ille in libello seu monitorio, seu commissione se expressè vocavit actorem, tunc enim est actor, non reus, cum nulla sit major probatio, quàm ex ore proprio, *l. 1.*

64 *ff. de Confessis.* & † de confessione facta in precibus, commissione, rescripto, seu libello, quod præjudicet confitenti, est tex. *in l. cum precum, ubi Bald. Salicet, & alij. C. d. lib. cauf. l. ne satisdatio*, ff. *rem rat. haber. Mandos. de commiss. iactat. part. 3. §. 1. nu. 38. fol. 331 Gabr de confes. conclus. 4. n. 1. & seqq. Osasc. dec. 138. n. 3. Caputaq. dec 190 num. 3. par. 1. & dec. 220. num. 3. & seq. par. 2.* & in specie de Commissione, tradit *Rota in Perusina Bonorum 11. Maij 1592. coram bo. me. Bravo, & in Elnen. Mineriorum*, 16. *Decembris 1585. coram bo. me. Orano quæ est dec. 298. par. 4. divers. & dec. 85. num. 10. par. 6. & dec. 94. num. 24. par 7. recen.* & quod confessio facta in libello præjudicet confitenti, probat tex. *in l. 2.* & ibi *Bart. & alij*, C. *de Inst.* cum aliis cumularis per *Gabr. de confess. concl. 4. num. 7. & seqq. Osasc. d. decis. 138 n. 3. Rota in d. Perusina Bonorum, 11 Maij 1582. coram bo. me Bravo,*

66 idemque † dicendum est in monitorio, cum monitorium sit loco libelli, ut per *Mandos. de monit. quæst 38. num. 3. vers. opinio affirmativa*, ubi de veriori, & in Praxi observata opinione testatur cum aliis cumulatis supra *p. 2. c. 4. n. 3.* &

67 quod confessio emanata in Monitorio præjudicet confitenti, tradit *Rota decis. 54. num. 8. p. 7. recent.*

68 Tertiò non procedit, quando commissio non fuit simpliciter impetrata super jactationibus sed complectitur omnes causas, quas idem committens habet. & movet, & habere, & movere vult, & intendit contra quoscunque, nam is obtinendo citationem, juxta formam commissionis, declarat se actorem, *l. in tribus ff. de iud.* à, qua declaratione resilire non licet, *Rom. cons. 343. n 13. & seq. Rot. in Syracusana quartæ, 16. Novemb. 1588. coram bo. me. Comitolo, quæ est eius dec. 34. & apud Post. de manut. dec. 65.*

69 Quartò non procedit ad effectum, ut diffamatus sit propriè reus, *Contard. in l. diffamari, q. 1.*

70 *n. 19. C. de ingen. manumiss.* & ob id Procurator habens mandatum ad defendendum non potest intentare judicium, *l. diffamari*, quia verba mandati sunt propriè intelligenda, *Put. dec. 413. per tot. lib. 1.*

71 Quintò non procedit, quando intentans remedium, *l. diffamari* non docet de suo interesse nam tunc non gaudet privilegio rei, *Rota in d. Placentina Capellaniæ, 8. Novembris 1602. coram clar. me, Pamphilio seniore.*

72 Licèt autem remedium *l. diffari* sit unicum, competit nihilonunus tam in causis civilibus, qua

quàm etiam in Criminalibus, *l. Titia ff. de accus. l. si ea quæ, C. de iis, qui accus. non poss. Bart. in l. si quis libertatem, num 8. ff de pet. Hæred. Gabr.* qui alios cumulat *de act. concl. 6. n. 2 Contard. in l. diffamari, ampl. 3. n. 25. C. de ingen manumiss. Mandos. de commiss. form. 5. iactat. & molest. in verbo imputare, Boer.*

73 *dec. 255. n. 7.* & † tam in Possessorio quam in Petitorio, tam in Actionibus personalibus, quam realibus, *Dec. in cap. in præsentia, n. 10. de probat. Gabr. de action. conclus. 6. n. 3. Contard. in d. l. diffamari, conclus. 2. n. 24. Boer. d. decis. 255. n. 7. Rot. decis.*

74 *26. n. 1. de Sent. & re iud. in antiq.* & † in causis Matrimonialibus, Dotalibus, Feudalibus, & aliis. *Gabr. de act. d. conclus 6. n. 7. n. 10. & per tot. Contard in d. l. diffamari ampl. 10 n 75. & seqq. ampl. 23. n. 168. & seqq. & ampl. 27. num. 185. & seqq.* &

75 † tam in Prophanis quàm in Beneficialibus, *Menoch. de recup. remed. 15. q. 27. num. 363. & seqq. Mandos. in reg. 29. de subrog. collit. n. 1. & seqq.* ubi tradit Formulam Commissionis in Beneficialibus quam paucis mutatis, etiam in Prophanis deservire posse asserit idem *Mandos. de Commiss. iact. & molest. form. 1. in princ. & in verbo Inquietare, Cassad. dec. 5 d. de rescript. & decis. 9. de caus. possess. &*

76 *propriet.* & † insuper etiam in Beneficialibus, causa simpliciter commissa, non autem limitativè, aut restrictivè ad possessionem comprehendit, tàm Petitorium, quàm Possessorium *cap. 1. de sequest. possess. & fruct.* & eo magis commissa causa jactationum, & molestationum de, & super Beneficio N. quia verbum molestare respicit utrumque, scilicet Petitorium, & possessorium, *Cassad. d. dec. 6. de rescript. & d. dec. 9. de caus. possess. & prop.* cum aliis cumulatis per *Mandos. in d. reg. de subrog. n. 5 & seqq.*

77 Et quod remedium *d. l. diffamari* competat in omnibus causis, tam Beneficialibus, quàm Ecclesiasticis, ac Prophanis passim observat Praxis, & Curia in omnibus Urbis Tribunalibus,

78 Signanter verò datur hoc remedium.

Primò contra filium exhæredatum ad proponendam quærelam.

Secundò etiam contra Episcopos, & Prælatos, & eorum Successores.

Tertiò etiam contra Fiscum, & Procuratorem Cæsaris,

Quartò contra Maritum respectu dotis.

Quintò etiam contra eum, qui directo agere non potest.

Sextò etiam contra Personas incertas.

Septimò contra impugnantes privilegia Principis ex defectu voluntatis.

Octavò contra Tutores, Curatores, & Hospitalarios.

Nonò contra diffamantem jura Ecclesiæ.

Decimò contra Excommunicatum.

Decimoprimò fundato judicio contra Diffamantem, etiam potest citari tertius ad contradicendum, latè *Gabr. de act. concl. 6. nu. 4. & seqq. usq; ad num. 17.* Latius *Contard. in d. l. diffamari ampl. 1. nu 9. ampl. 4. & seq. nu. 26. & seqq. ampl. 7. n. 33. & seqq amp. 8. nu. 40. & seqq. ampl. 9. num. 48. & seqq. ampl. 10. nu. 75 & seqq. ampl. 11, n. 85, & seq. ampl. 15. num. 103. & seqq. ampl. 21. n. 142. & seqq. & ampl. 24 n. 177. & seq.*

Cæterum ad hoc, ut remedio *l. diffamari* locus sit, plura requiruntur.

79 Primò quod Diffamans fuerit prævia citatione opportuna præventus ab ipso Diffamato coram aliquo Judice competente ejusdem Diffamati, alias Diffamans posset illum coram alio Judice competentes quando plures adsunt Judices competentes convenire *Marian. in d. cap. proposuisti, num. 26. de for. compet. Gabr. de act. d. con-*

80 *clus. 6. n. 32.* & † quod per citationem, etiam in hac materia *l. diffamari* dicatur prærenta jurisdictio, probat text *in l. si quis postea, ff. de iud.* & tradit *Roman. cons. 412. nu. 4.* ubi de communi testatur.

81 Quod si Diffamatus non solum prævenerit diffamantem, ut supra, super assignatione termini ad agendum, sed etiam cumulative super negotio principali, & veritate diffamationis, Judex à diffamato electus erit proculdubio Judex etiam in negotio principali, nec poterit super eo diffamatus à diffamante coram alio convenici, etiamsi ipse diffamatus haberet plures Judices competens, & diffamans coram alio ex eis illum convenire vellet, *Marian. in d. cap. proposuisti, n. 26. vers. & adverte circa id quod dixi de for. compet.* quem declarat, & sequitur in hoc *Io. Bapt. Ferret. cons. 39. nu. 2. & seqq.*

82 Secundò in Tribunali A, C. in specie requiritur, quod judicium coram alio Judice, seu in Partibus non sit inchoatum, & ob id in monitorio jactationum ad Partes transmittendo apponenda est clausula, *dummodo iudicium in Partibus non sit cœptum coram aliquo Iudice competente*, aliàs Monitorium non afficiat, *Paul. V. in reform. Tribun. Vrb. quæ est eius const. 71. Vniversi agri in §. & in Monitorys specialibus.*

83 Et pariter in Commissionibus jactationum solet apponi clausula, *non tamen iudicialiter illatarum, nec in iudicio quovis modo deductarum*, ut passim observat Praxis, & colligitur ex *Caval. decis. 587. num. 3. & ex alijs decisionibus in similibus clausulis emanatis.*

84 Et id jure merito, quia remedium *l. diffamari* debet intentari ante modum judicium non autem post, nam ubi supereset remedium ordinarium huic extraordinario locus non est, ad text. *in l. cum quædam Puella, vers sed. & si post susceptum, ff. de iur. omn. Iud. Bald. in l. si finita, §. eleganter, n. 4. & ibi etiam alij, ff. de damn. infect. Bald. in l. Pupillus, C. de usur. Pupil. Mandos. de Commiss. iactat. & molest. form. 1. in verbo inquietare, vers. Inter alia respondeo, Marches. de commiss. iactat. par. 3. §. 2. n. 13. fol. 339.*

85 Sed hoc non procedit in Monitorio, seu Commissione, & citatione cum inhibitione obtenta pro Vidua, quia illa gaudet privilegio, *l. unicæ, C. quando Imper.* ut possit variare *Marches. de commiss. iact. par. 3 §. 2. n. 15. fol. 339.* de quo latius infra in proximo sequenti capite dicemus.

86 Tertiò requiritur, quod intendans remedium *l. diffamari* nō sit segregatus à Communione Fidelium: nam Excommunicato excommunicationem majori non conceditur hoc remedium, *Felyn in cap. intelleximus, eo l. 6. n. 7. ante fin. vers. secundo allego, Paul. de Castr.* & ibi etiam *Aret. n 3. & n 7. Dec. nu. 32. & seq. & alij de iud. Contard. in l. diffamari, lim. 5. n. 82. & seq. C. de ingen. manumiss.*

Covar.

Covar. var. resol. lib. 1. c. 18. n 5. Afflict. dec. 268. n. 3. Ofasc. decis. 151. n. 7.

87 Quarto requiritur, quod intentans remedium *l. diffamari*, si vult gaudere Rei privilegio & auditi in hoc judicio, doceat de suo interesse, *Aret. cons. 68. n. 6. vers. item non est dubium, Gabr. de act. conclus. 6. n 37. in fin. Rot. decis. 801. n. 1. & seqq. par. 1. divers. & in Placentina Cappellaniæ, 8. Novembris 1602. coram clar. mem. Card. Pamphilio.* & † sic doceat de sua possessione, *Bald. in l. 3.*
88 *n. 2. vers. nota, quod aut Reus; C. qui bon. cid. poss Contard. in l. diffamari, q. 4. n. 40. C. de ingen. manumiss. Aret. d. cons. 68 n. 6. vers. Item non est dubium, Gabr. de conclus. 6 n. 39. Boer. dec. 255. n. 10. Rot. d. dec. 801. n. 1 par. 1. divers. & in d. Placentina Cappellaniæ coram clar. me Cardinali Pamphilio*, & de Iure suo *Innoc. in cap Abbate, n. 1. in fin. vers. & hac, de verb. signif. Aret. in d cons. 68, n. 6. vers. Item non est dubium, Felyn. in cap. olim n. 9. vers. unde dicit de reser.* cum aliis cumulatis per *Gabr de action. d. conclus 6. n. 37. & per Rot. d. decis. 801. nu. 2. par. 1. divers.*

89 Et ad docendum de interesse hujusmodi, non requiritur probatio plena, sed sufficit apparens tantum *Felyn in cap. veniens, il secondo, n. 13.* ubi dicit *Innoc. & omnes* ita tenere, & sic de communi testatur, *de testibus Covar. pract. quæst. c. 16. n. 1. vers. ita tamen*, ubi de communi etiam, testatur.

90 Sed hoc procedit in tertio Comparente pro suo interesse, non autem in ipso principali, nàm hic plenè probare tenetur, alias contra Intentantem remedium *l. diffamari* intrat exceptio tua non interest, nisi de interesse, ut supra probet concludenter, & plene ex prælegatis, *Rota decis. 801. n. 4. par. 1. divers.*

91 Quintò requiritur, quod Diffamanti præfigatur bina dilatio, & sic requiritur bina Iudicis monitio una post aliam ad probandum, ad hoc ut illi possit perpetuum silentium imponi, ita ut amplius deinde non auditur. *§. si autem ibi semel, & secundo admoniti in auth. de Eccles. tit. §. si quis autem non implens, ubi Glos. in verbo admonitus,* & ibi *Angel. n 15. in Auth. de Hæred. & falcid. Cepoll. caut. 210. Felyn. in cap. venerabilis 20 n. 9. de iud Aret. in rubr. Instit. de except. nu. 23. prope fin. vers. umum tamen tenemenli perpetuo, Gabr. de act. concl. 6. n 21. Contard. in l. diffamari, lim. 3. n. 31. ubi de communi, & q. 13. n. 87. ubi de communi. Marches. de commiss. iactat. par. 3. §. 1. num. 48. fol.* 333 ubi de magis communi, *Afflict. decis. 264. n. 4.* ubi quod ita fuit decisum *Boer. decis. 255. n. 10. & seq* ubi de magis communi, & ita observat Praxis *Salust. Tib. in Prax. lib. 2. c. 18. n. 1.*

92 Sed hoc Primò non procedit, quando Citatus, seu Monitus dixit nolle agere, tunc enim secunda dilatione, seu monitione, seu termino non est opus, *Felyn. in cap. ad petitionem, col. pen. de accusat. Contard. in l. diffamari. limit. 3. nu. 67. vers. limita nunc. C. de ingen. manumiss* cum aliis cumulatis per *Marches. de commiss. iactat. par. 3. §. 2. n. 50. & seqq. fol. 346.*

93 Secundò non procedit, quando prima monitio, seu citatio est facta comminatione de non audiendo ulterius elapso termino, nam nec etiam, tunc secunda monitio est necessaria, *Felyn. in c. accepimus n. 6. de fid. Instrum. Contard. in d. l. diffamari, limit. 3. nu. 70. vers. secunda limitatio.*

94 Tertiò non procedit, quando Iudex anno ulterius ad agendum terminum statuisset, nàm tunc secunda monitio non requiritur, sed temporis longitudo supplet ejus defectum, & in his terminis potest procedere opinio Tenentium unicâ monitionem sufficere, *§. si quis autem non implens, ubi Glos. in verbo admonitus,* & ibi *Angel. n. 15. in Auth. de Hæred & falcid. Contard. in d. l. diffamari, lim. 3. n 3. & seqq & n. 73.*

95 Cæterum si in termino, ut supra præfixo Diffamans agere incipiat, & deducat jus suum non agitur amplius de remedio *l. diffamari*, sed de bono jure, & meritis causæ *cap. in præsentia, ubi Aret. n. 3. & seq. Felyn. n. 3. col. vers. unum aliud, Dec. n. 14. vers. quarto nota de probat Cagnol. in l. diffamari, nu. 11. C. de ingen. manumiss Aret. in rubr. Instit. de except. n 23. vers. si autem Actor.*

96 Sed hoc non procedit, quando diffamans non deducit jus suum, nec agere incipit, tunc enim Iudex debet pronunciare illum non esse amplius audiendum, imponendo ei perpetuum silentium *Glos. in d l. diffamari in verbo sententiam,* & ibi DD. *C. de ingen. manumiss. Aret in rubr. Instit. de except. n. 23. vers. ex hoc apparet, & nu. 33. vers. sed tu posses tenere*, cum aliis super allegatis,

97 Sextò, ut diffamatus possit cogere Diffamantem ad agendum, debet Iudici constare saltem summariè de Diffamatione, alias illum compellere non potest, *Bart. in l. Titia. n. 8. ff. de accusat. Bald. in l. 2. C. ne fil. pro Pat. Salicet. in l. 3. n. 2. C. qui bon. ced. poss. Aret in rub. Instit. de except. nu. 23. vers. ex quibus nota, Alex. cons 108. n 7. lib. 1. Gabr. de act. con. l. 6. n. 24. Cagno. in l. diffamari n. 6. C. ingen. manumiss. Covar. var. resol. lib. 1. c. 18. n. 2.*

98 Et per consequens Diffamatio in actis probari, *Aret. in rubr. Instit. de except. nu. 23. vers. ex quibus Salic. in l. 3. num. 3. C. qui bon. ced. poss. Covar. var. resol d. lib. 1. c. 18. nu. 2. Gabr. de act. concl. 6. n 24. Contard in l. diffamari, q. 7. n. 45. & seq. C. de ingen. manumiss. Boer. dec. 255. n 7. vers. & ista diffamatio.*

99 Possunt in hac materia *l. diffamari* recipi Testes etiam lite non contestata, *Butr. in cap. cum olim, n. 10. vers. tertius intellectus, de test. Gabr. de act. concl. 6. n. 17. Marches. de commiss. iactat. par. 3. §. 2. n. 45. fol. 332.*

100 Alias si non constat de Diffamatione, præfixio termini non valet *Roman. cons. 53 visis sub n. 1.* & ibi *Mandos. in verbo impetrare*, cum desit judicii fundamentum, scilicet ipsa Diffamatio, *Bald. in d. l. 2. in fin. C. ne fil. pro Pat.*

101 Non tamen interest, an diffamatio, quæ præcessit, fuerit judicialis, vel extra judicialis, *l. diffamari, ubi Bald. in princ. Cagnol. n. 6. & Contard. q. 7. n. 46. & seqq. C. de ingen. manumiss. Soccin. cons. 45 visis, n. 3. Covar. var. resol. lib. 1 c. 18. n. 8. vers. & erit satis.*

102 Si tamen in monitorio, seù Commissione jactationum adest clausula, *non tamen iudicialiter illarum, nec in iudicio deductarum*, probanda est Diffamatio. seù molestia extrajudicialis, alias Monitorium seu Commissio non relevaret,

Cavaler

Cavaler. dec.587.n.1. & seqq.

103 Ex quibus patet, quòd licet regulariter nemo agere cogatur invitus, nec possit alicui præfigi terminus ad agendum, *l. unica, C. ut nemo invit.*

104 *Roman. cons.33. n 1. in fin.* & † Maledictum, si à levitate proficiscitur, contemnendum sit *leg. prima, C si quis Imper. maled.* si ab Insania, miseratione dignissimum, si ab injuria remittendum, cum lubricum linguæ non sit de facili ad pœnam trahendum, *l. famosi, ff. ad leg. iul. maiest. Contard. in l. diffamari, in rat. dubit. n. 1. & seqq. C. de Ingen. manumiss.*

105 Hoc nihilominus non habet locum, quando aliquis errore, vel dolo diffamat Statũ alterius, vel jactat se habere jus in rebus, seù bonis alicujus, *l. diffamari* & ibi, DD. & *singanter Contard. ampliat. 1.n.7. C. de ingen. manumiss. Roman. d. cons.53.n. 1.* cum aliis supra allegatis.

106 Verum conclusio, quod Diffamatio sit, ut supra, probanda, Primò non procedit, quando aliàs subesset calumnia suspicio, vel alia justa causa, nam tunc alia Diffamatio non requiritur. *Innoc. in cap causam quæ, nu.5.qui fil. sint. leg. Felyn. in cap. penult.n.8.de iud. Bart. in l edita, n.3. C. de eden. Bald. in l Pupill. C. de usur. Pupill.* cum aliis cumulatis per *Contard. in l. diffamari, ampl. 1. numero 1 C. de Ingen. manumiss. Marches. de Commiss. iactat. p. 3. §. 2. numero 44. vers. Immo, fol. 332. Covar. var. resolut. lib. 1. cap. 18. nu. 8. Boer. dec. 255. num. 7. vers. quæ probatio, ibi, vel recessu.*

Iustæ autem causæ sunt plures, & signanter

107 Prima est recessus, quando scilicet Officialis, Scholaris, vel Stipendarius est à loco Officij, Studij, vel Stipendij recessurus, si nolit in Patria posse conveniri, nam poterit per proclama statuendum curare terminum ad agendum contra aliquid ab eo Prætendentes, cum comminatione quod eo elapso quis non audiretur, & obtinere absolutoriam, *Contard. in l. diffamari ampl. 1. num. 2.* & idem in Peregrino tradit *Boer: decis. 255. n. 7. vers. quæ probatio, ibi vel recessu.*

Secunda procrastinatio, quando Judex vide Actorem expectare tempus, pro Reus probationibus careat.

Tertia Exhæredatio, nam Filio exhæredato statuitur terminus ad proponendam querelam, *l. Papianus, §. si quis post, ff. de inoff. test am.*

Quarta ædificatio non statim destruenda, quando statuitur terminus Ædificanti, quo fundus petitur, ad agendum jus sibi esse; ædificatum habere, *leg. à quo fundus, ff. de damn infect.*

Quinta nunciatio novi operis, nam hæc est species provocationis.

Sexta Protestatio, nam hæc continet in se quamdam Diffamationem judicialem, seu minam, de agendo.

Septima Actio, vel exceptio præjudicialis est justa causa, ut Judex præfigat terminum ad agendum.

Octava Contumacia, nam ejus ratione Judex potest statuere terminum ad agendum.

Nona Timor rixæ, quando Judex timet, ne Partes de possessione contendentes veniant ad arma, potest etiam ex Officio statuere partibus terminum ad probandum.

Decima obligatio mutua, quando quis tenetur ad aliquid, ut recipiant aliud, nam Judex potest ei, qui tenetur, præfigere dilationem, ut faciat, seù præstet, quod debet, & deinde recipiat.

Decima prima damnum emergens, quando res in bonis meis sunt delatæ, & afferunt eis damnum, & ego ignoro cujus sint, nàm potest Judex per proclama præfigere Dominis terminum ad eas tollendum, aliàs censeantur habitæ pro derelictis.

Decima secunda Æquitas, ex qua Judex potest abbreviare dilationes, nàm ex eadem ubi illa militat, poterit statuere terminum ad agendum

Decima tertia Actio ab invito proponenda nàm in decem, & in septem casibus in quibus quis agere cogitur invitus, de quibus per *Glos. & DD. in c. 1. §. 1. de rest. Spoliat. in 6.* poterit etiam Judex præfigere terminum ad agendum.

Quas quidem causas latè refert, & comprobat *Contard. in l. diffamari, ampl. 1. per tot. nu.3. cum viginti seqq. C. d. Ingen. manumiss.*

108 Secundò conclusio, quod Diffamatio sit probanda non procedit quando una cum remedio *l. diffamari*, cumulatur, prout fieri solet, remedium *l. si contendat, ff. de Fideiuss.* tunc enim nõ requiritur aliqua Diffamatio, seù Diffamationis probatio, *Covar. var. resolut lib.1.c.18.num.3.* ubi quod hæc duo remedia in Praxi pro faciliori causarum expeditione misceri, & cumulari posse, obtentum est.

109 Sed licèt Intentans remedium *d. l. si contendat* non teneatur probare Diffamationem, tenebitur nihilominus probare ejus exceptionem & jus intentatum sibi competere, ut post *Innoc. in c. cõquerente, n.1 de offic. Ordin. & Castr. in l.2. C. de ord. Iud.* quos allegat tradit *Cont. iud. l. diffamari, ampl.17. n. 26. C. de Ingen. manumiss.*

110 Ultra remedium igitur *d. l. diffamari, C. de Ingen. manumiss.* proditum est etiam remedium, 1.

111 *l. si contendat, ff. de Fideiuss.* quod † videtur pinguius providere, quàm provideat remedium *d. l. diffamari*, & remedio *d. l. si contendat*, simile est remedium *l. Aurelius, §. centum ff. de liber. leg.*

112 At proindè Timens molestiam potest adire Judicem, coram quo ab Adversario conveniendus esset, si ille ageret, & petere declarari, se non esse debitorem, & alias sibi exceptionem legitimam competere vel habere meliora, & potiora jura, & ob id Adversario super actione perpetuum silentium imponi, *d. l. si contendat ubi Glos. & DD communiter, ff. de Fideiuss. à l. Aurelius. §. centum, ubi Gloss & DD. ff. de lib. leg. l si duoc. Patroni, in princ. ubi not. ff. de Iuretur. l.3. C. qui bon. ced. poss. Bart. in l. si finita, §. eleganter, nu. 4. ff. di damn. infect. Abb in c. si quis contra Clericum, n.2. vers. unde licèt, defor. compet. Felyn in c. significavit n.5 de Test. Roman. cons. 412. n.* & ibi *Mandos. in verbo inquietari, Covar. var. resol. d. li.1. c.18.n.3* ubi de cõmuni, *Contard. ind. l diffam. ampl.17.nu.108. ubi de receptiori DD. opinione testatur, C. de Ingen. manumiss.*

113 Et ob id cum Intentans remedium *d leg. si contendat, & d. leg. Aurelius §. centum*, petat pronunciari super exceptione, non est mirum, si in hoc judicio est Reus, & gaudet Beneficijs, &

prærogativis Reorum, ac si remedium *d. l. diffamari* intentasset. *Contard. in dicta l. diffamari ampl. 17. n. 123. vers. tu autem adverte.*

114 Et licèt *d. l. si contendat*, loquatur in Fidejussore proponente exceptionem, ne conveniatur insolidum, & ut fiat divisio inter Confidejussores, tamen locum habet in quocumque Reo exceptiones peremptorias habent, excumulatis per *Cagnol. in l. diffamari, num. 5. vers. sexto amplia. C. de Ingen. manumiss. & per Osasc. dec. 151. numero 10.*

115 Primò igitur differunt hæc remedia inter se in modo articulandi, & probandi *Contard. in l. diffamari, ampl. 17. nu. 126 C. de Ingen. manumiss.* & patet ex allegatis supra, *vers. Secundo concluso, nu. 108. & vers. sed licet, n. 109.*

116 Secundò differunt, quia in remedio *d. l. diffamari*, Actor cogitur agitur in termino, aliàs ei imponitur silentium, sed in remedio, *l. si contendat*, & *l. Aurelius*, §. *centum*, Actor cogitur agere statim, aliàs Judex procedit super exceptione & Agenti imponit silentium, *Soccin. cons. 94. num. 6. lib. 3.* quem sequitur *Cagnol. in l. diffamari, num. 5. C. de Ingen. manumiss. Osasc. dec. 151. num. 12.*

117 Tertiò quia intentans remedium *l. diffamari* compellit Adversarium ad agendum, & dandum libellum contra se, alias eo non agente imponitur ei silentium, ad intentans remedium *l. si contendat, & l. Aurelius*, §. *centum*, non compellit Adversarium ad dandum libellum sed instat pro declaratione juris sui, & requirit Adversarium, ut contra dicat, si sua putaverit interesse, quod si non contradixerit, Sententia declaratoria illi præjudicabit, *Castr. in l. numero 2. C. de ordin. Iudic.*

118 Quartò differunt, quia in remedio *l. diffamari* agitur diffamans à diffamatione cesset, adeò ut non possit peti pronunciari super jure suo, ut puta super legitimatione, sed in remedio *l. si contendat, & l. Aurelius*, §. *centum*, agitur ad declarationem juris sibi competentis, *Contard. in l. diffamari, ampl. 17. nu. 124. C. de Ingen. manumiss.*

119 Proindè non videtur subsistere id, quod dixit *Soccin. d. cons. 94. nu. 6. lib. 3.* quod in remedio *l. si contendat, & l. Aurelius*, §. *centum*, Actor cogatur agere statim, nàm aute Sententiam declaratoriam contradicere, & agere poterit, aliàs Sententia declaratoria super exceptione lata illi nocebit, ut per *Castr. ubi supra*, & ob id potius causativè, quam statim tenetur agere, & contradicere petitæ declarationi, & si Actor non probaverit, Contradicens absolvetur per *l. qui accusare C. de eden.* ut benè observavit *Contard. in l. diffamari, ampl. 17. num. 125.*

120 Quinimò qui ut præmissis patet, ultra differentiam à *Soccin.* inter dicta remedia allatam adsint, ut supra, aliæ notabiles differētiæ, nec etiam subsistit id, quod idem *Soccin.* ibidem asserit, quod inter dicta remedia non sit nisi unica differentia per eum allata, superius *versic. 2.* differunt *num. 116.* à nobis relata.

121 Quinrò differunt secundum *Bald.* Nam aut quis, & tunc cessat assignatio termini, & impositio silentij, Aut diffamat, & tunc aut de causa Status, procedit text. *in l. diffamari*, C. *de Ingen. manumiss.* Si de crimine, & tunc, si in judicio assignatur terminus ad agendum, *c. licet. in Beato Petro, de accusat. l. Titia, ff. de accusat. l. si ea quæ, C. de his qui accus. non poss.* si extra judicium & faciem Judicis, tunc officium mercenarium non pertinet ad Judicem, sed Diffamator tenetur actione injuriarum, *l. lex Cornelia*, § *fin. & l. item apud Labeonem*, §. *si quis non Debitorem, ff. de iniur.* Si verò ex talibus verbis Diffamatoriis oriatur controversia possessionis, tunc potest agi remedio *Glos. in l. Aurelius*, §. *centum ff. de lib. leg.* Ita distinguit *Bald. in Margarita ad Innoc. in verbo Silentium*, quem refert *Georg. Natt. in Clem. sæpè, in princ. in 5. not. in 3. art. princ. num. 16. vers. Bald. verò de verb. sign. & Contard. in l. diffamari. ampl. 17. n. 124. & seq. & limit 7. n. 104. & seqq. C. de Ingen. manumiss.*

122 Verumtamen circa hanc *Bald.* distinctionem.

Primò observandum est, quod licèt quando quis silet, cesset assignatio termini, & impositio silentii in terminis *d. l. diffamari*, ut colligitur ex illo textu. & tradunt *ibi DD.* superest tamen remedium, *l. si contendat ff. de Fideiuss.* in quo Diffamatio non requiritur, nam sicut Diffamatus potest contra Diffamantem intentare remedium *l. diffamari*, ut supra, ita potest is, cui competit exceptio, principaliter Judicem adire, & implorare Judicis officium, ut declaret sibi exceptionem competere, & exceptione sua eum defendat *l. si contendat ubi Glos. communiter recepta ff. de Fideiuss. Cagnol. in d. l. diffamari, num. 5.* ubi de communi testatur, *C. de Ingen. manumiss. Covar. var. resol. lib. 1. c. 18. n. 3.* ubi de communi testatur.

123 Secundò, licet adversus Silentem non detur remedium *l. diffamari*, observandum tamen est, quod hoc procedit regulariter, datur nihilominus cautela intentare volenti prædictum remedium, quod faciat se diffamari ab alio super re, super qua vult d. remedium, ut supra. intentare, & tunc virtute hujusmodi diffamationis intentet d. remedium contra d. Diffamantem, nam fundato Diffamationis judicio contra eum, poterit quoscumque alios sua interesse putantes, de quibus suspicatur, citari facere, & terminis solitis præfixis, illis non agentibus repottare, servatis servandis ut supra, Sententiam favorabilem cum impositione silentii, *arg. Auth. si omnes C. si Minab. hæred. se abstin. & leg. at qui natura*, §. *si cum me absente, cum ibi not. C. de neg. gest.* quam cautelam notanter tradit *Bald. in Auth sed & si quis ab aliquo, numero decimo, vers. cautela C. de Test. Salic. in leg. at qui natura*, §. *si cum me absente, num. 2. vers. quæro secundo, ff. de negot. gest. Georg. Natt. in Clem. sæpe, in prin. in quinto not. at tertio art. princ num. 16. versic. & quia dixit Bald. de verb. signific. Contard. in leg. diffamari, ampliat. 21. num. 142.* ubi *in fine* quod ab hac cautela non est recedendum, *& num. 143. & seqq. & limit. 7. num. 106. in fin. C. de Ingen. manumiss. Boer. decis. 255. num. 6*

124 Tertiò observandum est, quod remediū *l. diffamari* non solū competit in causa Status, ad quam videtur

videtur in dicta distinctione se restringere *Bald.* sed in omnibus causis, tam civilibus, quàm criminalibus, ut superius *versic licet autem remedium, n.* 72. comprobavimus, & quod d. remedium habeat locum, etiam in Diffamatione civili, & sic ubi non agitur causa Status, sed rei, temporalis, tradit etiam *Innoc. in cap conquærente, n.* 1. *& seq.* & ibi *Butr. col* 4 *n.* 29 *vers. ad secundum dic. de offic. Ordin. Roman. cons.* 53. *vi sis num.* 1. *Georg. Natt. in d. Clem. sæpe, in princ in* 5. *not. ab in* 3. *art. princ. num.* 16. *in princ. de verb signif. Rot. dec.* 2. *de dilat. in antiq.*

125 Quartò denique observandum est, quod non solum potest agi remedio *l. si contendat. ff. de Fideiuss. & l. Aurelius.* §. *centum. ubi Gloss. ff. de lib. leg.* quando ex verbis diffamatoriis oritur contentio super Possessione, ut ait *Bald.* ubi supra, sed etiam in aliis casibus, ubicumque legitima exceptio competit, etiamsi Diffamatio non præcesserit, & colligitur ex dd. Juribus, ut ex *Gloss in d.* §. *centum* & constat ex allegatis supra *vers. verumtamen circa n.* 122.

126 Septimò in hoc judicio requiruntur termini substantiales, ut supra, de Stylo Curiæ servari soliti, prout passim servat Praxis, & Curia, idque cantius esse denique concludit *Salust Tib. in Prax. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 7.

127 Sed hoc non procedit in Tribunali A. C. in causis à ducentis ducatis de Camera infra, nam in eis A. C. procedit terminis etiam non servatis, juxta ejus notorias facultates *Paul. V. const.* 28. *Eximiæ,* §. *eas videlicet*, de quo latius diximus supra *p.* 2. *c.* 1. *num* 97. *& c.* 4. *num.* 2. *& n.* 20. *& seqq.*

128 Quæ quidem terminorum observatio etiam de Jure benè procedit, cum in hoc Jactationis, seu Diffamationis judicio Judex possit non solum præfigere terminum ad agendum, sed etiam ad articulandum, & producendum omnia ex cumulatis per *Gabr. de act. concl.* 6. *n.* 11. *& seqq. Contard. in d. l. diffamari, ampl.* 13 *nu.* 89. *& seq. C. de Ingen. manumiss.*

129 Octavò denique post dilationes elapsas, & terminos servatos, ut supra, sicut in aliis, ita etiam in hoc judicio requiritur citatio specifica ad Sententiam audiendam, *Contard. in d. l. diffamari, q.* 13. *n.* 87. ubi quod nemo adhuc dixit in hoc contrarium, & *num.* 88. ubi de communi *Marches. de Commiss. iact. p.* 3. §. 1 *n.* 48. *vers. sed hoc, fol.* 333. ubi de receptiori.

130 Ex quibus omnibus manifestè colligitur, quod Diffamatio illum inter cæteros notabilem operatur affectum, ut possit diffamanti, in terminis præfixis non agenti, per Sententiam perpetuum silentium imponi, quæ quidem Sententia, cum aliam post se non expectet, definitiva reputari debet, prout sub his verbis, *silentium imponimus*, definitivam fieri posse, tradit *Roman. in l.* 1. *n.* 2. *ff. de re iud.* per tex. *in l. Aurelius*, §. *centum iuncta Gloss. in verbo consequii ff. de lib. legat.* illamque definitivam esse, tradit *Abb. in cap. cum olim num.* 8 *de Test. Dec. in c. licet causam num.* 112. *vers. ultimo nota, de probat. Socc. in c. quoniam frequenter, num* 28. *& num.* 46. *ut lit. non contest. Bald in l. Præses in fin. num.* 8. *C. de Sent. Iaf. in l. Argentarius*, §. *cum autem, num.* 2. *ff. de eden.* & aliis, quos congerit, *Gabr. de act conclus.* 6. *num.* 19. *Contard. in l. diffamari oppos.* 2. *num* 46. *& seqq. C. de Ingen. manumiss. Boer. decis.* 255. *num.* 12.

Licet contrarium dixerint *Rip. in rub. de re iud. n.* 11. & alij, quos refert *Gabr. d. concl.* 6. *num.* 19. *vers. Contrarium.*

Pro Concordia tamen traditur hæc distinctio,
131 Quod aut fuit in hoc judicio lis contestata, & tunc Sententia de super lata est definitiva, aut non fuit contestata, & tunc est interloquutoria, *Franc. in cap. cum cessante, quæst.* 24. *col. fin. versic. quid autem de Sententia, de Appellat.* quem sequitur *Gabr. de act. conclus.* 6. *numero* 20. *Maran. de ord. iud. in* 3. *par.* 6. *part. princ. act.* 1. *num.* 34.

132 Sed hæc distinctio patitur difficultatem, quia cum Sententia in judicio Diffamationis, seu Jactationis lata aliam post se non expectet, & negotio principali finem imponat, utique definitiva reputari debet, *leg. prima ff. de re iud. Bald in l.* 1. *num.* 2. *C. Sent. rescind. non poss. Maran. de ord. iud. in* 3. *par.* 6 *part. princ. act.* 1. *num.* 3. *Boer. decis.* 79. *num.* 8. cum aliis allegatis supra hac eadem *par.* 3. *cap.* 2. *litt. C. vers. Sententia definitiva, num.* 47.

133 Secundò pro Concordia traditur alia distinctio scilicet, Quod aut in procedendo fuit servatus ordo judiciarius de Jure requisitus, & sic aut fuerunt servati termini, & solemnitates judicii ordinarii, & tunc Sententia inde emanata est difinitiva, aut dictus ordo, & solemnitates de Jure requisitæ non sunt servatæ, & tunc Sententia est interloquutoria habens vim definitivæ, sic distinguit *Marches. de Commiss. iactat. par.* 3. § 2 *num* 82 *fol.* 351. ubi allegat. *Contard. in l. diffamari in oppos. num.* 47. *& seqq.* qui ibi potius tenet contrarium, si rectè inspiciatur.

134 Sed hæc quoque distinctio videtur habere difficultatem, si quidem terminis, & solemnitatibus de Jure requisitis non servatis, Sententia à nullitatis vitio salvari non potest.

135 Quatenus verò hæc *Marchesani* distinctio referatur ad litis contestationem, intelligendo quod lite non contestata Sententia sit interloquutoria, distinctio remanet eadem cum prima, nec ideo cessat difficultas, tùm ex præmissis, tùm quia in remedio *l. diffamari* litis contestatio non est necessaria, Vel quia agitur de causa liberali, seu libertatis, in qua ferri potest Sententia definitiva, etiam in lite non contestata, *leg.* 3. §. *fin. ff. de lib. Hom. exhib. l. diffamari*, C. *de Ingen. manumiss. cap. cum olim, ubi Gloss. ab omnibus approbata, in verbo, Sententiam, Innoc. num.* 3. *& seqq. Butr. num.* 1. *in quarto not. & num.* 10. *& Imol. numero* 2. *de Test. Contard. in dicta leg. diffamari, in secunda oppos. num.* 47. *ubi de communi*, C. *de Ingen. manumiss.*

136 Vel quia ubicumq; non cadit missio in possessionem ex primo, & secundo Decreto, nec potest Petenti aliter consuli, nisi feratur definitiva, prout in causa liberali, & judicio diffamationis in quo agitur pro retinenda possessione, devenitur contra Contumaces ad Sententiam defi-

nitivam absque alia litis contestatione, *Marian. Soccin. in c. quoniam frequenter, in prin. limit. 23. n. 28. in prin.* ubi de communi testatur (licet ipse excepto remedio *l. diffamari*, in reliquis contrarium teneat) *& limit. 50. num. 46. ut lit. non contest. Contard. in d. l. diffamari n. 47: & seq.* cum alijs supra allegatis.

137 Subdit tamen *Contard. in d. l. diffamari, q. 22. n. 142.* quod tantum respectu ordinis judiciarij, ex quo deficit litis contestatio, posset dicta Sententia considerari ut interloquutoria, & sic probabiliter sustinere distinctio *Franc.* licèt DD. ab eo allegati eam confirment.

138 Sed nihilominus, cum hæc Sententia definiat negocium principale, ut diximus supra *vers. sed hæc distinctio num. 132.* & modicum, vel nihil participet de interloquutoria, potius definitiva reputari debet, arg. *l. quæritur. ff. de stat. Hom. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 20 n. 5.*

139 Verumtamen in Tribunali A. C. nihil refert, an in judicio Diffamationis de Iure litis contestatio, nec nè, requiratur, quia A. C. habet facultatem procedendi in omnibus causis summariè, pro ut in beneficialibus, *Paul. V. const. 28. Eximiæ §. eas videlicet.*

140 Proindè in causis ordinarijs coram eo vertentibus, licèt servetur tela judicij ordinarij, de quà supra, & Sententia feratur definitiva, ut Praxis observat, quæ dictas facultates, ut supra, declaravit, *ad l. si de interpretatione. ff. de leg.* non tamen in eis aliqua litis contestatio est necessaria.

141 Tum quia in dicto Tribunali causæ omnes ut supra sunt summariæ, & in summarijs litis contestatio non requiritur. *Clem. dispendiosam, de iud. & Clem. sæpè de verb. sign. Bart. in extravag. ad reprimendum, in verbo & figura, n. 4. vers. item. an sit Gem. cons. 145. n 1. in fin. vers. non obstat, Roman. cons. 174. n. 4 vers. 3. quia Alex. cons. 181 n. 7. lib 6. Papien. in Prax. in form. libell. act. real. §. executioni demandare n. 9, Rot. dec. 3. lit. cõtest. in nou. Marian. Soccin. in cap. quoniam frequenter, in princ. nu. 26. ut lit. non contest. ubi à nu 9 usque nu. 78.* octuaginta duos casus enumerat in quibus litis contestatio non requiritur.

142 Tum etiam quia A. C. in causis ordinarijs virtute dictarum facultatum procedit prout Beneficialibus, in quibus aliqua litis contestatio non est de essentia, *c. quoniam frequenter, §. porrò ut lit. non contest. Oldrad. cons. 330. num. 5. vers. nec obstet, Marian. Soccin. in d. c. quoniam frequenter, in princ. n. 20. ut lit. non contest.*

143 Finitur igitur, & terminatur Diffamatio per Sententiam definitivam, quæ transit in rem judicatam, *Salust. Tiber. in Prax. lib. 2 c. 20. n. 5. Cõtard. in l. diffamari, q. 23 n. 148. C. de Ingen. manumiss. Marches. de Commiss iudat. p. 3. §. 2. n. 84. fol. 351.*

144 Sed hoc non procedit, quando Sententia suspenditur per appellationem, nam tunc finis Diffamationis penderet à confirmatione, vel infirmatione Sententiæ in gradu appellationis. Si quidem ab hac Sententia, præsertim stante impositione silentij, dari appellationem, non est ambigendum, *l. Titia, ff. de accus. Cognos. in l. diffamari, n. 22.* & ibi *Contard. q. 22. n. 152.* ubi quod per Omnes *in d. l. Titia*, per illum textum ita cõcluditur, *C. de ingen. manumiss. Salust. Tiber. de lib. 2. c. 20. nu. 5. Marches. de Commiss. iudat. p. 3. §. 3. nu. 83 fol. 351.* ubi communi testatur.

In cæteris in hac materia quilibet in facti contingentia Doctores supra allegatos adire valebit.

SVMMARIVM CAP. IV.

1 *Pupillus, Vidua, & similes, habent electionem fori.*
2 *Curialis virtute Eugenianæ non potest conveniri, nisi in Curia.*
3 *Gaudentes privilegio* l. unicæ, *& Curiales in partibus conventi, etiam in prima Instantia possunt causas à Iudicibus de partibus avocare, & coram A. C. introducere.*
3 *Monitorium pro Pupillo super avocatione causæ, à Iudice de partibus virtute* l. unicæ quando Imperat, *& eius Formula.*
5 *Monitorium pro Vidua actrice virtute* l. unicæ *forum eligente, & eius Formula.*
6 *Monitorium pro Curiali cum insertione Eugenianæ, & eius Formula.*
7 *Monitorium pro Curiali virtute Eugenianæ absque illius insertione, & eius Formula.*
8 *Monitorium est in partibus personaliter exequendum, & deindè ad Curiam una cum Instrumento illius exequutiones à tergo remittendum.*
9 *Reproductio Monitorij in partibus exequuti, & eius Formula.*
10 *Si ei, qui Monitorium obtinuit, non competit privilegium, vel Adversarius sit æquè privilegiatus potest obtineri causam remitti ad partes.*
11 *Monitus, qui probare intendit se pariter privilegiatum vel Adversario privilegium non competere, potest id probare per Scripturas, vel Testes, & alia probationum genera.*
12 *Citatio ad videndum moderari Inhibitionem, & causam remitti ad partes, attenta prima Instantia, & eius Formula, & Processus.*
13 *Instrumentum Remissionis causæ ad partes, & eius Formula.*
14 *Si A. C. causam ad partes de Iure remittendam remittere recusat, potest adiri Signatura Iustitiæ, & obtineri illius remissio.*
15 *Si causa debet remanere in Curia debet Monitus constituere Procuratorem, qui protestetur in actis, nihil fieri, nè alias procedatur per Contradictas.*
16 *Protestatio Procuratoris, nè contra Monitum in partibus procedatur per Contradictas, & eius Formula.*
17 *Procurator, si eius Domus non est nota Cursoribus, debet eligere Domicilium.*
18 *Causa virtute* l. unicæ *in Curia introducta super Iactationibus potest, qui illam introduxit servatis servandis prosequendo, obtinere absolutoriam.*
19 *Introducens coram A. C. causam ordinariam virtute* l. unicæ *debet verificare Monitorium, etiamsi non fuerit negatum.*
20 *Monitorium est verificandum per productionem Iurium, per Testas, & alia, servatis servandis.*
21 *Reus potest deducere suas exceptiones, & illas probare per legitima probationum genera.*

22 *Admissio*

22 *Admißio Iurium,& Articulorum in cauſs, ordinarijs ſit ſimpliciter abſque ulla clauſula.*
23 *Citatio ad libellandum in termina ſubſtantiali,& eius Formula, & Proceſſus.*
24 *Citatio ad videndum reiterari,& ad Sententiam, & eius Formula,& Proceſſus.*
25 *Cedula Sent in cauſa ordinaria introducta coram A.C.virtute* l.unicæ,*& eius Formula.*
26 *Sententia abſolutoria ab impetitis,vel ab obſervatione iudicij,& Cedula appellationis quomodo in cauſis introductis coram A.C.virtute* l.unicæ *confici poſſnt,remißivè.*
27 *Commißio appellationis in cauſa ordinaria coram A.C. virtute* l. unicæ *introducta,& eius Formula.*
28 *Commißio appellationis in cauſis ordinariis ſignatur via ordinaria, Parte non citata.*
29 *Conſtantinus Imperator in ſuo Lateranſi Palatio Eccleſiam Salvatori dedicavit,& aliàs Baſilicas Romæ condidit.*
30 *Conſtantinus Imperator Eccleſiæ Romanæ, ac Summo Pontifici Vrbem Romam, & aliàs multas conceßit, & donavit.*
31 *Conſtantinus Imperator Romanum Imperium in Græcos transtulit.*
32 *Regum officium eſt liberare oppreßos de manu Cæluminantium, & Pupillis, & Viduis auxilium præbere.*
33 *Deus præcepit Pupillis, Viduis & ſimilibus miſerabilibus Perſonis non inferri malum, nec inferri permitti.*
34 *Sed illi bene fieri, & ſignanter in Iudicijs.*
35 *Conſtantinus anno Imperij ſui 27 ſalutis verò 334. in favorem Pupillorum,Viduarum, & ſimilium,privilegium edidit,& Iuſtinianus illud in corpore Iuris clauſit.*
36 *Pupillus proprie eſt,qui deſiit eſſe in poteſtate Patris,& adhuc 14.ann.ætatis non complevit.*
37 *Pupillus impropriè dicitur etiam Impubes, qui Patrem habet.*
38 *Pupillus vnde dicatur.*
39 *Vidua non ſolum,quæ Virum habuit, ſed etiam quæ illum non habuit, appellatur.*
40 *Mulier,quæ Virum habuit, appellatur Vidua in latiori ſignificatione.*
41 *Matrimonium quid ſit.*
42 *Vidua dicitur,quæ ſine duitate eſt.*
43 *Vidua in ſtricta ſignificatione dicitur illa, cuius Maritus mortuus eſt, & alio caret.*
44 *Perſonæ miſerabiles omnes ille, quarum natura Nos inducit ad miſerendum, reputari debent.*
45 *Miſerabiles dicuntur quaſi miſeria habiles.*
46 *Perſonæ quarum natura Nos inducit ad miſerendum dicuntur miſerabiles etiamſi ſint divites.*
47 *Pupilli, & Viduæ ſunt perſonæ miſerabiles quarum Nos Deus inducit ad miſerendum.*
48 *Pupilli,& Viduæ ſunt perſonæ miſerabiles, etiamſi ſint divites.*
49 *Mulier habens Virum inutilem eſt perſona miſerabiles.*
50 *Orphani ſunt perſonæ miſerabiles.*
51 *Orphani ſunt minores 14. annis utroque Parente orbati.*
52 *Peregrini,& Advenæ ſunt perſonæ miſerabiles.*
53 *Puella nobilis, quæ ſecundum eius conditionem nubere nequit,dicitur pauper,& ei, ſicut Pan-peri eſt providendum.*
54 *Pauperes ſunt perſonæ miſerabiles,*
55 *Mercatoribus in itinere eſt ſummariè ſuccurrendum ſi graventur vectigalibus.*
56 *Publici pœnitentes ſunt perſonæ miſerabiles.*
57 *Liberti ab Eccleſia manumiſſi, & ad eam confugientes ſunt perſonæ miſerabiles.*
58 *Officiales, & Ruſtici ſervientes Eccleſiæ, ſi ſunt pauperes, & ſerviunt gratis,ſunt perſonæ miſerabiles.*
59 *Infantes expoſiti ſunt perſonæ miſerabiles.*
60 *Senes,& decrepiti ſunt perſonæ miſerabiles, etiãſi ſint divites.*
61 *Cæci,Mutilati,Leproſi, & debilitati ſunt perſonæ Miſerabiles.*
62 *Carcerati,& Captivi ſunt perſonæ miſerabiles.*
63 *Cruce ſignati ſunt perſonæ miſerabiles.*
64 *Ad fidem nuper Converſi ſunt perſonæ miſerabiles.*
65 *Diuturno morbo fatigari ſunt miſerabiles,etiamſi ſint divites.*
66 *Laborantes morbo Gallico non gaudent prinlegiis miſerabilium perſonarum.*
67 *Furioſi, & ſimiles ſunt perſonæ miſerabiles.*
68 *Furioſus, & ſimiles æquiparantur Pupillo.*
69 *Omnes perſonæ quarum natura movetur ad miſerendum,ſunt miſerabiles.*
70 *Miſerabiles dici poſſunt omnes perſonæ, licèt non enumeratæ inter Miſerabiles,ſi in eis viget æqualis vel maior ratio, quàm in enumeratis.*
71 *Quæ ſint perſonæ inter Miſerabiles non enumeratæ nec declaratæ,relinquitur arbitrio Iudicis.*
72 *In Perſonis miſerabilibus declaratis non requiritur alia Iudicis declaratio ſecus in non declaratis, & nu.* 73.
73 *In iudicando non eſt à Communi recedendum.*
74 *Pupilli trahunt extra proprium Domicilium, ſed non trahuntur.*
75 *Pupilli, Viduæ,& miſerabiles perſonæ trahunt etiam poſt litem conteſtatam,ſed non trahuntur.*
76 *Pupillus effectus maior lite pendente gaudet privilegio* l.unicæ.
77 *Pupillus exiſtens in poteſtate Patris non gaudet privilegio* l. unicæ.
78 *Pupillus exiſtens in poteſtate Avi non gaudet privilegio* l. unicæ.
79 *Pupillus dives non gaudet privilegio* l. unicæ.
80 *Contrarium eſt verius, & ſervat Signatura.*
81 *Pupillus non gaudet privilegio* l.unicæ, *quando lis fuit conteſtata cum eius Patre poſtea defuncto.*
82 *Pupillus in partibus exiſtens, in forma Cameræ obligatus poteſt conveniri coram A. C. non obſtante* l.unicæ.
83 *Miſerabilis in forma Camera obligatus poteſt ſine dubio ab alio Miſerabili conveniri coram A.C.*
84 *A.C. Eſt Iudex obligationis Cameralis privativè quoad alios.*
85. *Facultates A.C. ſe extendunt ad communitates, & Vniverſitatis,& comprehendunt Pupillos, & Miſerabiles.*
86 *Pupillus virtute obligationis Cameralis poteſt conveniri coram A.C. etiamſi obligatio ſit facta ab eius Patre poſtea defuncto.*
87 *Facultates A.C.in materia obligationis Cameralis ſunt datæ privativè, quoad Iudices Romanæ Curiæ, non quod Iudices de partibus.*

88 *A.C.*

88 A.C. non potest causas à Iudicibus de partibus virtute obligationis Camerarius reassumare.
89 Pupillus coram A.C. conventus virtute obligationis Camerarii non potest Adversarium coram Iudice de partibus trahere.
90 Pupillus & alij miserabiles non possunt renunciare privilegio l. unicæ.
91 Persona miserabilis potest legis authoritate amittere privilegium l. unicæ.
92 Vidua, uti miseratione digna, gaudet privilegio l. unicæ.
93 Vidua gaudet privilegio l. unicæ, etiam post litem contestatam, & cœptum iudicium coram Ordinario.
94 Vidua gaudet privilegio l. uuicæ, etiam in secunda instantia.
95 Vidua gaudet privilegio l. unicæ, etiam si lite pendente nupserit.
96 Vidua gaudat privilegio l. unicæ etiam si Maritus defunctus fuisset miraculosè resuscitatus, & numero 98.
97 Miraculosè Resuscitatus rumpit Testamentum, & omnia bona sua, & Filios recuperat.
98 Miraculosè Resuscitatus non recuperat Vxorem, nec Vxor Virum.
99 Clericus resuscitatus non recuperat Beneficium.
100 Resuscitatus non tenetur redire ad Monasterium, nec est iterum doctorandus, nec denuo baptizandus.
101 Vidua dives non gaudet privilegio l. unicæ.
102 Contrarium est verius de Iure, ex magis communi opinione, quam servat Signatura.
103 Vidua inhonesta non gaudet privilegio l. unicæ,
104 Vidua, quæ Virum occidit, non gaudet privilegio l. unicæ.
105 Mulier habens Maritum inutilem, vel Patre destituta gaudet privilegio l. unicæ.
106 Virgo in Cœlibatu vitam ducens, animo in eo permanendi, gaudet privilegio l. unicæ.
107 Virgo gaudet privilegio l. unicæ.
108 Virgo stuprata agens pro stupro contra Stuprantem gaudet privilegio l. unicæ.
109 Virgo nobilis, secundum conditionem suam nubere non valens gaudet privilegio l. unicæ.
110 Virgo honesta gravis ætatis gaudet privilegio l. unicæ.
111 Vidua, vel Virgo desponsata per verba de futuro gaudet adhuc privilegio l. unicæ.
112 Desponsata per verba de præsenti est verè Vxor, & non gaudet privilegio l. unicæ.
113 Virgo nobilis valde dives, plures Consanguineos, & Fautores habentes, non gaudet privilegio l. unicæ
113 Virgo existens in potestate Patris, vel Avi non gaudet privilegio l. unicæ
115 Pauperes gaudent privilegio l. unicæ.
116 Pauper culpa sua effectus non gaudet privilegio l. unicæ.
117 Hospitale legitimè erectum de Iure gaudet privilegio l. unicæ.
118 Studentes de Iure gaudent privilegio l. unicæ.
119 Ecclesia de Iure gaudet privilegio l. unicæ.
120 Ecclesia, contra quem adest violentia, rapina, vel fraus habet electionem fori.
121 Ecclesia pauper sine dubio gaudet privilegio l. unicæ.
122 In Regno Castellæ Ecclesia etiam dives gaudet privilegio l. unicæ.
123 Ecclesiæ de Iure competere privilegium l. unicæ fuit Sacro Consilio Neapolitano decisum.
124 Privilegio l. unicæ habet locum etiam in foro Ecclesiastico, & ita servat Praxis, & Signatura.
125 Personæ miserabiles, quarum Natura movetur ad miserendum gaudent privilegio l. unicæ.
126 Personæ miserabiles possunt opponere declinatoriam, etiam litem contestatum.
127 Causæ miserabilium personarum debent signanter cognosci per supremæ Tribunalia.
128 Personæ miserabiles trahunt ad forum principis, & non trahuntur.
129 Miserabilis sua culpa effectus non gaudet privilegio l. unicæ.
130 Miserabilis persona in causa, quæ debet cognosci ab aliquo, qui est Iudex privative quoad alios non gaudet privilegio l. unicæ.
131 Privilegium l. unicæ non procedit, nisi ad effectum trahendi Adversarium coram Principe, aut alio Adversarii Iudice competente.
132 Privilegiatus contra Privilegiatum non utitur privilegio, sed Actor sequitur forum Rei.
133 Ecclesia contra Ecclesiam privilegiatam non utitur privilegio.
134 Magis privilegiatus trahit minus Privilegiatũ, & adeo non trahitur.
135 Privilegiatus, in quo viget maior ratio Privilegij utitur privilegio contra Privilegiatum, in quo viget minor ratio.
136 Privilegiatus agens de damno vitando utitur privilegio contra Privilegiatum, nisi etiam alter de damno vitando agat.
137 Privilegiatus utitur privilegio contra eum in quo cessat causa privilegij.
138 Privilegiatus utitur privilegio contra eum, qui non est Privilegiatus in illa causa.
139 Privilegijs semotis is præfertur, cui assistit Ius commune.
140 Miserabiles personæ non gaudent privilegio l. unicæ, quando in concessione Iurisdictionis fuit illi specifice, & expresse derogatum.
141 Privilegio l. unicæ non potest derogari, nisi per Signaturam Gratiæ.
142 Personæ miserabiles gaudent privilegio l. unicæ etiam in secunda, & ulteriori instantia.
143 Thesaur. decis. 177. nu. 8. non negat Miserabilibus personis competere privilegium l. unicæ in tertia & ulteriori instantia.
144 Personæ Miserabiles in Tribunali A.C. gaudent privilegio l. unicæ in tertia, & ulteriori instantia ex Praxi.
145 Gaudens privilegio l. unicæ illud confert litis Consortibus.
156 Laicus habens causam communem cum Clerico de Iure gaudet etiam ipse privilegio fori Ecclesiastici.
147 Si causa est dividua, quilibet coram suo Iudice convenitur, secus si est individua.
148 Causa dicitur dividua, quando agitur de unica re, unica actione.
149 Clericus, Pupillus, & Miserabilis veniens ad causam uti Defensor necessarius, tenetur causam defendere in ea Curia, in qua agitur.
150 Personæ miserabiles sunt sub protectione Ecclesiæ, & fori Ecclasiastici.

55 Per-

151 *Personæ miserabiles, si sunt pauperes, sunt sub foro Ecclesiastico.*

152 *Personæ miserabiles diuites, si sunt oppressæ, & spoliatæ sunt sub foro Ecclesiastico.*

153 *In Regnis Galliæ, & Hispaniæ non est usu recepta communis opinio, quod personæ miserabiles divites sunt sub foro Ecclesiastico, nisi data negligentia Iudicis secularis in exhibendo illis Iustitiæ complemento.*

154 *Personæ miserabiles, quæ non sunt pauperes, nec oppressæ subsunt foro Ecclesiast. si Iudex secularis non exhibet illis iustitiæ complementum.*

155 *Ioannis Maria Novarius I.C. Lucanus uberrimum tractatum de electione, & variatione fori compilavit.*

156 *Imp. Valētinianus, Theodosius, & Arcadius Curialibus Vrbis Romæ concesserunt privilegium, nè possent conveniri nisi in Curia, quod ab aliis Imperat. approbatum Iustinianus in corpore Iuris clausit.*

157 *Summus Pontifex Eugenius IV. in favorem Curialium Vrbis Romæ edidit constitutionem Eugenianam nuncupatam, qua eis concessit privilegium, ne possent litibus extra Curiam vexari.*

158 *Officialium appellatione in Eugeniana continentur Cardinales S. R.E.*

159 *Officium appellatione in Eugenianæ comprahenduntur omnes Curiales Vrbis.*

160 *A.C. habet facultatem, in vim Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, inhibendi*

161 *Appellatione Curialium veniunt Familiares Cardinalium.*

162 *Ad familiaritatem obtinendam requiritur mens & dens.*

163 *Appellatione Curialium veniunt omnes sequentes Romanam Curiam.*

164 *Vbi Papa, ibi Roma, & Curia.*

165 *Advocati, Procuratores, & alij Curiales Romanæ Curiam sequentes gaudent Privil. Eugenianæ.*

166 *Eugeniana in favorem Curialium emanavit.*

167 *Ad acquirendam Curialitatem requiritur animus, & factum qualificatum.*

168 *Admittendam Curialitatem sufficit animus*

169 *Curiales pro maiori parta non sunt graduati.*

170 *Curialibus conceduntur plura privilegia, de quibus remissivè.*

171 *Curialis gaudens privilegio Eugenianæ confert illud litis Consortibus.*

172 *Magis dignum trahit minus dignum signanter in individuis.*

173 *Eugeniana capit Curiales Reos, non etiā Actores*

174 *Curialis Actor sequitur forum Rei.*

175 *Gesta in partibus contra Curialem, & venientem ad Curiam, non tamen ibi prius præuentum, sunt nulla.*

176 *Curialis in partibus conventus debet opponere privilegium Eugenianæ ante litem contestatam*

177 *Curialis contestando litem in partibus, etiam per Procuratorem habentem Mandatum cum libera, amittit Privilegium*

178 *Curialis intentans remedium l. diffamari, si non decet de sua possessione, non gaudet privilegio Eugenianæ.*

179 *Eugeniana non procedit contra Privilegiatos virtute l. unicæ.*

180 *Eugeniana non suffragatur ei, qui spacio unius anni non habitavit in Curia.*

181 *Recedens à Curia animo non redeundi amittit privilegium Eugenianæ.*

182 *Eugeniana hodie non habet locum quoad Curiales respectu Beneficiorum, licet olim secus.*

183 *Curiales Beneficia obtinentes ex dispositione Sacri Concilij Tridentini ratione Beneficiorum remanent subiecti Ordinarijs locorum.*

184 *Curiales Clerici Beneficia non obtinentes sunt exempti à iurisdictione Ordinarij, & gaudent privilegio Eugenianæ.*

185 *Decisio in Romana Salviani prima Iulij 1609. coram bo.me. Manzanedo loquitur de Ægidiana, non de Eugeniana, quæ nil cum ea commune habet.*

186 *Cardinalis Ægidius, qui edidit Constitutiones Ægidianas, non habebat iurisdictionem, nisi in temporalibus.*

187 *Eugeniana fuit edita à Summo Pontifice, ideo comprahendit Clericos, in quos ipse habet iurisdictionis plenitudinem.*

188 *Eugeniana habet Decretum irritans &c. & clausulam sublata, quæ clauditos, & tollit facultatem aliter iudicandi.*

189 *Decretum irritans operatur, quod Constitutio, super qua est oppositum, non possit impugnari sub prætextu, quod non sit usu recepta.*

190 *Privilegium continens Decretum irritans non tollitur per non usum, nec per præscriptionem, nec per contraventionem, nec potest ei renunciari in præiudicium Successorum.*

De Privilegiis.

PARS III. CAP. IV.

1

SI Pupillus, vel Vidua, vel alia similis Persona privilegiata quæ virtute *l. unicæ, C. quando Imper.* habet electionē fori, A
Vel Curialis, qui vigore Constitutionis Eugenianæ non potest conveniri, nisi in Curia, B, fuerit in partibus conventus, potest virtute sui privilegij etiam in prima Instantia, antequam Judex de partibus ad causæ expeditionem procedat, causam ab eo avocando, illam prævio Monitorio, seu Citatione cum inhibitione opportuna, coram A. C. introducere, ut infra, & alias mutatis mutandis, prout facti contingentia requirit, videlicet.

A 2

B 3

4

Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus Vtriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque ac Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque universalis & merus Exequutor ab eodem Sanctiss. D. N. Papa specialiter deputatus. Universis, & singulis R R. DD Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Prioribus Vicariis, Decanis, Diaconis, Scholasticis, Cantoribus

toribus, Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locumtenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis, quibuscunque, illique, vel illis, ad quem, seu ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutem in Domino, & nostris hujusmodi, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis fuisse nuper coram nobis comparitum pro parte, & ad instantiam NN. Pupilli, ac ob id privilegio *l. unica, C. quand. Imper.* gaudentis, & expresè gaudere velle declarantis, & virtute dicti privilegii forum nostrum eligentis, principalis, & exposituum quod NN ex adverso principalis, & forsan alii in exequutione præsentium nominan. & cognominan. nescitur quo jure suffulti, eumdem Dominium Exponentem in partibus coram diversis Judicibus trahere, vel alias molestare velle, sese jactarunt, & jactant, & forsan molestant de præsenti, contra omne Juris debitum, in grave ejusdem D. Exponentis damnum, & præjudicium, Idcirco ad Nos recursum habuit, supplicando, quatenus in præmissis ei de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Nos igitur Christophorus Vidman judex, & Auditor præfatus attendentes petitionem, & requisitionem hujusmodi fore, & esse justam, & rationi consonam, quia justa Petenti non est denegandus assensus. Vobis omnibus, & singulis suprascriptis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium, committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquàm præsentium vigore fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immò Apostolica authoritate, moneatis, & requiratis, prout Nos harum serie monemus, & requirimus dictum NN. & omnes alios, & singulos in exequutione præsentium nominan. & cognominan. eisque nihilominus præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum serie præcipimus, & mandamus eisdem, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & ultimo peremptorio termino, Canonica monitione assignamus, & vos assignetis eisdem, sub mille ducatorum auri in auro Rev. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi, & in juris subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis, debeant, & quilibet ipsorum, ad quem spectat, debeat, ab omnibus, & singulis molestationibus vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eidem Domino Exponenti in partibus, pro quavis causa, & occasione, tam mota, quam movenda illatis in futurum cessasse, destitisse, & abstinuisse, & cessari &c. & abstinere fecisse, nullumque impedimentum, seu molestiam de cætero intulisse, seu inferri fecisse, qui nimò, si quid ab eodem D. Exponente prætendunt pro quavis causa, & occasione, tam mota, quam movenda, id totum coram Nobis, & per acta infrascripti nostri Notarii, & non alibi, deduxisse, & deduci fecisse, ipsique D. Exponenti, qui deducit omne jus, omnemque actionem sibi de in jure magis proficuam, & competentem Jus, & Justitiam ministrari, aliasque, & alia fieri, & exequi vidisse, & audivisse, in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, & præsentibus nostris literis Monitorialibus, & Inhibitorialibus omninò paruisse: Alioquin prædictos sic monitos, quod si in præmissis, si fore gravatos senserint peremptorie citetis, & citari curetis, prout Nos citamus, & citari mandamus per præsentes, quatenus octava die post exequutionem præsentium immediatè sequente, si dies ipsa juridica fuerit, Alioquin alia prima die juridica, ex tunc proximè futura, compareant Romæ in Judicio legitimè coram Nobis, seu infrascripto Reverendiss. D. Locumtenente nostro, causam eorum prætensi gravaminis allegaturi, aliasque, & alia facturi, dicturi, & recepturi, prout justia suadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitos, & citatos, quod sivè in dicto citationis termino comparuerint, sive nos: Nos nihilominus, vel prædictos Locumtenens noster ad prædicta omnia, & singula, & ad alia graviora iuris, & facti remedia necessaria, & opportuna, usque ad Sententiam definitivam inclusive, per audientiam publicam literarum Contradictarum, vel edictorum publicorum, ut moris est, procedemus, seu procedet, Justitia mediante, eorumdem Citatorum contumacia, vel absentia in aliquo non obstante. Et insuper inhibeatis, & inhibendo expresè præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum serie inhibemus, præcipimus, & mandamus dicto NN. ex adverso principali, & omnibus aliis in exequutione præsentium nominan & cognominan ne visis præsentibus, sub antedictis Sententiis, Censuris, & pœnis, audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat, Dominum Instantem, de, & super præmissis quomodolibet molestare, vexare, turbare, vel impedire, seu molestari, vexari, turbari, vel impediri facere per sese, vel alium, seu alios, quovis prætextu, quæsito colore, causa, vel ingenio, vel occasione, quod si secus factum fuerit, id totum revocare, & in pristinum statum reponere curabimus, Absolutionem verò in præmissis Nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus; In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die &c.

NN. Notarius, Locus† Sigilli. N. Auditor,

Aliud Monitorium pro Vidua Actrice.

§ Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus, Utriusq; Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, necnon ejusdem Sanctiss. ejusdem Camerarii, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque, universalis, & metus exequutor ab eodem Sanctiss. D. N. Papa specialiter deputatus. Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Prioribus, Decanis, Vicariis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, & Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, eorum

eorum Locumtenentibus, Plebanis Vice-plebanis, Cappellanias, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscumque per Civitatem, & Diœcesim NN. & alias ubilibet constitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint salutem in Domino, & nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Dominæ NN. Viduæ relictæ olim NN. privilegio *l. unicæ, C. quand. Imperat.* gaudentis, & expresè gaudere velle declarantis, ac ejusdem privilegii vigore forum nostrum eligentis, principalis, & expositum, quod tempore contracti Matrimonii, cum d.q. NN. eidem tradidit in dotem & nomine dotis prædium, situm in Territorio Civitatis N. in Villa N. in loco nuncupato N. juxta bona NN & NN. salvis aliis, si qui &c, in æstimatum cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, necnon etiam scuta sexcenta monetæ cum pacto de restituendo dictam dotem eidem Dominæ Exponenti, illiusque Heredibus, & Successoribus, una cum juribus dotalibus, in omnem casum, & eventum restitutionis dictæ dotis, prout suis loco, & tempore demonstrabitur, & quod dictus NN, duobus jam transactis annis vitam cum morte commutavit, & ob id factus est locus restitutioni dictæ dotis, cum omnibus juribus dotalibus, & alimentis ei debitis à die obitus dicti ejus Viri, qui ultra dictam dotem habuit tempore pariter contracti Matrimonii, bona inferius adnotata, quæ dicta D. Exponens sibi reservavit tamquam paraphernalia & ad eam spectantia pleno, jure, licet dictus eius Vir illa administraverit, & eorum fructus perceperit, ac in proprios usus converterit, & utilitatem, & ipsa D. Exponente invita. Cumque dicta D. Exponens velit dictam dotem, & bona recuperare, Justitia mediante, cum amicabiliter ab NN. agnato, & Hærede ejusdem NN. ejus viri, ea hucusque consequi, & recuperare nequiverit, ad Nos recursum habuit supplicando, quatenus ei in præmissis de opportuno Juris remedio providere dignaremus,

Nos igitur Christophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus attendētes petitionē, hujusmodi fore, & esse justam, & quod justa petenti non est denegandus assensus. Vobis omnibus, & singulis prædictis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquàm præsentium vigore fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immò Apostolica auctoritate, moneatis, & requiratis, prout Nos harum serie requirimus, & movemus, dictum NN. agnatum, & Hæredem dicti NN. eique nihilominus præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum serie præcipimus, & mandamus eidem, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & ultimo peremptorio termino, Canonica monitione assignamus, & vos assignetis eidem sub 500. ducatorum auri Reverendæ Cameræ Apostolicæ applicandorum, & pro illis Mandati exequutivi, & in Juris subsidium Excommunicationis, aliisq; Ecclesiasticis Sententiis Censuris & pœnis, debeat dictum prædium, & pecunias, ac alia bona per d.q NN. Virum d.D. Exponentis constante Matrimonio, ut supra habita, eidem Exponenti realiter, & cum effectu restituisse, persolvisse & consignasse, ac restitui, persolvi, & consignari fecisse, una cum juribus dotalibus, & alimentis de Jure, Consuetudine, seu Statuto, aut alias quomodolibet debitis, ac cum omnibus fructibus per eumdem NN. Maritum, constante Matrimonio, ex dictis bonis paraphernalibus habitis & perceptis, & de omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis, ac liquidandis satisfeciisse, ipsiq; Dominæ Exponenti, deducenti omne jus, omnemque actionem sibi de jure magis proficuam, & competentem, Jus, & Justitiam ministrari, aliasque, & alia fieri, & exequi vidisse, & audivisse in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna & præsentibus nostris literis Monitorialibus & Inhibitorialibus omninò paruisse, Alioquin prædictos sic monitos, si in præmissis se fore gravatos senserint, peremptoriè citetis, & citari curetis, prout Nos citamus, & citari mandamus per præsentes, quatenus octava die post exequutionem præsentium immediatè sequen. si ipsa dies juridica fuerit, & alioquin alia prima die Juridica, ex tunc proximè futura compareant Romæ in Judicio legitimè coram Nobis seu infrascripto Reverendissimo Domino Locumtenente nostro, causam eorum prætextu gravaminis allegaturi, aliasque, & alia factum dicturi, & recepturi, prout Justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis, Certificantes eosdem sic monitos, & citatos &c. Et insuper inhibeatis &c. Absolutionem verò &c. In quorum &c. Datum Romæ &c. hac die &c. (*extende clausula, ut in proximo præcedente.*)

NN. Notarius. Locus† Sigilli.
N. Locum.

Aliud simile virtute Eugenianæ.

6 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus Vtriusque Signaturæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ Referendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque universalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus. Universis, & singulis R.R. D.D. Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Prioribus, Vicariis, Decanis, Diaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs Sacristis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus, seù Locumtenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbiteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque illique, vel illis, ad quem, seu ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, seù præsentabuntur, saltem in Domino, & nomen hujusmodi, primò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis, Graves Deo, & Apo-

stolicæ Sedi irrogantur injuriæ, cum ejusdem Sedis Officiales, & quævis aliæ personæ pro suis causis aut aliorum negocijs in dicta Curia moram trahentes, seù ad ipsam confluentes, vel recedentes ab eadem, in partibus per locorum Ordinarios, eorumque Officiales, & Commissarios, & alios quoscumque, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, seù authoritatis existant, à quorum Jurisdictionibus sunt exempti, quacumque ratione occasione vel causa Beneficijs eorum Ecclesiasticis, ac fructibus, redditibus, proventibus, & distributionibus ex eisdem provenientibus, bonisque & rebus alijs privantur, & spoliantur, necnon litibus, & processibus involvuntur, vexantur, impediuntur, molestantur, aut quavis occasione in Beneficijs, aut bonis hujusmodi perturbantur, injuriantur, & inquietantur, ad quas quidem illicitas vexationes, injurias, perturbationes, molestationes, & inquietationes propulsandas dudum fel. record. *Eugenius Papa* IIII. ex certis justis, legitimis, & rationalibus causis motus, etiam nullorum Prædecessorum suorum S.R.E. Summorum Pontificum vestigijs inhærendo, quasdam suas literas Apostolicas ad futuram rei memoriam edidit, atque concessit, hujusmodi sub tenore, videlicet.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Divina in eminenti Sedis Apostolicæ speculo disponente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ Officiales prædictæ Sedis obsequijs ejus, ad quam veluti Fidelium omnium Matrem pro animarum salute quærenda, & justitia consequenda de diversis Mundi partibus constituit multitudo, tutius, & quietius se prompti ores valeant exhibere. Hinc est quod Nos ex certis rationalibus causis moti, & non nullis Prædecessorum vestigijs inhærentes, districtius inhibemus locorum ordinarijs, necnon Commissarijs, & Delegatis eorum, cæterisque Universis, & singulis quacumque authoritate, & facultate præfulgeant, cujuscumque dignitatis, gradus, vel præheminentiæ fuerint ne contra Officiales prædictos quocumque nomine nuncupentur, in nostris, & dictæ Sedis obsequijs, nunc, & pro tempore existentes, necnon alios pro suis, vel aliorum causis, & negocijs prosequendis, ad Sedem prædictam venientes, & in ea (durante negociorum, & causarum hujusmodi prosecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut privationis Officiorum, & Beneficiorum, seù quàmvis aliam sententiam promulgare præsumant. Nos enim omnes, & singulos processus, & Sententias, contra tenorem, & mentem nostræ inhibitionis hujusmodi latas, & habitas, in posterum habendas, & promulgandas, & quæcumque inde sequuta, declaramus, nulla, irrita, & inania, nulliusque existere, vel existisse roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquàm, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentati, etiam decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes, & singulos Ordinarios, ac Officiales, Commissarios, & Delegatos eorum, qui se de Dignitatibus, aut Beneficijs Ecclesiasticis quibuscunq; Officialium, & negocia hujusmodi apud dictam Sedem prosequentium prædictorum, eos illius forsan privando, aut privatos decernendo, vel declarando, seù, cujuscumque privationis prætextu, illa Personis alijs conferendo, seù de illis in eas quomodolibet intromiserit, tam in dantes, quam in Recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas Sententias promulgamus, quæ volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis, Sententia absolvi nequeant, nisi à Nobis, vel per Nos deputandum, præterquam in mortis articulo constituti Præmissa autem à die affixionis præsentium ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & certa scientia quoscumq; ligare volumus, & arctare. Non obstantibus quibusvis Generalibus, & Provincialibus, & Sinodalibus Concilijs editis, Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, & Decretis, & Privilegijs, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet, vel differri, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis, & quæ præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam nostræ Inhibitionis, declarationis, Constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadrigentesimo trigesimosecundo, Octavo Idus Martij, Pontificatus Nostri Anno secundo. Subsequenter nomine NN. Curialis, Romanam Curiam continuo sequentis, principalis fuit nobis expositum, quo licèt ipse NN. Domum sitam in Civitate N. in via N. juxta bona NN. & NN. & alios fines, per decennium, & ultra bona fide, & justo titulo possederit, nihilominus NN. ex adverso principalis, & alij forsan in exequutione præsentium nominan. & cognominan. super eadem domo velle molestiam eidem NN. principali inferre, se se jactarunt, & jactant & forsan molestiam in partibus intulerunt, & inferunt coram diversis Judicibus contra omne jutis debitum. Quare pro parte ejusdem NN. principalis, de opportuno juris remedio requisiti; Nos Christophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus attendentes petitionem hujusmodi fore, & esse justam, & rationi congruam, & quod justa Petenti non est denegandus assensus. Vobis omnibus & singulis prædictis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, ac postquàm præsentium virtute fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, imò verus Apostolica authoritate, moneatis,

&c re-

& requiratis, prout Nos harum seriè monemus. & requirimus dictum NN. omnesque alios molestantes, in executione præsentium nominan. & cognominan exadverso principales, eisque nihilominus præcipiatis, & mandatis, prout Nos harum seriè præcipimus, & mandamus eisdem, quatenus infra sex dierum spacium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & ultimo peremptorio termino, canonica monitione assignamus, & vos assignetis eisdem, sub mille ducatorum auri in auro Rev. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis Mãdati exequutivi, & in Juris subsidium excõmunicationis, alijsq; Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis præinsertis literis Apostolicis contentis, & expressis, debeant, & quilibet ipsorum, ad quẽ spectat, debeat, ab omnibus, & singulis molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eidem D. exponenti, seù ejus Inquilinis in Partibus super d. Domo, ejusq; possessione, & fructuũ perceptione, pro quavis causa & occasione, tam mota, quam movenda, illatis, in futurum cessasse, destitisse, & obtinuisse, & cessari &c. & abstineri fecisse, nullumq; Impedimentum, nullamq; molestiam de cætero intulisse seù inferri fecisse, ipsumq; NN. d. Domino ejusq; possessione, ac fructuum perceptione, uti frui, & gaudere permisisse. Imò si quid ab eodem D. Exponente prætendunt, ut supra, pro quavis causa & occasione, tàm mota, quam movenda, id totũ coram nobis, & per acta infrascripti Notarij nostri, & alibi deduxisse, & deduci fecisse, ipsiq; D. Exponenti, deducenti omne Jus, omnemque actionem sibi de Jure magis proficuam, & competentem. Jus, & Justitiam ministrari, aliaque fieri & exequi vidisse, & audivisse in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, & præinsertis litteris Apostolicis, ac præsentibus nostris Moristorialibus, & Inhibitorialibus omninò paruisse. Alioquin prædictos sic monitos, si in præmissis se fore gravatos senserint, peremptoriè citatis, & citari curetis, prout nos citamus, & citari mandamus per præsentes, quatenus octava die post exequutionem præsentium immediate sequen. si ipsa die Juridica fuerit, alioquin alia prima die Juridica, ex tunc proximè futura, compareant Romæ in judicio legitimè coram Nobis, sive infrascripto Reverend. D. Locumtenente nostro causam eorũ præsenti gravaminis allegaturi aliaque facturi, dicturi, recepturi prout Justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitos, & citatos, quòd sivè in dicto citationis termino comparuerint, sive non, Nos nihilominus, vel prædictus Locumtenens noster ad prædicta omnia, & singula, & alia graviora Juris, & facti remedia necessaria, & opportuna, usq; ad Sententiam definitivam inclusivè, per Audientiam publicam literarum Cõtradictarum, vel edictorum publicorum, ut moris est procedemus, seù procedet, Justitia mediante, eorumdem Citatorum contumacia, vel absentia in aliquo non obstante. Et insuper inhibeatis, & inhibendo expressè præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum serie inhibemus, præcipimus, & mãdamus, dicto NN. & aliis in exequutione præsentium nominan. & cognominan. exadverso principalibus, nè visis præsentibus sub antedictis pœnis audeant seù præsumant, aut eorum aliquis audeant, seù præsumant, eumdem Dominum Instantem, de, & super præmissis quomodolibet molestare, vexare, turbare, vel impedire, seù molestari, vexari, turbari, vel impediri facere per sese, vel aliam, seù alios, quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio, vel occasione, quo si secus factum fuerit ad totum revocare, & in pristinum statum reducere curabimus. Absolutionem verò in præmissis Nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris, hac die &c.

N. Notarius. Locus † sigilli. N. Locumt.

Aliud simile absque inferiore Bullæ.

7 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus, Vtriusque Signaturæ Sanctiss. D.N. Papæ Referendarius, necnon ejusdem Sanctissimi, ejusque Camerarij, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, Generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Judex Ordinarius, sententiarum quoq; Censurarum, tam in eadem Romana Curia, & quã extra eam latarum ac literarum Apostolicarum quarumcumque Universalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiss. D.N. Papa specialiter deputatus Universalis, & singulis R.R. D.D. Abbatibus. Præpositis, Archiadiaconis, Prioribus, Decanis, Vicarijs Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurijs Sacristis, Canonicis, tam Cathedralium, quam Collegiatorum, Parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus, seù Locumtenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbiteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumq; illiq; vel illis ad quem, vel ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, seù præsentabuntur, saltem in Domino, & nostris hujusmodi, immò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis, Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad Instantiam NN. continuò Romanam Curiam sequentis, ac beneficio Bullæ Eugenianæ gaudentis, & expresse gaudere velle declarantis principalis, expositum, quod licet ipse N. Exponens à quoquam in partibus pro quavis causa, tàm mota, quam movenda in judicium trahi, vel conveniri non possit, nec debeat, nihilominus nonnulli in exequutione præsentium nominan. & cognominan. nescitur quo jure suffulti, eumdem D. Exponentem in partibus coram diversis Judicibus trahere, vel alias diversimodo molestare velle se se jactarunt, & jactant, & forsan molestarunt, & molestant de præsenti, contra omne Juris debitum, in grave ejusdem Domini Exponentis damnum, & præjudicium. Idcirco ad Nos recursum habuit, supplicando, quatenus in præmissis opportunè providere dignaremur. Nos igitur Christophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus, attendẽtes petitionẽ, ac requisitionem hujusmodi fore, & esse justam, & rationi consonam, & quod justa Petenti non est denegandus assensus, Vobis omnibus, & singulis prædictis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis,

& receptis præsentibus, & postquàm præsentium vigore fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, imò verius Apostolica authoritate moneatis, & requiratis, prout Nos, harum serie monemus, & requirimus omnes, & singulos in exequutione præsentium nominan. & cognominan. eisque nihilominus præcipiatis, & mandetis prout Nos harum serie præcipimus, & mandamus eisdem, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio, & ultimo peremptorio termino, canonica monitione assignamus, & vos assignetis eisdem, sub 500. ducatorum auri in auro Rev. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi & in Juris subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, pœnis debeant & quilibet ipsorum, ad quem spectat, debeat ab omnibus, & singulis molestationibus vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eidem Domino exponenti in partibus, pro quavis causa, & occasione, tàm mota, quàm movenda illatis, in futurum cessasse, destitisse, & abstinuisse & cessari, &, abstineri feciſſe, nullumq; impedimentum, seù molestiam de cætero intulisse, seù inferri feciſſe, imò si quid ab eodem Domino Exponente pro quavis causa, tam mota, quàm movenda prætendunt; id totum coram Nobis, & per acta infra scripti Notarij nostri, & non alibi deduxisse, & deduci feciſſe, ipsique Domino Exponenti, qui deducit omne Jus, omnemque actionem sibi de Jure magis proficuum, & competentem, Jus. & Justitiam ministrari, aliaque fieri, & exequi vidisse, & audivisse in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, & præsentibus nostris literis Monitorialibus, Inhibitorialibus omninò paruisse. Alioquin prædictos sic monitos, si in præmissis se fore gravatos senserint, peremptorie citetis, & citari curetis, prout Nos citamus & citari mandamus per præsentes, quatenus octova die post exequutionem præsentium immediatè sequen. si ipsa dies Juridica fuerit, alioquin alia prima die Juridica ex tunc proximè futura compareant Romæ in judicio legitimè coram Nobis, seù infrascripto Reverendiss. D. Locumtenente nostro causam eorum prætensi gravaminis allegaturi, aliasque & alia facturi, dicturi, & recepturi, prout Justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitos, & citatos &c. & insuper inhibeatis &c. Absolutionem verò &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris, hac die &c. *Clausulæ sunt extendendæ, ut supra in præcedente &c.*

N. Notarius. Locus † sigilli N. Locumt.

Monitorium est transmittendum ad partes, ibique à Nuncio publico personaliter contra Partem adversam exequendum, successivè à Nuncio facienda est relatio executionis alicui publico, legali, ac fidedignò Notario, qui à tergo ejusdem Monitorij debet Instrumentum conficere de hujusmodi exequutionis relatione, in forma authentica, & probante, quibus ita peractis, Monitorium est remittendum ad Curiam, & in actis reproducendum, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

9 In Officio &c. NN. Procurator, prout docuit per Instrumentum publicum mandati procuræ, tenoris &c. & facto per Compulsum reproduxit Monitorium in partibus legitimè exequutum una cum publico Instrumento exequutionis á tergo illius prout in folio, tenoris &c. omni &c.

10 Cæterum si Monitus sit magis, vel æquè principaliter privilegiatus, vel alias ei, qui Monitorium obtinuit, non competat privilegium, quod prætendit, & cujus vigore Monitorium obtinuit, potest probatis probandis super remissione causæ, obtinere illam ad partes remitti.

11 Probatio verò hujusmodi poterit fieri per Instrumenta, Jura, & aliá legitima probationum genera, juxta superius tradita *p. 1. c. 2. & c. 10. & seq.* mutatis mutandis, juxta qualitatem facti. & ob id si Reus conventus est pupillus, poterit citata parte ad dicendum contra jura, producere in actis fidem ætatis ad probandum se esse talem, & deinde citare rursus partem adversam ut infra, videlicet.

A C N.

12 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum moderari inhibitionem, nulliter, & indebitè extortam, & remitti causam ad partes, attenta prima instantia, & quod Instans est pupillus, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi infra quatuor, (*vel aliud tempus Iudici beneviſum*) cum Intimatione omni &c.

A. C N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus remisit causam ad partes, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Elapso verò termino in Decreto contento, & assignato a die exequutæ Intimationis, ac Intimatione reproducta, potest, si opus sit expediri Instrumentum remissionis causæ ad partes, ut infra (*& aliàs mutatis &c.*) videlicet.

13 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus, Utriusq; Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque & Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque, universalis, & metus exequutor ab eodem Sanctiss. D. N. Papa specialiter deputatus. Noverint universi, quod Nos hodiè causam coram Nobis via ordinaria, alias super restitutione dotis, una cum juribus dotalibus, rebusque alijs in actis causæ, causarum hujusmodi latius deductis, ad Instantiam NN. Viduæ relictæ, q. NN. contra, & adversus NN. introductam attento quod idem NN. Reus conventus est Pupillus, æquè ac pariter privilegiatus, ut fuit coram Nobis legitimè demonstratum, citata, & intimata dicta NN. ad partes remisimus, prout harum serie remittimus. Quæ omnia, & singula vobis omnibus supraſcriptis intima-

intimamus, ne ullo unquam tempore de illis ignorantiam prætendere, aut allegare valeatis, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris, hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

14 Verum si A.C. causam ad partes de Jure remittendam remittere recusaret, posset adiri Signatura Justitiæ supplicando committi eidem A.C. ut attenta prima Instantia, & quod Orator est pupillus, ut supra privilegiatus, suam moderetur Inhibitionem, & causam ad partes remittat, & sic data Commissione opportuna, juxta Formulam, de qua supra, hac eadem *par. 3. c. 3. n. 15* & alias mutatis mutandis, prout exigit contigentia facti, posset citata Parte, juxta Praxim superius positam *par. 1. c. 13. num. 20. & seqq.* obtineri rescriptum, & ejus vigore remissio ad partes, ut supra, hac eadem *par. 3. cap. 3. num. 16.* dictum fuit.

15 Quod si causa non veniat remittenda ad partes, debent Pars monita transmittere ad Curiam mandatum Procuræ, cujus virtute Procurator, ne procedatur ad ulteriora in causa per Contradictos, debet in actis protestari, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

16 In Officio &c. NN Procurator, ut docuit per Instrumentum publicum mandati Procuræ, prout in folio &c. tenoris &c. negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non esse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, Ideo nihil fieri, nisi servatis servandis, verificatis verificandis, & nisi ipso in quolibet actu legitimè citato, alias protestatus fuit de nullitate &c. omni &c.

17 Et si domus Procuratoris non est Cursoribus nota, debebit Procurator eligere Domicilium in quo citari velit, ne alias citetur per diligentias, & domicilio demum non reperto, per affixionem, juxta Praxim superius traditam *1 par. 1. c. 4. num. 5. & seqq.*

18 Proinde si causa fuit in Curia virtute privilegii introducta super Jactationibus, & molestationibus, ut supra, & qui illa introduxit, ad ulteriora procedere velit, poterit illam prosequi, & obtinere absolutoriam, juxta Praxim superius positam in capite proximo præcedente, *n. 21. & sequentibus.*

19 Sed si non super Jactationibus, sed super alia re, quodcumque judicium introductum ibidem fuit, poterit Actor privilegiatus, si velit, ad ulteriora in causa procedere, juxta naturam causæ, & judicii intentati, & ob id si intentatum fuerit Judicium ordinarium, erunt in eo verificanda contenta in Monitorio, etiamsi illud negatum non fuisset.

20 Pro verificatione autem monitorii sunt producenta Instrumenta, & jura opportuna, citata Parte ad dicendum contra, ut supra, *par. 1. cap. 2. n. 10 & seqq.* & si jura non sufficiunt ad verificationem Monitorii, poterunt dari positiones opportunæ, cogendo Partem ad respondendum illis, juxta superius tradita *d par. 1. c. 10. num. 4. & seqq.* & si fuerint negatæ, poterunt reproduci in vim articulorum, vel etiam dari alii Articuli, juxta contingentiam facti, citata semper Parte ad dicendum contra, & successivè poterit ad Testium examen procedi, juxta Praxim superius positam *p. 1. c. 11. n. 2. & seqq.*

21 Similiter Reus conventus poterit deducere exceptiones sibi competentes benevisas, & illas eodem modo probare per Jura, & Testes, & alia legitima probationum genera, Parte citata, juxta superius tradita *par. 1 c. 8. & c. 10. & seqq.* mutatis semper mutandis, secundo opportunitatem & contingentiam facti.

22 Admissio verò Jurium, & Articulorum in causis ordinariis non est coarctanda, sed Jura, & Articuli sunt simpliciter admittendi ad instantiam utriusque Partis, absque clausula *sine præiudicio* quæ tantum in exequutivis, & summariis causis apponenda est, ut suo loco superius dictum fuit.

Actitato hinc inde processu observantur termini substantiales, videlicet.

A. C. N.

23 Citetur NN. ex adverso Procurator NN. ex adverso principalis, ad libellandum, ad p.t. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra Articulos ad producendum omnia, ad dicendum contra producta. ad 2. declarandum, ad jurandum de Calumnia, ad p. d. in terminis substantialibus, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura hodiè in actis producta, & repetita. & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admitti si, in quantum, & omni &c.

Et facta productione, seu repetitione Jurium ut supra, hac eadem *par. 3. c. 2. num. 15. & seqq.* citatur ad Sententiam, ut infra, videlicet.

A. C. N.

24 Citetur NN. ex adverso Procurator NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quacumque facultatum, absolvi Instantem à Censuris, ad effectum &c. deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & alias, omni &c. ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri Juramentum &c. qui tactis juravit &c. & sententiari, prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens, legit, subscripsit, & mihi consignavit tenoris &c. super quibus &c. præsentibus sociis Testibus &c. non solùm ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

25 Christi nomine Invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio in his scriptis fuerimus in causa, & causis, quæ coram nobis in prima seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter NN. Viduam relictam q. NN. Actricem ex una, & NN. Hæredem dicti q. NN. Reum conventum

ventum partibus ex altera, de, & super restitutione Prædij dotalis, siti in Territorio Civitatis NN. in Villa N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. & alios &c. qui &c. necnon scutorum sexcentorum monetæ, una cum Juribus dotalibus, & alimentis quovis modo debitis, ac fructibus per dictum q. NN. perceptis ex bonis paraphernalibus, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. Reum conventum, uti Hæredem dicti q. NN, teneri & obligatum fore, & esse. & propterea condemnandum, prout condemnamus ad restituendum dictæ q. NN. Viduæ dictum prædium, ac scuta sexcenta dotalia, una cum omnibus juribus & pertinentijs, ac alijs juribus dotalibus, ac alimentis sibi debitis à die mortis dicti q. NN ejus Viri, ac fructibus per eumdem q. NN Virum perceptis ex bonis paraphernalibus ejusdem NN inferius adnotatis, Victumque Victori in expensis condemnamus, quorum quidem alimentorum, ac fructum, & expensarum liquidationem, & taxationem Nobis, vel cui de Jure inposterum reservamus & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c. (*hic adnotatur tenor bonorum Paraphernalium*) Ita pronunciavi Ego N. Locumtenens.

26 Quod si Sententia sit ferenda ad favorem Rei absolutoria ab impetitis, aut ab observatione judicij, poterit confici Cedula juxta formulam superius positam, hac eadem *p. 3. c. 2 n. 20.* sicut etiam, juxta ibi tradita, *sub n 30. & seqq.* poterit interponi appellatio, & fieri ac produci Cedula appellationis, mutatis tamen temper mutandis prout facti exigit contingentia, commissio verò poterit formari, ut infra videlicet.

Civitatis Castelli.

27 Beatissimè Pater. Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum extribus, iniquitatis, & notoriæ justitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum ab assertа definitiva Sententia lata per R. P. D. NN. A. C. Locumtenente in prima instantia, ad assertum favorem NN. contra, & adversum NN. deovtũ S. V. Oratorem, de & super restitutione prætensæ dotis una cum juribus dotalibus, & alimentis, à die mortis q. NN. necnon restitutione prætensorum fructum assertorum bonorum Paraphernalium, rebusque alijs in actis, causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, non tamen vigore obligationis Cameralis, aut alterius processus exequutivi, necnon attentatorum, ac innovatorum quocumque, ac restitutionis in integrum, prout de Jure &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas &c. alicui S. V. Sacræ Rotæ Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoscen. decidendi. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, in hibendi, quos, quibus, quoties, ubi; & quando opus fuerit constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis. Stylo Palatij, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Statum &c pro plenè &c.

Quod si causa non sit totalis, sit Commissio, juxta formulam superius positam *par. 1. c. 13. n. 29.* & alias mutatis mutandis.

28 Nec est necesse in causis hujusmodi, via ordinaria introductis, adire plenam Signaturam Parte citata ad effectum committendi causam appellationis sed commissio signatur, & expeditur via ordinaria, absque aliqua difficultate juxta Praxim superius traditam *p. 1. c. 13. num. 45.* & proinde proceditur in causa coram Judice Commissario, citando Partem coram eo, ad dicendum contra commissionem, & videndum inhiberi, juxta Formulam, de qua supra *d. p. 1. c. 13. n. 43.*

Observationes.

A 29 Postea quàm san. mem. *Constantinus* Imperator, susceptо Baptismo, in suo Lateranensi Palatio Ecclesiam Salvatori dedicavit, & illi continentem Basilicam, nomine Sancti Joannis Baptistæ, condidit eo in loco, quo ipse baptizatus à Sancto Silvestro, & à Lepra mundatus est Ecclesiam Sancti Petri in Vaticano, & alias plures Basilicas ædificavit, *Baron. Annal. Eccles. tom. 3. sub Anno Domini 344. fol. 218. & seqq. fol. 228. & seqq. & fol. 240. & seqq. Breviar. Roman. in Fest. dedicat. Basil. Salvat. die 9. Novemb. & dedicat. Basil. Sancti Petri, 18. eiusdem.*

30 Postquam etiam de consensu totius Senatus, ac Populi Ecclesiæ Romanæ. Beato Petro Apostolorum Principi, Beatoque Silvestro Pontifici, ac eorum Successoribus ejus Lateranense Palatium, necnon Urbem Romam, & alia multa concessit, donavit, ac reliquit *cap. Constantinus, dist. 96. cap. fundamenat, de elect. in 6. cap. futuram 2. q. 1. Bald. in cap. 1. § in generali, vers. quæro, utrum ti: si de feud. fuer contr. Abb. cons. 84. n. 2. lib. 1. Bald. cons. 159. super vers. & hæc vera, lib 3. Covar. var resol. lib. 4. c. 16. n. 8. Card. Tusc. lit. D conclus. 689. n. 4. & seqq. Scacc. de appell. q 8. nu. 110. Boccadill. in polit. lib. 2 c. 17. n. 11. Baron. Annal Eccles. to 3. sub* 13 *Anno Domini 324. fol. 244.* animadvertens † justum non esse, ut illic Imperator terrenus haberet potestatem, ubi Principatus Sacerdotum & Christianæ Religionis caput ab Imperatore Cœlesti constitutum est, Imperium Romanum Regnique potestatem in Bizantinæ Provinciæ optimo loco transtulit, & illic à suo nomine Urbem Constantinopoli nuncupavit, prout se facturum dixerat *d. cap. Constantinus*, & est notorium. latè *Baron. Annal. Eccles. tom. 3. sub Anno Domini 324. fol. 249. & seq.*

32 Nec à bonis operibus umquam cessans Pius Imperator certo sciens Regum officium proprium esse, facere judicium, atque Instantiam, & liberare de manu Calumniantium vi oppressos; ac Peregrinis, Pupillis, & viduis, cum facilius à potentibus opprimantur, præbere auxilium *cap. Regum, 23. q. 5. Rolan. cons. 20 n. 2. & seq. lib 2.*

33 Cum præsertim, Deus præceperit Miserabilibus personis, hoc est Advenis, Pupillis, Viduis, & pauperibus, malum non inferri. nec ab alijs inferri permitti, *Exo. c. 22. n. 21. & seq. Iacob. c. 24.*

n. 30.

n.3.Ier.c.22.n.3.Zacc.c.7.nu.10. Malach.c.3.n. 5. Matth.c.23.n.14.c.4.Regum.23.q.5.

34 Sed illis beneficri, *Deut.c.16.n.14. & c.24. nu. 17.& n.19 & seqq.& c.26.n.12.& seq. Iob c.31. nu. 10.& seq.* prout etiam docet *Apost.1.ad Timoth.c.5. n.3.& n.16.Iac.c.1.n.27.*

Et signanter in judiciis, *Deut.24.n.17.& c.27 n.19.Ecclesiast. c.4.n.20.Isa.c.1.num. 23. & seq. Ier.c.22.n 3.*

35 Hinc anno Imperii sui vigesimo septimo salutis verò trecentesimo trigesimo quarto, quintodecimo Kalend: Julii, Publio Optato , & Anicio Paulino Juniore Consulibus, Constantinopoli in favorem Pupillorum, Viduarum, & aliarum miserabilium Personarum privilegium, seu Constitutionem edidit, qua statuit, ne hujusmodi Personæ possent extra proprium domicilium conveniri, sed bene possent ipsæ alios extra proprium domicilium trahere coram Principe quam quidem Constitutionem deinde Imperator novitet *Iustinianus* in ejus Codice inserendo, & approbando *sub tit 14.libri tertij* in corpore Juris clausit, hæc est *lex unica, C. quand, Imper. inter Pupill. & Vid. vel Miserab, person. cogn. & ne exhibean.*

36 Pupillus proprie est ille, qui adhuc est impubes ob decimumquartum suæ ætatis annum non expletum, & desiit esse in potestate Patris , aut morte, aut emancipatione *l. Pupillus 239. in princ.* & ibi DD *ff. de verb.signif. Glos. in l unica, verbo contra Pupillos. C. quand. Imper. Castr. in rubr. C. quand. Imper. n.1. Alciat. in d.l. Pupillus in princ. n. 3. ff de verb.signif.*

37 Improprie dicitur Pupillus etiam impubes , qui Patrem habet *l. si Servus 141 §. 1. & l. fin. §. Pupillus. ff. de verb oblig. l. quam Tuberonis , §. tam autem Pupillum. ff. de pecul. Rebuff. in d. l. Pupillus, col.1. in fin. vers. Immo Pupillum, ff. de verbor. significat.*

38 Diciturque Pupillus à Pupo. Pupus enim Parvulum significat , & sic Pupillus dicitur impubus parvulus, etiamsi sit infans *l. 2. ff. rem pupil. salu. for. Rebuff. in d. l. Pupillus, col. 2. in princ. versic. item Pupillus, & ibi etiam Alciat. n.1. ff. de verb. significat.*

39 Vidua verò, ut *Labeo* ait, non solum Mulier, quæ aliquando nupta fuit, sed etiam illa, quæ Virum non habuit , appellatur, quasi sine duitate *d.l. malum 242. §. Viduam ff. de verb. signif.*

40 Vetum illa , quæ Virum non habuit, vidua appellatur in latiori significatione, *Covar. prac. quæst c.7.n.2. Marchef. de Commiss. avoc. cauf. p.2. §. 2.n.158. fol.324.*

41 Cum enim Matrimonium sit duorum , non autem plurimum, vel pauciorum, *Genes. c.2 l prima, ff. de rit nup. §.1. Instit. de patr. potest.* Con-
42 sequens est, † ut in lata significatione , quæ sine duitate est, Vidua dicatur *d.l. malum §. Viduam, ff. de verb. signif.*

43 Sed in strictiori significatione Vidua illa dicitur cujus Maritus mortuus est, & alio caret *cap. Vidua 84. dist. Fel. in cap. significantibus, n.8. de offic. Deleg. Alciat. in d. malum, § Viduam, n 25. & seqq ff. de verb. signif. Covar. pract. quæst. cap. 7. n.2. vers. contrarium.*

44 Cæterum Personæ miserabiles omnes illæ quarum natura nos inducit ad miserendum , nè dum ob aliorum culpam , sed etiam ob fortunæ injuriam, dici, & reputari debent, *l. unica, C. quæd. Imper. Azo. in Sum. rub. C. quand. Imper. n.6. Soccin. in cap. ex tenore, n.4. de foro compet. Guidop. ap. decis. 566.* & ibi *Adden. sub lit. A. vers. denique miserabiles, Novar. in Prax. elect. for. sec.2. in præfat. n.2. Afflict decis. 257. n.1.*

Et dicuntur, miserabiles secundum *Isidorum,*
45 quasi miseriæ habiles , *Rebuf. in tract. de Senten. provis. art.3 glos. ultima versic. ultimo Miserabilis, Novar. in Prax elec. for sec.2. in præfat. n.2.*

46 Etiamsi sint divites, *Azo in Sum rub. C. quand. Imper. inter Pupil & Vid. n.6. Roland. cons.76. nu. 44. vers. quia respondetur.* ubi alios allegat *lib. 1. Adden. ad Guidopap. d. decis. 556. in verbo Miserabiles, versic. denique.*

47 Signanter autem & in specie personæ miserabiles primo sunt Viduæ, & Pupilli, quorum Deus inducit nos ad miserendum. *Exod.c. 22.n. 22.* ibi Viduæ, & Pupillo non nocebitis, si læseritis eos , indignabitur furor meos, & percutiam vos gladio, eruntque Uxores vestræ Viduæ, & Filii vestri pupilli, *& Deuter c.24.n.17.* Non pervertes judicium Advenæ , & Pupilli, nec auferes pignoris loco Viduæ vestimentum, *& c.27.n.19.* Maledictus qui pervertit Judicium Advenæ, Pupilli, & Viduæ, *& Eccles. ist. c.4.n.10.* In judicando esto Pupillis misericors, sicut Pater, & pro Viro Matri illorum, *& Isa c.1.n. 23.* Principes tui infideles Pupillo non judicant. causa Viduæ non ingreditur ad eos, *& Ierem.c.21.n.3.* Facite judicium, justitiam, & liberate vi oppressum de manu Calumniatoris, Advenam, Pupillum, & Viduam nolite contristare, neque opprimatis inique, *& n.4.* Si non audieritis verba, hæc in memetipso juravi, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc, *& c.Regem 23.q.5.c.ex tenore, ubi not. de for. compet l. unica, C. quand. Imper. Glos. in cap. omnis ætas, in verbo Pupilli, 12.q.1. Azo. in sum. rub. C. quand. Imper. num.6. Innoc. in cap. significantibus. num. 2.* & ibi *Butr. num.22. Imola num. 19. de offic. Deleg. Adden. ad Guidopap. decis. 565. in verbo Miserabiles. Marchef. de Commiss. avoc. cauf. par. 2. § 2.n.164. fol.324. Rebuff. de Senten. provis. art.3. glos. ultim. vers. providere etiam Gratian. discept. 63.n.13. tom.1. Afflict. dec. 237. num. 1. The-*
48 *saur. decis.177.n.1.* etiamsi † sint divites, *Gratian. discept. 182.n.2. & seqq.*

94 Secundo Mulier habens Maritum inutilem pariter persona miserabilis reputari debet *Rebuff. de Sent provis. d. art. 3. glos. ult. vers. Item vidua Novar. in Prax. elect for. sect. 2.q.7.n.2.*

50 Tertiò Orphani , nam horum etiam Deus inducit nos ad miserendum, *David psalm. 9. alias 10. secundum Hebr. n. 24* ibi Orphano tu eris adjutor *Glos. in cap. omnis ætas, in verbo Pupilli. 11.q.1. Innoc. in d. cap. significantibus nu.1. vers. pupillorum,* & ibi *Butr. num.22. & Imol nu.19. de offic. Deleg. Rebuff. d. art. 3. glos. ultim. vers. secundo Orphani, Thesaur decis. 177. n.1.*

51 Sunt autem Orphani minoris 14. annis , qui Patre, & Matre carent, *Rebuff in l. Pupillus col. 2. vers. 2. quamvis. ff. de verb. signif. Castr in Rubr. C. quand Imp. n.6.*

52 Quartò Peregrini, & advenæ, quos Deus plu-
rimum

rimum commendat in ducendo Nos ad miserendum illorum, *Exod.c.23.n.9.* Peregrino molestus non eris *& Levitic.c.29.n.33. & seq.* Si habitauerit Advena in terra vestra, diligetis eum quasi vosmet ipsos, *& Deut.c.10.nu.18.* Deus facit judicium pupillo,& viduæ, & amat peregrinum, & vos ergo amate peregrinos eum aliis cumulatis supra *vers.cum præsertim Deus n.33.& vers.significanter autem, n.47.c. si quis Romipetas 24. q. 3. Innoc. in d. cap. significantibus, nu.1.* & ibi *Imol. nu. 9. Butr. nu.22. de offic. Deleg. Rebuf.de Sent. provis.art.3. glos. ultim. vers. tertio, Thesaur. decis. 17.nu.1.*

53 Quintò Puella nobilis, quæ secundum ejus conditione matrimonio copulari nequit, dicitur pauper, & ei sicut pauperi providendum est, *Bald. in l. si quis ad declinandum, nu.3. C. de Episc. & Cleric. Rebuff. de Sent provis. d. art. 3 glos. ultim. versic. Quarto Puella.*

54 Sextò Pauperes *l.unica, §. quod si pupillus, C. quando Imper. Innoc in cap. significantibus n.1.* & ibi *Imol. n.19. de offic. Deleg. Natt. cons.590.n.7. Thesaur.decis. 177 n.1.*

55 Septimò Mercatores, dum sunt in itinere, quibus ideò est summariè succurrendum, si graventur vectigalibus, & pedagijs, *cap. si quis Romipetas 24.q.3. Innoc. in d.c.significantibus, n.1.* & ibi *Imol. n.19. But. n.22. de offic. Deleg. Rebuf d.art. 3. glos.ult. vers.quinto, Thesaur.dec. 177.nu.1*

56 Octavò publici Pœnitententes, *c.aliud 11.q.1. Innoc. in cap. significantibus, n.1.* & ibi *Imol nu.19. & Butr.nu.22.de offic. Deleg.Rebuff.d.art.3. glos.ultim vers sexto.*

57 Nonò Liberti ab Ecclesia manumissi, & ad eam confugentes, *cap omnis etas, ubi Glos. in verbo Pupilli 2.q.1.c. Liber ubi Glos.dist.87.Imol.in cap. significantibus, n.19.* & ibi *Butr.n.22.de offic. Deleg. Rebuff.de Sent. provis d.art.3.glos.ult.vers septimo, Thesaur. d.decis.177,n.1.*

58 Decimò Officiales, & Rustici, & Servientes Ecclesiæ, si sunt pauperes.& serviunt gratis, *Innoc. in d.cap significantibus,n.1,* & ibi *Imol.n.19.& Butr. n.22.de offic.Deleg.Rebuff. d.art.3.glos.ult.vers.octavo, Thesaur d.decis.177.nu.1.*

59 Decimoprimò Infantes expositi, *cap. fin. dist. 87.l.1.& 2.C.de Infant.expos. Innoc.in cap significantibus,n.1.vers idem in expositis, de offic.Deleg.Rebuff.de Sentent provis d.art.3.glos. ultim.vers Nono Infantes.*

60 Decimosecundò Senes, & decrepiti, etiam si sint divites, *Azo in sum rubr.C. quand. Imperat. inter Pupill & Vid n.6 Rolan.cons. 76.n.44. lib.1. Imol.in cap.significantibus,n 19..de offic.Deleg. Lop. in rep.cap. per vestras.in 2.not.n.12. de don. inter Vir & Vxor. Adden. & Guidopap.decis.566. in verbo Miserabiles, in vers.deniq. Rebuf.d.art.3.glos. ult. vers.decimo, Afflict dec.257.n.1.*

61 Decimotertiò Cæci, Mutilati membris, Leprosi,& Debilitati, *l unica.C. quando Imperat.cap. licet,multum 1 de rest. spoliat. & cap licet multum ubi Glos. in verbo miseri, de Cens. c. 1. de Cler. agror. vel debilit. Azo in sum. rub. C.quand. Imperat.num.6 Innoc.in cap. significantibus, nu.1.* & ibi *Imol.n.19 & Butr.n.22 de offic. Deleg. Alex. cons. 126.In hac,n 9 lib.2 Rolan. cons 76.n. 44. lib 4. Rebuf.d.art.3.glos.ult. versic. undecimo, Thesaur. decis.177.n.1. Afflict. decis. 257,num.1.*

62 Decimoquartò Carcerati, & Captivi *l. si quis ad declinandum, & l. si Captivi, C.de Epis & Cleric. l.Iudices, C.de Epis. aud.Innoc. in cap.significantibus, n.1.Imol. n.19. & Butr.n.22. de offic. Deleg. Rebuf. de Sent.provis.artic.3.glos. ult.vers. duodecimo, Thesaur.decis.177.n.1.*

63 Decimoquintò Cruce signati, *Imol.iud.cap. significantibus, n.19 de offic.Deleg.* nam isti sunt simul Advenæ, & Peregrini, *Rebuf.d.art.3.glos. ult. vers decimotertio.*

64 Decimosextò ad Fidem nuper Conversi. *Innoc. in cap. Iudæi, de Iud Rebuf d.art.3.glos.ultima, vers. decimoquarto,* cum aliis cumulatis per *Novar.de elect. & var.for.sect 2.q.48.n.1. & seq.* ubi de communi, Quod procedit infra annum à die Conversionis, & Baptismi, ut per eumdem *Novar.d.q.48. n.4.& seqq.*

65 Decimoseptimò omnes diuturno morbo laborantes, seu fatigati, *l.si quis ad declinandam, §. ubi autem, C.de Epis. & Cleric.l.unica, C. quand. Imper. Azo.In sum.rub.C.quand.Imper.num.6. Alex. consil.122.viso puncto,n.16.vers.& iudicio meo lib. 4.Rolan cons.76.n.44.lib.2.Marches.de Commiss. avoc caus. par.2 §.2.n.164. fol.324.Afflict. decis. 257 n.1.* etiam si sint divites, ut per *Azo & Roland. ubi supra.& per Adden.ad Guid.Pap dec,566.in verbo Miserabiles, vers. denique.*

66 Sed hoc non procedit in eis, qui sua culpa tales sunt effecti, prout sunt Laborantes morbo Neapolitano, ut ait *Rebuf.de Sent.provis.art.3 glos.ult. vers.litem dicebat quidam.*

67 Decimoctavò Furiosi, & similes *l. congruit, & l. Divus. ff. offic.Præfid. l.Insans, ff. ad leg.Corn.de Sicar.l.Iudices.& l.Liberi,C.de Epis aud. Innoc. In cap significantibus,n.2.vers& Furiosi,de offic.& potest*

68 *Deleg.Novar.in Prax.elec for.sec.2.q 42.n.1.& seq.* nam † Furiosus, Fatuus, & Mentecaptus, & similes æquiparantur pupillo infanti, *§ sed quod diximus, Instit.de inutil.stip* cum aliis allegatis supra *par.1.c 5 n.91.Novar.in Prax.elec.for.d.sect.2.q.42 n.3.& seqq.*

69 Decimononò omnes aliæ Personæ, quarum Natura movetur ad miserendum, *l unica,C.quæd. Imperat. Azo. in summ. rub.C.quand.Imper. n.6. Alex. cons.122. viso puncto, num 16.vers & iudicio meo,lib.4.Rolan. cons.76.nu.44. lib.1. Adden. ad Guidopap. d.decis.566. in verbo, Miserabiles, versic. denique,* cum aliis allegatis supra *vers. cæterum Personæ, num. 44.*

70 Licèt enim Personæ supradictæ in specie inter miserabiles numerentur, nihilominus possunt etiam dici miserabiles aliæ personæ supra non enumeratæ, si in eis æqualis, vel major ratio militet arg.*l illud, ff. ad leg. Aquil. Rebuf.d. art. 3. glos.ult. vers.item aliæ personæ.*

71 Verum, quæ sint istæ aliæ Personæ miserabiles non enim erratæ, nec declaratæ, arbitrio Judicis reliquitur. *Covar.pract.quæst. c.6 num.3.in fin.vers. relinquendum,* ubi de communi, *Menoch.de arbitr. Iud.lib.2.casu.66.n.1.* ubi de receptissima DD. sententia testatur, *Rebuf.* alios cumulans *de Sent. provision. art.3 glos. ult.divers item aliæ personæ,* latè *Novar.* qui plures congerit *in Prax. elect. for. sect.2 in præfat.n.3.& seqq.*

72 Sed hoc non procedit in Personis miserabili-

bus

bus declaratis in *l.unica*, C. *quand. Imper.* prout sunt Pupilli, Viduæ, & diuturno morbo faticati, nam cum isti sint, ut supra miserabiles à lege declarati, non relinquitur arbitrio Judicis alia eorum declaratio.

73 Idemque videtur dicendum in his, qui ex communi DD. opinione miserabiles declarantur, ac uti tales gaudere debere privilegio electionis Fori, nam à communi DD. opinione non est in judicando recedendum ex latissimè cumulatis per *Ant. Mar. Corat. de commun. opin. lib. 2. tit. 8. inspect. 2 n. 2. & n. 16. & seqq.*

Sed benè procedit Conclusio in Personis non declaratis, ut in eorum declaratione inter Judicis arbitrium, *Soccin. in cap. extenore, col. 2. num. 4. de For. compet. Rebuff. d. art. 3. glos. ult. vers. intellige verum.*

47 Ex quibus Primò infertur, quod cum Pupilli sint miseratione digni, gaudent privilegio, ne trahi possint in judicio extra proprium domicilium, sed benè alios extra domicilium ad Curiam Principis trahere valeant tex. est expressus *in l. unica, C quand Imper. inter Pup. & Vid. Iunoc in cap significantibus. n. 5. de offic Deleg. Alex. cons. 122. num. 16. vers. & iudicio meo, lib. 4. Rolan. cons. 20. n. 1. lib. 2. Afflict. dec. 257. n. 1.*

75 Etiam post litem contestatam *Natt. cons. 590. nu 15. Viv, dec. 55. nu 1.* ubi quod hoc procedit etiam in Viduis, & aliis miserabilibus personis gaudentibus privilegio *d l. unicæ.*

76 Et etiam si Pupilli lite pendente sint effecti majores. *Thesaur. dec 177. nu. 4.*

Sed Primò hoc non procedit in Pupillo exi-
77 stente in potestate Patris, nam is *l. unicæ*, privilegio non gaudet, *Gloss. in l. unica, in verbo contra Pupillos, C. quand. Imper. Castr. in rubr. C, quand. Imper. n. 1. in fin. Franc. dec. 100. n. 17.*

78 Secundò non procedit in pupillo existente in potestate Avi. *Novar. in Prax elect For. sect. 2. q. 3. n. 7.* ubi alios cumulat. *Franc. dec. 671.*

79 Tertiò non procedit in Pupillo divite, sed tantum paupere. *Rolan. cons. 20. n. 8. & n. 12. & seqq.* ubi de communi *lib. 2.*

80 Sed quicquid dixerit *Rolan. ubi supra*, contrarium est verius, quod scilicet Pupillus gaudeat dicto privilegio *l. unicæ*, etiamsi, sit dives, *Azo. in sum. rub. C. quand. Imper. nu 6. Adden. ad Guid. Pap. dec. 566. in verb. Miserabiles, Roland. cons. 76. n. 45. lib. 1. Natt. cons. 590. n. 3. & seqq.* ubi plura cumulat *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 66. n. 3.* ubi alias congerit authoritates, *Covar. pract. quæst. c. 6 n. 2. vers. obtinet hoc privilegium, Gratian. discept. c. 182. n. 2. & seqq. Franc. dec. 100. n. 19. Thesaur. dec. 177. n. 3. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 93. num. 1.* ubi quod cum hoc suppositio processit Signatura, proinde ab hac opinione uti veriori, & receptiori non est in Praxi recedendum, quam etiam uti magis communem, & veriorem passim observat, & amplectitur Signatura, teste *Marches. de Commiss. avoc. caus. par. 2. §. 2. num. 31 vers. quicquid, & circa fin. vers. sed non amplius fol. 304.*

81 Quartò non procedit, quando Pupillus hujusmodi privilegium amisit, ex quo judicium fuit cœptum, & lis contestata cum ejus Patre postea defuncto, nam tunc Pupillus in dicto judicio non potest uti dicto privilegio *l. unicæ, Castr in l. Hæres absens in princ. num. 3. & seq. & in l. si is, qui Romæ, num. 11. ff. de iud. Covar. pract. quæst. c. 8. n. 2. & seqq. Gratian. discept. c. 182. nu. 26. & seqq. Tom. 1. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 93. num. 21.* Secus filis non sit cœpta cum Defuncto *Gratian. d. discept. 182. num. 27.* cum aliis præallegatis.

82 Quinto non procedit in Pupillo in formâ Cameræ obligato, qui licet in partibus existat, & etiam si dicta obligatio sit facta extra Urbem, potest tamen conveniri coram A. C. privilegio *l. unicæ* non obstante, *Marches. de Commiss. avoc. caus. par. 2. §. 2. num. 94. & seqq. fol. 314. & seq.* ubi quod hanc opinionem sequitur Signatura, *Gratian. discept. 182. n. 6. vers. dixi, ubi de communi, & nu. 7. Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec. 93. num. 21 & seqq.*

83 Et eo minus Pupillus, vel Persona miserabilis in formæ Cameræ obligata poterit declinare Forum A. C, si coram eo ab alia persona miserabili conveniatur, *Gratian.* qui plures cumulat *d. discept 182 n. 20. tom. 1.*

84 Siquidem A. C. est Judex obligationis Cameralis privativè quoad alios, ut expressè legitur in ejus facultatibus, *Paul. V. const. 28. Eximiæ, §. Itaut tu, Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec. 93. n. 5.* cum aliis cumulatis supra, *p. 1. c. 1. n. 36.*

85 Et cum dictæ facultates se extendant ad Communitates, & Universitates, de quibus in eis in individuo fit mentio, debent quoque comprehendere Pupillos, Viduas, pauperes, & alias personas miserabiles in eisdem Universitatibus existentes, nam illæ æquiparantur pupillis, & per Administratores reguntur, *Gratian. d. discept. 182. nu. 19. Rot. post Zacch. de oblig. Cam. dec. 93. n. 19.*

86 Quæ procedunt etiam si non Pupillus, ipse, sed ejus Pater postea defunctus se, & bona, & Hæredes suos obligaverit in forma Cameræ, nam tunc Persona defuncti consideratur, qui potuit Hæredes, ut supra obligare, & etiam donare bona Hæredis, & de illis disponere, non autem persona Pupilli, qui ob id privilegio, *l. unicæ* uti non potest *Gratian. d. discept. 182. n. 25. Rota post Zacc. de oblig Camer. d. dec. 93. n. 20. & seqq.*

87 Nec relevat, si dicatur, quod facultates A. C. sint datæ privativè, ut supra, quoad Judices Romanæ Curiæ, quo verò ad Judices exita Curiam cumulativè, ut diximus supra *par. 1. c. 1. n. 40.* quod non videtur à præfatis consideratum.

88 Nam hoc operatur, ut cœpto judicio in partibus A. C. non possit à Judice de partibus causam in qua agitur de obligatione Camerali, reassume-
89 re, ut per *Burat. dec. 462. n. 1.* non † autem quod si pupillus fuerit coram A. C. præventus vigore obligationis Cameralis, ipse possit virtute *l. unicæ, C. quand. Imper.* Forum A. C. declinare Adversarium coram Judice de partibus trahere *ex præallegatis.*

90 Nec etiam relevat, quod Pupillus, & aliæ miserabiles personæ non possint privilegio *l. unicæ* renunciare, *Glos. in d. l. unica, in verbo excedere*, quam omnes sequuntur teste, *Natt. consil. 590. num. 15.* cum aliis latè cumulatis per *Marches. de Commiss. avoc. caus. par. 2. num. 96. fol. 311. & nu. 20. fol 301. Gratian. discept. 182.*

n.22.Viv.dec.55.n 2.Thesaur.d ec. 177.n. 5. vers. & istis.Franc.dec.192.n.7.

91 Nam licet persona miserabilis non possit d. privilegio renunciare, potest tamen illud authoritate Legis amittere, prout evenit, quando Defunctus Hæredes suos in forma Cameræ obligavit, sicut quando lis fuit cœpta, & contestata cum Defuncto, *Gratian.d.discept.182 n 6. & seq. & n. 25.& seqq.Rot.post Zach.de oblig. Cam. dec. 93.n. 20.& seqq.*

92 Secundo infertur, quod cum omnis Vidua respectu privilegii fori sit miseratione digna, ut dixit *Natt.cons 590. n.11* cum aliis supra allegatis, utique, & ipsa gaudet d. privilegio text. est expressus *in d.l.unica, C. qu.ind Imp. Bald. cons. 5. Quæritur, lib 1.Rolan cons.20.n.1. lib. 2. Affl.decis. 257.num 1.*

93 Quòd procedit etiam post litem contestatam *Nat.d cons.590 num.15.Viv.dec 55 n.1* & si cœptũ sit judicium coram Ordinario, contra regulam *l.ubi cœptum,ff.de iud.Thesaur.d.dec.177.num.6.* ubi de receptiori testatur.

94 Etiam in secunda Instantia, *Marches.de Commiss avoc.cauf.par.2.§ 2.n.157.fol.324. Thesaur. d.*

95 *dec.177.n.8.* ubi † quod ita resolvit Senatus, Et etiam si Vidua pendente judicio, seu lite nubere, *Franc.dec.25 n.7.Thesaur.dec. 177.n.4.*

96 Et denique Vidua gaudet d.privilegio *l.unicæ* etiamsi ejus Maritus defunctus fuisset miraculosè resuscitatus, veluti à Domino Lazzarus etenim li-

97 cèt † Resuscitatus rumpit Testamentum uti Posthumus, illudque, ac legata, & omnia revocabilia revocet, ac sua bona recuperet *Glos. & Bart. in l.4.ff.de Leg.Soccin.Iun.cons.162.n. 14. & seq. lib.2.* & aliis quos cumulat & sequitur *Sebast. Medic in tract.Mors omnia solvit p.1 n. 95. versic. & quemadmodum,& p.3.nu.127. Clar. in §.Testamentum,q 86.ubi de communi,Card Tusc. lit. R. concl.305.* recuperetque etiam Filios, ut resolvit *Garz.Girond.de priv.& exemp explic.n.1282.* quem refert *Barbos.in collectan.Decret,l.4.tit.21 c.4* hoc est *in c.sup.illa,n.3.de secun.nup.*

98 Nihilominus, quia Mulier alligata est legi, quando tempore Vir ejus vivit, quod si obierit Vir ejus liberata est, & potest alteri nubere, *Apost.ad Rom.c.7,& ad Corint.1,c.7.c.inter illa, de Secund. nupt* & ob id Matrimonium per mortem dissolvitur, utique miraculosè Resuscitatus Uxorem non recuperat, nec Uxor Virum *c. licitè 32.q.7.Sebast.Medic. in tract. Mors omn. sol. p. 2, conclus 98. n.273. Rebuff. in tract de pacif. possess. nu.268.Garz.Girond de privil. & exempt: explic. n.1282. & n.1291, Barbos in d.c.inter illa, n. 2.de secund. nupt. Viv,dec.314.nu.20*, proinde Mulier remanet Vidua, & per consequens, si daretur casus, gauderet d. privilegio *l.unicæ, C. quand. Imper.*

99 Sic etiam Clericus resuscitatus non recuperat Beneficium, *Sebast. Medic. in tract. Mors omn. solv.*

100 *par.2.conclus 98.n.273. Rebuff in d. tract de pacif. possess n 268.* Nec † Monachus resuscitatus tenetur redire ad Monasterium, *Girond.in d. tract. de privil & empt.explic.num.1285.*

Nec est etiam sic Resuscitatus iterum doctorandus *Ang.in l nam,& Demosthenes,n.3 ff,de Leg Medic,in d. tract. Mors omnia solv. p.2.concl.98. n.274.* nec iterum baptizandus. *Marsil.in l.fin n. 35.ff.de quæst.* cum aliis, quos refert, & sequitur *Medic. in tract Mors omn.sol.par 2.concl.98.n.274 & seq.* ubi de hoc reddit rationem.

101 Verum conclusio, quod Vidua gaudet privilegio *l.unicæ.C.quand.Imper.*

Primò non procedit in Vidua divite, sed bene in paupere, *Rolan.cons.20.num.12.& seqq.ubi de communi,lib.2.*

102 Sed contrarium est de Jure verius, cum etiam si illa dives miserabilis existat *Rolan.d.cons. 20.n. 9.& seqq. lib.2.Natt.cons.590.n.1.n.3. & n.7 lib.3.* ubi quod similes Personæ optimi solent, ut experientia rerum magistra docet, *Menoch. de arbitr. Iud casu 66.n.3.& seq. lib.2.Franc.dec.100. n.19.* ubi quod ita indistinctè judicat Sacrum Concilium, *Thesaur. dec. 177. num. 3.* ubi quod ita Senatus *Marches. de Commiss. avoc. cauf. p. 2. §. 2.num.31.vers.sed quicquid,& inferius eodem n. 31. vers. sed non amplius,* ubi de magis communi, & passim Signatura observata opinione testatur, *fol.304.*

103 Secundo non procedit in vidua in honesta, hæc enim d.privilegio non gaudet, *Rolan. d. cons. 20.n 6.& seq. lib. 2. Covar.pract quæst. c. 7. nu. 1. Marches.* plures cumulans, *de Commiss. avoc. cauf. p. 2 § 2.n.37.vers.nam illis fol.306. & n.56.fol.308.*

104 Tertio non procedit in vidua, quæ virum occidit, cum talis sua culpa sit effecta, *Covar. pract.q. c.6.n 3.vers.quidsi Vidua, Marches.de Commiss. avoc.cauf par.2 §.n.53.fol. 308.*

105 Tertiò infertur, quod cum Mulier viro destituta, seu habens Virum inutilem, Vidua dicatur, nec non etiam Innupta, Patre destituta, seu habens Patrem similiter exulem, condemnatum ad perpetuos Carceres, vel Triremes, captumve ab Hostibus, vel alias diuturno morbo laborantem, vel aliàs inutilem, sint personæ pariter miserabiles, eodem privilegio *l. unicæ* ad instar Viduarum gaudere debent *c.2.§. sed neque istud,* & ibi *Glos. in verbo inutilem, de translat.Epis. Glos.in l. fin. in verbo orbitates.* & ibi etiam *Bald.C.ad leg. Fav. de Plagiar, Felyn. in c. significantibus, n. 8. de offic. Deleg. Covar.in pract quæst.c.7. n.2. vers. est in hoc, Novar.in Prax.elect. Fori sect.2.q 7.n. 2 & seqq.* ubi plurimos cumulat, *Gail.observ.1.n. 44.& seq.* ubi alios allegat, *Marches. de Commiss. avoc. cauf. p.2.§.2.num.11.& seq. fol.300. & n.36.* ubi alios cumulat *fol.306.Franc.dec.100.n.28. Novar dec. 14.n.18.*

106 Quartò infertur, quod Virgo in cœlibatu vitam ducens animo in eo permanendi, quæ etiam Viduam in lata significatione dici potest, persona miserabilis reputari, & privilegio *l.unicæ* gaudere debet. *Glos.in l malum §. Viduam in verbo Viduæ, ff. de Verbor. signif. l unica ubi Bart.n 5.& Fulgos.* qui de communi testatur, *C.quand. Imper. Covar.pract.quæst. c.7.n.2.* ubi de communi testatur, licet ipse defendat contrarium, *Marches. de Commiss. avoc. cauf.par.2.§.2.n.39, & vers. Tertio limita fol.306.& seq. & num.141. ubi de communi fol. 322. Franc dec.100.num.1.& seqq. Viv. dec.55.n.3.*

107 Quinto infertur, ut etiam Virgo in Capillo gaudebat privilegio *l.unic æ C.quand. Imp. Andr. de Isern. in Constit. Regn, Statumus.n.* 10. *vers.*

quid

quid si Vidua, vel Virgo, & ibi etiam Afflict. q. 8. n. 29. de offic. Magist. Iustitiar. cum alijs cumulatis per *Marches. de Commiss. avoc. caus. par. 2. §. 2. n. 39. ubi de communi, fol. 306. & seq.* & cum alijs, quos allegat, & sequitur *Novar. de elect. for. sect. 2. q. 13. n. 1. & seqq. ubi de communi, Franc. dec.* 100. *n.* 1. *&*

108 *seqq.* ubi quod ita sæpè fuit in Sacro Concilio judicatum, *Vivius d. decis. 53. n. 3.* idq; locum † habet etiam in Virgine stuprata agente pro Stupro contra Stuprantem, *Franc. decis. 599. numero 2. par. 4.*

109 Quod eo magis procedit in Virgine nobili secundum conditionem suam nubere non valente, *Dec. in cap. cæterum, n. 74. de Iud. Rebuff. in tract. de Sent. provis. art. 3. glo. l. ult. vers. quarto puella, Marches. de Commis. avoc caus. d. §. 2. nu. 38. fol. 302. & nu. 39. vers. tamen limita, fol. 307.* cum hæc dicatur Persona miserabilis ex allegatis supra, *vers. Quinto Puella n. 53.*

110 Et in Virgine honesta. & gravis ætatis, *Covar. pract. quæst. c. 7. n. 2. vers. cæterum, Gaill. observ. 1. n. 42.* ubi cum pulchra limitatione, quos sequitur *Marches. de commiss. avoc. caus. d. par. 2. §. 2. n. 39. vers secundo limita, fol. 306.*

Etiamsi Vidua, vel Virgo fuerit desponsata per verba de futuro, nàm Sponsalia non sunt Matrimonium, *c. nostrates, 30. q. 5.* & tunc nec Sponsa dicicitur Vxor, nec Sponsus dicitur Marirus, *tex. in l. prima. §. & est quæstio. ff. pro dot. And. de Isern. in d. Const. Statuimus, n. 10.* & ibi *Afflict. n. 30. de offic. Magist. Iustit. Menoch. de arbitr. casu. 66.* cum alij allegati per *Marches. de Commiss. avoc. caus. d §. 2. n. 41. vers. quarto amplia, fol. 307.* & alij, quos cumulat, & sequitur *Novar. de elect. for. sect. 2. q. 13. n. 15. Mastrill. decis. 127. n. 10.*

112 Quod tamen non habet locum in Desponsata per verba de præsenti, quia illa verè est Vxor, licet non sit cognita, vel traducta, adeo quod hoc casu sit cognita, vel traducta, adeo sicut inter Virum, & Vxorem, *Isern. in d. Constit. Statuimus, n. 10. & seq.* & ibi *Afflict. d. q. 8. n. 31. Novar. d. q. 13. n. 4. & seqq.*

113 Prout nec etiam habet locum in Virgine nobili valdè divite, & plures Consanguineos, ac Fautores habente, *Marches. d par. 2. §. 2 n. 41. vers. limita præmissa, fol. 37.*

114 Nec in ea, quæ est in potestate Patris, vel Avi, *Novar. in Prax. elect. for. sect. 2. q. 13. n. 3. vers. verum, & n. 4.*

115 Sextò infertur, quod cum Pauperes sint personæ miseratione dignæ, ut diximus supra, *vers. Sexto Pauperes, n. 54.* ipsi quoque privilegio *leg. unicæ* sine dubio gaudere debent, *Covar. pract. quæst c. 6. n 3 Marches. de commiss. avoc. caus. p. 2. paragr. 2. n. 11. & seqq. fol. 300. & seqq. & n. 52. fol 308. Thesaur. decis. 177. num. 1. Crescent. decis. 16 de privil.*

116 Sed hoc non procedit in Paupere sua culpa effecto, prout ludo, gula, vel ob crimen, *Covar. d. c. 6. n. 3. vers. sed si quis, Menoch. de arbitr. Iud. casu 182. n. 51. lib. 2. Rebuff. de Sentent. provis. art. 3. glos. ult. vers. Item dicebat, Marches. de Commiss. avoc. caus d. paragrapho 2 n. 52. versi c. quod si paupertas, fol. 308. Buratt. decis. 320.*

117 Septimò infertur, ut eo magis d. privilegio *leg. unicæ* de jure gaudere debeant Hospitalia legitimè erecta, si enim hoc privilegium datur ut supra, Pauperibus, & miserabilibus, qui in Hospitalibus in eorum necessitatibus, & infirmitatibus alijs, curari, & creari solent, ergo multo magis ipsis Hospitalibus tribuendum, arg. *Auth. multo magis, C. de Sacrosan. Eccles Covar. pract. quæst. c. 7. nu. Marches. de commiss avoc caus d par. 2. §. 2 n. 6. & seqq. fol. 300. Rot. dec. 862. n. 1. & seqq. par. 4. divers.*

118 Octavò infertur, quod cum Studentes gaudeant omnibus privilegijs miserabilibus Personis concessis, etiam hoc *leg. unicæ* privilegio de jure gaudere debent arg. *Auth. habita C. nè Fil. pro Pat.* latè *Novar.* qui alios cumulat *in Prax. elect. for. sect. 2. q. 15. n. 1 & seqq. Viu. dec. 55. n. 5.*

119 Nonò infertur, quod cum Ecclesia gaudet privilegiis Miserabilium personarum, etiam ipsa de Jure debet gaudere *leg. unicæ* privilegio, *And. de Isern. in Const. Statuimus, n. 3. de offic. Magistr. Iustit. Covar. pract. quæst. c. 7. n. 3. Capyc. dec. 160. n. 1. Afflict. dec. 257. n. 2.*

120 Quod sine difficultate procedit, quando contra Ecclesiam adest violentia, rapina, vel fraus, etenim istis casibus Ecclesia habet electionem fori, *cap. cum sit generale de For. compet.* tradit *Afflict. in Const. Regn. Statuimus, n. 17. de offic Magistr. Iustitiar. Alex cons. 103. num. 9 in fin. ubi de communi, lib. 5. Covar. pract. quæst. c. 7. n. 3. ubi de communi, Afflict. dec. 357. n. 2.*

121 Et in Ecclesia paupere, quæ attenta paupertate sine dubio debet gaudere privilegio Pauperum, & sic, *d. l. unica, Covar. pract. quæst. cap. 7. n. 4. vers. Tertius erit Marches. de Commiss. avocat. caus. p. 2. §. 2. n. 6. & seq. fol. 300.*

122 At in Regno Cestellæ hoc privilegio *l. unicâ* gaudet Ecclesia, sivè illa sit Monasterium ex quatuor ordinibus Mendicantium, videlicet Sancti Francisci, Sancti Augustini, Sancti Dominici, & Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, sivè cujusvis ordinis Monialium, etiam si Ecclesiæ istæ sint divites, quod quidem privilegium habet Ecclesia, tàm ex antiquè usu Forensi, quam ex Constitutione Regia, prohibente Officialibus ab illis exigere laboris Salariũ, ex quo videntur ob id dictæ Ecclesiæ similes Pauperibus censeri, & deniq; ex Praxi diutius observata idem privilegium qualibet Ecclesia, licet dives habet ex usu Forensi, cujus rei ratio est, quia bona Ecclesiæ sub Tutorem, & Administratorum arbitrio sunt, sicut bona Pupillorum, unde Pupillis similis censentur, & illis æquiparantur à Jure communi, *cap. 1. de in Integr. restit. latè Covar. pract. quæst. c. 7. n. 3. Marches. de commiss. avoc. caus. par. 2. §. 1. n. 146. vers. immo cum Ecclesia, fol 322. Novar. in Prax. elect. For. sect. 2 q. 49 n. 3. & seqq.*

123 Et ob id absolutè videtur dicendum, stante d. æquiparatione, Ecclesiam de Jure comprehendi sub *d. l. unica, C. quand, Imperat.* arg. eorum quæ superius diximus *verb. & cum dictæ facultates, n. 85.* & sic Ecclesiæ competere *d. l unicæ*, privilegium, sicuti in Sacro Consilio decisum fuisse testatur *Andr. de Isern. d. Const. Regn. Statuimus n. 3.* latè *Novar.* alios cumulans *in Prax. elect For. sect. 2. q. 49. n. 1. & seqq. per tot.* ubi de communi, & passim in Praxi servata opinione testatur, *Capyc. decis. 150. Afflict. dec. 257. nu. 2. & seqq.*

124 Et licèt *d.l. unica* Ecclesias ligare aut capere non possit, cum sit imperialis, nihilominus illam etiam in foro Ecclesiastico locum habere, dicendum est, prout quotidie Praxis hoc privilegium admittit, ea ratione quia cum Jus Canonicum illam non corrigat, quinimò illi potius assistat *cap.1, ubi Glos.in verbo, plus tamen*, de hoc privilegio mentionem facit, *dist.* 87. censetur illud approbasse, ac proinde etiam in causis ad forum Ecclesiasticum, & Ecclesiasticas personas cum alijs præfatis Privilegiatis concurrentes, spectantibus, procedere non ambigimus, juxta opinionem, quàm sequitur Signatura, de qua testatur *Marches.de Commiss.avoc.caus. d.par.2.§.I. n.146. fol.122.& seq.*

125 Decimò infertur, quod etiam Cæci, Leprosi, Mutilati membris, Senes, Decrepiti, Pauperes continuo morbo laborantes, & Debiles, tàm mentis, quam corporis, ac omnes aliæ Personæ miserabiles, quarum Natura movetur ad miserendum, de quibus supra *vers. cæterum personæ miserabiles, & seqq.n.44. & qq.* gaudeat privilegio legis unicæ, *Azo.in summ. Rub. C. quand. Imper. Rolan. cons. 20 n.1. lib.2. Imol. in c. significantibus n.18. & seq. de offic. Deleg. Natt. cons.590. n.8. Marches.de Commiss. avoc caus p.2.§.2. n.13. fol.300. & n.49. & seq fol.308. Afflict. dec.257. n.1. Thes. decis.177. n.1. Viv. decis 55. n.1. & n.4.*

126 Possuntque fori declinatoriam opponere, etiam post liis contestationem, *Viv.d. decis. 55. num.1.*

127 Et eorum causæ debent signanter cognosci per suprema Tribunalia repræsentantia Principem *Rol.an.cons.75.n.34. & seqq.lib. 1.*

128 Trahuntquè hujusmodi Personæ ad forum Principes, sed non trahuntur *d.l 1.C.quand.Imper. Innoc.in c. significantibus, n 5. de offic.Deleg.* & ob id, si voluntillum declinare, utique possunt, quia tunc demum Princeps est illarum Judex, si eis placuerit alias secus, *Afflict in dicta Const. Regn. Statuimus,n.34.& seqq.vers. undecimo quæritur, de offic.Magistr.Iustit.*

129 Sed Conclusio quod Miserabiles personæ habeant fori electionem, ut supra.

Primò non procedit in Miserabili sua culpa, effecto, nam ob delictum effectus Cæcus, vel Debilitatus, vel alias propria culpa miserabilis non gaudet dicto privilegio, *Afflict. in d. Constit. Regn. Statuimus,q.n.28.de offic.Magist.* cum aliis allegatis supra *n.66.n.194. & vers.sed hoc non procedit in Pauperes n.116.*

130 Secundo non procedit in causis, quæ debent cognosci ab aliquo, qui est Judex privative, quoad alios, *Afflict.in d. Const.Statuimus,q* 10.n.33. & *decis* 257.n.3. & ibi *Vrsill.nu.* 4. cum aliis allegatis supra *vers. Quinto non procedit in Pupillo in forma Cameræ obligato,nu* 82 & *seqq.*

131 Tertiò non procedit, nisi ad effectum trahendi Adversarium coram Principe, vel alio Adversarii Judice competente, *Afflict.d.decis.* 257. *n.2. & seq.*

132 Quartò non procedit inter æquè Privilegiatos, Tunc enim cum Privilegiatus contra Privilegiatum non utatur privilegio, conquassantur privilegia, Actor sequitur forum Rei, *l.verum*, §.*Item quæritur,ff.de Minor. l. sed & Milites in prin.ff.ge excus. tut.* §. *sed & hoc in Auth.de Sanctiss. Epis. Bart.in l.fin, ff.ex quibus caus.maior. Marches. de Commiss.avoc.caus.par.2 .n.79. fol.312 Covar. pract.quæst c.7.n.4.Vrsil.ad Afflict.decis.* 56. *Franc. decis.188.n.2.Thesaur.decis.177.nu.9.versic. limitatur tamen, Rot.dec.157.nu.1.par.1.divers. & decis. 193.n.25.par.7.recent.*

133 Quod procedit etiam in Foro Ecclesiastico inter Ecclesiam, & aliam personam, ut supra æquè privilegiatam, secundum opinionem, quam sequitur Signatura, *Marches. de Commiss. avoc caus.d.§.2.n 146.vers. Immò cum Ecclesia, fol. 322. & seq.*

134 Primò tamen hæc quarta fallentia non habet locum, quando Unus est magis privilegiatus, quàm alter, nàm magis privilegiatus trahit minus privilegiatum, & non trahitur, *l contra Pupillum.§.is qui ad maius, ff.de re iud. Lambertin. de iure patr.lib.1.p.1.q.9 art.n.44. Afflict.in d.Const. Statuimus,c.12.n 35.de offic Magist.Iustit. & decis. 56.ubi Vrsil.n.1. & seqq.*

135 Secundò regula quod privilegiatus contra Privilegiatum non utitur privilegio, non habet locum quando major ratio privilegij viget in uno, quàm in alio, *Rot. decis. 557. num. 4. par.1. divers.*

136 Tertiò non habet locum d. regula, quando uti volens privilegio agit de damno vitando, *l.verum*, § *fin.& l.si apud.ff., de minor. Rot. decis. 557. num.2. par.1. divers.& decis.190 n.29.p.6.recent.* nisi etiam alius, contra quam eo uti vult, ageret ipse quoque de damno vitando, *Alex.cons.55.n.18. lib.5.*

137 Quartò fallit contra eum, in quo cessat causa privilegij, *cap.Abbate, de verb.signif.Glos.in cap.ita nos, in verbo cessaverint,25.q.2 Abb.in cap. auditis, n.8.de rest.in integr.*

138 Quinto fallit contra eum, qui non est privilegiatus in illa causa, *Rota decis. 557. nu. 3. par.1a divers.*

Proindè inferri potest, quod cum Ecclesia, vel Pia causa sit passivè tantum, non autem activè privilegiata in detractione Falcidiæ, etenim jus detrahendi Falcidiam etiam Ecclesiæ, vel Piæ causæ Institutæ competit de jure communi, non ex privilegio, non potest Ecclesia instituta detrahere Falcidiam contra Piam causam, vel Ecclesiam legatariam, quæ est in hoc privilegiata, nè detractionem hujusmodi patiatur, *Magon.dec.Flor 130.n 10.*

139 Sextò denique regula, quod Privilegiatus contra Privilegiatum non utitur privilegio, generaliter limitatur, ut non habeat locum, quando alteri ex Privilegiatus assistit Jus commune, nàm tunc semotis privilegijs, is præfertur, cui Jus commune assistit, *Covar. pract. quæst. c.7.n. 4.vers. sexto idem probatur, Rota dec.557.n.2.par. 1.divers.*

140 Quintò conclusio, quod miserabiles Personæ habeant electionem fori, non procedit, quando in concessione Jurisdictionis fuit d. privilegio *l. unicæ* derogatum, illi etenim potest derogari sed non sufficit derogatio per clausulas generales, *Grammat. decis 20 num.4. Crescen dec.16. de privil Franc.decis.192.n.4. & seq.* ubi de veriori, & communi testatur, *Thesaur. decis.* 177.*n.* 2. Sed requi-

requiritur derogatio specialis cum clausula, non obstante quod sint Viduæ, vel Pupilli, *Neviz. inter cons. Alber. Brun. cons.* 12. ubi de magis communi, quem refert & sequitur *Grammat. decis.* 10. *n.* 7. vel cum clausula non obstante, quod sint miserabiles personæ, *Franc. dec.* 187. *n.* 1. *& seq.* vel cum clausula non obstantibus privilegiis, etiã in corpore Juris clausis, *Marches. de commiss. avoc. caus. p.* 2. §. 2. *n.* 19. *fol.* 301.

141 Nec potest privilegio *l. unicæ* derogari, nisi per Signaturam Sanctissimi, etenim Signatura Justitiæ, & Inferiores manus apponere non valent, dum agitur de Legum, Statutorum, & Privilegiorum derogatione, *cap. causam de rescrip. Marsch. de commiss. avoc. caus. d.* §. 2. *nu.* 18. *fol.* 301.

142 Non solum autem Personæ miserabiles, ex privilegio *l unicæ C. quand. Imper.* non possunt trahi ad judicium extra proprium domicilium in prima, sed nec etiam in secunda, & alia ulteriori Instantia, Tum quia tam *rub. C quand. Imperat. inter Pupill. & Vid. & ne exhibeant*, quàm tex *d. l. unica, ibid. nostrorum Iudicum compellantur* loquitur per verba, universalia negativa, & ob id capit tam primam, quàm secundam, & ulteriorem instantiam, *Rol. an. cons.* 45 *n.* 12. *lib.* 2. Tum etiam quia *d. l. unica*, ubi supra, loquitur per verba numeri pluralis, unde comprehendit etiam Judices appellationum, & sic non solum primum, sed etiam ulteriores, *Gabr. de Leg. concl* 2. *n.* 46. faciunt tradita per *Tiraq. in l. Boves*, § *hoc sermone. lim.* 8. *ff. de verb. signif.* præsertim cum vigeat semper eadem ratio, tam in prima, quam in secunda, & ulteriori Instantia, latè *Marches. de commiss. avoc. caus. d. p.* 2. §. 2. *n.* 68. *vers. amplia vigesimo secundo fol.* 310.

143 Sed an Viduæ, & aliæ miserabiles Personæ possint alios trahere extra proprium domicilium ad curiam Principis, etiam in secunda, & ulteriori instantia, fuit quoad secundam Instantiam affirmativè decisum in Senatu Pedemontano apud *Thesaur. decis.* 177. *num.* 8. qui licet de tertia & ulteriori instantia, idem non affirmet nihilominus nec etiam id negat, ut opinatus videtur fuisse *Marches. d.* §. 2. *nu.* 111. *fol.* 318. Et tamen cum
144 semper ad favorem Viduæ, & miserabilium † Personarum privilegio *l. unicæ* gaudentium militet eadem ratio, quæ in prima etiam, in secunda, & tertia, & ulteriori instantia, non mirum si Praxis, rerum magistra, in Tribunali A. C. hujusmodi Personas in qualibet instantia dicto privilegio gaudere debere, declaraverit, & ita passim observet.

145 Cæterum si Persona, quæ privilegio *l. unicæ* gaudet, habeat causam cum aliis communem, utique etiam litis Consortibus hoc privilegium confert, *l. si communem, in princ. ff. quemadm. serv. amitt. l. si u qui duos, ubi Bart. n.* 1. *& seq. ff. de lib. leg. Natt. cons.* 590. *nu.* 16. *Covar. pract. q. c.* 7. *n.* 4. *vers. solet in fin. Marches. de Commiss. avoc. caus. p.* 2. §. 2. *n.* 42. *fol.* 307. *Thesaur. decis.* 177. *n.* 4. *vers. amplia tertio.*

146 Hinc videmus, quod laicus, habens causam communem cum Clerico, gaudet etiam ipse ex persona Clerici consortis privilegio Fori Ecclesiastici, *l. præcipimus*, §. *eo observando, ubi Bart. C. de appell. Bart. & alij in d. l, si communem, ff. quemadm. servit. amitt. & in l.* 1. *C. si in communi ead. caus. c.* 2. *ubi Socc. n.* 18. *de for. comp. Dec. in l. si Emancipati, n.* 5. *& ibi etiam Ias. n.* 13. *C. de Collat. Felyn. in c.* 1. *n.* 9. *vers. sunt autem prædicta, de præscript. Socc. cons.* 12. *Quoniam, n.* 17. *lib.* 1. *Rom. cons.* 195. *In casu n.* 5. & ibi *Mandos. in verbo individuum, Natt. cons.* 590 *n.* 18. *Staphil. de lit. iust. versic. dicendum est modo fol.* 158.

147 Sed hæc primò non procedunt, quando causa est dividua, nam tunc quilibet coram suo Judice convenitur, secus si sit individua, *Dec. in l. si Emancipati n.* 5. *C. de coll at. Socc, d cons.* 12. *nu.* 17. *lib.* 1. *Abb. in sua q.* 6. *Gandulphus, n.* 11. *vers. cum ergo concurrant, & cons.* 33. *n* 8. *lib.* 2. *Alex. consil.* 122. *n.* 17. & ibi *Apost. in verbo uterque, lib.* 4. *Roman. d. cons.* 195. *n.* 5. & ibi *Mandos in verbo Individuum*, cum aliis supra allegatis & in terminis *l. unica, C. quand. Imperat.* tradit *Covar. pract. q. c.* 7. *n.* 4. *in fin. vers solet, Marches. de com. avoc. caus. d. p.* 2. §. 2. *n.* 43 *fol.* 307.

148 Dicitur autem causa individua, quando agitur de unica re, unica actione, *l. in hoc iudicio, ff. famil. ercis. Castr. in l. certa ratione, C. quan. prov. non est necess.* latè *Card. Tusc. lit. I. concl.* 102. *per tot. & signanter, n.* 25.

149 Secundò non procedit, quando Pupillus, vel Persona miserabilis, vel Clericus veniret ad causam uti defensor necessarius, quia tunc non potest trahere causam coram suo Judice, sed tenetur defendere in ea Curia, in qua agitur causa contra tertium possessorem, *l. venditor, ubi Bart, in princ. & Castr. n.* 1. *& seq. ff. de iud. Bald. consil.* 126. *Vxor n.* 2. *lib.* 2. *Marches. de commiss. avoc caus. par.* 2. *parag.* 2. *num.* 43. *vers. limita, ut secunda fol.* 307.

150 Denique non omitto, quod Viduæ, Pupilli, Orphani, & aliæ Personæ miserabiles existunt sub protectione Ecclesiæ, & sunt fori Ecclesiastici, *cap. super quibusdam, de verb. sign. c. licet multum de Cens. c.* 1. *& c.* 2. *dist.* 87.

151 Sed in hac re distinguendum est, nam aut dictæ Personæ sunt pauperes; & tunc subsunt Foro Ecclesiastico, *d. cap. licet multum, de Cens. Innoc. in c. significantibus, n.* 1. & ibi *Imol. n.* 19 *de offic. deleg. Natt. cons.* 590. *n.* 11. *Rol. cons.* 22. *num.* 16. *lib.* 2.

152 Aut sunt divites, & tunc aut sunt oppressæ, seu spoliatæ, & sunt sub foro Ecclesiastico, adeo quod possunt agere in d. foro etiam contra Laicum, & super re temporali *c. ex parte de foro comp. Socin. in cap. licèt ex suscepto, col.* 3. *n.* 9. *de foro comp. Rol. cons.* 20. *n.* 16. *lib.* 2. *Covar. pract. quæst. c.* 6. *n.* 1. *vers. Imo, & in hoc*, ubi de receptissima DD. opinione
153 testatur.

Hæc tamen communis opinio non procedit in Regnis Francorum, & Hispanorum, ex quo ibi in Praxi non est usu recepta, nisi data negligentia Judicis sæcularis in exhibendo hujusmodi Personis Justitiæ complemento, & ob id etiam aliam opinionem contra communem tueri conatur *Covar. pract. quæst d. c.* 6. *n.* 1. *vers. Imo, & in*
154 *hoc.*

Aut dictæ Personæ miserabiles non sunt pauperes nec oppressæ, & tunc demum subsunt Foro Ecclesiastico, si Judex Sæcularis illi non exhiber

bet Justitiæ complementum. *cap. extenore, de foro compet. Innoc. in cap. significantibus, nu.* 1. & ibi *Imol. nu* 19. *& Butr. n.* 22. *de offic. Deleg. Rol. d. cons.* 20. *n.* 16. *& seq. lib.* 2. *Covar. pract. q. d c.* 6. *n.* 1. *versic. his, & illud*, ubi testatur, omnes ita tenere in *d. c. extenore de foro compet.*

154 In reliquis poterit in facti contingentia ediri *Io. Mar. Novar. l. C Lucanus*, qui uberrimum tractatum in duas partes divisum *de elect. & var. Fori* compilavit, & de præmissis, & aliis in hac materia copiosè disseruit, & pertractavit.

B Imperatores *Valentinianus, Theodosius, & Ar-*
156 *cadius Augusti* concesserunt aliàs Privilegium Curialibus Urbis Romæ, ne quis possit eos, nisi in Curia coram eorum Judice convenire, quod quidem Privilegium, ac Leges eorumdem Curialium favorem editas, Imperatores, *Arcadius, Honorius & Theodosius* libentissimè confirmarunt, ac deinde Imperator Justinianus, prædicta approbando, in corpore Juris clausit, *l.* 1. *& l.* 2. *C. de Curial. Urb. Rom. lib.* 11.

157 Hinc Summus Pontifex Eugenius IV. volens antiquum Curialium privilegium ampliare, sub Anno Domini 1432. pontificatus sui ann. secundo, Constitutionem edidit, quæ deinde ab ejus nomine, *Eugeniana* nuncupata fuit, qua statuit Officiales Apostolicæ Sedis, ut ejus obsequiis promptiores redderentur, extra Romanam Curiam litibus vexari non posse, eademque privilegio venientes ad Romanam Curiam pro suis, & eorum causis, & negotiis, ac litibus, & negotiis durantibus, ac reddentes ab ea gaudere debere constitutis, prout latius in d. *Const. quæ incipit Divina & est Eugen. IV. const.* 4 *impress in nov. Bull. tom.* 1. *fol.* 272.

158 Officialium autem prædictorum appellatione in Constitutione Eugeniana, Primò continentur etiam Cardinales S. R. E. uti Officiales primarii Sedis Apostolicæ, & Collaterales Papæ, *cap. fundamenta § decet de elect. in* 6. *Oldr. cons.* 48. *n.* 2. cum aliis adductis per *Marches. de Comm. super Eugen. p.* 2. *§. amico n.* 37. *fol.* 461.

159 Secundò Officialium hujusmodi appellatione in d. Constitutione Eugeniana, ex præscripto, & inveterato Romanæ Curiæ stylo conprehenduntur omnes Curiales Urbis, etiam si Officiales non sint, *Mandos. super reg. Cancell.* 3. *n.* 3. *Cherub. in Compend. d. const.* 4. *Eugen.* 4. *schol.* 1. *fol.* 55. *Marches. de Commiss. sup. Eugen. §.* 1. *num.* 31. *fol.* 460. *Rot. dec.* 146 *n* 2. *lib* 2. *p.* 3. *divers. Burat. dec.* 220. *num.* 3.

160 Hinc Summus Pontifex concessit Aud C. facultatem in vim constitutionis Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, inhibendi, ut expressè legitur in dictis facultatibus, *Greg. XIV. in eius Constit. ad generis* § 18. *impress. post Salust. Tib. in prax. lib.* 4. *Paul. V. const.* 28 *Eximiæ §. necnon etiam in vim Constitutionis, & const.* 71. *Vniversi agri, sub titulo de Audit. Cameræ, §. Præterea Auditor.*

161 Sub appellatione autem Curialium Primò veniunt Familiares Cardinalium, *Oldr. cons* 211. *n.* 5. *& seq.* cum aliis allegatis supra, *hac eadem par.* 3. *c.* 1. *sub lit.* C *vers sub appellatione, n.* 56.

162 Ad quam quidem familiaritatem acquirendam requiritur mens, & dens, *Rota in Salamantina Beneficiorum, 9 Iun.* 1599. *coram bo. me.* Penia, *impress. apud Marches. de commiss. super Eugen. par.* 6. *§.* 1. *decis.* 2 *n.* 1 *fol.* 464.

163 Secundò sub appellatione Curialium veniunt omnes sequentes Romanam Curiam, *Oldr cons.*
164 215. *n.* 5. necnon † ubique locorum sequentes ipsum Romanum Pontificem, nam ubi Papa, ibi Roma, ubi Papa, bi Curia, *cap. ubi periculum. §. hoc Sacro. de elect. in* 9. *clem.* 2. *§. sanè, ubi Glos. in verbo residere, de Magist.* cum aliis allegatis supra *d. par.* 3. *c.* 1. *lit. C. vers. est igitur n* 63. licet extra Romanam Urbem Papa moretur, *cap. illud, & cap. multi* 40. *distin. Marches. de Commiss. super Eugen. par.* 2. *§.* 1. *n.* 7. *& seq. fol.* 455.

165 Et gaudent Officiales, seu Curiales præfati privilegio Eugenianæ, sivè sint Romanæ Curiæ Advocati, ut per *Burat. decis.* 220. *n.* 3. sive sint ejusdem Romanæ Curiæ Procuratores, u per *Marches. de Commiss. super Eugen. par.* 2. *§.* 1 *n.* 1. *fol.* 460. sive alii Curiales, *Rota decis.* 9. *n.* 12. *par.* 5, *recent.* sive aliis Romanam Curiam sequentes in d. Constitutione comprehensis, ut passim dictam Constitutionem Eugenianam declarando, observavit, & observat Praxis, & Curia juxta *l. si interpretatione ff. de Leg.*

166 Et ob id dictam Constitutionem Eugenianam in favorem Curialium emanatam appellat expressè, & declarat *Paul. V. in d const.* 28. *Eximiæ, § necnon etiam, & Constit.* 71. *Vniversi agri, §. præterea Auditor.*

167 Ad hoc autem, aut Curialitas hujusmodi acquiratur, requiritur animus, & factum qualificatum per aliquod exercitium, quod scilicet quis Pontifici, Cardinalibus, vel Officialibus Curiæ inserviat, vel alias occasione Curiæ in Urbe commoratus fuerit, *Rota decis.* 616. *n.* 2 *par.* 4. *divers. &*
168 *decis* 9. *n.* 5. *& seq. par.* 5. *recent.* ad † illius tamen amissionem sufficit animus, à quo illa pendet *Mantic. decis* 313. *& decis.* 323. *Rot. dec.* 9 *n.* 7. *par.* 5. *recent.*

169 Et quamvis Curiales pro majori parte non
170 sint graduati, *Verall decis.* 33. *n.* 2. *p.r.* 3. illis † tamen, ultra præfatum conceduntur alia privilegia, de quibus *Gonz. al. ad reg.* 8. *glos.* 4. *n.* 147. *cum pluribus seqq. Rot. d. decis.* 9. *n.* 12. *par.* 5. *recent.*

171 Curialis verò Eugenianæ privilegio gaudens, viri dignior confert, dictum privilegium etiam aliis litis Consortibus, illos ad se, suumque Tribunal trahit, *Bart. in l. solent n.* 14 *ff. de alim. cib. ar. legat. Marches de Commiss super Eugen par.* 2. *§.* 1 *n.* 31. *& seqq fol.* 400. ubi quod ita resolvit Signatura.

172 Nam magis dignum trahit minus dignum, & signanter in individuis, *l. eum qui ædes, ff. de usu. ap. l si alieni, ff. de solut. l. quæ Religiosis, ff. de rei vindic. c. non æstimentur*, 13 *q* 2. *Glos. in c. quod in dubijs, de consec. Eccles. vel Altar. Bald & alij in l. si communem. ff. quemadm. serv. amitt. Bart. in l* 1 *n.* 5. *& seq. C. si in communi eademque caus. l. si. in l. Imperium. n.* 3. *vers nota ex isto textu ff. de Iur. omn. Iud. & in l si Emancipati, n.* 5. *& seqq.* & ibi *Dec. n.* 5. *C. de coll. at Alex. cons.* 82. *In causa n.* 7. *in fin.* & ibi *App. in verbo dignum, lib.* 1, *Natt. cons.* 590. *n.* 17 *& seq. Staphil. de lit. Iustit. uers. dicendum est modo fol.* 158.

173 Sed Eugeniana, Primò non procedit ad favo-

rem

rem Actorum, etenim Curiales Reos non etiam Actores capit, *Marchef. de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. 1. n. 28. fol 460. Cherub. in Compend. Bull. tom. 1 fuper Conft. 4 Eugen. IV. fchol. 2. Rota in Mediolanen. Bonorum 28. Martij 1594. coram. bo. me. Cardinali Millino, impreff. apud Marchef. de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. 1. decif. 1. n. 1. fol, 464.*

174 Ex quo primò infertur, quod Curialis Actor fequitur forum Rei *l. Iuris ordinem, C. de Iurifd. omn. Iud cap. cum fit generale, de For. compet. Marchef. de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. 1. nu. 27. verf. nam aut Curialis, fol. 460.*

175 Secundo infertur, quod geſta in partibus contra Curialem, ſeù Venientem ad Curiam, non tamen ibi prius citatum, & præventum, ſunt nulla *Sarnen. dec. 42. lib 1.*

167 Debet tamen Curialis in partibus conventus opponere privilegium Eugenianæ ante litem conteſtatam, *Rota dec. 12. de except. in antiq. Marchef. de Commiff. fuper Eugen. d. par 2.* 177 *§. 1. num. 19. fol. 456.* alias † conteſtando litem amitti privilegium, etiam ſi conſenſerit in juriſdictionem Judici de partibus per Procuratorem habentem Mandatum cum libera, *Marchef. de Commiff fuper Eugen. d. p. 2. §. 1 num. 21. & ſeqq. fol. 457.* ubi quod ita fuit in Signatura reſolutum.

178 Secundò non procedit, quando Curialis intentat remedium *l. diffamari C. de Ingen. manumiff.* & non docet de ſua poſſeſſione, licèt enim Intentans dictum remedium ſit Reus, cum tamen non probet ſuam poſſeſſionem, non poteſt frui privilegio Eugenianæ, quia remedium, *l. diffamari* non datur non poſſidenti, ſeù de ſua poſſeſſione non docenti, *Bald. in l. 3. nu. 2. C. qui bon. ced. poſſ. Gabr. de act. concl. 6. num. 3. Rota in Mediolanen. Bonorum, 28. Martij 1594. coram bo me. Cardinali Millino, impreff. apud. Marchef. de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. 1. dec. 1. num. 1. & ſeqq. fol. 464.* cum alijs cumulatis ſupra, *hac eadem p. 3. c. 3. lit. A.* 179 *verſ. Quarto requiritur, n. 87.*

Tertiò non procedit adverſus Privilegiatos virtute *l. unicæ C. quand. Imperat.* nàm cum privilegium l. unicæ ſit in corpore Juris clauſum, & in Eugeniana adſit tantum clauſula *non obſtantibus privilegijs, & non adſint verba etiam in corpore Iuris clauſa, non cenſetur l. unicæ derogatum Felyn. in cap. ſicut Romana, num. 12. de reſcript. Ruin. conſ. 228. num. 13. lib. 1. Marchef. de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. 1. num. 25. fol. 457. n. 30.* 180 *fol. 460.*

Quartò non procedit, quando is, qui obtinuit ab A. C. Monitorium, ſeù Inhibitionem virtute Eugenianæ, non habitavit in Curia, ſaltem ſpacio unius anni, licèt enim A. C. habeat in facultatibus, ut poſſit virtute Eugenianæ Curiales tueri *Paul. V. Conſt. 28. Eximiæ, §. necnon etiam in vim*, nihilominus in Reformatione Tribunalium Vrbis expreſſe diſponitur, quod A. C. non concedat Monitoria, ſeù Inhibitiones in vim Conſtitutionis Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, niſi pro illis, qui ſaltem per annum continuè in Curia reſidentiam fecerint, *Paul. V. Conſt. 71. Vniverſi agri, ſub tit. de Audit. Cam. §. Præterea Auditor.*

181 Quinto non procedit, quando Curialis receſſit à Curia animo non redeundi. nam ſi degit longo tempore in partibus, ibi conventus non gaudet privilegio Eugenianæ, cum enim Curiam non ſequatur, & animum eam ſequendi non habeat, Curialis utiquè dici non poteſt, *l. fin. in fin. C de Agen in reb. lib. 12. Marchef de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. unico, n. 16. fol. 456.* ubi quod ita fuit in Signatura reſolutum.

182 Sexto hodie non procedit ad favorem Curialium Clericorum, Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium, reſpectu dictorum Beneficiorum, Licet enim Eugeniana ea ità Clericos comprehendat, ut ex lectura, & verbis ipſius apparet, nam ibi diſponitur, quod nullus Judex cujuſvis dignitatis, ac præheminentiæ exiſtat contra Accedentes ad Romanam Curiam pro ſuis negocijs, vel moram trahentes, procedere aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut privationis Beneficiorum, ſeù quamvis aliam Sententiam promulgare audeat, ſub pœna nullitatis, ſed ſuſpendere, & Beneficia obtinere pertinet ad Clericos, ergo Clerici in d. Eugeniana Conſtitutione continentur.

183 Nihilominus *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 1. §. eadem omnino, de reformat.* decernit Clericos Beneficia Eccleſiaſtica, curam Animarum annexa habentia, retinentes, non reſidentes poſſe per eorum Ordinarios citari, & in eorum contumatiam per Cenſuras Eccleſiaſticas etiam uſque ad privationem Beneficiorum ad reſidendum compelli, nec exequutione appellatione, aut inhibitione aliqua etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ Conſtitutionis poſſe ſuſpendi, aut retardari, & rurſus *ſeſſ. 24. c. 11. in fin.* expreſſem diſponit, quod privilegia, quæ Reſidentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Conſtitutionis, aut Familiaritatis Cardinalium competere ſolent, ea in iſs, qui Beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum Beneficiorum minime intelligantur, ſed Ordinarij locorum juriſdictionis ſubjecti permaneant, non obſtantibus quibuſvis Inhibitionibus.

184 Sed hoc non procedit in Curialibus Clericis Beneficia hujuſmodi non retinentibus, vel aliàs à Iuriſdictione Ordinarijs exemptis, quorum nullus eſt Judex præter Summum Pontificem, nos enim Eugenianam comprehendere, & ejus privilegio ad inſtar aliorum Curialium, nè conveniri valeant extra Curiam Romanam, potiri debere, pro comperto eſt habendum, *Marchef. de Commiff. fuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 62. fol. 463.*

185 Nec dicatur cum eodem *Marchef. de commiff. d. §. 1. nu. 60. in fin. fol. 463.* quod Eugeniana, uti Conſtitutio ſæcularis non comprehendit Clericos, ut dixit *Rota in Romana Saluiani, prima Iulij 1609. coram bo. me. Manzanedo, quæ eſt impreſſa apud eumdem Marchef. de Commiff. fuper Eugen. par. 2. §. 1. dec. 7. fol. 468. & ſeq.*

Si quidem dicta deciſio Romana Saluiani non loquitur de Eugeniana, ſed Ægidiana, quarum Conſtitutionum altera cum altera nihil commune habet.

186 Etenim Ægidiana eſt conſtitutio Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, diſponens, nè in ſummariſſimo poſſeſſore detur appellatio, & in hoc

Jus

Jus Canonicum ad terminos Juris Civilis reducit, & cum sic nuncupata, & edita fuerit a bon. mem. Cardinali Ægidio Carillio dictæ Provinciæ *Marchiæ* Gubernatore, qui non habebat Jurisdictionem, nisi in temporalibus, non mirum si dicta ejus Constitutio sæcularis non comprehendat Clericos, & bona Ecclesiastica, ut latius superius diximus *p.2.c.6.n.* 159. *& seqq.*

187 Sed nostra Constitutio Eugeniana ab ipso Romano Summo Pontifice Eugenio IV. plenitudinem potestatis, ac Jurisdictionis in ipsos Clericos habente, fuit edita, & denominata, & ob id Clericos omnes juxta illius formam, & tenorem, ac superius tradita, comprehendere ambigendum non est.

188 Denique non omitto, quod Constitutio Eugeniana habet decretum irritans, &c. & clausulam sublata &c. quæ claudunt os. & ob id absque aperitione oris tollunt Judici facultatem aliter judicandi, *Bart. in l. fin. C. de canon. frum. Vrb. Rom. lib.* 11. *Card. Paris. cons.* 28. *n.* 7. *lib.* 4. *Verall. dec.* 134. *n.* 4. *p* 3. *Put. dec.* 48. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. *in correct. Duran. dec.* 74. *n.* 55. *Rot. dec.* 174. *n.* 13. *p.* 7. *recent.*

189 Et operatur decretum irritans, quod Constitutio super qua est appositum, postea impugnari non possit sub prætextu, quod non sit usu recepta, quia cum constet de intentione Principis, qui concessit privilegium, illam inferior elidere non potest *c. dilecto circa fin & ibi Canonistæ, de præben. Archid. in c. cum de beneficio n.* 2. *vers. sed pone quod Papa quem sequuntur ibi Franc. n.* 3. *vers. in glos.* 11. *in fin & n.* 4 *Anchar. col.* 2. *vers. secundo quæro, & Gemin. col.* 2. *vers. sed pone quod Papa, de præb. in* 6. *Verall. dec.* 204. *p* 3. *Rota in Virdunen. Parochialis* 23. *Junij* 1586. *coram bo. mem. Gypsio, & dec.* 217. *n.* 6. *p.* 7. *recent. ubi quod ita pluries tenuit Rota Buratt. dec* 74 *n.* 10.

190 Et ob id privilegium continens decretum, nec per non usum, nec per contraventionem, nec per præscriptionem tolli potest, nisi cum scientia, & expresso consensu Principis illud concedentis, *Archid. in d. c. cum de beneficio, nu.* 2. *cum alijs supra allegatis, Felyn. in c. cum accessissent n.* 2. *vers. quarto limita. de Const. Iaf. in l. Ius publicum n.* 2. *vers. quinto fallit, & n.* 3. *ff. de pact. Ruin. cons.* 228. *num.* 11. *in fin. lib.* 1 *Rota dec.* 3. *de privil. in antiq. & dec.* 240. *n.* 4. *p* 4. *diver. Buratt. dec* 704. *num.* 11. *vers. secundo*, nec potest ei renunciari in præjudicium Successorum *Rot. dict. dec.* 240. *n.* 4. *p.* 4. *diver.*

SVMMARIAM CAP. V.

1 *A.C. est Iudex appellationum à quibuvis Iudicibus ordinarijs Romanæ Curiæ, Vicario, Gubernatore, Senatore, & Iudicibus Capitolinis exceptis, & à quibuscumque Iudicibus ordinarijs, & alijs extra Curiam, & in quibus causis.*

2 *Citationem cum Inhibitione virtute appellationis ad partes ab A.C. obtinere volens, debet in actis copiam Sententiæ in partibus latæ, & appellationis interpositæ exhibere.*

3 *Productio Iurium ad dicendum de gravamine partibus illato, & eius formula.*

4 *Si appellatio non fuit coram Iudice à quo in partibus interposita, potest interponi coram A.C. Iudice ad quem, ex praxi.*

5 *Interpositio appellationis à Sententia in partibus lata coram A.C. Iudice ad quem & eius formula, ac responsio de Apostolis.*

6 *Cedula appellationis coram A.C. interpositæ à Sententia in partibus lata, & eius formula.*

7 *Citatio cum Inhibitione vigore appellationis ad partes & eius formula.*

8 *Citatio cum inhibitione virtute appellationis est ad partes transmittenda, & exequuta ad Curiam remittenda cum Instrumento exequutionis à tergo & legalitate opportuna, & in actis reproducenda Parte citata.*

9 *Citatio ad dicendum ad literas Citatoriales, & Inhibitoriales, & illius formula. & processus.*

10 *Reproductio literarum citatorialium in actis facta Parte citata sufficit ad causæ desertionem evitandam.*

11 *Protestatio & reproductio literarum citatorialium in actis. & eius formula.*

12 *Protestatio Appellati contra literas citatoriales & iura producta, & eius formula.*

13 *Causa non appellabilis, vel de partibus ultra 40. milliaria ad scuta 50. monetæ non ascendens in Curia introducta, probatis probandis, remittitur ad partes.*

14 *Citatio ad videndum moderari Inhibitionem, & remitti causam ad partes, & eius formula, & processus.*

15 *Reproducta Intimatione, nisi aliud obstitat elapso termino in decreto contento, expeditur instrumentum remissionis causæ ad partes.*

16 *Instrumentum remissionis causæ ad partes, & eius formula.*

17 *A.C. recusante remittere ad partes causam appellationi, remittendam de iure, potest Appellatus obtinere remitti ad Signaturam.*

18 *Commissio pro obtinenda remissione causa appellationis ad partes, & eius formula.*

19 *Citatio ad dicendum contra commissionem, & eius formula, & processus.*

20 *Pars citanda est ad videndum moderari Inhibitionem, & causam ad partes remitti, ut posit remissio, & illius instrumentum obtineri.*

21 *Signatura aliquando mandat oretenus A. C. ut causam ad partes remittat, & quomodo tunc in causa procedatur.*

22 *Citatio vd videndum moderari, & causam ad partes remitti, iuxta mentem Signaturæ, & eius formula, & processus*

23 *Si causa debet remanere in Curia, qui illam prosequi, vult, debet transportare acta primæ Instantiæ, & illa in actis, citata parte exhibere.*

24 *Citatio ad dicendū cōtra processū de partibus, & Iura producta, & eius formula, & processus.*

25 *Productio processus de partibus, & eius formula.*

26 *Protestatio contra processum de partibus, & Iura producta, & eius formula.*

27 *Appellare volans ad A. C à Iudice ordinario Romanæ Curiæ, procedit per viam recursus, ex praxi*

28 *Interpositio recursus à Iudice à quo in Curia, & eius formula, & responsio Iudicis de Apostolis.*

29 *Recursus coram A.C. Iudice ad quem à Sententijs seu Decretis Iudicum ordinariorum Romanæ Curiæ,*

Curiæ, quando, & quomodo sit interponendus, & citanda pars ad dicendū contra Recursum.

30 Interpositio Recursus coram A. C. Iudice ad quem, à sententia, seu Decreto Iudicis Ordinarij Romanæ Curiæ, & ejus formula.

31 Citatio ad dicendum contra Recursum, & videndum sibi inhiberi, & ejus form. & processus.

32 In causis scuta viginti excedens est in arbitrio appellantis petere recursum ad A. C. vel adire signaturam pro commissione appellationis.

33 Intermino ad dicendum contra recursum, quid ex adverso opponendum.

34 Protestatio contra recursum, quando causa non est appellabilis, & ejus formula.

35 Citatio, contra partem, quæ obtinuit inhiberi vigore recursus, ad docendum de gravamine, & ejus formula, & processus.

36 Qui obtinuit vigore recursus inhiberi, debet docere de gravamine.

37 Productio processus fabricati coram Iudice à quo, ad docendum de gravamine, & ejus formula.

38 Actis exhibitis non solet, Iudex recursus moderari inhibitionem, nisi re maturè discussa, aliàs potest citari pars, ad videndum reponi.

39 Citatio ad videndū reponi à decreto moderationis inhibitionis, & ejus formula. & processus.

40 Si A. C. nolit moderari inhibitionem de jure moderandam, potest, in causa infra scuta viginti monetæ, adiri Præfectus Signaturæ.

41 Citatio coram Præfecto Signaturæ, ad videndum remitti causam à Curia A. C. ad Curiam Iudicis à quo, & ejus formula, & processus.

42 In causa excedente scuta 20. monetæ potest adiri signatura, citata parte, & obtineri rescriptum opportunum prout de iure.

43 Commissio pro obtinenda moderatione inhibitionis ab A. C. emanatæ virtute Recursus in causa exequutiva in plena Signatura proponenda, & ejus formula.

44 Commissio pro obtinenda moderatione Inhibitionis in causa summaria in plena signatura proponenda, & ejus formula.

45 Signat. in causis possessorijs, quomodo rescribat.

46 Signaturæ potest adiri, tam in causis appellationum coram A. C. introductarum à Iudicibus Romanæ Curiæ, quàm à Iudicibus de partibus.

47 Si causa recursus à Iudicibus Romanæ Curiæ debet remanere coram A. C. sunt coram eo, parte citata transportanda omnia acta prioris instantiæ ante lapsum biennij.

48 Citatio ad dicendum contra processum in Curia NN. fabricatum, & ejus formula, & processus.

49 Productio processus, & Iurium in termino ad dicendum contra, & ejus formula.

50 Protestatio contra processum, & jura in termino ad dicendum contra, & ejus formula.

51 Si acta primæ instantiæ coram Iudice appellat. seu Recursus, non transportantur, non potest biennio durante ad ulteriora in causa procedi.

52 Instante lapsu biennij, seu biennio elapso, si acta non sunt transportata, citatur appellans ad docendum de appellatione, & deinde ad videndum moderari.

53 In causa appellat. seu Recursus legitimè introducta quælibet partium potest non deducta deducere, & non probata probare, servatis servandis.

54 Iura, & Articuli in causis ordinarijs admittuntur simpliciter, & absque aliqua clausula.

55 Si causa fuit infra summam scutorum viginti à Iudice à quo expedita per Decretum, vel actum via exequutiva, & decretum est justum, & validum, A. C. potest etiam in secunda instantia expedire causam per Decretum.

56 Citatio ad videndum mandari exequi mandatum à D. Iudice à quo decretū, & relaxatum, & ejus formula, & processus.

57 Elapso termino in Decreto contento, & reproducta intimatione, expediri exequatur à tergo mandati.

58 Si Decretum Iudicis à quo est nullum, & injustum, & causa non excedit valorem scutorum viginti monetæ, quomodo citanda pars.

59 Citatio ad videndum revocari Decretum Iudicis NN. & ejus formula, & processus.

60 Exequutio nulla revocatur citata parte, & pars non auditur amplius, nisi refectis expensis.

61 Sentiens se gravatum à Decreto A. C. potest citare partem coram, eo ad videndum reponi, & ita docto de bono jure obtinere.

62 In casu, in quo licita est variatio, potest quis, omisso primo judicio exequutivo, ad aliud simile transire.

63 A Decreto A. C. si agitur de summa scuta viginti monetæ excedente, Gravatus potest appellare.

64 Si in causa ducentorum ducatorum valorem non excedente, pronunctandū sit per cedulam, benè, vel malè judicatum; quomodo in causa procedendum, & num. 65. & seq.

65 Citatio ad videndum deferri juramentum in supplementum, & ad sententiam, & ejus formula, & processus.

66 Cedula sententiæ revocatoriæ in secunda instantia in causa ducatorum ducentorum valorem non excedente, & ejus formula.

67 Si ferenda sit sententia confirmatoria, cedulâ illius, nec non appellationis, & commissionis confici possunt, prout in causis à ducatis ducentis supra, & aliàs mutatis mutandis.

68 In causis à ducatis ducentis, supra sunt observandi termini substantiales coram A. C. & quid servandum coram aliis.

69 Citatio ad libellandum in termino substantiali in secunda instantia, & ejus formula.

70 In secunda instantia terminus ad articulandum solet servari ad octavam dietim, reliquū verò ad primam.

71 Alia citatio ad libellandum in termino substantiali in secunda instantia, & ejus formula, & processus, & nu. 72.

72 Citatio ad libellandum in termino substantiali in tertia, vel ulteriori instantia, & ejus formula, & processus.

73 Reiteratio sanat omnes, & singulos defectus terminorum substantialium.

74 Citatio ad videndum reiterari, & ad sententiam, & ejus formula, & processus in secunda, vel ulteriori instantia.

75 Cedula sententiæ confirmatoriæ, & ejus formula.

76 Cedula sent. revocatoriæ, quomodo ōficienda sit.

77 Cedula sent. reformatoriæ, & ejus formula.

78 *Ob mutuam victoriam Iudex potest partes absolvere ab expensis.*

79 *In causis appellabilibus effectiu quilibet sentiēs se gravatum, potest appellare infra legit. tempora.*

80 *Interpositio appellationis coram Iudice à quo & ejus formula, & responsio Iudicis.*

81 *Reditus pro Apostolis in termino Iuris, & ejus formula, & responsio de illis.*

82 *Iudex tenetur appellanti omnino respondere de Apostolis.*

83 *Cedula appellationis in secunda instantia, & ejus formula.*

84 *Commissio appellationis, & appellationum in secunda, vel ulteriori instantia, & ejus formula.*

85 *Commissio appellationis in causa non Rotali in secunda instantia, & ejus formula.*

86 *Cōmissione signata, & Iudici cui est directa, præsentata, adnotatur illius præsentatio in actu.*

87 *Præsentatio commissionis Iudici, & in actis adnotatio, & ejus formula.*

88 *Commissione in causa Iudicis reposita, citatur pars ad dicendum contra illam, & in pede citationis apponitur nomen Notarij, & cujus.*

89 *In capite citationum in causis Commissarys, apponitur nomen Iudicis, & titulus causæ.*

90 *Citatio ad dicendum contra commissionem, & ejus formula, & processus.*

91 *Protestatio contra cōmissionē, & ejus formula.*

92 *Qui vult prosequi causam appellationis, debet transportare acta coram Iudice ad quem.*

93 *Transportatio Actorum coram Iudice appellationis, & ejus formula.*

94 *Qui acta transportari curat, debet citare partem ad dicendum contra, & illorum obtinere admissionem.*

95 *In causis appellationum jura & articuli in quavis instantia admittuntur simpliciter, & sine difficultate, ad instantiam utriusque partis.*

96 *Citatio ad dicendum contra articulos, & videndum decerni literas Remissoriales, & ejus formula, & processus.*

97 *In obtinendis literis Remissorialibus, & in conficiendo processu coram Iudice remissoriali in partibus quomodo procedendum.*

98 *Concessa Remissoria expeditur illius instrumentum, quod unà cum Rotulo ejusdem transmittitur ad partes.*

99 *Instrumentum Remissoriæ, & ejus formula.*

100 *Rotulus Remissoriæ, & ejus formula, cum insertione articulorum.*

101 *Notarius Archivij Romanæ Curiæ, quando per ejus acta proceditur, tenetur, instante parte, concedere literas missivas loco Remissorialium, ad instar Notariorum A. C.*

102 *In Rota literæ missivæ non conceduntur, sed expeditur instrumentum, & Rotulus remissoriæ in pergameno.*

103 *Ad exequutionē remiss quomodo procedatur.*

104 *Auditor Rotæ, parte contradicente, non potest concedere remissoriam, nec quicquam facere, nisi saltem facto verbo in Rota, parte citata.*

105 *Intimatio qualiter Dominus faciet verbū in Rota, & citatio ad informandū, & ejus formula.*

106 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota, est parti transmittenda per duos dies, antequam fiat Rota, & quare.*

107 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum, vel proponet dubium, & citatio ad concordandum de dubio, & similes extrajudiciales, exequuntur domi dimissa copia, & non reproducuntur in actis.*

108 *Si, datis memorialibus, adest difficultas, Rota mandat disputari dubium.*

109 *Citatio ad concordandum de dubio, & ejus formula, & processus extrajudicialis.*

110 *Si pars citata, & intimata non contradicit, vel concordat, Iudex ex officio subscribit dubium, & illius duplicatum parti transmittendum.*

111 *Intimatio in pede duplicati dubij subscripti, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

112 *Quando causa est in Rota proponenda fit parti alia intimatio.*

113 *Intimatio, qualiter Dns omninò proponet dubium, & citatio ad informandū, & ejus formula.*

114 *Parte citata ad concordandum de dubio, non concordante, fit super eo verbum in Rota.*

115 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota super dubio dando, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

116 *Rota, utraque parte audita, mandat disputari dubium sibi de jure benevisum, quod à Iudice subscribitur, & intimatur parti.*

117 *Dubium in Rota proponitur parte intimata, utraque, vel altera parte informante, & resolutione capta ponens extendit decisionem.*

118 *Qui decisionem obtinuit, instare potest pro expeditione parte intimata, super qua fit verbum in Rota, utraque, vel altera parte informante.*

119 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota super expeditione, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

120 *Rota facto verbo per ponentem super expeditione, si nil relevans deducitur, mandat expediri, alias iterum audit, & iterum disputatur dubium, & toties quoties.*

121 *Remissoria expedita ad partes transmissa, fit processus coram Iudice Remissoriali, qui postea transmittitur ad Curiam, & producitur in actis parte citata.*

122 *In Rota dato, & disputato dubio in meritis fiunt decisiones parte citata, & intimata.*

123 *Rota quomodo informanda.*

124 *Quilibet Auditor Rotæ habet quatuor Correspondales votantes, sed si adest commissio ex rescripto* Videant omnes, *sunt omnes informandi, & omnes votant.*

125 *Factis, & extensis decisionibus in meritis, devenitur ad totalem expeditionem causæ, facto verbo in Rota, parte intimata.*

126 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota super expeditione causæ, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

127 *Si nil relevans contra decisiones deducitur, Iudex de ordine Rotæ fert sententiam in meritis servatis servandis.*

128 *Prælatus, vel Iudex ordinarius, cui causa est cōmissa, quomodo actitato processu fit inform.*

129 *Citatio ad comparendum coram Domino, & informandum, & ejus formula.*

130 *Citatio ad informandū, uti extrajudicialis, potest exequi domi, nec debet in actis reproduci.*

131 *Prælatus Iudex Cōmissarius debet, si est de jure concedere literas missivas loco Remissorialiū, &*

deinde

deinde probatis probandis, ac servatis servandis, ferre Sententiam in meritis.

132 Termini substantiales in Rota, vel extra coram quovis Iudice, quomodo servandi in tertia, vel ulteriori instantia.

133 Citatio ad libellandum in termino substantiali in tertia, vel ulteriori instantia, & ejus formula, & processus.

134 Termini substantiales in prima, vel secunda instantia quomodo servandi, in Beneficialibus, vel in prophanis coram quocumque Iudice ordinario, vel delegato.

135 Si Iudex habet facultates particulares, illæ sunt servandæ.

136 Ad reiterationem terminorum eodem modo proceditur coram quovis Iudice ordinario, vel delegato in quavis instantia.

137 Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam coram quovis Iudice in quavis instantia, & ejus formula, & processus.

138 Cedula Sententiæ Rotalis, & ejus formula.

139 Cedula Sententiæ in causa commissa extra Rotam in tertia instantia, & ejus formula.

140 A Sententia lata in tertia, vel ulteriori instantia, datur appellatio, nisi adsint tres conformes.

141 Commissis appellationis, & appellationum in tertia, vel ulteriori instantia, & ejus formula.

142 Cõmissio appellationis, & appellationũ in tertia, vel ulteriori instantia extra Rot. & ejus form.

143 Commissione signata Iudici præsentata, citatur coram eo pars ad dicendum contra, & ad alios actus usque ad Sententiam, & ita observatur toties quoties, donec adsint tres conformes vel res judicata.

144 In casu rei judicatæ obtenta executoriali, proceditur ad executionem illius, & taxationem expensarum, & usque ad totalem executionis consummationem, servatis servandis.

145 In causis Rotalibus, si opus est Supersessoria, potest citari corã Præfecto Signaturæ, vel coram Decano Rotæ, ad videndum supersederi.

146 Citatio coram Rotæ Decano ad videndum supersederi, & ejus formula, & processus.

147 Solet ex causa supersessoria cõcedi à Rot. Decano, & cõcessa revocari, sicut à Præfecto Signaturæ.

148 In causis Cameralibus pro supersessoria debet adiri Cameræ Decanus, & eo impedito Vicedecanus, vel Præfectus Signaturæ Sanctissimi, seu illius Auditor, nam nec Signatura Iustitiæ, nec ejus Præfectus se ingerit in causis Cameralib.

149 Praxis omnium Vrbis Tribunalium paucis obiter perstringenda proponitur.

150 Citationes, & intimationes extrajudiciales fiunt in Camera, sicut in Rota.

151 Sicut Auditores Rotæ, ita etiam Clerici Cameræ nihil possunt de per se, parte cõtradicẽte, nisi priùs facto verbo cum alijs collegialiter coadunatis.

152 Camera informari debet, sicut Rota oretenus, & in scriptis, in Camera tamen, quia semper Omnes vocãt, Omnes etiã informare necesse est.

153 In omnibus ferè Vrbis Tribunalibus, excepto Foro Capitolino, servatur Praxis Tribunalis A. C. salvis infrascriptis.

154 Causæ quomodo in Vrbis Tribunalibus exordium sumant.

155 Et quomodo in secunda, & ulteriori instantia.

156 In causis viginti scutorum monetæ, & infra, non requiritur Monitorium.

157 In Tribunali Fabricæ quando agitur via ordinaria, vel contra tertium, solet fieri Monitoriũ.

158 Decretum decem non requiritur, nisi in Tribunali A. C.

159 Vbicunque præsentatur in actis Commissio, in quovis Tribunali citanda est Pars, ad dicendum contra illam.

160 In Camera, in qua causæ committuntur per illius Decretum, citatur pars ad dicendum contra, Decretum Cameræ.

161 Citatio ad dicendum contra Decretum Cameræ, & illius formula, & processus.

162 Camera facit Decretum in margine propositionis, & quomodo rescribat.

163 Camera habet Signaturam Iustitiæ de per se in causis Cameralibus.

164 Propositio quomodo fiat in Camera in secunda & ulteriori instantia.

165 Propositio in Camera pro Commissione appellationis, & ejus formula, & Decretum Cameræ.

166 Contra propositionem potest fieri protestatio.

167 Protestatio contra propositionem, & ejus formula & Decretum Cameræ.

168 A Decretis, & Sententijs Thesaurarij non datur appellatio suspensiva, & quomodo Camera in his causis rescribat.

169 In causis appellationum à Sententijs Thesaurarijs, si suspensio prætenditur, debet adiri Signatura Sanctissimi.

170 Attenta nullitate, vel injustitia clara, Camera in causis appellationum à Sententijs Thesaurarij inhibet ad utrumque effectum.

171 Si in Camera debet disputari dubiũ, vel aliàs illa informatur, debet sẽper fieri propositio, & quomodo.

172 Sentiens se gravatum à Camera, potest adire Signaturam Sanctissimi.

173 In Tribunali Gubernatoris, & aliis inferioribus eadem praxis observatur, & multiplicantur nonnullæ citationes.

174 Citatio ad dicendum contra Articulos in Curia Gubernatoris, & ejus formula.

175 Citatio ad videndũ mandari examinari Testes in Curia Gubernatoris, & ejus Formula, & in quibus Tribunalibus Testes jurent per diem ante examen, vel non.

176 In Tribunali Gubernatoris quomodo citetur pars ad videndũ taxari expensas, & taxatas solvendũ.

177 In Curia Gubernatoris, & alijs secularibus in citationibus non fit mentio Censurarum.

178 In Tribunali Gubernatoris, & alijs procedentibus manu regia, non servantur termini substantiales, & quomodo fiat citatio ad sententiam.

179 In Foro Capitolino citatur, ad videndum fieri productionem certorum iurium, vel articulorum, sed hodie sufficit etiam citatio ad dicendum contra jura, vel articulos.

180 In causis à scutis viginti monetæ infrà, à Decretis A. C. non datur appellatio.

181 A Decretis à scutis viginti monetæ infra aliorum Iudicum Romanæ Curiæ, quando, & ad quos detur recursus, remissivè.

182 Eminentissimus Cardinalis Sacri Collegij Decanus, quam habeat jurisdictionem in Curia in secunda, & ulteriori instantia.

183 *Duces, & Barones Romani non possunt ferre sententias in Curia.*
184 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege divina.*
185 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege Divina, Evangelica, Naturali, Canonica, & Civili.*
186 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege humana.*
187 *Inhibitio emanans à Summo Pontifice Romano est formidabilior, & major ceteris emanantibus ab homine, & quare.*
188 *Papa est Dei Vicarius, & non est alius in terris dignior Sanctitate sua.*
189 *Ad Principem spectat ordinare de omnibus ad populi commodum, ac regimen spectantibus.*
190 *Inhibitio de qua agimus, est præceptum prohibitivum emanans à Iudice.*
191 *Inhibitio unde dicatur.*
192 *Inhibitio, de qua agimus, quo jure introducta.*
193 *Inhibitio qua ratione introducta.*
194 *Inhibitio quid sit.*
195 *Inhibitio alia emanat à Iudice ordinario, alia à Iudice delegato.*
196 *Inhibitio emanans à Iudice ordinario quid sit.*
197 *Inhibitio Iudicis delegati quid sit.*
198 *Vt sit locus inhibitioni, requiritur majoritas, & superioritas in Iudice inhibente.*
299 *Minor in majorem, & par in parem non habet imperium.*
200 *Si duo Iudices contendunt de jurisdictione, recurrendum est ad Superiorem.*
201 *Adjunctus, præsentata sibi commissione, potest Conjudicibus inhibere, ne ad ulteriora sine eo procedant.*
202 *Statutum, vel consuetudo potest inducere, ut minor majori, & par pari inhibeat.*
203 *A. C. quibus inhibeat in Curia, & extra virtute appellationis, seu recursus.*
204 *A. C. major illis, quibus inhibet, censeri debet.*
205 *Inhibitio canonicè, & ex causa probabili fieri debet.*
206 *Inhibitio canonicè fieri dicitur, quando appellatio sit ex causa probabili, & negotium est ad judicem appellationis devolutum.*
207 *Inhibitio Canonica dicitur, si est facta cum causæ cognitione, parte citata.*
208 *Pars debet citari ad videndum sibi inhiberi.*
209 *Inhibitio emanata parte nō cit. est moderanda.*
210 *Absenti à curia potest Iudex inhibere, eo priùs non citato, & ita observat Praxis.*
211 *Monitorium, seu Inhibitio cum clausula, si quis per comparitionem resolvitur in simplicem citationem.*
212 *Quando Iudex inhibet ex officio, citatio non requiritur.*
213 *Inhibitio ad partes expedita non afficit, nisi postea illa fuerit exequuta, & præsentata, etiam data scientia relaxationis illius.*
214 *Inhibitio respicit futura.*
215 *Inhibitio præsentata in tempore causat attentata.*
211 *Inhibitio, præsentata uni ex Adversariis Procuratori aliorum, afficit.*
217 *Inhibitio intimata parti afficit etiam Iudicem.*
218 *Inhibitio exequuta contra Iudicem afficit etiam partem non inhibitam.*
219 *Iudex Commissarius potest inhibere extra Rotam & in partibus, etiamsi in commissione non sit expressa facultas citandi extra Curiam.*
220 *Etiam post conclusum in causa, non tamen Auditori Sacri Palatij Apostolici.*
221 *A. C. potest inhibere in Curia & extra, virtute suarum facultatum, & non indiget commissione.*
222 *Si inhibitio emanat parte citata, non est opus alia illius exequutione, ut afficiat.*
223 *Si jus inhibet, sufficit sola intimatio, absque alia inhibitione.*
224 *Contrarium videtur sensisse Rotæ, & quando, & quomodo id procedat.*
225 *Intimatio commissionis facta à Cardinali habet vim inhibitionis, ob ejus reverentiam.*
226 *Ab Auditore non inhibetur Cardinali, coram quo causa antevertebatur, sed intimatur ei tantùm commissio.*
227 *Cardinalis, cui causa est ultimo loco commissa, non inhibet, sed insinuat commissionem alteri Cardinali.*
228 *Vt sit locus inhibitioni, timens gravari, debet implorare officium Iudicis, ut inhibeat.*
229 *Inhibitio, si agatur de debito proprio, supponit eam petentem allegare exceptionem, qua tutus reddatur.*
230 *Inhibitio Rotalis, sive justa, sive injusta est timenda, & causat attentata.*
231 *Inhibitio emanata à Curia, & supremo A. C. Tribunali, sive justa, sive injusta, est timenda.*
232 *Si inhibitio emanavit in Curia, facilè est recurrere ad Iudicem, qui inhibuit pro illius moderatione.*
233 *Facilè est recurrere ad Principem, vel ad Signaturam pro moderatione inhibitionis, vel reformatione commissionis, si inhibitio emanavit in Curia.*
234 *Non est aperienda via Inferioribus de partibus cognoscendi de viribus inhibitionum curiæ, & illas contemnendi.*
235 *Inferior debet parere, & non judicare de viribus inhibitionum.*
236 *Inhibitio Rotalis emanata vigore Commissionis subreptitiæ est timenda.*
237 *Inhibitio de jure debet esse canonicè facta, aliàs non afficit.*
238 *Secus de Stylo Rotæ, & Curiæ, & quare.*
239 *Si in Commissione, cujus virtute emanavit inhibitio Rotalis, non fit mentio obligationis Cameralis, vel Guarantigiæ, cujus virtute fuit actum, inhibitio non afficit, & quare.*
240 *Si obligatio Cameralis, vel Guarantigiæ est turbida, in dubio facultates A. C. non intrant, & inhibitio est timenda.*
241 *Inhibitio vigore commissionis cū clausula* non retardatâ exequutione, vel sine præjudicio, *non causat attentata.*
242 *Rediens ad Iudicem inhibitum censetur inhibitioni renunciasse.*
243 *Inhibitio, quæ non fuit præsentata Iudici, nec parti, non afficit.*
244 *Inhibitio emanata cum clausula* prout de jure, *si est injusta, non est timenda.*
245 *Inhibitio, si non constat, quòd illa fuerit præsentata ante actum, de cujus validitate agitur, non afficit.*

246 In-

246 Inhibitio exequuta Domi sine dimissione copiæ, nihil operatur.
247 Inhibitio non intimata non afficit tertium, nec datur non habenti interesse.
248 Inhibitio emanata cum clausula, dummodò Sententia non sit tertia, si constat in actis de tribus conformibus, non causat attentata.
249 Inhibitio non causat attentata in causa diversa, seu in articulo diverso.
250 Inhibitio non causat attentata super bonis, in quibus lis non pendet.
251 Si secundus Auditor pronunciavit, malè appellatum, & causam remisit ad primum, inhibitio censetur moderata.
252 Si in Curia fuit in causa pronunciatum, non est locus remissioni ad partes, quia est effecta Curialis.
253 Si à pronuncia. Secundi fuit appellatum, & Tertius Iudex virtute appellationis inhibuit primo Iudici, causa non redit ad primum.
254 Inhibitio Rotalis virtute Commissionis extortæ ante Sententia non afficit.
255 Contrarium est verius, & fuit sæpè decisum, reprobatis decisionibus antiquis.
256 Inhibitio emanata post actus possessorios, non præjudicat ad effectum, ne possit virtute illorum obtineri manutentio.
257 Civiliter possidens potest, non obstante inhibitione, continuando virtute suæ civilis, recuperare naturalem.
258 Ad Iudices inferiores non spectat cognoscere de viribus inhibitionis Rotalis, sub prætextu quòd continuans non attentat.
259 Regula, qui continuat, non attentat, non habet locum, quando causa est commissa super ipsâ continuatione possessionis.
260 Conclusio, quòd inhibitio sive justa, sive injusta sit timenda, non habet locum in inhibitione alterius Tribunalis extra Rotam.
261 Contrarium in alijs supremis Curiæ Tribunalibus, & in Tribunali A. C. quotidie observat Praxis.
262 Iudices de partibus, sub clypeo cognoscendi de justitia inhibitionis, de facili contemnerent inhibitiones à Curia emanatas.
263 De Stylo Curiæ revocandi attentata in spretum inhibitionis, non discusso priùs, an illa sit justa testatur etiam Rota.
264 Commissa extra Rotam causa appellationis, & nullitatis aquè principaliter, saltem respectu nullitatis sustinetur inhibitio.
265 Inhibitione pendente est ab exequutione abstinendum, aliàs gesta postea sunt attentata.
266 Non obstante consensu partium in jurisdictionem, si inhibitio fuit Rotali, & agitur de revocatione attentarum ex officio, aliàs secus.
267 Qui instetit pro moderatione inhibitionis, non dicitur consensisse in jurisdictionem.
268 Vt quis dicatur inhibitioni renunciasse, debet clarè constare de consensu de tempore post illam præsentatam.
269 Gesta post inhibitionem sunt attentata, etiamsi exequutio sit facta virtute trium conformium.
270 Etiamsi Iudex, qui inhibuit, careat jurisdictione donec de hoc constet.
271 Et sive inhibitio fuerit justa, sive injusta,
272 Etiamsi fuerit obtenta ab asserto Procuratore cum cautione de rato.
273 Ad instantiam asserti Procuratoris passim datur inhibitio, dummodo infra duos menses doceat de mandato.
274 Ad effectum attentatorum sufficit, quòd inhibitio fuerit præsentata Procuratori causæ.
275 Inhibitio emanata vigore Commissionis conditionalis causat attentata.
276 Contrarium videtur tenere Lancellotus.
277 Si tempore datæ commissionis conditionalis cognatio erat impleta, inhibitio inde emanata causat attentata, secus si non erat adimpleta, & de adimplemento non constat.
278 Si inhibitio fuit præsentata eadem die, qua fuit lata sententia, præsumitur sententia præcessisse.
279 Si Commissio fuit expedita eadem die, qua est lata sententia, præsumitur pro validitate Commissionis.
280 Si in Commissione appellationis adest clausula quam, & quas, substinetur commissio, & inhibitio etiam appellatione non interposita
281 Auditor Rotæ potest de stylo, virtute clausulæ quam, & quas, cognoscere negocium principale, etiamsi appellatio non adsit, vel sit nulla.
282 Si fuit actum virtute obligationis Cameralis, inhibitio vigore appellationis emanata non afficit, & quando hoc signanter procedat.
283 Si fuit inhibitioni renunciatum, inhibitio non afficit, cum quilibet possit suo favori renunciare.
284 Licèt quis renunciaverit inhibitioni Rotali, potest tamen Iudex ex officio revocare attentata.
285 Inhibitio non se extendit ultra id, quod in Commissione continetur, nisi in commissione adsit clausula quam, & quas.
286 Si constat, inhibitionem esse manifestè calumniosam, ex reiteratis confessionibus partis adversæ, inhibitio non afficit.
287 Inhibitio regulatur secundùm Commissionem, & Signaturam, cujus virtute emanavit.
288 Inhibitio in Curia concessa juxta formam Commissionis, non moderatur, ob facilem recursum ad Principem, seu ad Signaturam, pro illius moderatione.
289 Subreptio in Curia, ob facilem recursum ad Principem, & ad Signaturam, non attenditur.
290 Inhibitio operatur, prout de jure, cùm sit prout de jure intelligenda, & regulanda.
291 Inhibitio finitur moderatione illius, vel reformatione Commissionis.
292 Inhibitio finitur remissiõe causæ ad Iudicẽ à quõ
293 Inhibitio, quando interesse est personale, finitur morte impetrantis.
294 Instrumentum Camerali obligatione vallatum habet exequutionem paratam.
295 A Decreto de exequendo non datur appellatio.
296 Sublata appellatione non est locus inhibitioni.
297 Inhibitio indebitè extorta est moderanda.
298 Census præsumitur validus, dum de aliqua nullitate non appareat.
299 Census non potest creari, nisi super re immobili, vel quæ pro immobili habeatur.
300 In derogatione quamvis generali, & amplissima non censetur derogatum facultatibus ex contractu, & titulo oneroso.

301 Prin-

301 Principi etiam supremo non licet à contractu recedere, & ejus obligatio transit ad successores.
302 Papa omnia potest.
303 Census potest ex Constitutione Pij V. imponi superijs, quæ pro immobilibus habentur.
304 Pius IV. redegit Scripturas Notariorum A. C. ad instar immobilium.
305 De potestate Papæ non est dubitandum.
306 Tempore Pij IV. erat necesse imponere Census super immobilibus.
307 Quod ex Constitutionibus Martini, & Calisti Census essent de necessitate super stabilibus imponendi, plures testantur.
308 Ante vium V. Census erat imponendus super stabilibus, etiam de jure communi.
309 Casus omissus remanet in dispositione juris communis.
310 Census ante Pium V. creabantur pactionibus cõtrarijs Constitutionibus Martini, & Calisti.
311 Pius V. dedit novam formam Censibus creandis.
312 In mobilibus nulla cadit perpetuitas.
313 Qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens.
314 Sufficit, quòd in specie non derogetur privilegijs ex contractu, & titulo oneroso.
315 Quod provenit ex contractu, provenit à lure communi, de quo sunt omnes contractus.
316 Pius IV. constituit Scripturas Notariorum A. C. transire perpetuò ad Hæredes.
317 Census possunt imponi super locis Montium non vacabilium, quia dicta loca Montium transeunt perpetuò ad hæredes.
318 Officia Notariorum curiæ Capitolinæ possunt obligari, & hypothecari, & quare.
319 Census possunt imponi super alijs Censibus.
320 Census possunt imponi super annuis redditibus ex Vectigali, Piscatione, macello, & hujusmodi, licèt non sit res immobiles.
321 Vbi militat eadem ratio, idem jus statui debet.
322 Clemens Octavus mandavit, Scripturas Notariorum A. C. pro Camera redimi, & Census super eis impositos extingui.
323 Quod nullum est, extingui non potest.
324 Rota aliàs resolvit pro validitate Census impositi super Scripturis Notarij particularis.
325 Non est ne esse, quòd res, quæ pro immobili habetur, fit solo affixa, ut Census super ea imponi possint.
326 Scripturæ Notariorum A. C. olim locabantur ad rationem octo pro centenario.
328 Census possunt imponi super rebus, quæ mediate cultura reddunt fructus, aliàs secus, si nullos fructꝰ reddunt, detractis expensis & laboribus.
328 Res Censu onerata, debet cõsignari certis finibꝰ.
329 Finium specificatio non est necessaria, dum aliter constat de certo corpore.
330 Non probatur, rem certis finibus non designari ex quo in Instrumento Census fines non sint specificati.
331 Sufficit, quòd per nomen commune, aut circumloquutionem fines rei censuatæ designentur.
332 Res, quæ pro stabilibus habentur, ne vix quidem certis finibus designãtur impropriè, & abusivè.
333 Attenta observantia, omnis nimis scrupulosa subtilitas est reijcienda, & nu. 354.
334 Bullæ Pij V. super Censibus dicitur observata, si pecunia fuit verè numerata coram Notario, & Testibus in actu celebrationis instrumenti, non autem prius.
335 Intentio Pij V. in materia Censuum fuit tollere solutiones anticipatas, non prohibere solutiones verè, & realiter factas, omni simulatione, & fraude cessante.
336 Vna pars dispositionis aliam declarat.
337 Dictio, autem, corrigit, & adversatur præcedentibus, non sequentibus.
338 Emptor, vocando se depositarium, exuit personam Emptoris, & induit personam Depositarij.
339 In jure sæpè celeritate actuum conjungẽdarum inter se actionum, unus actus occultatur.
340 Depositum purum, & simplex habet vim solutionis.
341 Forma potest impleri per æquipollens.
342 Descriptio alicujus pro creditore in libris mercatoris, qui fit solvendo, habet vim solutionis.
343 Cedula bancharia habet vim solutionis.
344 Experientia rerum magistra.
345 Per depositum, cum subsequuta solutione, & numeratione, videtur satisfactum Bullæ Pij V.
346 Census videtur cœptus creari in principio mensis tmmpore depositi, & in fine perfectus, quando secuta est numeratio, cùm fructus interim non intervenerit.
347 Cedula Bancharia quid sit.
348 Cedrla Bancharia in contractu census habet vim solutionis, si postea fuit à mercatore acceptata, & soluta, aliàs secus.
349 Paria sunt non esse, & effectu carere.
350 Validitas Census non in sola traditione cedulæ, sed in subsequuta solutione consistit.
351 Bulla Pij V. est intelligenda, ut admittat interpretationem ex rationis identitate.
342 Magis ratio, quàm verba Legis, attendi debet.
353 Fraudem Legi facit, qui legis verba amplexus, contra illius nititur voluntatem.
345 Observantia plurimum confert ad validitatem actus.
355 Spatio 30. annorum præsumitur confirmatio Apostolica.
356 In materia Censuum Papa solet rescribere cum clausula, Cõstito de vera, & reali numeratione, procedatur ad ulteriora, executione prætensi non interventus pecuniæ in actu celebrationis Instrumenti non obstante.
357 Pacta apposita in instrumento Census contra Bullam Pij V. vitiantur, & non vitiant.
357 Præsertim stante protestatione, quòd partes intendebant contrahere juxta formam Bullæ.
359 Extinctio Census probatur ex publico Instrumento retrovenditionis, quod facit rem claram & manifestam.
360 Censum fuisse extinctum, quomodo prætendi possit.
361 Materia stricta, & alteri præjudicialis non debet extendi in præjudicium Tertij.
362 Census impositio substinetur super re aliena in præjudicium solius Imponentis.
363 Census impositus substinetur in præjudicium Imponentis, non obstante translatione dominij.
364 Translatio Census super alio fundo fit quoad exercitium actionum, non quoad substantiam Census.

365 For-

365 *Forma Motus proprij super translatione Census non servata, Census remanet super primævo fundo.*

366 *Nec ordo, nec relaxatio mandati, nec assignamenta, sufficiunt ad Census extinctionem, dum non est in libera potestate Emptoris pretium recipere, vel illud realiter nō restituitur.*

367 *Depositum non judiciale, vel non liberum, vel ubi non intervenit delegatio, non relevat ad Census extinctionem.*

368 *Si non intervenit assidicta, & Pars citata, & intimata non constituitur in mora recipiendi depositum liberè factum, non potest prætendi ob id Census extinctio, aliàs secus.*

369 *Nemo cēsentur facere voluisse, quod nō poterat.*

370 *Extinctio Census requirit actum retrosimilem, scilicet restitutionem pretij ex parte Debitoris, & receptionem ex parte Creditoris.*

371 *Si Papa noluit providere Censuarijs, & fuit facta intimatio, & est in arbitrio Emptoris Census recipere sortem, Census extinguitur, aliàs secus.*

372 *Cessio facta spe futuræ numerationis, illa non secuta, caret effectu.*

373 *Animus elicitur ex præcedentibus, & subsequentibus.*

374 *Si non intervenit actus retrosimilis restitutionis naturalis pretij, cessio facta sub spe futuræ numerationis nil revelat ad Cēsus extinctionē.*

375 *Obligatio Cameralis appellationem suspensivam non admittit.*

376 *A Decreto de exequendo non datur appellatio.*

377 *Res judicata inducit notorium, & habetur pro veritate.*

378 *Dictio*, quilibet, *est distributiva contra unumquemque insolidum.*

379 *Relatum est in Referente cum omnibus suis qualitatibus.*

380 *Relatum attenditur non Referens.*

381 *Vbi verba sunt clara, non debet in eis fieri controversia.*

382 *Nimia subtilitas subvertit veritatem, & est inimica Legibus.*

383 *Collegium est semper idem, & non mutatur mutatione Personarum.*

384 *Subrogati tenentur ad ea, ad quæ tenebantur ij, in quorum locum successerunt.*

385 *Intrantes Collegium tenentur ad debita antèqua antea contracta pro necessitatibus Collegij, actione personali.*

386 *Obligatio specialis, & onus Census debet stare super re censuata.*

387 *Hypoteca generalis, & obligatio personalis, quæ pro solutione Census contrahitur, sequitur hæreditariam portionem.*

388 *Actione personali in rem scripta agitur contra quemlibet Possessorem rei censuatæ.*

389 *Ex sequentibus declarantur præcedentia.*

390 *Res inter Debitores acta Creditori non consentienti non affert præjudicium.*

391 *Non potest recedi à contractu etiam in minimo, sine consensu Partium.*

392 *Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis.*

393 *Vbi constat de clara obligatione insolidū in forma Cam. non est opus mendicare conjecturas.*

394 *Producto relato, non dicitur nova probatio, sed antiqua ex referente.*

395 *Instrumentum subscriptum à Notario, habens faciem publici instrumenti, debet censeri authenticum.*

396 *Copia Instrumenti probat, stante illius observantia.*

397 *Scriptura informis, & copia cum adminiculis probat.*

398 *Scriptura informis probat, si non fuerunt in termino, ad dicendum contra, oppositæ saltem generalia.*

399 *Si in prima instantia nil fuit oppositum contra jura, oppositio in secunda, vel ulteriori, non relevat.*

400 *Nulla major probatio quàm confessio.*

401 *Comparitio tollit defectum citationis.*

402 *Præsens non est citandus.*

403 *Vtens juribus productis dicitur illa approbasse cum suis qualitatibus.*

404 *Pars reproducendo, & allegando jura producta in sui favorē, efficit illa communia, & de actis.*

405 *Delegatio, carens acceptatione, & requisitis necessarijs, non relevat.*

406 *Recursus potest accipi, tam pro introductione causæ coram Iudice in prima, quàm in secunda instantia.*

407 *Recursus unde dicatur.*

408 *Recursus quid sit.*

409 *Recursus propriè datur in actu inappellabili.*

410 *Appellatione prohibita non censetur prohibita supplicatio seu recursus.*

411 *A sententia Vicarij Papæ infra summam ducatorum quinque non datur appellatio, nec dicitur de nullitate.*

412 *Signatura in causis sexdecim ducatorum auri, & infra, non rescribit.*

413 *In causis inappellabilibus à ducatis sexdecim, hoc est scutis viginti monetæ infra, in Tribunali Vicarij à sententia Locumtenentis Civilis datur recursus ad Vicegerentem, & ab eo ad Vicarium, in quavis instantia.*

414 *In causis appellabilibus in Tribunali Vicarij, etiā infra summam sexaginta ducatorū auri de Camera, non datur recursus, sed appellatio, nisi fuerit actum virtute processus exequutivi.*

415 *A Gubernatore appellatur ad Papam, & ad Signaturam, in causis appellabilibus.*

416 *In causis à sexdecim ducatis, hoc est à scutis viginti monetæ infra, & sic inappellabilibus, à Locumtenente Civili Gubernatoris datur recursus ad Gubernatorem.*

417 *Hodie à sententia inappellabili Locumtenentis Gubernatoris datur recursus ad Iudicem recursus nuncupatum, & ab eo ad Gubernatorem, & à Deputato ad Deputantem.*

418 *In causis Mercedum in Curia Gubernatoris datur appellatio, saltem devolutiva, non obstante quòd sint inappellabiles.*

419 *A Locumtenente Civili Gubernatoris non datur recursus, nisi in causis inappellabilibus.*

420 *In Curia Gubernatoris in causis Mercedum datur recursus, etiam à scutis viginti supra, sicut in causis inappellabilibus.*

421 *In causis à scutis viginti infra cur Signatura non rescribat, sed detur in eis recursus.*

422 *A. C. cur non possit decernere Monit. Specialia,*

aut

aut causas prophanas, etiam in Terris Ecclesiæ ultra 40. milliaria, nisi causa excedat valorem scutorum quinquaginta monetæ, ad ejus tribunal trahere.

423 *A Consulibus Aromatariorum, in causis à scutis decem infra, quomodo & ad quos detur Recursus.*

424 *A Consulibus Aromatariorum in causis ultra summam scutorum desem datur appellatio.*

425 *A Consulibus Artium datur appellatio, seu Recursus ad Gubernatorem.*

426 *A Consulibus Aromatariorum datur Recursus ad A. C.*

427 *A Consulibus Artium in causis inappellabilibus datur recursus ad Conservatores Vrbis, nisi eorum statuta contrarium disponant.*

428 *In causis scutorum viginti, & infra, Tribunali A.C. non datur appellatio, nec recursus, nisi ad eumdem, qui fecit Decretum pro repositione.*

429 *In causis exequutivis, in quibus in Tribunali A. C. non datur appellatio suspensiva, non datur recursus, nisi pro repositione ad eumdem Iudicem, qui fecit Decretum.*

430 *A. C. potest reponere à Decretis suorum Locumtenentium Civilium, sed hoc facere non consuevit.*

431 *In Curia Capitolina in causis à decem scutis infra non datur appellatio, nec recursus, nisi ad eumdem Iudicem, qui fecit Decretum pro repositione, sicut in aliis causis exequutivis.*

432 *A sententiis, & Decretum Consulum Artium, in causis scutorum decem, & infra, datur Recursus.*

433 *Recursus est infra decem dies interponendus, sicut appellatio.*

434 *Contrarium quia Gravatus potest infra biennium supplicare.*

435 *Sed concorda, & distingue quia, recursu petito infra decem dies, retardatur exequutio, nisi præstetur fide jussor, secus si petatur post 10 dies*

436 *In Curia Gubernatoris, & aliis Tribunalibus Recursus est interponendus infra decem dies, & non retardatur exequutio, donec fuerit inhibitum.*

437 *Recursus quoad tempus exercitij, & determinationis causæ, assimilatur appellationi, nisi reperiatur expressa differentia.*

438 *Causæ appellationum à Iudicibus Rom. Curiæ introducuntur coram A.C. per viam eecursus, qui regulatur ijsdem modis, quibus appellatio.*

439 *Termini substantiales in secunda instantia sunt servandi omnes ad primam, excepto termino ad articulandū, qui servatur ad octavam.*

440 *Termini substantiales coram A. C. servantur in secunda instantia, etiam prout in prima, & reiteratio sanat omnes eorum defectus.*

441 *A. C. potest in causis à ducatis ducentis infra coram eo, uti Iudice ordinario, introductis virtute appellationis, procedere terminis non servatis.*

442 *In causis Commissariis coram A. C. servandi sunt termini substantiales, nulla habita parvæ summæ ratione.*

443 *Iurisdictio delegata derogat ordinariæ, & utì major attenditur.*

444 *In tertia instantia termini substantialrs servantur omnes ad primam, excepto termino ad articulandum, qui servatur ad sextam.*

445 *Terminis substantialibus in tertia, vel ulteriori instantia servatu, prout in prima, vel secunda, per reiterationem in omnem eventum sanantur omnes eorum defectus.*

446 *Sententiæ validitas ex quibus probetur.*

447 *Dote non solutâ debentur fructus toto tempore matrimonij.*

448 *Fructus dotis taxantur ad quinque, & aliquando ad septem, & octo pro centenario.*

449 *Sustentatio onerum matrimonij habet vim interpellationis.*

450 *Dies, & juramentum interpellant pro homine.*

451 *Maritus transmittit jus petendi fructus dotis, matrimonio durante decursos, & non solutos, in ejus hæredes.*

452 *Si fructus dotis petuntur propter onera matrimonij titulo oneroso, lapsus decennij non obstat.*

453 *Ex lapsu temporis non censetur facta remissio nisi concurrant tria requisita, de quibus in l. Procula, ff. de prob.*

454 *Viduæ debentur ab hæredibus Patris fructus dotis, donec dos solvatur.*

455 *Alimenta taxantur arbitrio judicis, habita ratione nobilitatis mulieris, & divitiarum debitorum.*

456 *In Curia fructus dotis taxantur ad rationem septem cum dimidio pro centenario.*

457 *Statutum super taxatione, & solutione fructuum dotis, seu alimentorum, est validum.*

458 *Dos, quando filia dotata excluditur à statuto propter masculos, succedit loco legitimæ.*

459 *Filia dotata à statuto exclusa transmittit in hæredes jus legitimæ, & alimentorum usque in diem solutionis dotis, seu legitimæ.*

460 *Ius legitimæ transmittitur cum aliis effectibus legitimæ.*

461 *Ius legitimæ transmittitur etiam in hæredes extraneos.*

462 *Legitima debetur una cum fructibus etiam absque mora.*

463 *Dos, & alimenta æquiparantur.*

464 *Dote soluta fructus non debentur amplius.*

465 *Mortua uxore fructus dotis non currunt amplius ad favorem mariti, & quando hoc procedat.*

De secundis, & ulterioribus Instantiis, Pars Tertia, Cap. V.

I. NON solùm in prima, ut diximus supra, sed etiam in secunda, vel ulteriori instantia, possunt causæ coram A. C. introduci. Etenim A. C. est Judex ordinarius appellationum quarumcumque ad Romanam Curiam devolutarum, & earum, quas devolvi contigerit à quibuslvis sententiis, & gravaminibus illatis à quibuscumque Judicibus ordinariis, vel Delegatis extra Romanam Curiam (*dummodo causæ ultra quadraginta milliaria ab Vrbe sint valoris scutorum quinquaginta monetæ, vel abinde supra*) nec non Appellationum, seu Recursuum à quibuslvis Judicibus ordinariis Romanæ Curiæ (*Vicario, Guber-*

Gubernatore, Senatore, & Iudicibus Capitolinis, dumtaxat exceptis) cujuscumque valoris causæ existant, virtute suarum ordinariarum facultatum, ut supra hac eadem *p. 3. c. 1. n. 1.*

Quapropter, si quis ab aliquo ex prædictis Iudicibus extra Curiam, Sententiam, vel Decretum contrarium reportaverit, vel alias ei fuerit illarū gravamen irreparabile per definitivā causam appellationis coram A. C. in secunda, vel alia ulteriori instantia introducere, & citationē cum inhibitione, A. virtute appellationis
A obtinere, in partibus contra Adversarium exequi facere, & ad ulteriora, usq; ad finem causæ, ut inferius dicetur, procedere poterit.

2 Debet autem qui citationem hujusmodi cum inhibitione vigore appellationis obtinere voluerit, in primis, & ante omnia infra legitima tempora appellare coram Judice à quo in partibus, & deinde copiam Sententiæ in partibus latæ, & appellationis Interpositæ, ut supra in forma probanti in actis coram A.C. producere, ut infra videlicet.

3 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. & ad docendum de gravamine sibi in partibus illato, facto per Compulsum produxit copiam Sententiæ latæ per d. NN. Locum tenentem Illustrissimi Domini NN. Præsidis provinciæ Romandiolæ, ad assertum favorem NN. una cum copia appellationis coram eodem interpositæ pro parte NN. in forma &c. prout in foliis, tenoris &c. petens &c. omni &c.

4 Verum tamen, si appellatio non fuit in partibus coram Judice, à quo interposita, praxis in veterata, & Stylus Tribunalis A.C. observat, ut possit coram eodem A.C. copia Sententiæ in partibus latæ exhiberi, & coram ipso ab eadem appellatio interponi, cujus quidem appellationis virtute poterit nihilominus citatio cum inhibitione ad partes obtineri; & quotidie fieri consuevit, ut infra videlicet.

5 Pro NN. contra NN.

Coram D. meq; &c. NN. Procurator habita notitia de prætensa sententia lata per R. P. D. NN. Gubernatorem Tudertinum ad assertum favorem NN. contra NN. prout in folio, tenoris &c. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiss. D. N. Innocentium Papam X. ejusq; Sanctam Sedem Apostolicam, omnemq; alium Judicē competentē, appellavit, prout in Cedula, quam una cū copia d. assertæ Sententiæ &c. facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui D. dedit reverentiales in forma, omni &c.

6 A quadam asserta definitiva Sententia, seu decreto definitivo lata, ut dicitur, seu facto per R.P.D.NN. Gubernatorem Tudertinū ad prætensum favorē NN. contra NN. de, & super Tenimento Terræ, sito in Territorio Civitatis Tuderti in Villa NN. in loco nuncupato NN. juxta bona NN & NN. salvis aliis &c. rebusq. aliis &c. Procurator, & eo nomine d. NN. sentiens se læsum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi, & gravari &c. ab illa, sive ab illo, ac toto ulteriori processu desuper fabricato, ad Sanctiss. D.N. Innocentium X. ejusq; S. Sedem Apostol. omnemque alium Judicem competentem in his scriptis provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, petens semel bis, tertio, sæpè sæpius, sæpissimè, instāter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus præsens appellatio non admitteretur &c. à non admissione illius, ac toto ulteriori processu iterum, ac toties, quoties, appellat, provocat, & ut sup. de nullitate dicit &c. ita ut sit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. alias &c. protestans &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Successivè appellatione in patribus, vel coram A.C. ut supra interposita, obtinetur citatio cum inhibitione, tenoris sequentis, & aliàs secundum contingentiam facti, videlicet:

7 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus, Utriusq; Signaturæ SS. D. N. Papæ Referendarius, ac ejusdem SS. ejusq; Camerarii, necnon causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ, ac appellationum in Terris S.R.E. subjectis interpositarū Judex ordinarius, sententiarum quoq; & Censurarum in eadem Curia Romana, & extra eam latarū, ac literarum Apostol. quarumcunq; universalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiss. specialiter deputatus. Universis, & singulis RR.DD. Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis Prioribus, Decanis, Diaconis, Scholasticis, Cātoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Canonicis, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus eorum Locatenentibus, Plebanis, Viceplebanis Cappellanis, Curatis, & non Curatis cæterisq; Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionib⁹ publicis quibuscunq; per Civitatē, ac Diœcesim NN. & aliàs ubilibet cōstitutis, illisq; vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutem in Dño, & nostris hujusmodi imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mādatis. Noveritis, quod nuper in quadam causa vertente coram R.P.D.NN. Gubernat. Civitatis NN. inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex alia, de, & super in subinserta sententia contentis, rebusq; aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, & illarum occasione, partibus ex altera, idē D. Gubernator, suam, ad favorem d. NN. promulgavit definitivam Sententiam, prout in illius Fide, seu Instrumento coram nobis exhibito, tenoris infrascripti, videlicet: Christi nomine invocato &c. [*hic inferendus est totus tenor Sententiæ*] à qua quidem prætensa sententia, & aliis quibuscunq; gravaminibus eidem NN. per eundem D. N. Gubernatorem illatis ad SS. D. N. Innocentium Papam X. provocatum, & appellatum fuit; & sic causa appellationis hujusmodi coram Nobis tanquam Romanæ Curiæ, ac appellationū & reclamationum, in terris S.R.E. mediatè, ac immediatè subjectis interpositarū, Judice ordinario, legitimè introducta, subsequenter cum ipse NN. appellationem suam hujusmodi prosequi velit, ac intendat, fuimus pro ejusdem NN. appellantis parte, debita cum instantia, requisiti, quatenus sibi citationem legitimam una cum inhibitione extra Romanam Curiam, ac ad partes, contra, & adversus dictum NN.

ex adverſo principalem, ac dictum D. Gubernatorem, ſi ſua putaverit intereſſe, omneſq; alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe, putantes, in exequutione citationis hujuſmodi nominandos in forma ſolita, & conſueta decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Auditor præfatus, attendentes requiſitionem hujuſmodi forè juſtã, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, Diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum iuſolidum cõmittimus, ac diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenꝰ ſtatim viſis, & receptis præſentibus &c. ſub ſ e o. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi, ac excommunicationis in ſubſidium, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, dictum NN. ex adverſo principalem, & dictum D. Gubernatorem, ſi ſua putaverit intereſſe, & ſententiam hujuſmodi defendere voluerit, omneſq; alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes in eorum propriis perſonis, ſi eorum præſentias commodè habere poteritis, alioquin in hoſpitiis habitationum ſuarum, ſi ad ea vobis tutus pateat acceſſus, & in Parochiali, ſeu Parochialibus, ſub qua, vel quibus degunt, & morantur, aliiſque Eccleſiis & locis publicis & conſuetis & ubi, & quando, & quoties opus fuerit, infra Miſſarum, & aliarum Horarum, & Divinorum officiorum ſolemnia, dum ibidem fidelis Populus ad divina audiendum convenerit, publicè, alta, & intelligibili voce ex parte noſtra peremptoriè citare curetis, quos nos etiam, tenore præſentium citamus, quatenus ſexta die poſt citationem hujuſmodi, ut ſupra factam, & exequutam immediatè ſequente, ſi ipſa ſexta dies juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex nunc immediatè ſequente, compareant in judicio legitimè coram nobis, ſeu noſtro in Civilibus Locum tenente cum omnibus, & ſingulis actis, actitatis, Scripturis, Juribus, Inſtrumentis, Proceſſibus, ac monumentis quibuſcunque, cauſam, & cauſas hujuſmodi tangentibus, ſeu ad eam, ſeu eas quomodolibet facientibus, utrique parti in hac cauſa 9
de Juſtitia reſponſuri, ac in ea ad omnes, & ſingulos actus judiciales gradatim, & ſucceſſivè etiam uſque ad definitivam ſententiam incluſivè, debitis, & conſuetis terminis, & dilationibus, ut moris eſt, proceſſuri, & procedi viſuri, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout Juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis, Certificantes nihilominus eoſdem citatos, quod ſive in dicto termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel Locum tenens noſter prædictus, ad Partis comparentis, & cauſam hujuſmodi proſequi curantis, inſtantiam, ad præmiſſa omnia, & ſingula, & aliàs prout juris fuerit, procedemus, ſeu procedet, dictorum Citatorum abſentia, ſeu contumacia non obſtante, Et inſuper attendentes, quod lite, Et cauſa hujuſmodi ſic, ut præ- 10
mittitur, coram Nobis indeciſis pendentibus, nihil ſit in partibus per quoſcumque attentandum, vel innovandum: Idcirco eidem Domino Gubernatori, cæteriſque aliis dictis Officialibus, Judicibus, Commiſſariis, Delegatis, Subdelegatis, Exequutoribus ordinariis ſive extraordinariis, quacunque authoritate fungentibus, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate præſertim eid. NN. ex adverſo principali, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, eiſdem authoritate, & tenore inhibemus, ne ipſi, vel aliter ipſorum in vilipendum litis pendentiæ, & juriſdictionis noſtræ, immo verius Apoſtolicæ Sedis contemptum, dictique NN. principalis præjudicium, & gravamen, quicquã per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, attentare, ſeu innovare præſumant, aut aliquis eorum præſumat, quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum reducere curabimus, Juſtitia mediante, Abſolutionem verò in præmiſſis nobis, vel Superiori noſtro tantummodo, reſervamus, In quorum &c. Datum &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli N. Locumt.

8 Hæc citatio eſt tranſmittenda ad partes, ibique à Nuncio perſonaliter, vel aliàs juxta illius formam, & tenorem exequenda, ac deinde Nuncius debet alicui publico Notario facere exequutionis relationem, ſuper qua debet Notarius à tergo ejuſdem, Inſtrumentum publicum conficere, Quibus peractis, citatio una cum exequutionis inſtrumento, & ad majorem cautelam etiam cum alicujus Ordinarii, vel alterius opportuna legalitate in forma remitti poterit ad Curiam, & in actis reproduci, citato principali abſente, vel contumace (*ſi nemo pro eo, ad cauſæ deſenſionem ſuſcipiendam, compareat*) per contradictas, juxta Praxim ſupra poſitam *par. 1. c. 3. num. 1. & ſeq. & n. 17. & ſeq.* vel ſi Procurator pro eo comparet, producendo Mãdatum procuræ, & proteſtando nihil fieri, juxta ſuperius tradita *in cap. proximo præcedente, verſ. quod ſi cauſa, num. 15.* illo citato, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo Procurator NN. ex- 9
adverſo principalis, ad dicendum contra literas citatoriales, & inhibitoriales, ac Inſtrumentum illarum exequutionis in partibus factæ, juraque producta, & repetita, videndum jurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, necnon juſtificandum, & impugnandum, & videndum admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit literas citatoriales, & alia hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit & obtinuit admitti, ſi & inquantum, omni &c. & committi in forma &c.

Productio autem literarum hujuſmodi, quæ ſufficit ad cauſæ deſertionem evitandam, ſit in Broliardo, in termino dictæ citationis ad dicendum contra, ut ſequitur, videlicet. 10

Pro NN. contra NN. 11

In

In Officio NN. Procurator, prout docuit per Instrumentum publicum mandati procuræ, tenoris &c. facto per Compulsum produxit literas citatoriales, & inhibitoriales in partibus legitimè exequutas, unà cum Instrumento illarum exequutionis à tergo, prout in folio, tenoris &c. petens, &c. omni &c.

Ex adverso Procurator citatus protestari potest in termino ad dicendum contra, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

12 In Officio &c. NN. Procurator contra prætensas literas citatoriales, & inhibitoriales, & jura dixit pro nunc generalia verbo, salvo jure &c. & pendente &c. aliàs &c. omni &c.

13 Verum, si causa non sit appellabilis, vel aliqua alia ratione non possit in Curia introduci, prout si causa de partibus ultra quadraginta milliaria non ascendat ad valorem scutorum quinquaginta monetæ, potest obtineri remissio illius ad partes, dummodo per instrumenta, vel jura, aut alia legitima probationum genera, citata Parte ad dicendum contra, juxta Praxim superius traditam *par. 1. c. 2. n. 10. & seq.* & aliàs servatis servandis, probetur, causam non esse appellabilem vel alias ad dictam summam scutorum quinquaginta monetæ non ascendere, quo casu est deinde citanda Pars, ad videndum remitti causam, ut infra, videlicet.

A.C.N.

14 Citetur NN. ex adverso Procurator NN. ex adverso principalis, ad videndum moderari inhibitionem nulliter, & debitè extortam, & remitti causam ad partes, attento quod est est è loco ab Urbe distante ultra quadraginta milliaria, & valor illius non excedit scuta quadraginta quinque monetæ (*vel attenta alia ratione exprimenda, juxta contingentiam facti*) & Decretum necessarium, & opportunum fieri, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petijt, & obtinuit, ut supra, nisi infra quatuor (*vel aliud tempus Iudici benevisum*) cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimatur NN. ex adverso Procuratori NN. ex adverso principalis, qualiter Dominus remisit causam ad partes, & alias prout in actis, Instante NN. principalis, &c.

N. Notarius.

15 Exequuta, & reproducta intimatione, nisi Pars obtinuerit reponi à Decreto præjudicialis remissionis causæ, juxta Praxim superius traditam *p. 1. c. 8. nu. 36.* poterit elapso termino in Decreto contento à die intimationis exequutæ, ac intimatione reproducta, expediri ad partes Instrumentum remissionis, videlicet.

16 Christophorus Vidman Prothonotarius Apostolicus, Utriusq; Signaturæ SS. D. N Papæ Referendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarū quoq; & Censurarū tam in eadem Rom. Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcumq; universalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiss. D. N. Papa specialiter deputatus. Noverint universi, quod nos hodiè cautam coram nobis, via ordinaria, aliàs super quibusdam Terris sitis in Territorio NN. in Villa N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. & alios notissimos fines, rebusque aliis &c. ad instantiam NN. contra NN. in secunda instantia introductam, attento quod valor dd. Terrarum non excedit valorem scutorum quadraginta quinq; monetæ, prout fuit coram nobis legitimè demonstratum, citato, & intimato d. NN. Adversario appellante, ad partes remisimus; prout harum serie remittimus, quæ omnia &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus nostris hac die &c.

N. Notarius. Locus † sigilli. N. Locum ti

17 Quod si A.C. nollet causam ad partes remittere, & veniret nihilominus de Jure remittenda vel quia illius valor non ascenderet ad scuta quinquaginta monetæ, vel alia ratione, posset Appellatus adire Signaturam Justitiæ, & data commissione oportuna, ac Parte citata, ad Praxim superius traditam *p. 1. c. 13. n. 30. & seq.* obtinere causam proponi, & rescribi eidem A.C. ut causam ad partes remittat, quæ quidē Commissio poterit fieri, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, videlicet.

Tudertina.

18 Beatissime Pater, Lata Sententia in prima instantia per R. P. D. Gubernatorem Tuderti, ad favorem devoti S. V. Oratoris NN. contra N N. de, & super quibusdam Terris suis in Territorio Tudertino in Villa N. loco nuncupato NN. juxta suos notissimos fines, rebusq; aliis &c. idem NN. Adversarius causam appellationis coram A.C. introduxit, & citationem cum inhibitione extorsit, verum quia Terræ, de quibus agitur, non excedunt valorem scutorum quadraginta quinque monetæ, & ob id causa poterat coram A. C. introduci, & in omnem eventum debuisset A.C. suam moderari inhibitionem, & causam ad partes remittere, quod adhuc non fecit. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem A. C. ut præfatam suam moderando inhibitionem, causam ad partes remittat, cōmittere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus, stylo Palatij, cæteris q; contrarijs nō obstantibus quibuscumque Statum &c. pro plenè &c.

Commissione deinde in Signatura, servatis servandis, proposita, & signata, ac in capsa Judicis reposita, citatur Pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

19 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra Commissionem in actis exhibitam necnon videndum admitti, & juxta illius formam, & tenorem videndum mandari procedi, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. repetijt Cōmissionē in actis ultimo loco exhibitā, & petijt & obtinuit, ut supra, omni &c.

20 Successivè citatur pars, ad videndum moderari inhibitionem, & causā remitti ad partes, & obtinetur remissio, ut supra *n.* 14. velut infra *n.* 22. illiusq; Instrumentū, ut sup. dictū fuit *n.* 16.

21 Sed si in Cōmissione petitū fuit, committi oretenus eidē A.C. ut suā moderetur inhibitionē, &

causam ad partes remittat, & ita Signatura ordinavit, ut aliquando solet, etiamsi expresse oretenus ordinari peritum non fuerit, tunc nec præsentare Commissionem in actis, nec citare ad dicendum contra illam, necesse est, sed sufficit citare, ut infra, videlicet.

A. C. N.

22 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum moderari Inhibitionem, & causam remitti ad partes, juxta mentem Signaturæ, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum:

N. N. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus remisit causam ad partes, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

23 Verum si causa non venit ad partes remittenda, sed remanere debet in Curia coram A. C. Pars, quæ illam prosequi intendit transportare debet acta anterioris instantiæ, illaque in actis causæ exhibere, citata Parte, ad dicendum contra Jura, ut supra, *p. 1. c. 2. n. 10.* vel ut infra, videlicet.

A. C. N.

24 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra Processum de partibus, & Jura producta, & repetita, videndum jurare Testes super illius, & illorum recognitione, quatenus opus sit admitti, committi, & mandari restitui, dimissa, Copia collationata, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Processum, & jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit admitti si, & in quantum, & committi, ut supra, omni &c.

Productio autem potest similiter fieri juxta superius tradita, *par. 1. c. 2. num. 11. & seqq.* videlicet.

Pro NN. contra NN.

25 In Officio &c. NN. & ad effectum obtinendi revocationem Sententiæ, à qua fuit appellatum (*si Processus producitur ab Appellato, potest dici*) ad effectum obtinendi confirmationem Sententiæ, in parte, & partibus, facto per compulsum produxit Processum de partibus foliorum NN. subscriptum ab NN. Notario publico N. prout in foliis, tenoris &c. & repetiit omnia acta, & actitata, jura producta, gesta, & facta per acta mei &c. in parte tamen, & partibus &c. & in quantum &c. & non aliàs &c. petens &c. omni &c.

Ex adverso in termino ad dicendum contra Jura, facienda est protestatio, ut infra, videlicet.

26 Pro NN. contra NN.

In officio &c. NN. contra prætensum Processum, & jura dixit pro nunc generalia verbo, salvo jure &c. & pendente &c. & non recognosci, nisi intimato die, & hora certis, ad effectum &c. aliàs &c.

Quo casu intimatio est necessaria, antequàm ad Processus, & Jurium recognitionem deveniatur, juxta Praxim, de qua superiùs *par. 1. c. 1. num. 21. & seqq.*

27 Cæterum si quis Decretum, vel Sententiam contrariam reportaverit ab aliquo Judice ordinario Rom. Curiæ, prout à Judice Curiæ Burgi, vel Sabellorum, vel Turris nonæ, ad quos tantum in effectu facultates A. C. ut ad eum à Judicibus Curiæ appellari possit, restringi videntur ex latius deductis supra *d p. 1. c. 13. n. 227. & num. 229. & seqq.* & voluerit ab eo appellare ad A. C. procedendum erit, ex Praxi, per viam
B Recursus, B, interponendo illum in primis coram Judice à quo, infra legitima tempora, ut sequitur, videlicet.

28 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de Sententia, seu Decreto definitivo lata seu facto, ad assertum favorem NN. contra NN. ab ea, seu ab eo, & omnibus aliis gravaminibus
B petiit recursum, B, ad Illustrissimum Dominum A. C. petens instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & interim &c. protestans &c. omni &c.

Cui Dominus dedit reverentiales in forma &c. omni &c.

Vel si causa non est appellabilis.

Cui Dominus dedit refutatorios in forma &c. omni &c.

Potestque Judex dare terminum Juris, vel respondere de Apostolis sibi benevisis, prout de Jure juxta Praxim, de qua supra *p. 1. c. 13. n. 6.*

29 Exindè est interponendus Recursus, ut inferius coram A. C. Judice ad quem, qui coram eo interponi potest, etiam si coram Judice à quo interpositus non fuerit, dummodo interponatur hoc casu coram eo infra legitima tempora ad appellandum, scilicet antequam per lapsum decendii Sententia, seu Decretum transeat in rem judicatam, vel etiam statim lata Sententia, vel facto Decreto, si causa sit exequutiva, vel aliàs de sui natura non appellabilis, vel si Judex à quo forte dedit refutatorios, ut exequutio evitetur, in quibus omnibus casibus, recursu, ut sequitur, coram A. C. interposito, citanda est Pars quam citius fieri poterit, coram eodem ad dicendum contra Recursum, ut inferius, nè fortè interim Judex à quo ad ultetiora in exequutione procederet,

30 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. ab asserta Sententia, seu Decreto definitivo lata, seu facto per Dominum Judicem, seu Locum tenentem Gubernatoris Burgi (*seu Judicem Sabellorum, vel Turris nonæ*) ad prætensum favorem NN. contra NN. sentiens se gravatum &c. petiit recursum, ac illius virtute inhiberi in forma, omni &c.

A. C. N.

31 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra Recursum in actis petitum, & videndum illum admitti, ac juxta illius formam & tenorem mandari procedi, & inhiberi ad statim, seu ad primâ diem, & interim quandocumque, ne audeat aliquod Mandatum in Curia NN.

susci-

ſuſcipere, aut ſuſceptum exequi facere, aut quicquam contra Inſtantem attentare, vel innovare ſub pœnis arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim &c. inſtante d. NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetit Recurſum in actis petitum, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, ac mandari procedi, & inhiberi in forma, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverſo principali, qualiter Dominus inhibuit, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

32 Cæterùm, ſi cauſa excedit ſcuta viginti monetæ, eſt ab initio in arbitrio Appellantis, vel petere Recurſum, ut ſupra, vel adire Signaturam Juſtitiæ, & committere cauſam appellationis Prælato, vel in Rota, cui quidem appellationis commiſſioni ordinariæ, petito Recurſu, ut ſupra, cenſetur omninò renunciatum.

33 In termino autem ad dicendum contra Recurſum facienda eſt ex adverſo proteſtatio, opponendo generalia contra illum, & ſi cauſa non eſt fortè appellabilis, poterit fieri proteſtatio, ut infra, videlicet,

34 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. citra &c. niſi ſi, & quatenus &c. dixit non poſſe inhiberi, cùm fuerit actum via exequutiva virtute obligationis Cameralis, vel cùm ſimus in mero poſſeſſorio retinendæ, vel alio ſimili judicio, *exprimendo juxta contingentiam facti*, quo caſu non datur appellatio ſuſpenſiva, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, & Domino informato in die Notarii, alias &c. & his ſalvis &c. contra prætenſum Recurſum dixit pro nunc generalia verbo, ſalvo jure &c. & pendente &c. aliàs &c.

Quoties autem Judex Recurſus inhibuit, ſolet citari pars, quæ obtinuit inhiberi ad docendum de gravamine, ut infra, videlicet.

A. C. N.

35 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad docendum de gravamine, aliàs videndum moderari Inhibitionem, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Et niſi pars per productionem actorum, vel aliàs, doceat de gravamine, obtinetur Decretum, ut infra, videlicet:

Decretum.

Relatione factâ comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quinque (*vel aliud tempus Iudici beneviſum*) cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverſo principali, qualiter Dominus moderatus fuit Inhibitionem, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

36 Ex adverſo, qui obtinuit inhiberi, ne inhibitio moderata remaneat, in termino ſaltem Intimationis, debet docere de gravamine, & proteſtari, ut infra, videlicet.

37 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. ad docendum de gravamine, facto per compulſũ, produxit proceſſum foliorum NN. in Curia NN. fabricatum, ab NN. dictæ Curiæ Notario ſubſcriptum, tenoris &c. ideo nihil fieri niſi d. proceſſu, & actis viſis per Dominum, ac ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, illoque informato in die Informationis Notarii, aliàs &c.

38 Actis autem, ut ſupra exhibitis non ſolet Judex Recurſus niſi illi viſis, ac re maturè diſcuſſâ, auditis partibus, illarumque rationibus in Camera in die Notarii, capere reſolutionem ſuper moderatione inhibitionis, quod ſi nihilominus inhibitio fuiſſet moderata, poterit pars, allegatis rationibus opportunis, inſtare iterum audiri, citando ad videndum reponi, ut infra, videlicet,

A. C. N.

39 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum inſtantem reponi à quocunque prætenſo decreto præjudiciali moderationis Inhibitionis nulliter, & indebitè extorto, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverſo principali, qualiter Dominus repoſuit, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

40 Si verò A. C. inhibuiſſet, & nollet ſuam inhibitionem moderari, cùm tamen de jure veniret moderanda, utpote, quia cauſa non eſſet appellabilis ad effectum ſuſpenſivum, tunc, ſi cauſa non excederet ſummam ſcutorum viginti monetæ, quia in his Signatura Juſtitiæ non reſcribit, poſſet citari pars coram Præfecto Signaturæ per acta Curiæ, in qua fuit factum Decretum, à quo fuit deinde petitus recurſus, ut infra, videlicet,

Eminentiſſimo Signaturæ Juſtitiæ Præfecto ſive &c.

41 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum remitti cauſam à Curia A. C. ad Curiam Burgi *vel Sabellorum, vel Turris nonæ*) attento quod à Decreto Iudicis dictæ Curiæ, de quo agitur, non datur appellatio ſuſpenſiva, cùm fuerit actum vigore obligationis Camerali *(vel attenta alia ratione opportuna exprimendi juxta facti contingentiam)* & ſibi inhiberi ad ſtatim, nè audeat Inſtante citare, aut quicquam contra eum attentare, vel innovare, niſi per acta infraſcripti Notarii, ſub pœnis arbitrio Domini, & decretũ neceſſariũ, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, ut ſupra, ex tunc Dominus, firma remanente cauſa coram A. C. quoad effectum devolutivum tantùm, in reliquis eam remiſit

ad

ad Iudicem Curiæ Burgi, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Vel

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, quoad effectum suspensivum tantùm, nisi ad p. d. cum intimatione, omni melioti modo &c.

Eminentissimo Signaturæ Iustitiæ Præfecto, sive &c.

Intimatur ex adverso principali, qualiter Dominus remisit causam, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Et posset læsus à Decreto Præfecti signaturæ, seu ejus Domini Auditoris, citare partem coram eo ad videndum reponi, ad praxim superiùs traditam *par. 1: c. 7: n. 15.*

42 At si causa excederet summam scutorum viginti, posset adiri Signatura Iustitiæ, & citari pars coram Referendario, ad dicendum causam quare &c. & obtineri rescriptum opportunum in plena signatura, juxta praxim superiùs positam *par. 1: c. 11: n. 20. & seqq. & n. 34 et seqq.*

Possetq; commissio confici ut infra, & aliàs mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam, videlicet.

Romana.

43 Beatissime Pater, Devotus S. V. Orator NN. egit coram Iudice Curiæ Burgi, virtute obligationis Cameralis, contra NN. pro consequutione scutorum quadringentorum monetæ, & obtinuit decretum favorabile; verùm quoniam dictus NN. Adversarius à R: P: D: A: C. vigore asserti Recursus, inhiberi extorsit. Supplicat igitur humiliter S: V: orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. A. C. ut in causa, & causis hujusmodi cum clausula, *sine præjudicio legitimæ exequutionis et obligationis Cameralis*, procedat, committere, & mandare, cum facultate citandi, & inhibendi, quos, quibus, quoties Constitutionibus, Stylo Palatii, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum &c. pro plenè &c.

Rescribitque Signatura in his causis exequutivis, vel cum clausula *sine præjudicio*, vel cum clausula, *si quid exequendum*, vel cum clausula *ad legitimam*, ad praxim superiùs traditam, *d. par. 1: c. 13. n. 54.* at si Decretum Iudicis à quo esset nullum, vel injustum, & sic constaret de gravamine, quia tunc A. C. ritè, & rectè inhibendo processisset, Signatura responderet, nihil rescribendum, juxta superiùs dicta *dict. cap. 13. num. 34.*

Si verò causa non esset exequutiva, sed summaria, posset commissio confici, ut infra, & aliàs secundùm facti opportunitatem, & contingentiam, videlicet.

Romana.

44 Beatissime Pater, Exponitur humiliter S. V. pro parte devoti illius Oratoris NN. quòd cùm ipse esset creditor NN. in scutis ducentis monetæ, egit contra eum mensibus elapsis, & obtinuit à Domino Iudice Curiæ Burgi mandatum exequutivum, & quia ob inopiam dicti NN. non potuit Orator contra eum ad illius exequutionem procedere, nec de ejus credito satisfieri, egit deinde in Salviano contra NN. Adversarium, & obtinuit ab eodem Judice, servatis servandis, sententiam favorabilè super immissione in possessionem unius Apothecæ sitæ in Urbe in regione N. per d. NN. principalem debitorem olim possessæ, & dicto NN. adversario venditæ, ut patet ex publicis documentis; verùm quia idem NN. adversarius habuit recursum ad R: P: D: A: C: à quo inhibitionē extorsit, quam etiam moderare recusavit; Supplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R: P: D: A: C: ut in causa, & causis hujusmodi cum clausula, *sine præjudicio mandati de immittendo* procedat committere, & mandare cum potestate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus, Stylo Palatii, cæterisque contrariis, non obstantibus quibuscunque, Statum &c. pro plenè &c.

45 In quibus quidem causis possessoriis signatura rescribit, vel cum clausula *sine præjudicio mandati de immittendo*, vel cum clausula *quatenus sit locus Aegediana*, at si constaret de nullitate, aut injustitia sententiæ Judicis à quo, nihil his casibus rescriberet, ad Praxis superiùs traditam *p. 3: c. 6: & seqq.*

46 Neque solùm potest adiri, ut supra, Signatura in causis appellationum coram A. C. introductis à sententiis, seu decretis Judicum ordinariorum Rom. Curiæ sed etiam à sententiis Judicum de partibus, conficiendo semper commissionem opportunam, mutatis mutandis, prout facti exigentia requiret.

47 Cæterùm quoties, docto, ut supra de gravamine, causa appellationis, seu recursus à Judicibus ordinariis Curiæ coram A. C. quovis modo remanere debebit.

Si omnia acta primæ instantiæ ad causæ decisionem necessaria, non sunt transportata, erunt utique ante lapsum biennii transportanda, & citanda pars, ad dicendum contra jura in forma solita, vel ut infra, videlicet.

A. C. N.

48 Citetur NN. ex adverso principalis, ac dicendum contra processum in Curia NN. fabricatū, ac jura producta, & repetita, videndum jurare testes super illius, ac illorum cognitione, quatenus opus sit, admitti, committi, & mandari restitui, dimissa copia collatinata, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

Relatione factâ comparuit NN. & repetiit processum, & Jura in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit, ut supra, admitti si, & in quantum &c. & mandari restitui, dimissa copia collationata, & committi in forma &c.

Productio verò Iurium fieri potest in actis, ut supra *p. 1: c. 2: num. 11: & seqq.* vel ut infra, videlicet.

49 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. facto per compulsum produxit processum in Curia Burgi (*vel Sabellorum vel Turris Nona*) fabricatum, foliorum NN. subscriptum ab NN. dictæ Curiæ Actuario, prout in foliis, tenoris &c. & repetiit omnia Iura producta, acta, & actitata, gesta, & facta &c. per acta mei &c ad causam quomodolibet facien. &c. in

parte

parte tamen, & partibus &c. & in quantum &c. & non aliàs &c. petens &c. omni &c.

Et potest in hoc termino fieri etiam nova productio jurium, si quis producenda habeat, & illa producere velit.

50 Ex adverso debet fieri protestatio in actis, videlicet:

Pro NN. contra NN.

In officio &c. NN. contra prætensum processum, & jura dixit pro nunc generalia verbo, salvo jure &c. & pendente &c. aliàs &c.

51 Sed si acta primæ instantiæ infra biennium non fuerint transportata, tunc, sive fuerit coram A. C. introducta causa appellationis à sententia lata in partibus, sive causa recursus à sententia Ordinarii lata in Curia, non poterit ad ulteriora in causa procedi.

52 Verùm quoties in his casibus appellans non prosequitur causam, potest appellatus, instante lapsu biennii, & eò magis eo elapso, citare appellantem, ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosequutione, & observatis quatuor terminis de stylo Curiæ, & tribunalis servari solitis, ad praxim superius positam *p.1.c.13. n.69. & seq.* rursus citare eumdem, ad videndum moderari inhibitionem, attento lapsu biennii, nam tunc, si in termino saltem intimationis, qualiter Dominus moderatus fuit inhibitionem, acta non fuerint transportata, inhibitio utiq; moderata remanebit; si verò fuerint transportata, A. C. audiet, & cognoscet de meritis causæ, juxta praxim supra traditam *d. p. 1. c. 13. n. 96. & seq.*

53 Si quis autem in causis hujusmodi appellationis, seu recursus coram A. C. legitimè, ut suprà introductis, novas etiam probationes facere voluerit, utique hoc facere poterit, & non solùm appellans, sed etiam appellatus, non deducta deducere, & non probata probare valebit, tam antè, quàm post transportationē actorum primæ, ac ulterioris instantiæ, tam per jura, ac instrumenta, quàm per testes, & alia omnia legitima probationum genera, citata semper parte, ac servatis aliis de jure, ac stylo Curiæ servandis, juxta superius tradita *p.1. c.1. & c.10. & seq.*

54 Quoties tamen processus est ordinarius, ut aliàs dictum fuit in admissione jurium, & articulorum non est ponenda aliqua clausula, *sine præjudicio*, quæ tantùm apponitur, ubi processus est exequutivus, vel summarius juxta praxim superius traditam *d.p.1.c.2. & c. 10. & seq. & p.2.c.5. & seq. & p.3.c.2. & seq.*

55 Demum actitato hinc inde processu, ac probatis probandis, aut causa non excedit valorem scutorum viginti monetæ, prout esse potest aliqua ex causis à Judicibus ordinariis Curiæ coram A.C. introductis, & tunc A.C. potest ad illius expeditionem procedere per simplex Decretum, citatâ parte, factum, si in prima instantia causa fuit expedita per Decretum, vel actum fuit via exequutiva, & decretum, seu mandatum à Judice à quo relaxatum apparet justum & validum, & appellatus, sive causa excedat valorem scutorum viginti monetæ, sive non, poterit citare, & obtinere, ut infrà, videlicet:

A. C. N.

56 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari exequi mandatum à D. Judice Curiæ Burgi (*seu Sabellorum seu Turris Nonæ*) aliàs decretum, & relaxatum sub die NN. & quatenus opus sit, de novo decerni, & relaxari quibuscumque non obstantibus, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum,

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus mandavit exequi mandatum, quibuscunque non obstantibus, & aliàs prout in actis instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

57 Et potest, elapso termino in decreto contento à die exequutæ intimationis, ac intimatione reproducta, expediri exequatur à tergo mandati Judicis à quo, vel expediri novum mandatum juxta praxim, ac formulas, de quibus supra *p.1.c.6.nu.9. & seq. & c.9.n.3.*

58 Si verò Decretum, seu mandatum Judicis, à quo est nullum, vel injustum, & causa non excedit valorem scutorum viginti monetæ, poterit appellans citare appellatum, ad videndum revocari decretum, ut infra, videlicet:

A. C. N.

59 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum revocari Decretum factum (*seu mandatum relaxatum*) à Domino Judice NN. uti nulliter, ac indebitè extortum, unà cum omnibus inde sequutis, & in expensis condemnari, ac decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra nisi infrà quinque (*seu aliud tempus Judici beneviſum*) cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus revocavit decretum, seu mandatum, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

60 Quòd si tantùm exequutio esset aliquâ ratione nulla, vel injusta, posset citari pars ad videndum revocari exequutionem, ad praxim superius traditam *p.1. c.8. nu.43.* nec posset ampliùs, qui decretum, seu mandatum extorserat, seu exequutionem fieri fecerat, audiri, nec ad ulteriora procedere, seu novum judicium inchoare, nisi refectis expensis, ad dictam praxis superiùs positam *d.c.8. n.44.*

61 Posset tamen sentiens se gravatum ab hujusmodi decretis A. C. citare partem coram eo, ad videndum reponi à decreto præjudiciali, & docto de bono jure, repositionem obtinere, juxta praxim superiùs traditam *d.par.1.c.8.nu. 37. & n.39.*

62 Vel si esset in casu, in quo licitum esset, variare posset, omisso primo judicio exequutivo, ad

aliud

aliud judicium exequitivum variando, transire ad praxim, de qua supra *p. 1. c. 1. num. 115. & seq.* quòd dum licita est variatio, fieri posse videtur etiam non refectis expensis, juxta superiùs tradita *d. p: 1. c. 1. n. 128. & seq.*

63 Vel etiam posset gravatus, si ita ei expediret, & ageretur de summa appellabili, summam scutorum viginti monetæ excedente, à Decreto A. C. appellare, ut inferiùs dicetur.

64 Verùm si causa principalis coram A. C. virtute appellationis à sententia, seu decreto alicujus Judicis de partibus, seu à sententia alterius Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, etiam per viam recursus, ut supra, introducta, quovis modo valorem ducentorum ducatorum auri de Camera non excedat, sive in prima instantia fuerit actum via ordinaria sive exequutiva, tunc si constat de injustitia, & nullitate sententiæ, seu Decreti, adeo ut appellatus etiamsi novum judicium, ut supra inchoaret, nihilominus omninò succumbere deberet, vel si quomodocunq; causa, dictum valorem non excedens sit, vel quomodolibet effecta fuerit ordinaria, & pronunciandum sit benè, vel malè judicatum, vel appellatū, tunc actitato processu, ut supra *vers. si quis autem, nu. 53.* proceditur ad illius expeditionem, citando partem, ut infra, videlicet.

A. C. N.

65 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, absolvi Instantem à Censuris ad effectum, &c. concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum sententiam definitivam in forma, & aliàs omni &c. ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra &c. ac deferri juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & sententiari prout in cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit, subscripsit, & mihi facto consignavit, tenoris &c. super quibus &c. præsentibus sociis testibus &c. omni &c.

Tenor cedulæ sententiæ revocatoriæ.

66 Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes. Per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram Nobis in secunda, seu veriori versæ fuerūt, & vertuntur instantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & super confirmatione, vel infirmatione sententiæ latæ, seu Decreti facti in prima instantia per D. NN. Gubernatorem Civitatis NN. (*seu per D. Iudicem Curiæ* NN.) ad favorem dicti NN. appellati contra dictum NN. appellantem, de, & super certa pecuniarum summa (*vel alia re controversa exprimenda juxta facti contingentiam*) rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus per dictum D. Gubernatorem (*seu Iudicem*) malè fuisse, & esse judicatum, & benè per d. NN. appellatum, & de nullitate dictum, ideoq; dictam sententiam, seu decretum fuisse, & esse revocandam, seu revocandum, prout revocamus, & annullamus, ac pro revocata, seu revocato haberi volumus, & mandamus, Victumq; Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui jure imposterum reservamus, & ita dicimus, declaramus, & definitivè sententiamus non solùm modo, & formâ, de quibus supra, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

67 At si sententia lata à Judice à quo sit justa, & valida, & ideò confirmanda, poterit Appellatus citare, ut suprà, ad sententiam, vel poterit Notarius juxta stylum Tribunalis, de quo diximus supra *p. 2. c. 1. n. 156.* extendere Decretum ad favorem appellati in calce citationis ipsius appellantis. Cedulæ autem sententiæ confirmatoriæ, nec non appellationis, & commissionis confici poterunt, ut inferiùs de causis, valorem ducentorum ducatorum auri de Camera excedentibus, dicetur, mutatis semper mutandis, juxta contingentiam facti.

68 Igitur si causa excedit valorem dictorum ducentorum ducatorum auri de Camera, actitato processu, ut supra observandi sunt termini substantiales, ut infra, videlicet:

A. C. N.

69 Citetur NN. ex adverso principalis, ad libellandum p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad secun- C. dam, C, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis substantialibus, instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

70 Sed licèt termini substantiales in secundâ instantia servari possint, ut suprà, terminus tamen ad articulandum, solet servari ad octavam diem, cæteri verò omnes ad primam diem, juxta praxim de qua supra *p. 2. c. 1. n. 102. & n. 106.* Ideoque termini substantiales in secunda instantia erunt servandi, ut infra, videlicet:

A. C. N.

71 Citetur NN. ex adverso principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad octavam, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis substantialibus, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

72 In tertia verò, vel ulteriori instantia termini substantiales sunt servandi, ut infra, videl.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad sextam, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis substantialibus, instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum in qualibet instantia fit, ut infra videlicet.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admitti si, & in quantum, omni &c.

Pro-

Productio autem, seu repetitio Jurium in actis, fit ut dictum fuit supra hac eadem *par. 5. c. 2. vers. sit autem n. 16.*

73 Sed licet in secunda Instantia terminus ad articulandum servetur ad octavam diem, & in tertia, vel ulteriori instantia servetur ad sextam, ut supra, si quis tamen in secunda instantia servaret illud ad duodecimam, prout servari solet in prima, vel ad sextam, prout solet servari in tertia, vel ulteriori Instantia, vel si quis in tertia vel ulteriori Instantia dictum terminum servaret ad duodecimam, vel ad octavam, non ideo hujusmodi modicus defectus redderet Processũ nullum; nàm Praxis de his minimus non curat si postmodum termini substantiales fuerint reiterati, prout semper reiterari solent, cùm aliàs illos inculcatè servare non sit satis, sed requiratur reiteratio, quæ sanat omnes, & singulos illorum defectus, tam ex dispositione Innocentianæ, & aliarum Apostolicarum Constitutionum, quàm etiam ordinariarum ipsius A. C. facultatum.

Observatis terminis substantialibus, citatur ad videndum illos reiterari, & ad Sententiam, videlicet.

A. C. N.

74 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, absolvi Instantem à Censuris, ad effectum &c. deferri Juramentum in supplementum plenè probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & alias omni meliori modo &c. ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

Relatione facta, comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut supra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri Juramentum &c. qui tactis juravit &c. & sententiari, prout in Cedula, quam Reverendiss. D. Locumtenens legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris &c. super quibus &c. præsentibus sociis Testibus &c. non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ Sententiæ confirmatoriæ.

75 Christi nomine Invocato, Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram nobis in secunda, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & super confirmatione, vel infirmatione Sententiæ latæ per D. NN. & super summa, & quantitate scutorum NN. monetæ (*vel alia re controversa exprimenda*) ad favorem dicti, NN. appellati contra & adversus dictum NN. appellantem, rebusq; aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, 80 decernimus, & declaramus, benè per dictum D. NN. Judicem à quo fuisse, & esse judicatum, & malè per d NN. appellatum, ac de nullitate dictum, ac propterea dictam sententiam fore, & esse confirmandam, & approbandam, prout confirmamus, & approbamus in omnibus, & per omnia, & pro confirmata, & approbata haberi volumus, & mandamus, Victumq; Victori in Expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de Jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locum tenens.

76 Verum si Sententia non sit confirmanda, sed revocanda, poterit confici Cedula Sententiæ revocatoriæ, juxta formulam superius traditam *n. 66.* & aliàs mutatis mutandis secundum facti contingentiam.

Si verò Sententia sit in parte reformanda, poterit confici Cedula, ut infra, videlicet.

77 Christi nomine Invocato, Pro Tribunali sedente, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ coram nobis in secunda, seu veriori, versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & super confirmatione, vel infirmatione sententiæ latæ per NN. ad favorem dicti NN. appellati, contra dictum NN. appellantem, de, & super summa, & quantitate scutorum mille monetæ, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, Sententiam dicti Domini Judicis à quo fuisse, & esse confirmandam, tantummodo pro summa, & quantitate scutorum septingentorum triginta monetæ, prout eandem confirmamus, & approbamus, quo vero ad reliqua scuta ducentà septuaginta monetæ, eandem Sententiam fore, & esse revocandam, & infirmandam, prout revocamus, & infirmamus, & secundum prædicta dicimus fuisse benè, vel malè judicatum per dictum Dominum Judicem à quo, & respectivè per. d. NN. benè, vel malè appellatum, Victumque Victori in Expensis condemnamus; quarum taxationem nobis, vel cui de jure in posterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locum tenens.

78 Quod si Judex nollet hoc casu condemnare in Expensis, posset dicere in Cedula, & ob mutuam victoriam ambas Partes ab Expensis absolvimus, & ita dicimus &c.

79 In quibus quidem causis ordinariis, & appellabilibus effectis, si qui Sententiam contrariam reportavit, senserit se gravatum, & appellare voluerit, hoc facere debebit infra legitima tempora, juxta Praxim supra traditam *par. 1. c. 13. num. 2. & seqq.* & poterit appellationem coram Judice, qui Sententiam tulit, interponere, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque &c. NN. habita notitia de prætensa Sententia lata ad assertum favorem NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus ad SS. D. N. Innocentium X. ejusq; S. Sedem Apostolicam appellavit, prout in Cedula quã facto dedit, tenoris &c. petes &c. omni &c.

Cui Dominus dedit terminum Juris, & interim &c. omni &c.

In quo quidem termino Juris mensis Appellans debet redire pro Apostolis, ut infra, videlicet.

NN. contra NN.

81/2 Coram Domino, meque &c. NN. in termino Juris, alias ad redeundum pro Apostolis concesso, inhærendo appellationi interpositæ, petiit instantissimè, prout in cedula aliàs data, sibi de Apostolis responderi protestans &c. aliàs &c. omni &c.

Cui Dominus dedit reverentiales in forma omni &c.

Et potest Judex, vel quando fuit interposita appellatio, vel in termino Juris respondere de Apostolis sibi benevisis, de quibus juxta Juris dispositionem respondere omnino tenetur, si tamen ipse, quando appellatio fuit interposita de illis respondit, non est amplius necesse pro eis redire.

Tenor verò cedulæ appellationis poterit confici, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti, mutatis mutandis, videlicet.

83 A quadam asserta definitiva Sententia, seu Decreto definitivo, aut illius vim habente, per R.P.D.N.A.C. Locum tenentem lata, seu facto in secunda instantia ad prætensum favorem NN. contra NN. de, & super certa pecuniarum summa, vel alia re de qua agitur exprimenda, rebusque aliis &c. Procurator, & eo nomine NN. sentiens se læsum, & gravatum, & futuram magis lædi, & gravari timens &c. ab illa, seu illo ac toto ulteriori processu desuper fabricato, ad Sanctiss. D.N. Innocentium Papam X. ejusque, Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit Petens semel, bis, tertio, sæpe, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus hæc appellatio non admitteretur, ab illius non admissione, ac toto ulteriori processu, provocat, & appellat iterum, & ut supra de nullitate dicit, toties quoties &c. ita ut sit ultimus in appellando, protestans, appellationem suam ultimo loco remanere debere &c. & per se non stare &c. ac illa pendente nihil innovari, alias &c. non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

In causis Commissariis in Rota, & extra Commissio, via ordinaria signanda, poterit fieri ut infra, & alias mutatis mutandis secundum facti contingentiam, videlicet.

Civitatis Castelli.

84 Beatissime Pater, Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à definitiva asserta Sententia lata per R.P.D. NN. A.C. Locum tenentem in secunda instantia ad assertum favorem NN. Adversarii contra devotum S.V. Oratorē NN. de, & super prætensa pecuniarum summa scutorum mille septingentorum triginta monetæ (vel alia re, de qua agitur, hic exprimenda) rebusque aliis &c. nec non attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de Jure &c. unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, & toto negotio principali, & quam, quas &c. alicui S. V. Sac. Rotæ Auditori audien. cognoscen. deciden. ac fine debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, & Curiæ, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum &c. pro plenè &c.

Si verò causa non est Rotalis, fit commissio, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet.

Viterbien.

85 Beatissime Pater, Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ injustitiæ: attentatorum, & innovatorum quorumcunq; ac restitutionis in integrum prout de Jure &c. infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à definitiva prætensa sententia lata per R. P. D. NN. A.C. Locum tenentem in tertia instantia, non tamen duarum conformium confirmatoria, ad assertum favorem NN. contra NN. devotum S.V. Oratorem de, & super quadam Domo valoris scutorum ducentorum monetæ fita in Civitate Viterbii, juxta suos notissimos fines, rebusque aliis &c. unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque Statum &c. pro plenè &c.

86 Qua commissione signata ab Eminentiss. Signaturæ Præfecto, ac via ordinaria, juxta Praxim de qua supra *par. 1. cap. 13 n. 45.* expedita & in capsa Judicis reposita, & inde extracta præsentatur Judici, cui causa reperitur commissa, quæ præsentatio adnotatur in actis Notarij, cui illa fuit distributa, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

87 R.P.D.NN. coram Domino meq; &c. NN. Sanctiss. D. N. Cursor præsentavit commissionem ab Eminentissimo Signaturæ Justitiæ Præfecto signatam, prout in folio, tenoris &c. omni &c.

88 Successivè postquàm Commissio fuit, ut supra, in capsa reposita, potest incontinenti citari pars ad dicendum contra illam, ut infra, & si causa est commissa Prælato, citatur per acta Archivij Romanæ Curiæ, & dicitur in pede citationis, Archivista Notarius, si verò causa est commissa in Rota, & adhuc causa non est distributa Notario, dicitur in pede illius, Mensarius Notarius, si verò est distributa, ponitur in ejus pede nomen Notarij Rotæ, cui illa fuit distributa, qui quidem Rotæ Notarij sunt numero quadraginta octo, cum quilibet ex duodecim Rotæ Auditoribus habeat quatuor Notarios actuarios.

In

89 In capite autem citationum ponitur nomen Judicis, & deinde titulus causæ, juxta facti contingentiam, & prima citatio coram Iudicibus Commissariis in Curia, sive Rota, sive extra Rotam, fit, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, prout facti contingentia requirit, videlicet.

R.P. D. NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

90 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra commissionem in actis novissimè exhibitam, videndum illam admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandati procedi, & D inhiberi D. ad p. D. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit commissionem in actis ultimo loco præsentatam, & petiit, & obtinuit, ut supra, ac inhiberi in forma &c. omni &c.

Ex adverso in termino ad dicendum contra, fit hæc protestatio videlicet.

Pro NN. contra NN.

91 In officio NN. contra prætensam commissionem dixit pro nunc generalia verbo, salvo jure &c. omni &c.

92 Successivè, qui vult prosequi causam, curat transportari acta coram Iudice ad quem, quæ transportatio fit ab aliquo Substituto Notarii Iudicis à quo, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

93 In officio &c. NN. substitutus officii NN. transportavit in actis mei &c. processum de partibus foliorum NN. inter dictas Partes fabricatum in Curia Gubernatoris NN. Item extractum fabricatum in easdem Partes, per acta NN. Notarii A.C. foliorum NN. omni meliori modo, &c.

94 Qui verò acta, ut supra transportari fecit, debet citare Partem, ad dicendum contra jura in forma, & jura repetere, ac obtinere admissionem illorum, cum solita clausula, si, & in quantum, juxta praxim superius traditam *p. 1. c. 2. n. 10. & seqq. & hac eadem p. 3. c. 2. vers. jura in judicio, n. 10. & seqq.*

95 Iura verò, & Articuli in his causis ordinariis admittuntur simpliciter sine difficultate, ad instantiam utriusque partis, citata parte ad dicendum contra in forma, sicut in prima, & in secunda instantia, ita & in tertia, ut dictum fuit supra vers. *quoties tamen, num. 54.*

Si quis verò voluerit expedire literas remissoriales ad partes, poterit citare partem, ut infra, videlicet.

R. P. D. NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

96 Citetur NN. ad adverso principalis, ad dicendum contra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti in Curia, & extra, ac decerni literas remissoriales in partibus, concordandum de Judice, de loco, loco loci, Portitore, termino infra quem, &c. aliàs &c. videndū deputari ex officio, nec non videndum committi Notario D. Judicis deputando examen, & receptionem juramentorum Festium in forma ad p.d. & postquam cōmissum fuerit, videndum illos jurare super Articulis, & tota causa, in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint toto termino probatorio durante, constituendum (vel substituendum) Procuratorem reperibilem, & acceptantem in partibus, aliàs videndum mandari procedi per affixionem ad valvas, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. aliàs videndum mandari examinari sine ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut supra deputari Judicem NN. & locum NN. & locum loci Palatium solitæ residentiæ d. D. Judicis, cum termino duorum mensium ad probandum, & unius mensis ad reprobandum, & ut supra nisi ad p.d. cum intimatione omni &c.

R.P.D. NN,

Civitatis Castelli Pecuniaria.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus decrevit literas remissoriales, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

97 Poterit etiam fieri citatio ad dicendum contra articulos, & videndum decerni literas remissoriales, juxta primam formulam superius traditam *p. 1. c. 12. n. 2.* mutando illa verba Literas missivas loco Remissorialium, & illarum loco, dicendo, literas remissoriales, ut suprà; similiter Articuli, Interrogatoria, & Protestationes, ac alia Acta, tam coram Judice principalis causæ, quàm coram Judice remissoriali ab eo deputato, seu deputando, poterunt confici juxta praxin superius traditam *d. p. 1. c. 12.* mutatis mutandis.

98 Et si Remissoria venit absque difficultate concedenda, expeditur illius instrumentum unà cum Rotulo ejusdem partis, prout infra, videlicet, & aliàs mutatis mutandis, secundùm contingentiam facti.

Instrumentum Remissoriæ.

Amatus Dunozet J.U.D. Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cappellanus, sacræq; Rotæ Decanus, ac ipsius Sacri Palatii Apostolici causarum, causæque, & causis, ac Partibus infrascriptis ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa Auditor specialiter deputatus, R.P.D. NN. Gubernatori Civitatis NN. salutem in Domino. Nuper siquidem Sanctissimus in Christo Pater D.N.D. Innocentius Divina providentia Papa X. quamdam commissionis, seu supplicationis cedulam per certum ejus Cursorem præsentari fecit, quam nos ea, qua decuit reverentia, recepimus, tenoris sequentis, videlicet, Civitatis Castelli pecuniaria. Beatissime Pater. Dignetur S. V. &c. (*hic inseratur tenor Commissionis*) in fine verò dictæ Commissionis cedulæ, manu penitus, & omninò dissimili, ac diversa, aderant hæc verba, videlicet: De mandato Domini Nostri Papæ &c.) *ponatur hic tota signatura*) in extremitate verò marginis inferioris ejusdem Commissionis erant scripta de alio diverso caractere, superioribus caracteribus omnino dissimili, & diverso, hæc verba videlicet. Placet D.N. Papæ, Julius Card. Sacchettus, Post cujus

quidem commissionis, seu supplicationis Cedulæ præsentationem, & receptionem nobis, ac per NOS, ut præmittitur factas, ad nonnullos actus inter dictas partes in ea nominatas, citra tamen conclusionem in causa, processimus. Novissimè verò pro parte, & ad Instantiam NN. in Romana Curia causarum, & causæ hujusmodi NN. principalis in præinserta commissione principaliter nominati, Procuratoris, prout de ejus mandato procuræ coram NOBIS legitimè docuit, personaliter constituti, fuimus debita cum instantia requisiti, quatenus pro nonnullis Juribus extrahendis, ac examinandis Testibus in istis partibus degentibus pro fundamenti intentionis suæ verificatione, super Articulis pro ejus parte coram nobis exhibitis, literas remissoriales contra dictum NN. ex adverso principalem in eadem præinserta Commissione nominatum, in forma solita, & consueta concedere dignaremur. Quare ad illius instantiam dictum NN. ex adverso principalem, ad dicendum contra supradictos Articulos facto datos, & excipiendum quicquid voluerit, videndumque illos hic atque istic ad probandum admitti, literasque remissoriales ad partes desuper concedi, concordandum de Judice, coram quo, loco in quo, loco loci, & termino infra quem &c. aliàs &c. ac videdum committi Notario D. Judicis deputan. examen, & receptionem Juramentorum Testium in forma solita, ad certum terminum, & postquàm commissum fuerit, videndum illos jurare super Articulis, & tota causa, in eorum, vel Notarij domibus, & ubi reperti fuerint, toto termino probatorio durante, constituendum, vel substituendum procuratorem istic reperibilem, & acceptantem, & aliàs videndum mandari procedi per affixionem ad valuas, dandum Interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c. aliàs videndum mandari examinari sine ad certum terminum, pariter citare mandavimus. Quo quidem termino adveniente, facto etiam super hoc verbo in Sacro Rotæ Auditorio, ad ulteriorem ejusdem NN. Instantiam, Articulos præfatos ad istic probandum admisimus teque NN. gubernatorem Civitatis NN. in Judicem, coram quo, & civitatem N. pro loco in quo & Palatium tuæ solitæ residentiæ in locum loci ad præmissa expedienda, cum facultatibus, ut supra, & aliis necessariis, & opportunis, deputavimus, Instrumentumque remissionis concessimus, prout harum serie deputamus, & concedimus. Quocirca tibi committimus, & quatenus &c. omnes & singulos Testes, literas, scripturas, instrumenta, & alia quæcunque probationum genera, quæ ex parte dicti NN. coram te produci contigerit, super positionibus, & articulis respectivè, quos tibi sub sigillo nostro hujus remissoriæ Rotulo inclusos transmittimus, infra duos menses post harum tibi faciendam præsentationem in d. Civitate N. in prædicto palatio, fideliter recipias, ac Testes ipsos juxta interrogatoria tibi nomine NN. exhibenda in primis, si illa exhibuerit, seu exhiberi fecerit, sin minus juxta discretionem, diligenter examines, seu per Notarium publicum, ac fidelem, ac à te deputandum examinari cures: si verò dictus NN. ex adverso principalis testes reprobare voluerit. Testes super reprobatione hujusmodi coram te inducendos, infra alium mensem post dictos duos, modo simili, ac ubi supra, juxta interrogatoria, sicque NN. principalis exhibuerit, seu exhiberi curaverit, alioquin secundum prudentiam tuam examines, aut examinari mandes, Testiumque utriusque Partis depositiones, & dicta, nemini ostensa, seu patefacta, clausa, & sigillo tuo munita, una cum instrumentis, juribus, & aliis scripturis quibuscunque in publicam formam redactis, ad nos transmittas, Testes se examini subjicere, ac scriptura exhibere nolentes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & pecuniarias, appellatione postposita, compellendo. In quorum fidem &c. Datum &c.

NN. Auditor, & Judex Commissarius.

NN. sacræ Rotæ Notarius.

Locus † Sigilli

Rotulus Remissoriæ.

100 Rotulus Remissoriæ in causa coram R.P.D. Amato Dunozetto Sanctiss. D.N. Papæ Cappellano, ac ipsius Sac. Pal. Apost. Auditore, ac Decano, inter NN. agentem ex una, & NN. de, & super &c. rebusq; aliis &c. partibus ex altera, pendente citato præfato NN. ad instantiam NN. decretæ, in quo articuli pro parte d. NN. exhibiti inferius inserti sunt, videl. Positiones, & Articulos infrascriptos dat, facit, &c.

101 Cæterum, si causa, super qua testes sunt in partibus examinandi, sit commissa Prælato Romanæ Curiæ, potest quidem concedi remissoria, ut supra, mutatis mutandis, juxta facti contingentiam, sed instante parte, Notarius Archivij Romanæ Curiæ, per cujus acta de necessitate proceditur in causis coram Prælatis vertentibus, tenetur concedere literas missivas loco remissorialium in forma solita, prout in Curia A.C concedi solet juxta superius tradita *p. 1. c. 12. per tot.*

102 In Rota verò hujusmodi literæ missivæ non conceduntur, sed expeditur instrumentum, ut supra, & sit rotulus remissoriæ in pergameno, ut diximus *p. 1. c. 2. n 71.*

103 Ad remissoriæ autem exequutionem in omnibus, & per omnia coram judice remissoriali procéditur, sicut ad exequutionem literarum missivarum loco remissorialium, juxta praxim de qua sup. *d. p. 1. c. 12. per tot.*

104 Sed quia, causa in Rota pendente, non potest Auditor, cui illa commissa, Parte contradicente, quicquam innovare absque voto Reverendissimorum DD. ejus coauditorum, vel saltem, nisi facto verbo in Sac. Rotæ Auditorio, ideirco si Pars adversa aliqua ratione prætendat remissoriam non posse de jure concedi, & hujusmodi illius concessioni contradicat, Auditor super hoc debebit facere verbum in Rota, Parte intimata, ut infra videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

105 Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omnino faciat verbum super concessione remissoriæ. Ideò citetur idem ad informandum, quatenus, &c. aliàs &c. instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Quæ

106 Quæ quidem Intimatio est Partis transmittenda saltem per duos dies antequam fiat Rota ut in prima proxima die sequente Pars possit informare in voce, & in scriptis, ad libitum dando memoriale opportunum, & deinde alia sequenti die DD. Auditores possint videre quid Juris, & denique in die Rotæ capere opportunam resolutionem, prout semper observari solet.

107 Intimationes tamen, qualiter Dominus faciet verbum, vel qualiter Dominus proponet dubium, necnon citatio ad concordandum de dubio, & similes, sunt extrajudiciales, & ideò non debent in actis reproduci, cum non concernent processum causæ, sed tantùm disputationem illius extrajudicialiter, ac proinde sufficit etiam, quod illarum exequutio fiat tantum domi dimissa copia, ut quotidie observat Praxis, & Curia.

108 Si verò, datis hinc indè memorialibus in Rota super concessione, vel non concessione Remissoriæ, adsit difficultas, solet Rota mandare disputari dubium, quod sic servatur in omnibus difficultatibus, quæ in causis in Rota vertentibus oriuntur, quo casu citanda est Pars, ut infra, videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

109 Citetur NN. ex adverso principalis, ad comparendum coram Domino hora N. & concordandum de dubio, aliàs videndum subscribi infrascriptum ad p.d. Instante NN. principali, sive &c. NN. Notarius.

Stantibus hinc inde deductis.

Dubium.

An sit concedenda Remissoria in casu, & ad effectum, de quo agitur &c.

At si pars non concordat de dubio, solet Judex mandare extrajudicialiter, ut intimetur parti, qualiter Dominus subscripsit dubium videl.

R.P.D. NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus subscripsit dubium, & aliàs, prout in actis, Instante NN. principali, sivè &c.

NN. Notarius.

110 Elapsa prima die post intimationem executam, si Pars non contradicit, vel concordat, solet Judex subscribere dubium, ac illius duplicatum parti adversæ per Curiorem transmittendum, & tunc fit parti Intimatio in pede illius, ut infra videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

111 Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus subscripsit supra scriptum dubium, & illud proponet in secunda, vel alia proxima Rota, ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare velit, & intendat, aliàs videndum illud proponi, & resolvi, etiam altera tantum parte informante, instante NN. principali, sivè &c.

NN. Notarius.

112 Deindè quotiescunque D. Auditor volet proponere causam, seu dubium parti, ut supra transmissum, & intimatum, facienda est idem parti alia intimatio, videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Castelli pecuniaria:

113 Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò proponet dubium, aliàs tibi transmissum, ideo citetur ad informandum, quatenus &c. aliàs &c. Instante NN. principali, sivè &c.

NN. Notarius.

114 Cæterum, si pars Citata, ut supra, ad concordandum de dubio comparet, & de dubio non concordat, necesse est fieri super hoc per D. Auditorem verbum in Rota, quo casu facienda est parti adversæ hæc intimatio, videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

115 Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò faciet verbum super dubio dando, Ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare velit, & intendat, aliàs &c. Instante NN. principali, sivè &c.

NN. Notarius.

116 Exequuta Intimatione contra partem adversam per duos dies ante Rotam, ut supra Rotaq; oretenus, & in scriptis hinc indè, vel ab altera parte tantum informata, solent DD. Auditores capere resolutionem, & mandare disputari dubium eis de jure benevisum, quo casu D. ponens absque alia intimatione subscribit dubium sibi à Rota ordinatum illudque à parte, quæ obtinuit, intimatur alteri parti, ut supra *num.* 110. & *seqq.*

117 Demum quando D. Ponens vult dubium in Rota ponere, fit parti adversæ, ut supra alia Intimatio, in cujus termino utraque, vel altera tantum parte informante oretenus, & in scriptis D. Ponens proponit dubium in Rota, in qua per DD. juridica resolutione capta, idem D. Ponens extendit deinde Decisionem.

118 Successivè, qui Decisionem favorabilem obtinuit, postquàm illa fuit extensa, potest instare pro expeditione Remissoriæ, quo casu necesse est super hoc per D. Ponente fieri verbum in Rota, & facienda est parti infrascripta intimatio in cujus termino est informanda iterum Rota in voce, & in scriptis super expeditione, dando omnibus DD. Auditoribus memoriale opportunum, unà cum copia Decisionis factæ.

R.P.D.NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

119 Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò faciet verbum super expeditione Remissoriæ, Ideò &c. aliàs &c. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

120 Cæterum Rota, facto verbo in ea super expeditione Remissoriæ, si nihil relevans contra Decisionem factam deducatur, mandat illam expediri, si verò aliquid relevans deducatur, iterum audit super eisdem, & noviter deductis, & disputatur, An sit standum in decisis, vel ab eis recedendum, & proposita iterum causa, parte

semper

semper, ut supra citata, & intimata emanat secunda decisio, & sic tertia, & aliæ, si opus fuerit donec contra Decisiones factas unam, vel plures nihil relevans ex adverso deducatur, quo casu, facto verbo in Rota ut supra, parte citata, & intimata super expeditione, solet Rota mandare expediri, & D. Ponens de ordine Rotæ procedit ad expeditionem, & facit decretum opportunum, ut supra, *num. 96.*

121 Remissoria expedita transmittitur ad partes, & postquam coram Iudice remissoriali ad illius exequutionem deventum fuit, juxta praxim superiùs traditam *par. 1. c. 12.* transmittitur ad Curiam processus remissorialis, & producitur in actis causæ, parte citata ad videndum aperiri, & dicendum contra, juxta formulam superiùs traditam *d. par. 1. c. 12. n. 41.* & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

122 Proinde acceptis summariis Testium examinatorum, proceditur in Rota super meritis causæ, & fiunt Decisiones opportunæ in meritis, citata, & intimata semper parte, juxta praxim superiùs traditam.

123 Rota solet semper informari oretenus, & in scriptis, dando DD. Auditoribus informationes facti, & juris, ac Summaria opportuna tam iurium, quàm Testium, per duos dies antequam fiat Rota. Et exhibendo insuper in manibus R.P.D. ponentis processus, & Registra causæ, ut si fortè aliquid in facto à parte negetur, vel diversimodè supponatur, D. Ponens videre ac referre valeat, quomodo res in veritate se habeat.

124 Quilibet autem Auditor Rotæ habet quatuor Correspondales, Ponens proponit causam, & dicti Responsales votant, nisi fortè adsit in actis Commissio manu Sanctissimi signata cum rescripto, *Videant omnes*, tunc enim omnes sunt informandi in voce, & in scriptis, ut supra, & omnes vident, & votant.

125 Denique factis, & extensis Decisionibus una vel pluribus super meritis causæ, instante parte, D. Ponens facit verbum in Rota super expeditione causæ, citata & intimata parte, ut infra, videlicet.

R. P. D. N. N.

Civitatis Castelli pecuniaria.

126 Intimatur N. N. ex adverso principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota faciet verbum super expeditione causæ, ideò &c. aliàs &c. Instante N. N. principali, sivè &c.

N. N. Notarius.

127 In cujus quidem citationis termino informatur Rota oretenus, & dantur eidem memorialia cum rationibus opportunis, & si nihil relevans contra decisiones factas deducatur, Rota mandat Ponenti, ut ad causæ expeditionem procedat, & proinde ipse de ordine Rotæ causam expedit, ferendo sententiam, servatis, ac reiteratis terminis substantialibus, ut inferiùs dicetur.

128 Verùm, si causa non sit commissa Auditori Rotæ, sed alteri Rom. Curiæ Prælato per acta Archivii Romanæ Curiæ, vel alicui Judici ordinario ejusdem Romanæ Curiæ, nunc actitato processus, & exhibitis Juribus, ac examinatis testibus, ut supra, sive sit coram eo disputandum. An Sententiam sit confirmanda, vel infirmanda, sive an una, vel altera Pars debet super aliquo articulo obtinere, sufficit dare illi Informationes facti, & Iuris ac Summaria Iurium & testium, una cum processibus, extractibus, ac registris in causa fabricatis, eundemque in voce, juxta facti contingentiam informare, citata parte extrajudicialiter, si opus sit, ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

Viterbien. Domus.

129 Citetur NN. ex adverso Procurator NN. ex adverso principalis, ad comparendum coram Domino die NN. & informandum, quatenus informare intendat, aliàs videndum expediri causam, alterâ tantùm parte informante, quibuscumque non obstantibus, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

130 Hæc citatio, cùm sit extrajudicialis, sat est, quòd à Cursore exequatur domi dimissa copia, nec est reproducenda in actis, nec esse necesse apponere in ea nomen Notarii causæ, & si quis illa omissa, voluerit citare ad videndum reiterari, & ad Sententiam, id facere poterit, prout meliùs sibi videbitur expedire.

131 Causa autem coram Prælato vertente, si petatur Remissoria, & illa est relevans, & aliàs de jure concedenda, solet Iudex, ut supra, benè informatus, illam concedere, vel potiùs, instante parte, concedere literas missivas loco remissorialium, quibus exequutis, ac processu conflato coram judice remissoriali ad curiam transmisso, & in actis producto, parte citata, juxta praxim superiùs traditam *par. 1. cap. 12. num. 41.* informandus est judex, citata parte, ut supra in meritis causæ, & demum, postquam ipsi visis videndis vel se causam expedire judicaverit, servatis terminis substantialibus, ac citata parte ad videndum reiterari, & ad Sententiam poterit causam, prout juris fuerit, expedire, juxta praxim inferiùs positam.

132 Termini verò substantiales sive in Rota, sive extra Rotam, sive coram Auditore, sive coram Prælato, aut alio Iudice delegato, seu Commissario, vel etiam in Camera, sivè coram Clerico aut Præside illius, sive coram alio quovis Ordinario in tertia, vel ulteriori instantia, tam in prophanis, quàm in Beneficialibus servantur ut infra, videlicet.

R. P. D. N. N.

Civitatis Castelli pecuniaria.

133 Citetur NN. ex adverso principalis, ad dicendum contra Commissionem (si causa est commissaria (ac libellandum ad p. d. ad articulandum ad sextam, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis substantialibus. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta

ta, & repetita, & petiit, & obtinuit servari, ut supra, & admitti si, & in quantum, omni &c.

Repetitio verò, vel nova productio fieri poterit, ut diximus supra in præcedentibus instantiis *num.72. in fin. & nu.94.*

134 Verùm si causa verteretur in Rota, vel coram Prælato, vel in Camera, aut coram illius Clerico, vel Præside, aut alio quovis Judice in prima, vel in secunda instantia, termini substantiales servandi sunt, sive in Beneficialibus, sive in prophanis, juxta praxim superiùs traditam *p.1. c.2. n.101. & seqq.* ex qua citationes in hac terminorum substantialium materia necessariæ, & opportunæ juxta contingentiam facti elici poterunt.

135 Si tamen Judex haberet in hoc facultates particulares, prout habet A. C. ut dictū est superius *p.2.c.1.n.107.* illæ utiq; essent observandæ.

136 Ad reiterationem verò terminorum, & ad Sententiam tam coram Judice ordinario, quàm delegato, & tam in Rotam quàm extra eam in quavis instantia, citatur ut infra videlicet.

R: P: D. NN.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

137 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim Innocentianæ, & aliarum quarumcunque facultatum, absolvi Instantem à censuris ad effectum &c. deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludiq; videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, & aliàs, omni &c, ad p.d. Instante NN. principale, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum in supplementum, qui tactis juravit &c. & sententiari, prout in cedula, quam Reverendiss. D. NN. legit, subscripsit, & mihi consignavit, tenoris &c. super quibus &c. præsentibus sociis testibus &c. non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Cedula Sententiæ Rotalis:

138 Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, Per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Coadjutorum nostrorum consilio in his scriptis ferimus, in causa, & causis, quæ coram nobis in tertia, seu veriori versæ fuerunt & vertuntur instantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & super confirmatione, vel infirmatione Sententiæ ab A. C. sive R: P: D: NN: ejus in Civilibus Locumtenente latæ in parte, & partibus ad favorem dicti NN. Appellati contra dictum NN. appellantem, qua ex parte confirmavit, & ex parte revocavit aliam Sententiam latam per NN. ad favorem dicti NN. contra NN. de, & super certa pecuniarum summa scutorum mille monetæ, rebusque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, Sententiam dicti Domini NN. in prima instantia latam fore, & esse confirmandam, prout confirmamus; Sententiam verò dicti Domini A.C. Locumtenentis in partibus dictæ primæ Sententiæ conformibus pariter fore, & esse cõfirmandam, prout confirmamus; in partibus verò contrariis fore, & esse revocandam, & infirmandam prout revocamus, & infirmamus, & secundùm præmissa dicimus benè, vel malè per d. Dominum Locumtenentem judicatum, & respectivè benè, vel malè per d. NN. appellatum, Victumq; Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solùm, ut supra, sed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego NN. Auditor, Judex Commissarius.

Alia Cedula Sententiæ latæ extra Rotam.

139 Christi nomine invocato, Pro Tribunali sedentes, & solum Deū præ oculis habentes, Per hanc nostram definitivam Sententiam, quā de Juris Peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ corā Nobis in tertia, seu veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & super confirmatione, vel infirmatione sententiæ latæ per R: P: DD. NN. A.C. Locumtenentem confirmatoriæ alterius sententiæ latæ in prima instantia per R.P. D. NN. ad favorem dicti NN. appellati, contra dictum NN. appellantem, de, & super certa pecuniarum summa (*vel alia re controversa, exprimenda*) rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, benè per d. NN. appellatum, & malè per dictos NN. in prima, & per dictum NN. A. C. Locumten. in secunda instantia fuisse, & esse judicatū, ac propterea dictas Sententias, contra dictum NN. appellantem latas, fore, & esse revocandas, & infirmandas, prout revocamus, annullamus, & infirmamus, & pro revocatis, & infirmatis haberi volumus, & mandamus, Victumque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè sententiamus, non solùm præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Judex Commissarius.

Et ex his aliæ Cedulæ quarumcunq; Sententiarum in quavis instantia elici, & confici poterunt, mutatis mutandis secundùm facti contigentiā, & opportunitatem.

140 Quòd si quis à Sententiis in tertia, & ulteriori instantia, ut supra, vel aliàs latis, appellare voluerit, poterit id facere, & nisi adsint tres conformes, appellare, juxta praxim superiùs traditam *par.1. c.13. & par.2. c.5. & seqq. & par.3. & seqq.* & signanter juxta Praxim superiùs traditam circa appellationes interponendas in secunda instantia, *nu.79. & seqq.* unde etiam cedulæ appellationis opportunæ elici poterunt.

Commissio verò appellationis in tertia, vel ulteriori Instantia confici poterit, ut infra, & aliàs juxta contingentiam, & opportunitatem facti, videlicet,

Civi-

Civitatis Castelli.

141 Beatissime Pater. Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à definitiva asserta, Sententia lata per R:P:D:NN: Sacræ Rotæ Auditorem in tertia Instantia, non tamen duarum conformium confirmatoria, ad assertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de & super certa pecuniarum summa scutorum NN. rebusque aliis &c. nec non restitutionis in integrum, prout de Jure &c. attentatorum, & innovatorum quorumcumq; unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negocio principali, ac quam, & quas &c. alicui alteri S. V. sacri Palatii Apostolici Auditori, seu Locumtenenti audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis, non obstantibus quibuscumque, Statum &c. pro plenè &c.

Alia extra Rotam.

Virerbien.

142 Beatissime Pater, Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis & notoriæ injustitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac restitutionis in integrum, prout de jure, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à definitiva Sententia, non tamen duarum conformium confirmatoria, in quarta instantia lata per R:P:D: NN: Judicem Commissarium, ad assertum favorem NN. contra NN. devotum S: V: Oratorem de, & super domo sita in Civitate NN. juxta bona NN. & NN. & alios, si qui &c. rebusq; aliis &c. unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, & toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui alteri S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, & inhibendi quos, quibus, quoties, singulis diebus, & horis, feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisq; contrariis, non obstantibus quibuscumque, Statum &c. pro plenè &c.

143 Commissio hæc postquam fuerit signata, & via ordinaria expedita, præsentatur Judici, cui est directa, coram quo citatur pars ad dicendum contra illam, & ad alios actus usq; ad Sententiam definitivam inclusivè, juxta Praxim superiùs traditam sub *nu.* 90. *& seqq.* & ita observatur, toties quoties opus fuerit, donec, vel aliqua sententia transeat in judicatum, vel adsint duæ conformes, quæ inter Cives, & Incolas vigore Statuti habent vim trium, vel habeantur

144 tres conformes, † quæ de jure communi faciunt rem judicatam, quo casu servatis terminis servari solitis, obtentâ commissione exequutoriali, ad rei judicatæ exequutionem, & expensarum taxationem, ac totalem litis, & exequutionis consummationem proceditur, juxta Praxim superiùs positam *p. 1. c. 13. n. 77. & seqq.*

145 Cæterùm in causis in Rota vertentibus quoties aliqua ratione supersedendum est in exequutione alicujus Decreti, seu Sententiæ, ad effectum impetrandi novam audientiam super eisdem, vel noviter deducendis, vel ad quemvis alium meliorem finem, & effectum, vel solet adiri Præfectus Signaturæ justitiæ pro Supersessoria, prout fieri consuevit in causis coram aliis Judicibus vertentibus, juxta superiùs tradita *p. 1. c. 13. n. 19.* vel citatur pars coram R.P.D. Rotæ Decano ad videndum supersederi, ut infra, videlicet.

R.P.D. Decano.

Civitatis Castelli Pecuniaria.

146 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari supersederi in causa usque ad secundam (vel aliam) Rotam (vel aliud tempus beneviſum) & sibi inhiberi ad statim, nè audeat aliquod Mandatum susscipere, aut susceptum exequi facere, seu quicquam prorsus attentare, vel innovare, sub pœnis scutorum quingentorum &c. Mandati exequutivi, & Excommunicationis in subsidium, aliisq; arbitrio Domini, ad statim seu ad p. d. interim quandocumque Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Et potest Judex in Decreto, mandare supersederi usque ad tempus petitum, vel citra illud, prout sibi beneviſum fuerit, & sit Parti in intimatio Decreti, ut infra, videlicet.

R: P: D: Decano.

Civitatis Castellani Pecuniaria.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus mandavit supersederi, (vel inhibuit) & aliàs prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

147 Et solet Supersessoria usque ad primam, vel aliam Rotam ex ratione, à Rotæ Decano, seu eo absente, vel impedito, à Vicedecano concedi, ac ex ratione revocari, sicut à Præfecto Signaturæ concedi Supersessoriam usque ad Signaturam, ac etiam revocari posse, tradidimus superius *d. par. 1. cap. 13. n. 19.*

148 Sed si causa verteretur in Camera Apostolica, seu coram aliquo ipsius Cameræ Clerico, posset quidem pro Supersessoria in facti contingentia adiri Cameræ Decanus, & in ejus defectum Vicedecanus, sed non Præfectus Signaturæ Justitiæ, quia hoc sacrum Tribunal non rescribit, nec in aliquo se ingerit in causis Cameralibus, & ob id si quis in his causis non possit, seu nolit pro Supersessoria adire Cameræ Decanum, seu Vicedecanum, debet, si illa indiget, omninò adire Præfectum Signaturæ Sanctissimi, seu illius D. Auditorem.

In omnibus Urbis Tribunalibus.

149 Coronidis loco licèt ab initio de solo A. C. Tribunali ejusque Praxi agere proposuerimus, postquam tamen de Cameræ Apostolicæ, & aliis Urbis Tribunalibus non semel incidèter mentionem

tionem fecimus, quomodo etiam in causis in his vertentibus procedatur, hic paucis obiter addere non importunum visum fuit.

150 Prima agitur, ac brevis potest constitui regula in extrajudicialibus.

Nam Citationes ad concordandum de dubio, Intimationes, qualiter Dominus subscripsit dubium, & qualiter Dominus faciet verbum super concessione Remissoriæ, qualiter Dominus proponet causam, sed dubium, qualiter Dominus faciet verbum super expeditione, & similes extrajudiciales, fiunt in Camera Apostolica coram Clericis, sicut in Rota coram Auditoribus, juxta Praxim superius traditam, hoc eodem *cap. 5. à n.104. & seqq.* mutatis tamen nominibus Judicum, Notariorum, & Tribunalis, & aliis mu-

151 tandis, juxta contingentiam facti; nam † sicut Auditores Rotæ, ita etiam Clerici Cameræ, parte contradicente, nihil possunt de per se expedire, nisi, facto verbo cum aliis collegialiter coadunatis, ita fuerit eis ordinatum.

152 Similiter quando faciendum est verbum in Camera super dubio dando, vel alia re, & quando procedendum est ad alicujus dubii disputationem, informari solet Camera oretenus, & in scriptis, ut dictum est supra de Rotæ Auditorio; In Camera tamen, cùm omnes votent, omnes etiam iuformare necesse est, licèt in Rota sæpè soleant informari tantùm Corresponsales, cùm ut plurimum illi tantùm votent, ut superiùs diximus.

153 Secunda potest constitui Regula in Judicialibus.

Nam Citationes, Decreta, Intimationes, Sententiæ, & alii actus judiciales ferè in omnibus Urbis Tribunalibus (*excepto Foro Capitolino, cujus Praxim compilavit Lucas Petus, ad quem, prout ad Statut. Vrbis in causis Capitolinis poterit haberi recursus*) fieri solent, sicut coram A. C. ad Praxim superiùs traditam, mutatis tamen nominibus Judicum, Notariorum, ac ipsorum Tribunalium, & aliis juxta facti contingentiam mutandis, ac salvis facultatibus uniuscujusque Judicis, signanter salvis infrascriptis.

154 Sed hæc regula plures recipit declarationes; Primò namque, ut sæpiùs diximus, in Tribunali A. C. Vicarii Basilicarum, locorum Piorum, Thesaurarii, Camerarii, & Burgi, causæ, tam summariæ, quàm ordinariæ inchoantur prævio Monitorio, in Rota, & coram Prælatis, prævia commissione, in Camera prævia Propositione, & Decreto Camerali, in Foro Capitolino prævio libello, in Tribunali Gubernatoris, Fabricæ, Ripæ, Ripettæ, Curiæ Sabellorum, & Turris Nonæ præviis Articulis opportunis, & aliis simplicibus petitionibus in citationibus.

155 In secunda verò, & ulteriori instantia, in Tribunali A. C. Vicarii Basilicarum, Locorum Piorum, & Gubernatoris, prævia interpositione appellationis, seu Recursus, ac Citatione cum Inhibitione, in Rota, & coram Prælatis prævia Commissione, in Camera, prævia propositione, in Curia Capitolina prævio libello appellationis.

156 Verumtamen in causis scutorum viginti monetæ, & infra in A. C. & aliis Urbis Tribunalibus, in quibus causæ prævio monitorio inchoantur, monitorium non requiritur, sed sufficit simplex petitio in citatione ad causam ritè inchoandam.

157 In Tribunali verò Fabricæ, licèt regulariter procedatur viâ executivâ, & manu regiâ, quando tamen agitur contra Tertium in Salviano, & similibus, seu aliàs via ordinaria, requiritur monitorium.

158 Secundò regula superiùs secundo loco tradita declaratur; nam Decretum, decerni, de quo supra *par. 1. cap. 6. nu. 4. & nu. 20. & seqq.* & alibi mentionem fecimus, in solo A. C. Tribunali de stylo requiritur, & in aliis non est de essentia.

159 Tertiò, nam in Rota, & coram Judicibus Commissariis, & ubicumque præsentatur in actis aliqua Commissio, citatur pars ad dicendum contra Commissionem, juxta Formulam superiùs traditam *p. 1. c. 13. n. 43.*

160 At in Camera, in qua causæ committuntur ab eadem ipsa Camera, prævio ipsius Decreto, loco dictæ citationis ad dicendum contra commissionem, fit citatio ad dicendum contra Decretum Cameræ, ut infra videlicet.

Illustrissimo Domino NN.
Civitatis Castelli Exemptionis.

161 Citetur *NN.* ex adverso principalis, ad dicendum contra decretum Cameræ, & videndum illud admitti, ac juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, & inhiberi ad p. d. Instante *NN.* principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit *NN.* & repetiit Decretum Cameræ, sub die N. factum, & petiit, & obtinuit, ut supra, & inhiberi, omni &c.

162 Propositio autem scribitur, instante parte, à Clerico mensario in libro Cameræ, in cujus margine Camera facit Decretum, videlicet *ad Dominum NN.*

Aliquando autem Camera rescribit ita simpliciter, aliquando addit, Ad Dominum *NN.* qui inhibeat, vel qui expediat, vel qui procedat juxta mentem Cameræ, & sic de singulis.

163 Etenim Camera habet de per se Signaturam Justitiæ, & rescribit in causis Cameralibus de per se, sicut solet Signatura Justitiæ rescribere in causis non Cameralibus.

164 Et potest fieri propositio in secunda, vel alia Instantia ulteriori, ut infrà, & aliàs secundùm facti contingentiam, videlicet.

165 *NN.* contra *NN.* committimus causâ appellationis à sententia Domini *NN.* cum clausulis opportunis, & facultate inhibendi, omni &c. } Ad dominum *NN.*

In cujus propositionis margine Camera committendo causam uni ex Clericis rescribit, ut supra, Ad Dominum *NN.*

166 Ex adverso, si appellatio non datur, fit protestatio, vel immediatè post dictam propositionem, vel de per se, ut infrà, & aliàs juxta facti contingentiam, videlicet.

167 NN. contra NN. non admitti appellationem, saltem ad effectum suspensivũ, attento quod igitur vigore obligationis Cameralis, aliàs &c. omni &c. } Ad Domin. NN.

141

In cujus margine Camera pariter rescribit, ut supra, videlicet. Ad Dominum NN.

168 In causis tamen appellationum à sententiis Thesaurarii, quia ab eis non datur appellatio suspensiva Camera illas committit cum clausula ser-
169 vata forma privilegiorum, & † si prætenditur suspensio, aditur Signatura Sanctissimi, obtenta prius supersessoria ab ejusdem Signaturæ Sanctissimi Præfecto, seu ejus Auditore, sed hodie supersessoria obtineri solet tantum ab Auditore Sanctissimi.

170 Verum attenta nullitate, vel injustitia clara Camera etiam in his causis inhibet ad utrumque effectum.

171 Ubicumque verò est in Camera disputandum aliquod dubium, semper informata Camera, ut supra, debet fieri propositio, ut infra, quæ scribitur à mensario, ut supra, aliàs ea non facta, causa non disputatur, videlicet.

142

NN. contra NN. proponi, & resolvi dubium ad relationẽ D. NN. omni &c. } Ad Dominũ NN.

In cujus margine Camera rescribit, ut supra *n.* 162. *& seqq.*

Similiter, ubicumque Camera informatur, debet fieri propositio opportuna, ut supra, & aliàs juxta contingentiam facti, aliàs nihil fit.

172 Ubicumque autem quis se à Camera gravatum sentit, potest, si vult adire Signaturam Sanctissimi, quæ rescribit etiam in omnibus causis Cameralibus, juxta facti contingentiam, & opportunitatem.

173 Quartò, regula superius secundo loco tradita declaratur, nam in Tribunali Almæ Urbis Gubernatoris, & aliis inferioribus, prout Curiæ Sabellorum, Turrisnonæ, & similibus, in quibus eadem Praxis observatur etiam in cæteris, solent multiplicari nonnullæ citationes; etenim ex citatione, ad dicendum contra Articulos, fiunt duæ,
174 prima scilicet ad dicendum † contra Articulos facto datos, & videndum illos ad probandum admitti, & juxta illorum formam mandari procedi ad p. d. & demum obtento Decreto super illorum admissione, fit secunda citatio ad videndum examinari Testes, ut infra, videlicet.

143

Gubernatore.

175 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari examinari Testes, & committi Notario examen, & receptionem Juramentorũ in forma, ad p. d. & postquam commissum fuerit, videndum illos jurare in eorum, vel Notarij domibus, & ubi reperti fuerint per totam illam, & quinque sequentes dies, dandum Interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c. aliàs &c. ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

144

N. Notarius.

Decretum & alia circa examen servanda tradidimus supra *p. 1. c. 11. n. 2. & seqq.*

Observandum tamen est, quod licèt in Tribunalibus supremis, prout Rotæ, Cameræ, & Cameralium, A. C. Vicarii & similibus, & in causis commissis Prælatis, Testes Jurare debent per diem ante examen, aliàs illud non valet, secus est in Tribunali Gubernatoris, & aliis inferioribus, in quibus illos jurasse per diem ante ut supra, non est opus sed sufficit, si jurent in actu examinis, dum se examini subjiciunt.

176 Similiter ex citatione ad videndum taxari, & moderari Expensas, in Tribunali Gubernatoris fieri solent duæ, prima ad videndum taxari, & moderari Expensas, & taxatas, & moderatas solvendum ad p. d. & secunda demum, Expensis taxatis, ad solvendum Expensas taxatas, & moderatas, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum exequutivum ad p. d. & Decreto obtento fit Intimatio opportuna, qua reproducta elapso termino in Decreto contento, expeditur Mandatum pro expensis, nisi Pars solverit, aut quid relevans deduxerit.

177 Quintò, In Citatione ad Sententiam in Tribunali Gubernatoris, & aliis Sæcularibus, prout in Foro Capitolino, non ponuntur illa verba, absolvi Instantem à Censuris &c. nec in aliis citationibus, quando est inhibendum, dicitur, sub pœna Excommunicationis, &c.

178 Sextò in Tribunali Gubernatoris in causis Civilibus Mercedum, & aliis in quibus ipse procedit manu Regia, non servantur termini substantiales, nec citatur ad videndum reiterari, sed ad videndum deferri juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum in causa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, ad p. d. Instante &c.

179 Quod observatur etiam in Tribunali A. C. in causis à ducatis ducentis auri infra, in quibus ipse procedit manu Regia, prævio tamen Monitorio, in vim suarum ordinariarum facultatum.

180 Prout etiam idem servatur in Tribunali Eminentiss. Vicarii in causis à ducatis sexaginta auri infra, in quibus ipse, licèt prævio Monitorio, procedit tamen manu Regia, virtute ordinariarum facultatum suarum.

181 Verum in cæteris Tribunalibus Urbis sunt attendendæ facultates cujusq; Judicis, & termini substantiales servandi, vel non, juxta illarum formam, & tenorem.

182 Cæterum, cessantibus facultatibus procedendi Manu Regia, vel illis de terminis substantialibus nihil disponentibus: Aliqui solent servare terminos substantiales in causis à scutis quinquaginta supra, alii verò illos servant in omnibus causis à scutis viginti supra, nam abundans cautela potest potius prodesse, quàm obesse, ut ita observat Praxis, signanter in Camera, & coram Cameralibus.

183 Et nisi causa sit Beneficialis, vel Judex habeat facultatem procedendi, prout in Beneficialibus prout habet A. C. termini servandi sunt, prout in prophanis, juxta Praxim superius traditam, *p. 1. 6. 1. n. 101. & seqq.* & supra hac eadem *p. 3. c. 5. n. 132. & seqq.*

184 Septimò, In Foro Capitolino loco citationis ad dicendum contra jura, vel Articulos fit citatio ad videndũ fieri productionem certorum Juriũ vel

vel articulorum, hodie tamen sufficit etiam citatio ordinaria ad dicendum contra jura, vel articulos, sicut in aliis Tribunalibus.

180 Octavò, A sententiis, & Decretis A. C. datur appellatio ad Papam, in causis à scutis viginti monetæ supra, in causis verò à scutis viginti monetæ intra, non datur appellatio, nec recursus.

181 Ad quos autem, & quomodo, & infra quam summam datur appellatio, seu recursus à sententiis, & Decretis aliorum Judicum Romanæ Curiæ, latiùs tradidimus supra *par. 1. c. 1. n. 107. & seq.*

182 Illud addi potest, quod Eminentissimus, & Reverendiss. D. Cardinalis Episcop. Hostiensis Sacri Collegij Decanus, habet jurisdictionem Romæ in recursibus à sententiis, atque Decretis latis, seu factis extra Curiam in locis suæ jurisdictionis, tam in secunda, quàm in ulteriori instantia, & deputat in Urbe non solum Notarios A. C. & alios, sed etiam judices ad libitum, exceptis privilegiatis.

183 Verum Duces, & Barones Romani non possunt proferre sententias in Curia, At si casus contingat, solent facere datas extra portas Urbis.

Sed de his hactenus: etenim de executione rei judicatæ, ac trium conformium, nec non de Expensarum taxatione, satis diximus supra *par. 1. cap. 13. n. 69. & seq. per tot.* & in reliquis sapienti præmissis, vel inventis, addere, non erit difficile.

Observationes.

A 184 INhibitio plurib. modis usurpatur signanter autem accipitur dupliciter, scilicet vel pro præcepto negativo, quod emanavit à Lege, vel pro præcepto negativo, quod emanat ab homine, primo modo rursus sumitur vel pro præcepto negativo emanante à Lege divina, in quibus terminis Deus præcepit Adæ sub pœna mortis, de ligno scientiæ boni, & mali ne commedas, *Genes. c. 2. n. 17.* & in Decalogo, Non habebis Deos alienos coram me, non assumes nomen Dei tui in vanum, non occides, non furtum facies &c. *Ex. c. 20. n. 3. & seq.* & Josue inhibuit Soli, & Lunæ, Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra Vallem Ajalon, *Ios. c. 10. n. 12. et seq.* & Deus inhibuit Satanæ, Tantum ne in eo extendas manum tuam, *Iob. c. 1. num. 12.* & Elementis, quando legem ponebat aquis ne transirent fines suos, *Prov. c. 8. n. 29.*

185 Vel pro præcepto negativo emanante, tàm à Lege Divina, & Evangelica, quàm à Lege Naturali, Canonica, & Civili, quod enim alterum non lædas, & quod tibi non vis alteri ne facias, omnia jura clamant, *cap. dilecti, ubi Glos. in verbo nolles, de Major & obed. & habetur in proëm: decretal. ubi glos. in verbo alterum, et dist. 1. in prin. decretor. Humanum genus. §. Iuris præcepta, ubi glos. in verbo alterum non lædere Instit. de Iust. et jur. l. Iustitia, ubi glos. in verbo lædere, ff. de just. et jur.*

186 Vel pro præcepto negativo emanante à lege humana, prout ne res Minorum alienentur sine Decreto, *l. 1. ff. de reb. eor.* nè res Ecclesiæ alienentur, *l. jubemus C. de Sacrosanct. Eccles.* nè ineatur pactum super Hæreditate Viventis, vel aliàs contra bonos mores, *l. fin. C. de pact.* cum aliàs latius cumulatis per *Mandos. de inhib. q. 2. n. 4.*

187 Quatenus verò inhibitio usurpatur pro præcepto negativo emanante ab Homine, vel sumitur pro præcepto emanante à Principe Romano, vel ab alio, inhibitio emanans à Principe Romano est formidabilior cæteris, ipse enim præcipit, & inhibet in virtute Sanctæ Obedientiæ, sub pœna maledictionis æternæ *cap. 1. in prin. de Sepult. in 6.* quæ quidem inhibitio est etiam potentior cæteris sicut ipse major cæteris est, *cap. solitæ de major. & obed.* & non est alius in terris dignior sanctitate sua, juxta ea quæ tradit *celeb. me. Masinius præceptor meus in* 188 *rub. ff. de Offic. ejus sub num. 343.* cum sit † Dei Vicarius, & Vicesgerens in Terris *c. 2. & ca. 3. de translat. Episc. cap. ad Apostolicam, §. nos itaque de re Iud. in 6. cap. quando de translat. Episc.* cujus factum censetur factum à Deo, *Matth. c. 16 n. 18. & seq. cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. cap. proposuit, de concess. præb. d. cap. quanto de translat. Episc.* & hinc ob id illum Deum in Terris affirmant, *Bald. in leg. fin. C. Senten. rescind. non poss. Dec. in cap. 1. num. 15. de constit. Felyn. in cap. ego N. col. 2. vers. & ideo, de jurejur. Card. Paris. cons. 5. num. 75. & cons. 68. numero 161, lib. 4.*

189 Ab alio vero, aut accipitur pro præcepto emanante à Principe, & Domino temporali, nam ad Principum spectat ordinare de omnibus ad Populi commodum spectantibus, ac illius regimen, *Divus Thom. secunda secundæ, quæstione 104. art. 1.* & de his in præsenti non agimus.

190 Aut accipitur pro præcepto prohibito emanante à Judice, & de hac inhibitione paucis, ut infra agemus.

191 Inhibitio dicitur, seu derivatur à verbo inhibeo, quod nihil aliud est, quam prohibeo, vero, seu interdico, in quibus terminis accipitur *in cap. cum inferior, de Major. & obed. & in cap. non solum §. illa vero, & in cap. Romana, §. si vero, de appell. in 6. & in l. 2. §. si judex ff. de Iud. & in l. 1. ff. de oper. nov. nunc. Mandos. de inhib. q. 1. n. 1.*

192 Fuit judiciaria inhibitio, de qua agimus de jure positivo introducta, *l. 1. & tot. tit. ff. lit. pend. nil. novar. & l. 1. & tot. tit ff nil. n. appel. pend. l. 2. ff. de nov. oper. nunciat cum simil.*

193 Idque summa ratione ad scilicet jurisdictionem judicis, & jura partium conservanda, *Lancellot. de attent. post inhib. cap. 20. in præfat. num. 7. & seqq. Mandos. de inhibit. quæst. 1. numero 3.*

194 Est autem inhibitio ab habente majorem potestatem Judici, vel Parti, vel utrique, ne quid fiat, vel cœptum prosequatur, ad jurisdictionem, & jus partium præsertim conservandum facta prohibitio, *Mandos. de inhibit. d. quæst. 1. num. 3.*

Vel,

Inhibitio est ad jurisdictionem, & jus partium

de cætero conservandum actuum nullitatem, ac pœnarum incursum inducens, à jure introducta, vel ab habente Jurisdictionem ordinariam, vel delegatam emanata provisio, *Lancell. de post inhibit. q. 2. c. 20. in præfat. n. 7. et seq.*

195 Cæterum inhibitio à Judice emanans, de qua agimus, est duplex, nam alia est Judicis ordinarii, alia Judicis delegati, *Mandos. de inhib. q. 2. n. 9. in fin. Lancell. de attent. post inhib. c. 20. n. 7. et n. 28. et seq.*

196 Inhibitio Judicis ordinarii est illa, quæ emanat à quovis Judice, virtute ejus ordinariæ jurisdictionis, prout quando A. C. virtute appellationis, seu recursus, aut aliàs inhibet, juxta suas ordinarias facultates, de quibus *Paulus V. constit. 28. Eximiæ, et const. 71. Universi agri*, cum aliis supra, *p. 1. c. 1. n. 33.*

197 Inhibitio verò Judicis delegati est illa, quæ emanant à Judice, virtute commissionis, prout est Inhibitio Rotalis, cùm in Rota omnes causæ sint Commissariæ, & prout si A. C. aut alteri Prælato aliqua causa fuerit à Signatura commissa, seu delegata, & ipse virtute hujusmodi Commissionis inhibuerit, ut Omnes notant.

198 Ad hoc igitur, ut locus sit inhibitioni, primò requiritur in Judice inhibente majoritas jurisdictionis, & superioritas, *cap. tuam de ordin. cognit. Lancell. de attent. post inhibit. d. c. 20. n. 23.*

199 Nam nec Minor majori, nec Par pari inhibere potest, cui nec Minor in Majorem, nec Par in Parem habeat imperium, *cap. innotuit de elect. cum inferior de major. et obed. l. ille à quo ¶. tempestivum ff. ad Sen. cons. Trebell. l. 3. §. final. et l. nam magistratus, ubi Gloss. in verbo Imperio ff. de recept. Arbit. l. digna vox. C. de Leg. Clar. in §. fin. q. 38. vers. quæro pone, ubi de communi, Mandos. de inhib. q. 4. n. 2. Lancell. de attent. post inhibit. d. c. 20. n. 96. Rot. dec. 146. n. 3 p. 3. recent.*

200 Hinc si duo Judices inter se contendant de jurisdictione, recurrendum est ad Superiorem, *l. duo Judices, ff. de re jud.* & quotidie observat Praxis, & Curia, ut diximus supra, *p. 1. c. 7. n. 15. et seq. et n. 25. et seq.*

201 Conclusio tamen, quod par in parem non habet imperium, primò non procedit in Adjuncto, qui præsentata sibi Commissione, potest Conjudicibus inhibere, ne ulterius sine eo in causa procedant, *Staphil. de lit. grat. et inst. p. 2. fol. 178. vers. in Commissionibus justitiæ*, ubi quod ita practicatur, *Lancell. de attent. post inhibit. p. 2. c. 20 n. 98.*

202 Secundò non procedit, quando statutum, vel consuetudo induxisset, Minor Majori, & Par pari inhibere posset, quo tamen casu ille Minor vel par, quoad illum actum Major haberetur, *Mandos. de inhibit. q. 4. n. 5: Lancell: de attent: post inhib: d: c: 20: n: 99.*

203 Proindè cum A. C. juxta suas ordinarias facultates virtute appellationis, seu recursus à quibusvis Sententiis definitivis, Interlocutoriis & gravaminibus illatis, seu comminatis, omnibus Judicibus ordinariis, nec non Arbitris, & Arbitratoribus Romanæ Curiæ (*Vicario Gubernatore, Senatore, et Judicibus Capitulinis duntaxat exceptis*) ac etiam extra Curiam omnibus judicib⁹ ordinariis, delegatis, Arbitris, Arbitratoribus Legatis Sedis Apostolicæ, Vicelegatisque in terris S. R. E. mediatè subjectis, & aliis earum Gubernatoribus, Officialibus, & quibus in Feudum, seu Vicariatum, aut aliàs quomodolibet concessis, ac demum in causis per viam appellationis, seu reclamationis, aut recursus ad Sedem Apostolicam devolutis, & quæ devolvuntur imposterùm, quibuscumq; Ordinariis, etiam extra Statum Ecclesiæ inhibeat, *Leo X. const. 33. Ministerio. Greg. XIII. const. 55. ad generis. secundum antiq. impress. Greg. XIV. const. ad gener. §. & quascumque, post Prax. Salust. Tib. Paul. V. const. 28. Eximiæ*, §. *& quascumque*. utique † illis omnibus quibus inhibet, Major, ac superior censeri debet, *ex prælegatis.*

204

205 Secundò requiritur, ut inhibitio canonicè fiat, & ex causa probabili, *cap. non solum §. illa verò & cap. Romana, §. si verò de appell. in 6.*

206 Dicitur autem fieri canonicè inhibitio, quando appellatio interponitur ex causa probabili & per hujusmodi appellationem negotium est ad judicium appellationis devolutum, & Judex, appellatione recepta, cœpit cognoscere de veritate causæ, *cap. Romana, §. quod si objiciatur, de appellat. in 6. Rota decis. 58. n. 2. & seq. de appell. in nov.*

207 Vel quando emanavit prævia causæ cognitione, & Parte citata, *Lancell. de attent. post inhib. p. 2. c. 20 lim. 1. n. 6. ubi de communi testatur.*

208 Tertiò igitur requiritur Citatio ad videndum inhiberi, *d. cap. Romana, §. si vero, de appell. in 6. Feder. de Sen. cons. 100. n. 1. vers: nam, & Iudex appellationis, spec: de appell: ¶: de officio n: 5: vers: sed numquid eo casu, Aret: cons: 20: col: 4: n: 4: Rolan: cons: 77: n: 24: lib: 2: Archid: in d: ca: Romana, n. 6. de appell. in 6. Lancell. de attent. d. ca. 26. lim. 1. n. 6. ubi de communi, Gravat. ad Vest. lib. 8. c. 4. n. 38. ubi de magis communi, Rot. dec. 3. col. 2. vers. in causis de appell. in nov.*

Quod signanter procedit etiam de stylo sacri Palatii, quando pars est præsens in Curia, *Rota dec. 24. num. 1. & dec. 26. de dol. & cont. in antiq: Mant. decis. 219. n. 1, & dec. 223. n. 1.* & passim servat praxis, & Curia in omnibus Urbis Tribunalibus.

209 Proindè inhibitio emanata, parte non vocata, venit moderanda, *Mant. d. dec. 219. n. 1. & d. dec. 223. n. 1.*

210 Sed hoc primò non procedit in inhibitione facta contra partem à Curia absentem, nam tunc potest Judex etiam parte non vocata inhibere, *Rota d. decis. 26. de dol. & cont. in antiqu.* & ob id unico contextu expeditur ad partes citatio cum inhibitione, juxta formulam superius traditam, *numero 7.* & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, & stylum Tribunalis inhibentis, prout quotidie praxis, & Curia observat.

211 Cæterum inhibitio, seu Monitorium cum clausula, *si quis*, per comparitionem inhibiti, seu Moniti resolvitur in simplicem citationem, *Rota dec. 520. n. 10. p. 2. recent.*

212 Secundò non procedit, quando judex inhiberet ex officio, quia tunc citatio non requiritur, *Feder. de Sen. d: cons. 100. n. 1. vers. hoc quod dicitur, Mantic. d. decis. 113. num. 1. vers. nec ad rem.*

Quartò

213 Quartò ad hoc ut sit locus inhibitioni, signanter ad partes expeditæ, requiritur, quòd illa exequatur, & præsentetur, nam aliàs non afficit, etiam si fuisset decreta. *Io. Andr. ad Specul. de appell. §. novissimè, vers. procedit, litt. C. lib. 2. Socc. cons. 45, n. 7, lib. 1. Lancell. de atten. post inhib. lib. 2, c. 20, decl. prima in princ. & n. 3, Seraph. dec. 1046, n. 1, Rot. decis. 467, n. 2, p. 3, recent. Cavaler. dec. 499, n. 1,* quod procedit etiam data scientia relaxationis illius, *Io. Andr. ad Specul. ubi supr. Seraph. d. decis. 1046, n. 1, & seq.*

214 Respicitque de sui natura inhibitio futura, non antea gesta, *c. si eo tempore, ubi Franc. n. 2, & alij de elect. in 6, c. 1, in princ. de nov. oper. nunc. c. non solum in 2, resp. de appell. in 6. Feder. de Sen. cons. 300. n. 1. Lancell. de attent. post inhibit. c. 20. declarat. 1, n. 2. Seraph. decis. 1046, n. 1. Rot. post. Zacch. de oblig. Camer. decis. 120. nu. 3, Buratt. dec. 902, n. 1.*

215 Præsentata verò in tempore inhibitio causat attentata, *Andr. dec. 16, n. 1.* & præsentata uni ex
216 Adversariis, † qui est etiam procurator aliorum, afficit omnes, *Cæs. de Graff. dec. 6, n. 3, de caus. poss. & prop. Greg. decis. 434. n. 2.*

217 Et intimata Parti afficit etiam judicem, ità ut si ad instantiam partis procedat, sine dubio attentet, *Lancell. de attent. post. inhib. p. 5, c. 20, ampl. 6, n. 1, & seq. & decl. 1, n. 11, & seq. Ant. August. dec. 1517. Thomas p. 3, lib. 5, diverf. Rot. dec. 130, n. 5, post cons. crim. Farin: lib: 2, & apud Marches. de Commiss. super attent. p. 2, c. 2, dec. 7, nu. 5, fol. 39. Ferentill. ad Buratt. decis. 177, n. 9, vers. ampliatur quintò, Greg. dec. 360, n. 2.*

218 Et è contra exequuta contra Judicem, afficit etiam partem non inhibitam, *Lancell. de attent. post inhib. d. c. 20. decl. 1, n. 14, & seq. Bisignet. dec. 4, n. 5, de appell. Cæs. de Graff. dec. 6, n. 7, & seq. de causs. poss & prop. Rot. in Terdonen. Iurispatronatus, 1. Iunij, 1611, coram Sanctiss. D. N. Innocentio X.*

219 Potestque Judex Commissarius inhibere extra Rotam, & Judici de partibus, etiamsi in Commissione non sit expressa facultas citandi extra Curiam, *Mandos. de inhib q 3, n. 3, Lancell. de attent. post Inhib. c: 20. in præs. nu. 127. Cassand: decis. 4, n: 3, in fin. de rescript.*

220 Est post conclusum in causa, non tamen Auditori Sacri Palatii, *Rota decis. 26: & decis. 30, de dol. & contum: in antiq. & decis. 66, n. 1, de appellat. in antiq.*

221 Verùm A.C. hac commissione non indiget, cùm habeat in facultatibus expressum, ut possit citare, & inhibere in Curia, & extra *Paul. V. const. Eximia, §: 32.*

222 Sed conclusio, quòd inhibitio sit exequenda & præsentanda, aliàs non afficiat, primò non procedit, quando inhibitio emanavit parte ut supra citata, ad videndum sibi inhiberi, tunc enim alia exequutio inhibitionis postea non est necessaria, prout passim observat praxis, & Curia.

223 Secundò non procedit, quando jus inhibet, nam tunc sufficit sola intimatio, absque alia inhibitione, juxta *text: in c: tuam, de ord: cog: c: lator qui fil: sint legitim: c: 2: de rest: in integr: Feder: de Sen: const: 236: n: 3, vers. ob quam causam dico, Alex: cons. 93, n. 5, lib. 3. Rom. cons. 330, n. 4. & ibi Mandos. in addit. Rot. decis. 5, vers. quibus de appellat. in nov.*

224 Contrarium videtur sanxisse *Rota dec. 25: in princ. de dol. & cont. in antiq.* Sed potest intelligi, ut procedat eo casu, quo jus non inhibet, prout quando fuit appellatum ante Sententiam definitivam, quo casu nisi Judex ad quem inhibeat, potest Judex à quo procedere ad ulteriora, donec constiterit de veritate appellationis, *c. non solum, §. illa verò, de appell. in 6. Soccin. cons. 43, n. 8, lib. 1.* vel donec fuerit inhibitum, *Thesaur. dec. 49. n. 1.* vel prout quando committitur Auditori Sacri Palatii causa, quæ antè erat alteri commissa, ut innuunt verba Decisionis, secus quando jus inhibet *ex supra allegatis.*

225 Tertiò non procedit in causis cõmissis Eminentissimis Cardinalibus, nam intimatio commissionis facta Cardinali ob ejus reverentiam, habet vim inhibitionis, *Rot. d. decis. 25, de dol. & contum. in antiq.*

226 Sic etiam commissa Auditori Sacri Palatii causa, quæ antea vertebatur coram aliquo Eminentissimo Cardinali ob ejus reverentiam non inhibetur, sed tantùm intimatur commissio, quæ intimatio deservit pro inhibitione, *Rot. d. decis. 25, in fin. de dol. & contum. in antiq.*

227 Sic denique Cardinalis, cui causa est ultimo loco commissa, non inhibet, sed insinuat commissionem alteri Cardinali, *Rot. decis. 31, de dol. & contum. in antiq.*

228 Quintò quando agitur de obtinenda inhibitione speciali, requiritur, ad hoc ut illi sit locus quod timens indebitè gravari posse, imploret officium Judicis, ut inhibeat ei, à quo vexari, & molestari timet, *l. fundi. ff. de except. l. si Pater, C. qui bon. ced. poss. Felyn. in rubr. de treug. & pac. in fin. n. 22. Bald: in l. si Pater, n. 2, C. qui bon. ced. poss. Alex. in l. si finita, §. fin. nu. 29, ff. de damni infect. Roman. cons. 244, in princ. Rota decis. 606, num. 1, par. 2. recent. Buratt. decis. 83, num. 3, & decis 141, num. 14.*

229 Quæ quidem inhibitio, si agitur de debito proprio, supponit eam petentem fateri, vel saltem non negare se debitorem, & allegare exceptionem, ob quam tutus reddatur, *d. l. si pater, ubi Castr. n. 1. & seq. & Salic. n. 3.* quos sequitur *Buratt. d. decis. 83, n. 3. Rot. d. decis. 606, n. 1, p. 2, recent.*

230 Operatur autem primò inhibitio Rotalis virtute appellationis concessa, ut sive justa, sive injusta sit timenda, & causet attentata, *l. 1, in princ. ff. de oper. nov. nunc. cap. significantibus, de appell. Mandos. de inhib. q. 100, n. 6. in fin. Lancell. de attent. post inhib. p. 2, c. 20, ampliat. 11, n. 4. Rot. decis. 26, n. 13, de appellat. in antiq. Veral. decis. 93, p. 2. Put. decis. 285, lib. 2, in correct.* ubi de observantia Rotæ testatur *Acchill. decis. 29, de appell. Cæs. de Graff. decis. 3, num. 10, de appell. Seraph. dec. 654, n. 2. Mantic. decis. 168, n. 2. & decis. 345, n. 4. Rota decis. 201, nu. 1, p. 2, diverf. & decis. 55, num. 1, post cons. crim. Farinac. lib. 2, & decis. 464, n. 1, & seq. & decis. 637, n. 2, par. 1, & decis. 159, n. 4, & decis. 670, n. 1, par. 2, recent. Coccin. decis. 143, nu. 9, decis. 171, n. 141, dec. 314, n. 1, dec. 380, n. 2, & dec. 399, nu. 1. Rota apud Marches. de Commiss. super*

attent.

attent.at.p.2, dec:4,4,1, fol.34, & decis.7,n:1, & seq.fol:35,& seq: Greg:dec:435,n:4:Rota dec:114:
141 *n.1,& dec.216,n:2:& dec:769,n.2: par.3,& dec: 102,n.2,& dec.214,n.2.p.5, & decis.75,n.4, p.6: recent:Cavaler:dec.335,n.1,dec:544,n.2.dec,574, n.1, & dec.611,n. Duran.decis.104,n 2, & decis. 312, num.1. Burat.decis.177, num.1, decis.267, n.6,dec.652,n.1, decis.902, n.5,decis.909, nu.1, & aliàs sæpè.*

231 Quod videtur procedere etiam generaliter in inhibitionibus emanatis à Curia, & sic etiam à supremo A.C.Tribunali, quia de stylo Curiæ non fit distinctio,an inhibitiones sint canonicæ, nec ne, cùm sint ut supra timendæ, sive justæ, sive injustæ, *Lancell.de attent: post inhibit:d.p.2:c: 20, ampli:at: 22, n.1, & seq: Rota d:decis.201, n.1: p.2,diverf. & decis.179,n.3,& seq. p:7,recent.*

232 Et ratio est, quia si inhibitio emanavit in Curia, facilè est recurrere pro moderatione illius ad Judicem, qui inhibuit, *Lancell. de attent. post inhib p.2, c.20, ampl.11, n.4. vers. quibus adde tu, Rota apud Marches. de commiss. super attent:p:2: dec.7,n.8:fol.36, & dec:970,n.2.p.2, & dec: 114, n.1, p:3, recent.*

233 Vel ad Principem, seu ad Signaturam pro moderatione inhibitionis, seu reformatione Cõmissionis, *Mandos. de inhib.q.25,n.4, Lancell. de attent.post.inhib.p.2,c.20, ampl: 11, n 4: vers. quibus adde tu, & n.5, Achill.dec:29,n.6, de appell: Put:dec:395,lib.2, Rot:dec:22,lib.1, p.3, diverf. & decis.629,n:2,p:2,& dec:216,n.2,p:3:& dec.102, n.3,& seq.p.5,recent:& apud Marchef.de Commiss. super attent:p.2. dec.7,n.8, fol.36, & decis.130, num.8,post conf crim.Farinac.lib:2, Cavaler: dec: 574,n.1 Duran.decis.104,n.2.*

234 Si verò inhibitio fuit transmissa extra curiam, non est aperienda via inferioribus cognoscendi de viribus hujusmodi inhibitionum, & signanter Rotalium, sub isto clypeo illas de facili contemnendi, *Lancell:de attent:post inhib:d:c:20, ampl:11,n:4, Mandos.de inhib: q 20, n.2, Acchill: decis.29 ubi de stylo Rotæ testatur de appell Verall: dec:93:par:2, Put.decis 395,lib.2: Rot. dec,159, n,4, & decis.670,n.2,p:2,& dec:102, n.3, & seq: p. 5, recent: & apud Marchef.de Commiß.sup:attent: d:p:2, decis.7,n.8,fol.36: & dec.130,n.80, post conf.crim: Farinac:lib.2: Mantic. decis 345, num.4.Coccin.decis 315,num.3,Duran.decis.104, num.2.*

235 Nam inferior debet parere, cùm ad eum non
12 spectet judicare de viribus inhibitionum, *Rota decis 124.n.5,& decis 513,n,10.p.1, & decis.714, n. 3. p. 3, recent. & in Colonien. Optionu 3, Julij, 1625, coram R. P. D. Chisilerio, Andr.dec:16,n.2,* ubi quod ita fuit sæpè decisum, *& dec.34, n.4.*

236 Adeò quòd inhibitio Rotalis, etiam emanata vigore Commissionis subreptitiæ, sit timenda, *Achill.dec.26,de appell. Seraph.dec.654,n.2, Rot.dec.459.n.3,p.2,recent. Greg.decis.119,nu.8, Burat.decis.652,n.5.*

237 Sed primò hoc non procedit de jure, nam
14 juris dispositione attenta: inhibitio debet esse canonicè facta, ad hoc ut afficiat, *c. non solum de appell. in 6. Rot. decis. 58, n.1, & seq. de appell. in nov. & dec.3,n.1, de except. in nov.*

238 Quicquid tamen sit de jure, secus est de stylo Rotæ, & Curiæ ex rationibus superius allegatis & ob id dicta *dec. 58. de appell. et d. dec. 3. de except.* in hoc non servatur, cum dicto stylo attento non sit curandum, ad effectum de quo agitur, an inhibitio canonicè, nec ne emanaverit, nè sub eo clypeo inhibitiones contemnantur, *Lancell. de attent. post inhibit. d. p. 2. ca. 2. ampl. 11. num. 4. seq. Acchill. d. decis.29.n.3.de appell. Rot. dec. 762.n.1.p.4. diverf.et apud Marchef. de Commiss super attent. p.2.cap.2.decis.7. num.1.et seq. fol 35. et seq. Gregor. dec. 119. num. 8.* in quibus dictæ decisiones antiquæ rejiciuntur, cum aliis superius cumulatis *v.operatur autem n.229.*

239 Secundò non procedit, quando fuit actum vigore obligationis Cameralis, vel Guarantigiæ claræ, & liquidæ, de qua constat per Instrumentum publicum, quod facit rem claram, & manifestam, ut per *Rot. decis. 641. n. 13. p. 1. diverf.* Tunc enim si in commissione, cujus virtute emanavit inhibitio rotalis, non fuit facta mentio obligationis Cameralis, vel Guarantigiæ inhibitio non afficit, nec causat attentata, cum A. C. habeat in facultatibus, quod inhibitio ab alio Judice emanata, in qua de præmissis non fit mentio, non afficiat, sed ipse hoc casu possit procedere ad ulteriora, quacumque inhibitione emanata vigore Commissionis subreptitiæ non obstante, *Lancell. de attent. post inhib. p.2.c.20.lim. 15. num.3.Seraph.decis. 53.n.1. Rot.d.decis.941. n.11.p.1.diverf.et apud Zacch.de oblig.Camer. decis. 120. n. 6. Ferentill. ad Burat.dec.652.n 9.*

240 Sed hoc non habet locum, quando obligatio Cameralis, vel guarintigiæ est turbida, nam si res est dubia, facultates A. C. non intrant, sed inhibitio est timenda *Seraph. d. decis. 53.n. 1.Cavaler. decis.511.n.1.Ferentill. ad Burat.dec.177. num. 9. limit.1.vers. hoc tamen procedit, Rot.post Zacch.de oblig.Camer.dec.120.n.5.*

241 Tertiò non procedit, quando inhibitio emanavit vigore Commissionis cum clausula, non retardata exequutione, vel cum clausula, sine præjudicio legitimæ exequutionis, vel sine præjudicio literarum Apostolicarum, nam tunc non causat attentata *Gonz:il: ad reg: 8: Cancell: in adnot: contra nullit: n: 224: Cas: de graff: dec: 3: n:4:de re jud: Seraph:dec:1003: n: 2: et dec: 1013: n:2:cum alijs cumulatis per Beltram. ad Greg: dec: 119:n:11:et per Ferentill: ad Burat: dec:177: n:9: vers: limitatur secundo:*

242 Quartò non procedit, quando ille qui inhibitionem obtinuit, rediit ad Judicem inhibitum, nam censetur inhibitioni renunciasse, etiam si fuisset justa, & ob id illa non potest tunc causare attentata, *Rota apud Marchef: de Commiss: super attent.at: p: 2: c: 2: dec:7:n:7: fol:36:et dec.130,n:7: post consil:crim: Farin:lib:2:*

243 Quintò non procedit, quando inhibitio non fuit præsentata Judici, nec Parti *Duran:decis:65: n: 8:*

244 Sextò non procedit, quando inhibitio emanavit virtute Commissionis cum clausula, *prout de jure Lancell. de attent.null.pend:p:2:c:17:n:67: vers hæc tamen*, ubi quod fuit decisum *in Cæsaraugustana fructuum 1: Novembr: 1572: coram sel. record. Clemente VIII. Scacc: de appellat: q: 19: remed: 1: conclus: 4: nu:17:* quos refert, & sequitur

quitur *Ferentill. ad Buratt. decis. 177, n. 9: limit. 2: in fin.*

245 Septimò non procedit, quando Inhibitio non præceſſit actum, de cujus validitate agitur, vel de hoc non apparet, etiamſi Inhibitio fuerit præſentata eadem die, quo actus eſt geſtus, *l. quoties, ff. de rebus dub. Felyn. in c. ſuper litteris, n. 11. in fin. de reſcript. Menoch. præſumpt. 67, n. 26, lib. 2. Theſaur. deciſ. 49, n. 2. & ſeq. Rot. deciſ. 467. n. 2: p: 3. recent.*

246 Octavò non procedit, quando inhibitio fuit exequuta domi ſine dimiſſione copiæ, quia tunc nihil operatur, *Vant. de nullit. defect. citat. nu. 88. Buratt. deciſ. 186. n. 11.*

247 Nonò non procedit magis contra alios, quàm contra litigantes, *Rot. deciſ. 2, n. 1. ut lit. pen. in antiq. Put. dec. 74, n. 1. lib. 2. in correct.* & ob id inhibitio uni intimata, non afficit tertium, *Rot. dec. 296. n. 3. in fin. p. 3, recent.* nec datur niſi habenti intereſſe, *Rot. dec. 796, n. 3, p. 1, diverſ.*

248 Decimò non procedit, quando inhibitio emanavit virtute commiſſionis conditionalis cum clauſula, dummodo Sententia, à quo petitur reſtitutio in integrum, non ſit tertia, quia ſi conſtat in actis, quòd ſint latæ tres ſententiæ, inhibitio non cauſat attentata, *Put. dec. 13. in fin. ut lit. pend. Rot. deciſ. 459. n. 3. p. 2. recent. Gregor. deciſ. 119, n. 8. verſ. quia hoc tollitur.*

249 Undecimò non procedit, niſi in cauſa ſuper qua lis, ſeu appellatio pendet, ſeu de qua inhibitio ſeu commiſſio loquitur, & ſic non procedit in cauſa diverſa, ſeu articulo diverſo; nam ex diverſis non benè infertur, *Lancellot. de Attent. lit. pend p. 2. c. 4. lim. 2 n. 1. & ſeqq. & appellat. pend. c. 12. limit. 2. n. 1. & ſeqq. & poſt inhibit. c. 20. lim. 5. n. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 546. n. 2. p. 2. recent. Buratt. deciſ. 51. n. 2.*

250 Duodecimò non procedit ſuper rebus, ſeu bonis, ſuper quibus lis non pendet, *Lancellot. de Attent. lit. pend. c. 4. lim. 2, n. 8 & ſeqq. Buratt. dec. 504, n. 4.*

251 Decimotertiò non procedit in cauſa Appellationis à gravamine, quando ſecundus Auditor Sacri Palatii pronunciavit malè appellatum, & cauſam remiſit ad Primum, à quo appellatum extitit; nam tunc inhibitio ſecundi cenſetur ex ipſa remiſſione moderata, *cap. cum ceſſante de Appell. at. Rota deciſ. 1. de offic. Deleg. in nov. & ibi Papaz. n. 2.*

252 Sed hoc Primò non habet locum, quando coram Auditore fuit commiſſa appellatio à gravamine Judicis de partibus, quia poſtquam in Curia fuit in cauſa pronunciatum, cauſa eſt effecta curialis, & non eſt locus remiſſioni ad partes. *Aegid. deciſ. 37.* & *deciſ. 129, de appell. Papaz. ad Rot: d: deciſ. 1: n: 43, de offic: Deleg: in nov.* etiamſi pronunciaretur benè judicatum, & malè appellatum, *Rot: dec: 4: n: 3: de ſor: compet. in antiq.*

253 Secundò non habet locum, quando à pronuncia. Secundi fuiſſet denuò appellatum, & † Tertio denuo primò ſudici inhibitum, *Rot. d. deciſ. 1: in fin:* & ibi *Papaz. n. 1: de offic: Deleg: in nov.*

254 Decimoquartò non procedit, quando inhibitio Rotalis emanavit virtute commiſſionis extortæ ante Sententiam latam, *Rota in Romana Pecuniaria, 20. Maij, 1589. coram bon. mem. Card. Platto, impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. appell. ab interloq. p: 1: §: 2: dec: 1. n. 2: fol: 1217.*

255 Sed contrarium verius eſt, & ſuit ſæpiùs deciſum, *Achill. deciſ. 29, de Appell. Rota in Romana Salviani, 4. Decembris 1598. coram bo. mem. Card. Lancellot: Iuniore, quæ eſt deciſ. 762, nu. 1. & nu. 33 par: 4, diverſ & dec: 130, n. 4. & ſeq. poſt conſ. crim. Farin, lib. 2:* in qua reprobantur deciſiones antiquæ contrarium tenentes, & eadem *deciſ. 762. n. 1, & n. 3.* ſequitur *Gregor. dec. 119, n. 8. Ferentill. ad Buratt: dec: 177: n: 9, verſ. ampliatur tertiò, & deciſ. 226, n. 19.*

256 Decimoquintò non procedit, quando eſt facta poſt actus poſſeſſorios, tunc enim non præjudicat, ad effectum obtinendi, dd. actuum vigore, manutentionem, *Duran. deciſ. 274. num. 6.* nam Inhibitio reſpicit futura, ex allegatis ſupra *verſ. reſpicitque, num. 213.*

257 Decimoſextò non procedit contra civiliter poſſidentem, quia is poteſt non obſtante inhibitione continuare virtute ſuæ civilis, & recuperare naturalem, & expellere occupantes, ſicut poſſeſſor à nundinis reverſus, *Pariſ. conſ. 39, n. 3. & ſeqq. & n. 8. & n. 11. lib. 1. Lancell. de Attent. lit. pend. c. 4 lim. 1, n. 10. Gregor. deciſ. 203 n. 3. & n. 4.* & ibi *Beltram. n 6. & n. 7.*

258 Sed regula, quæ vult continuantem non attentare, Primò non habet locum in inhibitione Rotali, de cujus viribus non ſpectat cognoſcere ad judices inferiores, *Beltram. ad Gregor. d. deciſ. 203. n. 7. verſ. ſed hæc concluſio,* ubi quod ita fuit dictum *in Gerunden. adminiſtrationis primæ Iulij 1619. coram bo. me. Dunozet. Archiepiſcopo Seleucien.* cum aliis allegatis ſupra *par. 1. c. 15. n. 60.*

259 Secundò non habet locum, quando expreſsè commiſſa fuit cauſa ſuper ipſa continuatione poſſeſſionis, & ſic ſuper illo actu particulari, dū aliàs judicium redderetur eluſorium, *Ripa in cap. cum M. Ferrarien. 193. verſ. ad iſtud de Conſtit. Coccin. deciſ. 428. n. 2.* cum aliis allegatis per *Beltramin. ad Gregor. d. deciſ. 203. n. 7. verſ ſecundo, regula, & ſupra p. 2, c. 15, num. 59. & ſeq.* ubi aliæ limitationes adducuntur.

260 Decimoſeptimò non procedit in inhibitione alterius Tribunalis extra Rotam, quia ſtylus Rotæ non ſervatur extra Rotam, *Lancellot. de Attent. poſt Inhibit. c. 20. lim. 1. n. 3. & ſeqq. Mandoſ de Inhibit. q. 20 n. 2. verſ quæ diximus.*

261 Sed contrarium quotidie obſervatur in aliis ſupremis Curiæ Tribunalibus, & ſignanter in Tribunali A. C. docto enim de contraventione, revocantur attentata in ſpretum Inhibitionis emanata, non diſcuſſo prius, an inhibitio fuerit juſta, nec ne, & licèt ſtylus Rotæ non ſervaretur extra Rotam, ſervatur tamen proprius ſtylus, ut ſupra, quolibet ſupremo Tribunali Romanæ Curiæ, & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia, cùm militet eadem ratio in iſtis, quæ militat in Rota, facilis videlicet recurſus ad Judicem inhibentem, vel ad Principem, vel ad Signaturam ex allegatis ſupra, *verſic. & ratio eſt, n. 231. & ſeqq.*

262 Signanter autem viget identitas rationis in aliis ſupremis Urbis Tribunalibus, quæ in Rota quoad Inhibitiones ad partes tranſmiſſas, ne ſcili-

scilicet Judices inferiores de partibus sub isto clypeo cognoscendi, an Inhibitio sit justa, nec ne de facili contemnant Inhibitiones à Curia emanatas, & interim pars gravata laboribus, & expensis fatigetur, quam rationem tradunt *Mandos.d,q,20,nu,1,vers,partem affirmativam*, & alii supra cumulati *vers,si verò inhibitio,num. 233. & seqq.*

263 Et de hoc stylo Curiæ revocandi attentata in spretum inhibitionis, non discusso prius, An Inhibitio sit justa, vel injusta, testatur *Rota dec. 201,n.1,p.2.diverf.* quam decisionem, ut diximus supra *vers,quod videtur, n. 230.* secuta est *Rota decis,179,n.3. & seq,p.7,recent.*

264 Commissa autem extra Rotam causa appellationis, nec non nullitatis æquè principaliter, saltem respectu nullitatis substineri Inhibitionem, tradit etiam *Mandos,d,q.20,n,2, vers. Adverte tamen.*

265 Secundò, operatur inhibitio, ut ea pendente sit ab exequutione abstinendum, *Lancell. de Attent, post inhib,amp,6,n,2, Gregor,decis,435,nu,6,* & nihil innovandum, *Coccin,dec,418,n,1,* aliàs gesta post eam sint attentata, *Mandos,de Inhibit, qu,100,nu,7, Lancell, de Attent, post inhibit,c,20, ampl,11,n,1,& seqq, Acchill,decis,29,nu,1,& seq, de appell,Greg,decis,243,nu,1.& decis.360,n,1,& decis.435,n,1,& 3,Duran,decis,312,n,2, Cavaler,*

266 *decis,574.n,1.* non obstante †consensu partium in jurisdictionem, si inhibitio fuit Rotalis, & agitur de revocatione attentatorum ex officio Judicis, secus si ad Instantiam partis, quo casu sufficit consensus etiam tacitus, *Gregor. d: decis. 243,n.4.* & ibi latè *Beltram.sub litt. A.*

267 In jurisdictionem tamen consensisse non dicitur, qui pro moderatione inhibitionis institit, *Rot:decis.11,n:22, p,6,recent.*

268 Et ad hoc, ut quis dicatur Inhibitioni renunciasse, debet de consensu clarè constare de tempore post præsentatam inhibitionem, *Lancell.de Attent.post Inhibit.d.c.20. ampl. 11,nu.32, Duran. decis. 312, n. 3.*

269 Verùm conclusio, quòd gesta post inhibitionem sint attentata, procedit etiam si exequutio sit facta vigore trium conformium, *Lancell. de Attent, post inhibit, d.p.2.c.20,ampl.6,n.3. Rot. decis.102,n.8.par.5,& decis.75,n.5,par.6,recent. Greg.dec.435,n.3. Ferentill. ad Buratt. dec. 652, num.10.*

270 Et etiam si Judex, qui inhibuit, careat Jurisdictione, donec de hoc constet, *Caval.decis.544 nu.3. Ferentill.ad Buratt.decis.177.nu.9. vers secundò ampliatur.*

271 Et sive inhibitio fuerit justa, sive injusta, *Cæs. de Graff.decis.6,nu.2, de caus. possess. & prop. Greg decis.435,n:4.Coccin.decis.96,n.1:decis.252 n.2,decis.315:n.1. & decis 399,n.1. Buratt.decis, 181,n.3.Cavaler.decis.611,n.1.Andr.decis.10,n.2, & decis 34,n.1.*

272 Licèt fuerit obtenta ab asserto Procuratore cum cautione de rato, *Lancellot. de Attent: post inhibit:c:20, ampl.5.n.1. Achil:decis.27. de appell. Put.decis.142,lib.3. Cæs. de Graff. decis.6,n.4, de caus possess. & prop. Coccin.decis.380.nu.5. Beltramin.ad Greg.dec.141,n.3.*

273 Etenim ad instantiam Procuratoris asserti passim datur inhibitio de stylo Rotæ, dummodo infra duos menses doceat de Mandato, *Rot decis.198,n.4.p.3,recent. Greg. decis.141,n.1.* & ibi *Beltram,n.3,Coccin. dec.431,n.6.*

274 Sicut, quicquid dixerit *Cavaler. decis. 499, n. 1,* sufficit ad effectum attentatorum, quòd inhibitio fuerit præsentata Procuratori causæ, licèt non fuerit exequuta contra principalem, *Cæs. de Graff.d. dec.6,n.3, de caus, possess. de prop. Rot. in Bobien. Parochialis 27. Iunij, 1611. coram bo.me.Card.Sacrato, quæ est impress. apud Marches. de Commiss. appell. in possess.Salust. & alij p.1.§.1. decis.18,n.2,fol.963,Gregor,decis.435,n.2,Ferentill, ad Burat, dec.177,n.9, vers.ampliatur sextò.*

275 Verùm conclusio, quòd inhibitio legitimè executa causet attentata, Primò non procedit, quando illa emanavit virtute commissionis conditionalis, *Lancellot.de Attent. inhib. pend. p. 2,c.20,limit.13,n.1,& seqq,& n. 9. Rot.dec. 641. nu.11,p.1, diver. & decis. 459,nu,3,p.2. recent. Greg. decis 119, n.9.*

276 Contrarium videtur tenere *Lancell. de Attent.post Inhibit,d.c:20, ampl.14,n.1, Put.dec.13. in princip,ut lit,pend,Buratt,decis,652,nu.4.*

277 Sed pro concordia distinguendum est, quod aut tempore datæ ipsius commissionis, cum clausula, dummodo Sententia, à quo petebatur committi causa appellationis, non esset tertia, vel alia simili, cõditio erat adimpleta, & de hoc constat in actis, & tunc inhibitio emanata vigore hujusmodi commissionis non causat attentata, *Lancell. de Attent. post Inhib. d, c, 20. limit.13,n,7, & n.11. Put:d.dec.13. infin. ut lit. pendent. Greg: d,decis.119. n.9:* ubi alias decisiones cumulat, aut conditio non erat adimpleta, & de adimplemento non constat, & tunc secus, ex allegatis supra *vers. contrarium, n,275.*

278 Secundò, non procedit, quando inhibitio fuit præsentata Judici eadem die, qua fuit lata sententia; nam præsumitur sententia præcessisse, tum ob actus validitatem, tum ad delicti exclusionem. *Achill: dec,37, de appell: nu.1, & seqq, Seraph:decis,1115,n:1. Rot,decis,233, n,11, p,7, recent.*

279 Non tamen ob id censenda est nulla commissio expedita eadem die, qua fuit appellatum, quia tunc præsumendum est, præcessisse appellationem, & sic pro validitate commissionis, & asserenti contrarium incumbit onus probandi, *Scacc.de Appellat. q,3,n,4, Ferentill,ad Buratt.decis.226,n.20, sub lit, A.*

281 Datâ verò nullitate appellationis ob illius interpositionem à sententia nondum lata, vel appellatione non interpositâ, si in commissione adest clausula, *quam & quas*, sustinetur commissio, & per consequens inhibitio illius virtute emanata, *Marescott:var,resol,lib,1,c,20,nu,6: & seqq: Scacc,de appell,d,q.3,n,5,& 9, Rot,d,decis.762,n,2,par,4.diverf, & decis,130,num,6, post consil, crim. Farinac. lib,2, Ferentill, ad Buratt,*

282 *decis. 226, num, 21.* ubi quòd hoc signanter † procedit in Rota, de cujus stylo potest Auditor virtute clausulæ *quam, & quas*, cognoscere negotium principale, etiamsi appellatio non adsit, vel sit nulla, *Cavaler, decis,292, n. 3.*

283 Tertiò non procedit, quando fuit actũ virtute obli-

obligationis Cameralis, *Seraph. dec. 385. num. 1. R. P. D. meus Ferentill. ad Buratt. d. dec. 952. nu 9.* præsertim si commissio emanavit cum clausula; *Ita ut Inhibitio non afficiat, quatenus sit actum virtute oblig. Cameral. vel processus executivi, Buratt. dec. 879. n. 1.*

283 Quartò non procedit, quando fuit Inhibitioni renunciatum, quilibet enim potest favori suo renunciare, debet tamen, ut diximus supra, constare de tali consensu, de tempore post præsentatam Inhibitionem, *Duran: dec: 312, n: 3.*

284 Sed hoc recipit declarationem, ut attentata possint nihilominus, stante præsertim Inhibitione Rotali, revocari officio Judicis, non obstante consensu Partium in jurisdictionem, licèt secus ad instantiam Partis, *Lancellott: de attent: lit: pendent: p: 2, c: 4, limit: 15, n: 21, et seqq: et limit: 16, in fin:* cum alijs allegatis supra, *vers: 2, operatur, num: 264, et seq:*

285 Quintò non procedit, ultra id, quod in Commissione continetur, etenim inhibitio ulterius non se extendit, nisi habeat clausulam, *quam, et quas etc. Rot: dec: 785, n: 2, p: 1, diu.*

286 Sextò non procedit, & quando Inhibitio est manifestè calumniosa ex reiteratis confessionibus Partis adversæ, *Put: dec: 304, n: 3, in fin: lib:*

287 Tertiò cum Inhibitio regulanda sit, juxta Cõmissionem, & signaturam, cujus virtute emanavit, *Dec: cons: 33, n: 6, Paris: cons: 39, nu: 8, et seqq:*

288 *Mandos: de inhibit: q: 3, n: 2,* operatur ut sic concessa in Curia, non sit moderanda, ob facilem recursum ad Signaturam ad Papam pro commissionis reformatione, *Mandos. de inhibit. q. 25. nu: 4. vers. præmissis, Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. c. 4. n. 433. & seqq. Rot. dec. 22. lib. 1. p. 3. div. Greg. dec. 453. nu. 5. & seqq. Coccin. dec. 74. nu. 4. Cavaler. 353. nu. 1.*

289 Etiamsi Commissio sit subreptitia, quia subreptio ob facilem recursum ad Signaturam, & ad Principem, ut supra, non attenditur in Curia, *Coccin d. dec. 74 n. 4. Greg. d. dec. 455 n. 5.*

290 Quartò, operatur Inhibitio prout de Jure, cùm sit prout de jure intelligenda, & regulanda, *Rot. dec. 200. nu. 3. p. 2 div. Buratt. decis. 348. num. 1.*

291 Finitur denique Inhibitio pluribus modis, signanter autem moderatione, vel revocatione illius, vel reformatione Commissionis, cujus virtute illa emanavit, *Mandos. de jurib. qu. 25 n. 4. & q. 41. n. 1. & seqq. Lancell. de attent. post inhib. p. 2. c. 20. ampl. 17. n. 4.* cum alijs cumulatis supra, *vers. & ratio est, quia n. 231 & seqq.*

292 Vel remissione causæ ad Judicem à quo, *Rota dec. 1. de offic. deleg. in nov.* & ibi *Papaz. nu. 2.* quod recipit declarationem, juxta superiùs tradita, *ver. 13. non procedit, n. 250. & vers. sed hoc primò non habet locum, nu. 251. & seqq.*

293 Vel si interesse est personale, & non transitorium ad hæredes, extinguitur, & finitur inhibitio morte Impetrantis, prout in terminis inhibitionis emanatæ ad instantiam Tutoris contra Contutorem, tradit *Buratt. dec. 343. num. 1. & seqq.*

In reliquis in hac Inhibitionis materia ad *Mandos. Lancellot & alios supra citatos*, poterit in facti contingentia haberi recursus.

Observatio.

294 Fuit de Annis 1632. & 1633. in plena Camera resolutum, Inhibitionem esse moderandam, quia fuit actum pro fructibus Census, & pro illis obtentum Mandatum exequutivum, virtute Instrumenti Camerali obligatione vallati, quod habet exequutionem paratam, *Castr. in leg post rem judicatam, n. 3. in fin. ff. de re jud. Cephal. cons. 439. n. 16. lib. 3. Thes. dec. 26. n. 11. Cassad. decis. 1. n. 2. de mut. petit Rota dec. 620. num. 1. par. 1. & decis. 185. n. 1 & dec. 608. n. 4. p. 3. & dec. 258. n. 1. p. 6. & dec. 11. nu. 1. et dec. 168. n. 1. par. 7. rec. Cavaler. dec. 312. n. 1. Buratt. dec. 383. nu. 1.* & ibi *R. P. D. Ferentill. sub lit. A. et dec. 779. num. 1. et decis 910, num: 1.*

295 Et cum etiam Camera mandaverit exequi d. Mandatum, à Decreto de exequendo non datur appellatio, *Rota dec: 160, n: 13. p: 1, diu. et dec: 620, n: 2,* ubi de communi, & de observantia Rotæ testatur, *p: 1, rec.*

296 Sublata autem appellatione, non est locus Inhibitioni, *Neviz. cons. 60. nu. 15. Cassad. dec. 10. n. 4. de rescript. Rota dec. 68. n. 2. de appell. in antiq.*

297 & per consequens, si fuit indebitè extorta, venit moderanda, juxta superiùs tradita, *n. 231. & seq. & n. 290.*

298 Nec obstant assertæ nullitates, Nam fuerunt usque de anno 1627. à Camera rejectæ, Etenim Census est validus; fuit enim impositus de Anno 1571. super scripturis Notariatuum A. C. præsentibus, & futuris, in vim facultatis Collegio, & Notarijs ejusdem A. C. Tribunalis specialiter concessæ à fel. me: *Pio IV. in ejus const. 105. in Bull. antiq. fol. 811.* cujus virtute Scripturæ prædictæ fuerunt redactæ ad instar patrimonialium transibiles ad Hæredes in perpetuum, usque ad summam scutorum trium millium pro quolibet officio, cum facultate disponendi de illis ad instar allodialium, & signanter super illis annuos perpetuos Census imponendi, & dum de antiqua istius Census nullitate non apparet, est pro illius validitate præsumendum, *l. si Prætor in prin. ff. de jud. l. 3 ff. de milit. test. Grav. cons. 52. n. 2. Rota dec. 219. n. 2 quin, & in dubio, p. 2. rec. Greg. dec. 355. n. 1.*

299 Et licèt postea supervenerit, *Pij V. const. 80. Cum onus, secundum antiq. impress.* disponens Cẽsum in posterum creari nullo modo posse, nisi super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ certis finibus designata sit,

300 Nihilominus non minus validus Census iste censeri debet, quia Constitutioni *Pij* IV. non fuit in Constitutione *Pij* V. derogatum expressè, ut ex illius lectura patet, quinimò nec etiam tacitè, quamvis in Constitutione *Pij* V. adsint clausulæ derogatoriæ amplissimæ.

Nàm *Pius* IV. concessit Notarijs dictam facultatem ex contractu, & titulo oneroso, ut probant verba constitutionibus, ibi, *ob egregia eorum in Rempublicam officia, aliaq; erga Sedẽ ipsam impensa servitia,* & ibi *ad hunc effectum scuta 4750. auri in auro d. Cameræ numeraverunt, & ibi Decernentes &c. si revocari contingerint, in pristinum statum restitutas, & denuo concessas censeri debere quinimò ad hoc, ut revocari nequeant, validi, et*

efficacis contractus inter Nos, & Sedem prædictam ex una, & Collegium, Hæredesque præfatos, partibus ex alia, consistorialiter initi, ac legitimè stipulati, ac jurati, aliudque robur obtinere, &c. & in derogatoria generali, quamvis amplissima, numquam censetur facultatibus ex contractu, & titulo oneroso derogatum, *c. ex multiplici, ubi Abb. n. 1. & n. 5. & seq. Anchar. nu. 5. But. nu. 1. & 4. de Decim. Felyn. in c. novit, n. 12. de jud. Rom. cons. 436. post n. 14. Soccin. cons. 49. n. 9, lib. 1.* latè *Gonzal. super reg. 8. gloss. 36, n. 36. Crescen. dec. 9, n. 1, de privil. Mohed. dec. 6. n. 1. & seq. de privil. & dec. 11. de jurepatr.*

301 Quia Principi, quamvis supremo, non licet à contractu recedere, & ejus obligatio transit ad Successores, *Bald. in c. post princ. vers. adde quod, de natur. feud. fol. 23. Rol. cons. 100. n. 138, & seqq. lib. 4. Surd. cons. 419. n. 56, lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10, n. 37.*

302 Et ob id cùm dictæ Scripturæ fuerint habilitatæ à Papa, qui omnia potest, ut possint super eis annui perpetui census imponi, non videtur necesse disputare, an habeantur pro stabilibus, juxta Constitutionem Pii V.

303 Præterea Constitutio Pii V. derogat tantùm contrariis, sed Constitutio Pii IV. non est contraria; nam Pius V. constituit, Censum non solùm posse imponi super immobilibus, sed etiam super iis, quæ pro immobilibus habentur, ut declarat *Cenc. de cens. p. 1, c. 3, q. 1, art. 1, n. 5, & art. 3. in prin. & n. 9. vers. dum in ea.*

304 Sed Scripturæ Notariorum A. C. de quibus agitur, habentur pro immobilibus ex Constitutione Pii IV. ad hoc, ut Census possint super eis imponi, etenim eo ipso quod Pius IV. efficit illas transibiles ad Hæredes Notariorum in perpetuum ad instar aliorum allodialium, redegit eadem ad instar immobilium ad d. effectum Census super eis imponendi, igitur &c.

305 De potestate non est dubitandum, Papa omnia potest, *c. proposuit, §. licet, de concess. præbend. Abb. in c. cùm venissent, n. 8. de jud.*

306 De voluntate verò minus est ambigendum, nam tempore Pii IV. ex Constitutionibus Martini, & Calixti, quæ sunt *extravag. 1. & 2. de empt. & vendit.* erat omninò necesse imponere Census super immobilibus, ut probant verba dd. Extravag. in quibus referuntur, & confirmantur antiquæ consuetudines creandi, & imponendi Census *super bonis suis, Dominijs, Oppidis, Terris, Agris, Prædijs, Domibus, & Hæreditatibus.*

Idem probat ipsa Constitutio Pii Quarti, quæ nisi fuisset tunc necesse imponere Census super stabilibus, contineret facultatem frustratoriam imponendi Census super dictis Scripturis, & si ad hoc non refertur, nihil operatur.

307 Et quod vigore extravag. Martini, & Calixti Census essent super stabilibus de necessitate imponendi, tradit *Navarr. de usur. n. 82. vers. quarum prima, & latiùs cons. 21, lib. 3, de empt. & vendit. Boccac. de Cens. p. 3, nu. 10, & nu. 30.* ubi quod dictæ extravagantes fuerunt in hoc à Pio V. confirmatæ, *Rebell. de obligat. instit. tit. de Cens. lib. 10, q. 6, condi. 1. n. 1, & nu. 4.* ubi quòd prima conditio, quòd Census imponatur super stabilibus, elicitur ex d. Constitutione Pii V. & ex dictis ex travagantibus, quas ita intelligendas declaravit *Paul. III. const. 42. fol. 441 secundùm antiq. impress.* ubi eas confirmavit, *Boccac, de cens. p. 2. n. 37. ibi & Paulus, Cenc. de Cens. p. 1. c. 3. q. 1. art. 1. n. 1.* firmans in hoc convenire dd. extravagantes cum Constitutione Pii V.

308 Quinimò ante *Pium Quintum* etiam de Jure communi, erant Census super stabilibus de necessitate imponendi, estque hæc communis, & indubitata opinio etiam de jure naturali, & divino, etiam semotis Constitutionibus Martini, Calixti, & Pii *Cenc. de cens. d. p. 1. c. 3. q. 1. art. 1. &*

309 *art. 4. nu. 6. & seqq.* in quibus etiam locis declarat, quæ res habeantur pro stabilibus, vel non; Etenim cùm hoc *Pius V.* in sua Constitutione non declaraverit, remanet in dispositione juris communis, *l. commodissimè, ff. de lib. & Posth. cum similibus.*

Et ratio, quæ induxit *Pium V.* ad ejus Con-

310 stitutionem super Censibus edendam, non fuit, quia dictæ Extravagantes permitterent Censum creari super mobilibus, sed quia creabantur cēsus nedum extra limites illarū, sed pactionibus omninò contrariis, ut ponderando verba dictæ

311 constitutionis firmat *Boccac. de cens. d. p. 3. n. 19.* & inde sumpta occasione dedit cautibus creandis juxta dd. Extravagantes novam formam circa fines, & alia hujusmodi, nonnulla etiam de novo addendo circa pacta, ut ex eadem Piana constitutione manifestè apparet.

312 Quòd si diceretur, aliquas Leges sanxisse, census perpetuos posse super mobilibus imponi, daretur in ipsis Legibus absurda contrarietas, nam in mobilibus nulla cadit perpetuitas, ut omnes admittunt, *Gloss in Clem. exivi de Paradiso, §. cumque annui, de verb. signif. & in extrav. ad condstorem, lo. 22. in verb. Mobilibus, de verb. signi. Bald. in l. hac edictali, §. his illud, n. 2. C. de secund. nupt. Tiraq de retract. lignag. §. 1. gloss. 14, nu. 119. Cenc. de cens. p. 1. c. 1. q. 1. art. 4.*

313 Hinc ergo sequitur manifestè, quòd *Pius IV.* concedendo hujusmodi facultatem imponendi Census, redegit Scripturas ad instar stabilium, qui enim vult consequens, vult omne necessarium antecedens, vulg. *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procur. & l. illud, ff. de acquir. hæred. cum similibus.*

314 Nec potest prætendi, quòd scripturæ hujusmodi habeantur pro immobilibus ex privilegio, & non ex dispositione juris communis, ac proinde ista facultas censeatur sublata, dum *Pius V.* in d. ejus Constitutione derogavit privilegiis.

Quia sat est, quòd non derogaverit privilegiis provenientibus ex contractu & titulo oneroso, *expræallegatis.*

315 Et nihilominus d. Scripturæ sunt redactæ ad instar stabilium de jure cōmuni, & non ex privilegio; Tum quia quod provenit ex contractu, provenit à jure cōmuni, de quo sunt omnes cōtractus, *§. Ius autem gentium, ubi gloss. in verb. ne*

316 *inst. de jur. nat. gent. & civ.* Tum etiam, quia eo ipso, quòd Pius constituit Scripturas præfatas transire perpetuò ad hæredes Notariorum, illas & annuos redditus ex eis percipi solitos, ad instar immobilium redegit de jure communi.

317 Nā, & loca Montiū fidei, & alia non vacabilia,

ideò

ideò pro ſtabilibus habentur de Jure communi ad effectum, ut poſſint ſuper eis Cenſus imponi, quia tranſeunt perpetuo ad Hæredes ex parte Emptoris, & non vacant per mortem, *Boccac. de Cenſ. p.2.n.140.& ſeqq.* licèt redditus eorum ut nemo ignorat, conſiſtant in Vectigalibus, introitibus Dohanarum, & hujuſmodi mobilibus, ut plurimum, ut teſtantur relati *à Cenc. de Cenſ. p. 1.c.3.q. 1. art. 1.n. 12. & ſeqq.*

318 Sic in ſimili hodie officia Notariatuum Curiæ Capitolinæ, quia non vacant per mortem, ſed tranſeunt perpetuo ad Hæredes, ſunt loco immobilium, poſſunt obligari, & hypothecari, latè *Gratian. diſcept. c.730.n.45. & ſeq. & fuit dictum in Roma Notariatus, prima Junij 1620. coram bon. mem. Remboldo, & eſt dec.14. poſt Fenz. ad Stat. Vrb.*

319 Sic Cenſus poſſunt ex eadem ratione imponi ſuper alijs Cenſibus, *Cenc. de Cenſ. p.1.c.3.q.1. art. 3.n.1.& ſeq.& p.2.c.2.q.2.art.6.n.35.*

320 Sic etiam perpetui redditus annui, aut menſtrui in Vectigalibus ſeu Gabellis, Piſcationibus, Macellis, aliiſque ſimilibus rebus mobilibus, & in alijs quibuſcunque, pro immobilibus habentur, ad effectum, ut ſuper eis Cenſus imponi poſſint, licèt non ſint res immobiles, *Lud. Molin. de contract. diſput. 389. n.3 verſ. quatenus autem Cenc. de Cenſ. d.p.1.c.3.q 1.art.3.n.14.*

321 Et cùm rationes, quæ militant in iſtis, de quibus per *Boccac. de Cenſ. par.3.n.60. & ſeq.* militent etiam in dictis Scripturis præſentibus, & futuris, & eorum redditibus annuis, cum Domini illarum tenerentur eas locare Notarijs Titularibus, & iſti illas conducere pro annuo affictu ſcutorum ſex, ſeptem, & octo pro centenario, *Rot. poſt Cenc. de Cenſ.deciſ.124. & fuit dictum in Romana diviſionis officij, 13. Martij 1625. bon.mem. Vbaldo*, idem Jus conſtitui debet *l. illud, ff. ad leg. aquil.* cum vulgatis, & ex hoc Scripturæ præfatæ debent pro ſtabilibus haberi, *Rot. poſt Cenc. de Cenſ. d.deciſ 124 per totam.*

322 Et *ſel.rec. Clemens Octavus*, ſciens Cenſus ſuper dictis Scripturis impoſitos eſſe validos, quando eaſdem Scripturas à Notarijs pro Camera Apoſtolica redemit, pretio ſcutorum trigintamillium, mandavit hujuſmodi Cenſus extingui, & de dicto pretio in primis ſatisfieri Cenſuarij, prout in ejus motu proprio extinctionis, ſeu additionis Montis Religionum edito de Anno

323 1593. ex † quo Papa habuit Cenſus hujuſmodi pro validis, nàm quod nullum eſt extingui non poteſt, *arg. l. ejus qui in Provincia, ff. ſi cert.*

324 *petat.* & † quodammodo tacitè etiam illos confirmavit, quod autem hoc facere potuerit non eſt dubitandum ex trad. per *Rot. poſt Cenc. d. deciſ. 124.* in qua pro validitate ſimilis Cenſus, ſuper Scripturis Notarij particularis impoſiti, fuit reſolutum.

325 Nec eſt neceſſe quod res, quæ pro immobili habetur, ſit ſolo affixa, ad hoc ut Cenſus ſuper illa imponi valet, quia vectigalia, loca Montium annui redditus, & alia hujuſmodi non ſunt ſolo affixa, & nihilominus ſuper eis Cenſus imponi poſſunt, *Molin. de Contract. d. diſput 389.n.3. verſic. quatenus*, cum alijs cumulatis per *Cenc. de Cenſ.d.par.1.c.3.q.1.art.1.num.12.& ſeqq.*

326 Quæ facilius proceduntur, quia dictæ Scripturæ erant de ſui natura fructiferæ cum actu, & ſic de ſui natura fructûs redderent, nam aliquæ erant ipſorum Notariorum, aliquæ tertiarum Perſonarum, illæ quæ erant Notariorum cum exercitio officij reddebant Dominis ſuos fructus; Tertiæ verò perſonæ tenebantur ſuas Scripturas præfatas locare Notarijs Titularibus, qui tenebantur illas conducere pro annuo affictu, & reſponſione ſcutorum ſex, ſeptem, & octo pro centenario, ut clarè legitur in dicto motu proprio Clementis Octavi, & omnes dictæ Scripturæ præſentes, & futuræ non vacabiles, conſtituebant unum Corpus, & ſemper habuerunt unicum valorem ſcutorum triginta millium.

327 Nec obſtat, quod requiratur aliquod Hominis miniſterium, quia in omnibus alijs rebus ſuper quibus Cenſus imponi poſſunt, id requiritur, nec intentio Pij V. fuit per illa verba, de ſui natura fructifera, excludere quæ mediante cultura, & artificio, fructus ferat, ſed illam quæ etiam culta, vel nullos, vel modicos fructus affert, detractis laboribus, & expenſis, *Molin de Contract. d. diſp. 389. n. 3. verſ. quatenus verò Medin. de Contract. tit. de Cenſ. q. 11. verſ. quæritur amplius il. 2. Rebell. de oblig. Iuſt. q 6. n. 6. verſ. nec ita opus eſt, Cenc. de Cenſ. d.p.1.c.3.q.2.art.1.n.2. & ſeqq.*

328 Ultimum verò requiſitum, quod etiam ex Conſtitutionibus Martini, & Caliſti requirebatur, *ut Cenc. d. par.1.c.3 q 3.art.1.nu.24.& ſeqq.* probavit, nempè quod res Cenſu onerata deſignetur certis finibus, dupliciter declaratur, videlicet.

329 Primò, ut non ſit neceſſaria finium ſpecificatio dum aliter conſtat de certo corpore prout de dictis officijs, & Scripturis conſtabat notoriè in caſu de quo agitur, *Cenc. de Cenſ. d.q.3.art.1.n.33.*

330 Secundò, ut nec ex eo probetur, rem certis finibus non deſignari, quia in Inſtrumento Cenſus non fuerint certi fines ſpecificati, ſufficit enim ſi aliunde hoc probari poſſit, & contrarium aſſerenti, videlicet rem certis finibus non deſignari, incumbit onus probandi, *Cenc. de Cenſ. d.p.1.c 3.q.2 art.1.num.36.& ſeq. Rot. deciſ. 502. n.4.& ſeqq.par.1.& deciſ.539. nu.3. & ſeqq.p.2. recent.*

331 Et ulterius ſat eſt, quod vel per nomen commune, aut circumlocutionem diſtinctè, & expreſsè certi fines deſignentur, *Rebell. de oblig. Iuſt. d.q 6.n.6.ante fin.verſ.exegit enim.*

332 Nec ex eo ſolo, quod res cenſu gravata certis finibus non deſignetur, poteſt Cenſus dici nullus, nes enim quæ pro immobilibus habentur, prout vectigalia, annui reditus, & ſimilia, vix, immò ne vix quidem certis etiam finibus deſignantur impropriè, & abuſivè, & nihilominus Pius V. voluit ſuper eis Cenſum imponi poſſe, *Cenc. de Cenſ.d.p.1 c.3.q.1 art.3.num.9.*

333 Et cum Cenſus, de quo agitur, fuerit obſervatus pro validò per tot annorum curricula, omnis nimis ſubtilis, & ſcrupuloſa interpretatio, venit rejicienda ad trad. per *Rot poſt Cenc. de Cenſ. d.dec.124.nu.12.* cum alijs inferius allegandis.

334 Nec obſtat ſecunda prætenſa nullitas, non interventus pecuniæ in actu celebrationis Inſtrumenti impoſitionis Cenſus, licèt enim Emptor il-

lius ad faciendam rem gratam Venditoribus, ne scilicet ipsi cogerentur solvere fructus istius, & alterius Census per eos inde ad mensem extinguendi cum pretio Census, de quo agitur, constituerit tenere sortem principalem scutorum quatuor millium ducentorum in depositum cum pacto, quòd fructus non current, nisi post mensem, nihilominus in fine mensis præfati dictus Depositarius solvit dicta scuta quatuor millia ducenta in pecunia numerata coram Notario, & Testibus, ut constat ex alio publico Instrumento; unde Bulla, seu Constitutio Pii Quinti, videtur omninò reservata.

Nam *Pius V. in d. Constitutione* 80. *Cùm onus. ¶. rursus, secundùm antiq. impress* statuit, Censum non posse creari, nisi in pecunia numerata in actu celebrationis Instrumenti coram Notario, & Testibus, non autem priùs recepto integro, justoque precio, & ideo cùm ex duobus Instrumentis simul junctis, in effectu constet de reali solutione, & numeratione pretii coram Notario, & Testibus in actu celebrationis Instrumenti, & non priùs, videtur cessare omnis difficultas.

335 Intentio enim Pii V. fuit tollere fraudes, & simulationes, ac anticipatas solutiones, non autem prohibere solutionem verè, & realiter, ut suprà, factam, omni simulatione, & fraude cessante, *Rota post Cenc. de Cens ib. decis. 62, n. 9, & decis. 103. n. 7, & seqq.* & si voluisset prohibere etiam numerationes post modicum tempus, ut supra, factas, dum dixit, non autem priùs addidisset, nec etiam postea arg. *l. unica, §. sin autem*

336 *ad deficientis, C. de caduc. tollen.* & † una pars dispositionis aliam declarat, *l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. 1. cum vulg.*

337 Quod eò magis videtur procedere stante illa dictione, *autem*, quæ corrigit, & declarat Pium V. non prohibuisse solutiones factas post modicum intervallum, juxta tradita per *Gloss. num. 1. in verbo sed, de Milit. Vassal. in usibus feud.* & adversatur solutionibus præcedentibus celebrationem ipsius Instrumenti, non etiam subsequentibus, *Alberic. in diction. in verb. Autem.*

338 Et in primo Instrumento impositionis Census satis videtur interveniss solutionem sortis principalis, quia cùm Emptor Census vocaverit se illius Depositarium, brevi manu fingitur soluta Venditoribus, & statim restituta ei in depositum, & sic Emptor statim exuendo personam Emptoris, induit personam Depositarii, *Surd.*

339 *cons. 192, nu. 42, lib. 2.* nam † sæpè in jure celeritate actuum conjungendarũ inter se actorum unus actus occultatur, ut dixit tex. *l 3. §. fin. ubi Gloss. in verb. occultari, dat concordantes, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & in terminis Census tradit *Honded. cons 27. n 20, lib. 2.*

340 Quod in casu, de quo agitur, videtur omninò admittendũ, quia cùm depositum fuerit purum & simplex, habuit sine dubio vim solutionis, *leg. si soluturus, ubi Bart. num. 5, ff. de solut. Castr. in l. acceptam, num. 12, C. de usur. Put. decis. 193, lib. 1. Rot. post Pacific. de Salv. decis. 271, num. 4, & seq. secundùm nov. impress. & post. Cenc. de Cens decis. 92, num. 6. & decis 103, nu. 7.*

341 Et cùm Constitutio emanaverit ad tollendas fraudes, ac simulationes, & anticipatas solutiones, & dictus Depositarius realiter, & cum effectu in fine mensis solverit in pecunia numerata, utique constat hic nullam interveniss fraudem aut simulationem, aut anticipatam solutionem, & per consequens formam Constitutionis potuisse per æquipollens adimpleri, *Paris. cons. 33, n 34, lib. 2, Mantic. de tacit. lib. 2, ti. 4, n. 55. Cassad. super Regul. decis. 26, & decis. 2, n. 2, de jud. Put. decis. 252, n. 8, & seq. lib. 2, Seraph. decis. 3413, n. 3.*

342 Et si descriptio alicujus pro creditore in libris Mercatoris, qui sit solvendo, habet vim solutionis, *Bart. in l. singularia, n. 79 ff. si cert. petat. Gabr. cons. 155, n. 18. & seq. lib. 1. Honded. cons. 41. nu. 6. lib. 2. Rot. Genuen. decis. 4, n. 10, & n. 13. Rota post Cenc. de Cens. d. decis. 103, n. 9.*

343 Et Cedula Bancharia, quæ in effectu nihil aliud est, nisi quoddam depositum, pariter solutionis vim obtinet, adeò quòd per eam Constitutioni Pii V. satisfiat, *Gratian. discept. c. 87, n. 49. Cenc. de cens. p. 2. q. 1, art. 7, n. 13, & seq. Rota post eumdem Cenc. d. decis. 19, n. 6, & d. decis. 103, n. 8.* non videtur posse considerari diversitatis ratio, quominus depositum in casu nostro habeat vim solutionis, & ob id sit Constitutioni satisfactum.

344 Præsertim quia Emptor habebat pecunias in promptu, & erat solvendo, ut experientia rerum magistra probavit ad tex. *in l. fide interpretatio-*

345 *ne, ff. de Leg. cum simil.* & † Venditores debeant convertere pretium Census in extinctionem alterius Census, quod fieri non poterat, nisi in fine dicti mensis, cùm tempus extinctionis illius antea non veniret; unde cùm prædicta eodem momento temporis impleri non possent, & Venditoribus expediret non solvere fructus duorum Censuum, & Emptoris etiam interesset pecuniam in aliam causam non converti, nisi in extinctionem Census existentis super eodem fundo, in quo alius imponebatur, utique Constitutioni Pii V. fuit satisfactum per d. depositum cum subsequuta solutione, & numeratione, ut in his terminis consideravit *Rot. post Cenc. de Cens. d. decis. 103. n. 8. versic. maximè, ubi sub n. 12.* subdit, quòd secundùm subjectam materiam dicitur fieri statim, etiam quod fit in spacio duorum mensium.

346 Et ob id posset fortè etiam dici, quòd Census hujusmodi fuerit cæptus creari à principio mensis, quando fuit confectum primum Instrumentum, & in fine mensis perfectus, cùm præsertim medio tempore nulli fructus intervenerint, & duraverit, idem partium consensum, ut exitus monstravit, *Calder. cons. 12. n 2. vers. non obstat, de Const Roman. cons. 590, n. 19, vers. hoc quidem, Rodoan. de Spol. q. 7, n. 70.*

347 Sic enim videmus in simili de cedula bancharia, quæ, ut diximus, nihil aliud est, nisi quoddam depositum, in terminis *Rota post Cenc. de Cens. d. decis. 103, n. 8. & seq.* nam † licèt in Signatura per *fel. record. Gregor. XIII.* fuerit declaratum, Censum non fuisse nullum, ubi in actu celebrationis Instrumenti d cedulam intervenit, nihilominus idem Summus Pontifex rescripsit cum clausula, constito, quòd statim pecuniæ pervenerint ad manus Venditorũ, & sic quòd pecuniæ

virtute

virtute dictæ cedulę fuerint postea persanchum solutæ, ergo tota vis consistit in eo, quòd reverà post celebrationem instrumenti cedula fuerit per Banchum recepta, & illius vigore sequuta solutio, cujus vim habet promissio facta postea à Mercatore, ut per *Rot. post Cenc. de cens. d. decis.* 103, *n.* 9. & numeratio pecuniæ potest postea fieri cum aliquo intervallo, ut dicatur facta statim, secus si vigore cedulæ nunquam sequuta fuisset solutio, & numeratio, nam hoc casu, nec Greg. XIII. Summus Pontifex, nec ejus Signatura habuit censum pro valido, dum rescripsit cum dicta clausula, *constito* &c.

Idcircò non videtur subsistere declaratio *Cenc. de cens. p.* 2, *c.* 1, *q.* 1, *art.* 7, *n.* 8, *vers. non obstat*, dum dicit, numerationem fieri juxta formam Bullæ per ipsam traditionem cedulæ Banchariæ tantùm in actu celebrationis instrumenti, quia hoc est contra dictam declarationem Greg. 13. & contra *Rot.* post eundem *Cenc. d. dec.* 92, *n.* 6, *& decis.* 103, *n.* 7. *& seq.*

349 Ex quibus colligitur, tunc demum Censum creatum per cedulam Banchariam non esse nullum, si vigore dictæ cedulę postmodum pecuniæ ad manum Venditorum pervenerint, ergo si cedulæ vigore, ob aliquod accidens, non fuisset sequuta solutio, census non fuisset validus, nec eum Greg. XIII. pro valido habuisset, etiam si in actu celebrationis Instrumenti cedula Bancharia intervenisset, cùm paria sint non esse, & effectum carere, *l. nihil interest, ff. de reg. jur. Bart. in l. de ætate, §. nihil interest, ff. de interrog. actio. Alex. cons.* 182, *n.* 5, *lib.* 2, *& cons.* 297, *num.* 1, *lib.* 6, *Rom. cons.* 245, *num.* 2, *Io. de Anan. cons.* 83, *col.* 2, *vers. circa verò secundum*, & ibi *Bologn. num.* 3. *& seq.*

Et si diceremus per cedulæ dationem in actu celebrationis Instrumenti esse Bullæ satisfactū, etiamsi illa non esset postmodum effectum sortita, hoc esset de directo contra Bullam, quia daretur casus, in quo in effectu census posset creari absque pecunia, quod non est dicendum.

350 Redeundo igitur ad casum, de quo agitur, cùm in effectu pecunia fuerit brevi manu depositata penès Emptorem, & ille promiserit retinere in depositum, & liberè illam numerare in fine dicti mensis ad libitum Venditorum, & in effectu tempore statuto illam resolverit coram Notario, & testibus, non minus validius debet censeri census, ac si ab initio intervenisset cedula bancharia, cujus vigore fuisset postmodum subsequuta vera, & realis solutio, cùm, ut diximus, non traditione cedulæ tantùm, sed in vera solutione, ejus vigore subsequuta, tota validitas census consistat.

351 Nec Bulla Pii V. ut *Cenc. de cens d. p.* 2, *c.* 1, *q.* 1, *art.* 7, *n.* 12. dicebat, est adeò litteraliter, & judaicè intelligenda, ut non admittat interpretationem ex rationis identitate.

352 Et licèt verba Bullæ, seu Constitutionis, de numeratione loquentia, debeant intelligi in casu vero, non autem in casu ficto, & cedula bancharia, & depositū habeant vim solutionis, & sint numerationes fictæ, nihilominus quando postea in vim illorum subsequitur vera, & realis solutio, cessat Bullæ ratio, & perinde est, ac si verè in actu celebrationis Instrumenti fuisset pecunia numerata; est namque clarum, nullam fraudem, aut simulationem interveniſſe, ideò magis ratio, quàm verba illius sunt attendenda,

353 *l. scire leges, ff. de leg.* unde ille in fraudem Legis facit, qui corticem verborum tenens, sententiam ejus circumvenit, *l. contra legem, ff. de leg.* ergo, qui mentem Legis sequitur, non committit fraudem, etiamsi corticem verborum non sequatur.

354 Denique census, de quo agitur, fuit observatus pro valido triginta annorum spatio, & ultra; quæ observantia plurimum confert ad validandum actum, *Rota dec.* 636. *n.* 2, *p.* 1, *divers. & dec.* 502, *n.* 12, *p.* 1, *& dec.* 539, *n.* 2, *p.* 2, *rec.* adeò quòd ex solutionibus longo tempore cōtinuatis census præsumatur impositus, juxta formam Bullæ Pii V. *Rota in Romana census*, 24. *Novemb.* 1606, *coram bo. me. Attrebaten. & in Bononien. Dotis, de Manzolis*, 9. *Decemb.* 1619, *& 22. Martij*, 1621. *coram bo. me. Remboldo.*

355 Quinimò tanto temporis spatio, si in aliquo defectus adfuisset, præsumitur confirmatio Apostolica, juxta opinionem approbatam à *Rota decis.* 179, *par.* 2, *divers.* etiam si non fuisset in contractu reservata, *Seraph. dec.* 1042. & ad evitandas usuras, *Rota in d. Bononien. de Manzolis*, 9. *Decemb.* 1620, *& 22. Martij*, 1621, *coram bon. mem. Remboldo.*

356 Cæterùm, quia cùm D. Thesaurarius relaxasset mandatum pro scutis octingētis vigintiocto monetæ, pro fructibus census decursis, & non solutis, causa in gradu appellationis in Camera pendente, pro celeriori expeditione fuit adita Signatura Sanctissimi, & fel. rec. Urbanus VIII. rescripsit cum clausula, constito de vera, & reali numeratione, procedatur ad ulteriora, exceptione prædicta non obstante, prout passim solet in Signatura Sanctissimi rescribi, quando constat de vera, & reali numeratione pecuniæ, & petitii census, *Rot. in Lauretana Census*, 14. *Iunij*, 1619, *coram bo. me. Pirouano*, & cùm de d. numeratione vera, & reali in præsenti casu constaret ex publico Instrumento, non fuit locus in hoc ulteriori disputationi.

357 Nec etiam obstat tertia prætensa nullitas deducta ex quodam pacto exemptionis census ab omni onere, quod prætendebatur contra Bullam, etenim non ideo census est nullus, sed tantum est nullum ipsum pactum, *Rot. post Cenc. de cens. dec.* 95. *n.* 9.

358 Præsertim stante protestatione, quòd partes intendebant contrahere juxta formam Bullæ Pii V. *Rot. post Cenc. de cens. d. dec.* 95. *n.* 10. *Mant. dec.* 302. *n.* 11, *Rot. dec.* 285, *n.* 1, *& seqq. & dec.* 316, *n.* 2, *& seqq. p.* 4. *divers. & dec.* 219, *n.* 4. *p.* 2, *rec.* & fuit aliàs sæpiùs decisum.

359 Denique non obstat prætensa extinctio census de anno 1594. quia de illa nullibi apparet, sed benè constat de contrario, scilicet, quòd census fuit tantùm extinctus de anno 1602. ex publico retrovenditionis, & extinctionis Instrumento, quod facit probationem probatam, rem claram, & manifestam, *l. ad probationem, C. de probat. l. pecuniæ, C. de solut. l. cum precibus, C. de probat. Bald. in l. interest, in ult. not. n.* 2. *C. de solut.*

ſolut. Bart. in l.1, in prin. n.8. ff. de nov. oper. nunc. Dec. conſ. 423, n.9. Mant. dec. 26, nu. 1. & dec. 166, n.12. Greg. dec. 157. n. 13, & dec: 180, n. 1. Rot. dec. 60, n. 1, p. 1, recent.

360 Plura tamen ex adverſo adducuntur ad probandum cenſum fuiſſe extinctum de ann. 1594. &. . . .

Primò, quia fel. me. Clemens VIII. dum redemit pro Camera Apoſtolica ſcripturas Notariatuum A. C. ſuper quibus cenſus fuerat impoſitus, ordinavit, mediante chirographo, pretium deponi, ad effectum inveſtiendi in aliis bonis, vel ex eo ſatisfaciendi cenſuariis, & facto depoſito onera cenſuum, & hypothecarum, cenſeri translata in dictum depoſitum, & ſcripturas eſſe liberatas.

Secundò, quia D. Theſaurarius fecit ordinem donis depoſitariis, ut ſolverent ſortem principalem dicti cenſus.

Tertiò, quia in exequutionem chirographi præfati, Procurator Domini cenſus ad effectum exigendi dictam ſortem principalem cenſus, vigore dicti ordinis, ceſſit Cameræ jura ſui principalis.

361 Sed ad primum fuit reſponſum, quòd liberatio ſcripturarum ab oneribus emanavit, ut ſupra, de anno 1594, ad favorem ſolius Cameræ, non autem ad favorem Venditorum cenſus, nec legitur in chirographo hujuſmodi liberationem fieri in Dominorum cenſuum præjudicium, & cùm materia ſit ſtricta, & alteri præjudicialis, non debet extendi in præjudicium tertii; *cap. ſuper eo, ubi Gloſ. in verbo intentionis, de offic. delegat. Rota dec. 60. n. 3. verſ. aut extinctio, p. 1. rec.*

362 Nec ex eo, quòd cenſus non fuerit extinctus, emanavit aliquod Cameræ præjudicium, cùm tantùm impoſitores cenſus obligati remanſerint; ſicut videmus in ſimili, ſuſtineri cenſum ſuper re aliena in præjudicium ſolius Imponentis, *l. rem alienam, ff. de contr. empt. Cenc. de cenſ. p: 1, c: 2: q: 1: art. 1, nu. 12, & q. 3, art. 5, n. 16. Rot poſt eundem Cenc. de cenſ. dec. 13, nu. 1, & dec. 17, nu. 2, ſeq. Greg: dec: 443, nu. 5, & ſeq.*

363 Multò magis ſuſtinetur cenſus jam impoſitus non obſtante translatione dominii fundi cenſuati in præjudicium ejuſdem Imponentis, & Alienantis, cùm res tranſeat regulariter cum ſuo onere, *Clem. 1. de cenſ. Covar. var. reſol. lib. 3, c. 7, nu. 6. Rot. d. dec. 60, n. 4, p. 1, rec. & poſt Cenc. de cenſ. dec. 90, n. 7, & n. 10 ſeq.*

Nec eſt admittendum, quòd Papa, qui tam enixè conatus eſt, Dominis cenſuum providere, ordinando pecunias deponi, & non poſſe amoveri, niſi datâ cautione, vel facto reinveſtimento, voluerit in aliquo Cenſuariis præjudicare.

364 Ubicumque autem fit translatio cenſus ſuper alia re, non extinguitur, ſed tranſit ſuper re ſubrogata, vel remanet ſuper primo fundo, donec extinguatur, & ſic fit translatio quoad exercitium actionum, non quoad ſubſtantiam cenſus, *Greg. dec. 455. n. 1, & 5.*

365 Et in caſu, de quo agitur, cenſus remanſit ſuper eiſdem Scripturis, nec fuit translatus in pretium, quia Clemens VIII. ordinavit fieri depoſitum dicti pretii, dando certam formam in ejus chirographo, & ordinavit, quòd, facto hujuſmodi depoſito, cenſus, & hypothecæ cenſerentur translatæ in illud, ſed hujuſmodi depoſitum non fuit factum, nec ſervata fuit in aliquo forma dicti motus proprii; Unde ſequitur, quòd cenſus remanſerint pro ſuo primævo fundo, quod etiã exitus demonſtravit, nã, quando de anno 1602. Emptori cenſus fuit reſtituta, illius ſors principalis, ut legitur in Inſtrumento extinctionis, non fuit facta extinctio cum aliquibus pecuniis depoſitatis, ſed cum pecuniis propriis ipſorummet debitorum.

366 Ad ſecundum objectum de ordine D. Theſaurarii, fuit reſponſum, quòd ex hoc non reſultabat ſolutio, & per conſequens nec extinctio cenſus, cùm non fuerit in facultate Emptoris cenſus pretium recipere, unde nec etiam mandati relaxatio ſufficit, *Rot. dec. 56, num. 3, par. 1, recent. & poſt Cenc. de cenſ. dec. 106, num. 3, & dec. 248, nu. 3.* prout nec etiam ſufficiunt aſſignamenta, donec reverà Emptori pretium non reſtituatur, vel ſit in ejus libera poteſtate illud recipere, *Rot. poſt Cenc. de cenſ. d. deciſ. 106, num. 1, & deciſ. 247, num. 2.*

In præſenti verò caſu, cùm non eſſet factum depoſitum, ut ſupra, nec declaratum, ad quem ſpectaret pretium ſcripturarum, non fuit in arbitrio Emptoris cenſus recipere ſortem principalem, nec doni illam ſolvere voluerunt, quod pariter effectus probavit, nam venditores cenſus, ut apparet ex publico Inſtrumento, extinxerunt cenſum de anno 1602, ex eorum propriis pecuniis, ergo non erat in arbitrio Emptoris pretium dicti cenſus recipere.

367 Et ſi depoſitum non relevat, ubi non eſt judiciale, parte citata, & ubi non intervenit delegatio, & quando non eſt liberum, & deponens apponit aliquam conditionem, propter quam dominium à ſe penitus non abdicavit, fuit dictum *in Romana Pecuniaria, 24. Novemb. 1595. coram bo. me. Card. Mellino*, ſumus in claris, quia nihil iſtorum in hoc caſu intervenit, quinimò nulla abdicatio dominii ſortis principalis dicti cenſus adfuit, ut fuit ſuperiùs demonſtratum, & quæ 368 ex adverſo adducuntur, procedunt, quando fuit facta diſdicta, & per citationem, & intimationem conſtitutus emptor in mora recipiendi depoſitum liberè factum, quæ hìc non intervenerunt, unde nulla poteſt prætendi extinctio, *deciſ. 60, num. 2, & ſeqq p: 1: recent.* & aliàs fuit ſæpè deciſum.

369 Et ſolus ordo D. Theſaurarii nihil relevat; Tum, quia non habebat facultatem extinguendi cenſum, & ideo cenſetur etiam noluiſſe, cùm nemo cenſeatur facere voluiſſe, quod non poterat, *Bald. in c. 1, n. 1, de juram. calumn. Bero. conſ. 113 n. 6, lib. 3.*

370 Tum etiam, quia extinctio requirit actum retroſimilem, ſcilicet reſtitutionem pretii ex parte debitoris, & receptionem illius ex parte creditoris, *Rota dec. 587. par. 1, diverſ.* & fuit dictum *in Romana Salviani, 23. Jun. 1600. coram bo. me. Litta*, in qua aliæ deciſiones allegantur, quod eſt conforme Conſtitutioni Pii V. & pactis Inſtrumenti cenſus, de quo agitur; Tum denique, quia dictus ordo non fuit à donis ſolutus, nec

accepta-

acceptatus, quia non habebant penès se pecunias Debitorum dicti census, ut exitus, ut supra demonstravit.

371 Nec obstat decisio emanata in causa *Romana Census 2. Maij 1616. coram bo.me. Pirovano*, Quia ibi agebatur de chirographo diverso in quo Papa noluit providere Censuarijs, prout hic providit, & ibi fuerat facta intimatio, & erat in arbitrio Emptoris census, recipere sortem principalem, ut ibi in fine clarè legitur, sed hæc cessant in casu præsenti, de quo agimus, meritò decisio retorquetur.

372 Ad tertium objectum, & ultimum, de cessione fuit responsum, quod illa fuit facta in exequutione chirographi ad favorem Cameræ, non autem ad favorem Debitorum census, quinimo ad ostendendum per Emptorem non stare, si pretium ei non restitueretur, cum pro parte sua implevisset, quod debebat, & cum cessio fuerit facta spe futuræ numerationis, illa non sequuta, cessavit effectus cessionis, *ca. cum cessante de appell. Tiraque caus. cessan. p. 1. n. 58. Idem Tiraq; ibid. num 47. Rot. decis 123. n. 15. p. 2. diverf. & decis. 50. nu. 3. & decis. 55 n. 1. & decis. 428. num. 1. p. 1. recent.*

373 Quod autem solutio non fuerit sequuta de tempore cessionis, illius vigore, sed post multos annos patet ex ipso Instrumento extinctionis census rogato de anno 1602. ex quo constat cessionem solummodo emanasse spe futuræ numerationis, cum animus eliciatur ex præcedentibus, & subsequentibus, *l. reprahendenda, ubi Glos. in verb. comprobasti, C. de inst. & substit. Verall. decis. 148. nu. 4 p. 1. Greg. decis. 70. n 8. & decis. 239. n. 5.*

374 Et ob id ante annum 1602. non intervenit actus retrosimilis naturalis restitutionis pretij, prout requiritur ad census extinctionem, & per consequens non potest aliquod fieri in cessione fundamentum, *l 1. in fin. C. quand. licet ab empt. reced. Verall. decis. 103 p. 1. Rot. decis 587. n. 1. p. 1. diverf. & decis 56 n. 1. & seq. & decis 60. nu. 3 p. 1. recent. & post Cene. de Cens. decis. 247. num. 4. Greg. dec. 156. num. 3.*

Et ita &c. articulo sæpius discusso, utraque &c.

Observatio.

375 Fuit dubitatum in Camera, an esset revocanda Supersessoria, & de anno 1637. utraque Parte informante, obtinuit illius revocationem; Quia fuerat actum virtute obligationis Cameralis, quæ appellationem suspensivam non admittit, o *allef. de oblig Camer. q. 37. n. 2. & seqq. Scacc. de appell. q. 17. lom. 9. fol. 638. Marchesan. de commiss appell. ab oblig. Camer. p. 1 ¶ 1 n. 31. fol 695, Salust. Tib. lib 1, cap 27, n. 1, & seq. Zacch. ad Gallef. de oblig. Camer. d. q 27, n. 2, & seq. Gratian. discept. 968, n. 1, Rot. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 12, n. 1, et seqq. et dec. 662, p. 1, diverf.*

376 Præsertim cum Camera jam mandasset exequi mandatum, aliàs à D. Thesaurario, virtute obligationis Cameralis, relaxatum, etenim à decreto de exequendo non datur appellatio, *l. ab Exequutore, C. quor. appell. non recip. Rot. dec. 100 n. 13. par 1. diver. Caval. dec. 312, num. 2.* ubi de commun, & de observantia Sacri Palatij testatur.

377 Eoq; magis cum constet de justitia Decretorum factorum ex publicis Instrumentis, stantibus tot resolutionibus Cameralibus, de annis 1627. 1628. 1632. & 1633. emanatis, ac decretis transactis in rem judicatam, quæ inducit notorium & pro veritate habetur, *l. res judicata ff. de reg. Iur. Rimin. conf. 41, n. 7. et seq.*

Nec subsistit, quod D. Thesaurarius de anno 1610. relaxaverit mandatum pro rata, & non insolidum.

378 Quia illud relaxavit contra Hæredes Bruti, & alios quatuordecim Notarios, pro summa scutorum octingentorum viginti octo, per eos, & eorum quemlibet respectivè debitorum, occasione de qua in actis, quæ verba pernecessè referuntur ad solidum.

Tùm, quia dictio, quilibet, est distributiva contra unumquemque insolidum, *l. non distinguemus, §. cum in plures. ff. de arbitr. l. si pluribus, ubi Glos. in verb sed omnes, et Bart. n. 3. ff. de leg. 2, Bart. in l. hoc articulo n. 3, ff. de hæred. instit. Butr. conf 29, n. 2. Ruin. conf 76, n: 4. lib: 1, Gratian: discept: 27, n: 30, post Zacch: de oblig: Camer: dec: 22, n: 2.* ubi de communi & quod aliàs ita fuit decisum in *Romana Casalis coram bo: me: Oriolen.*

379 Tùm etiam quia illa verba, occasione de qua in actis, referuntur ad Instrumentum impositionis census, tunc in actis existens, in quo omnes Notarij, & scripturæ singulorum officiorum obligantur insolidum, & relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto ubi, Bart. & DD. ff de hæred. instit. Cavaler. decis. 94. n. 7. & seq. Coccin. dec. 50. n. 3. & dec. 76. n. 7. & dec. 77. n. 14. & seq. & decis 487. n. 10. et seqq.*

380 Et relatum attenditur † non referens, *Rmin. conf. 180. n. 3. lib 2 Greg. dec. 339. n. 1. et seqq.*

381 Et cum dicta verba, *per eos et eorum quemlibet*, non possint intelligi, nisi tàm conjunctim, quàm divisim insolidum, juxta formam Instrumenti census, & sint clara, non debet in eis fieri controversia, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis. ff. de*

382 *leg. 3.* nàm nimia subtilitas † subvertit veritatem *l. si quis hæredem, in fin. C. de inst et subst. l. pen. C. ad trebel dec. conf 668. n. 5. Roman. conf 301. n. 15.* & est legibus inimica, *Bald. in l. veteris nu. 3. C. de contr. et committ. stipul.*

383 Et quamvis de anno 1610. aliquæ personæ de Collegio Notariorum essent mutatæ, tamen Collegium est semper idem & non mutatur mutatione personarum, *l. proponebatur ff. de jud. Bart. in l. aut facta, ¶. ult n. 3. in fin ff. de pecu. Rom. conf 436. n. 8 Surd. post alios conf 453. n. 26.* &

384 Subrogati † tenentur ad omnia, ad quæ tenebantur ij, in quorum locum successerunt, ut per *tex. in l. si eum. ¶. qui injuriarum 5 ff si quis caut. l. si ei cui, ¶. si 4. ff. evict.* tenet *Rot post Pacis. de Salu. dec. 271. num. 1.*

385 Nec relevat, quod Intrans Collegium de novo non teneatur ad debita antiqua, Quia obligatio respicit officium, & debitum fuit contractum, & census impositus pro extinctione alterius census, & sic pro solvendis debitis, & pro necessitatibus Collegij, ut ex lectura Instrumenti apparet undè tenentur etiam de novo Intrantes in Collegio actione personali ex contractu, *Bald. in l. providendum, 23. C. Decur. lib. 10.*

ubi

ubi *Ioann. de Plat. vers. secus si causam, Luc. de Pen: in l: 2, col: 3, vers: aut accipit in causam necessariam, C. de fund. rei privat. lib. 11.*

386 Nec subsistit quod pro censu possit solummodo obligari res censuata, *Navar. de Vsur. n. 74. et 79.*

Quia *Navar.* hoc non probat nec dicit, loquitur enim de obligatione, & hypotheca speciali,

387 & oncre ipsius census, † quod stare debet super sola re censuata, non de generali hypotheca, nec de obligatione personali, quæ pro solutione census contrahitur, *Gabr. conf. 14, num. 2, lib: 2,* & sequitur hæreditariam portionem, *Cenc: de cens: p: 2, c: 2, q: 3, art: 7, n: 7, et seq:* nec de perso-

388 nali in rem scriptam, † qua agitur contra quemlibet possessorem, *Gabr. d: conf: 141, n: 2, lib: 2,*

389 Et cum D. Thesaurarius de ann. 1618. mandatum relaxatum contra quindecim Notarios, mandaverit exequi pro summa in eo contenta contra tres, & signanter contra Hæredes Bruti insolidum obligatos, prout in actis, apertè declaravit primum mandatum intelligendum insolidum contra quemlibet, nam ex sequentibus declarantur præcedentia, *l: sed Iulianus, §. proindè, ff. ad Macedon: l: ait, Prætor, §. si Iudex, ff. de re jud: Soccin: cons: 156, num: 71, lib: 2, Coccin: decis: 120, num: 6.*

390 Nec conventio inter Notarius debitores in libro Rubro facta, potest præjudicare Creditoribus non consentientibus, *l nam ita Divus ff. de adopt. l. solvendo ff. de negoc. gest. l. debitorum, C. de pact. l. cum te 3. infin. C. ne Uxor pro Marit.*

391 Nec potest recedi à contractu etiam in minimo nisi de consensu ambarum Partium, *Bald. cons. 465. nu. 2. lib 5. Gregor. decis. 392. n. 7.* Con-

392 tractus enim post facto † sunt necessitatis, *l. sicut C. de act. & oblig, Decian. cons 6. n. 9. l. 2.*

393 Et Brutus in dicto libro se obligavit solvere fructus census Collegialis, de quo agitur, & insuper relevare indemnes Collegias, pro quolibet pro sua rata, & hoc ultra promissionem factam per acta Antonini die 12. Januarij 1681. in qua obligat insolidum se, hæredes, & bona in forma Cameræ. prout erat obligatus Gerardus ejus antecessor, undè cessat omnis scrupulus, cum stante clara obligatione in actis exhibita D. Thesaurarius de anno 1618. & D. Usimbardus, de ordine Cameræ, de anno 1628. & 1635. mandatum, seù mandata præfata respectivè exequi mandarunt: In claris enim non est opus conjecturis ex adverso mendicatis, *l. continuus §. cum ita, ff. de verb. oblig l. scire §. sufficit ff. de excus tut. l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de leg. 3 l. periculis, §. argento, ff. de aur. & argent. legat, Rot. decis. 106. n. 4. p. 1. recent.*

394 Nec relevat, quod de anno 1610. dictum Instrumentum obligationis factæ 12 Januarij 1581. non esset in actis. Tùm ex jàm dictis, Tùm, quia aderat Instrumentum census, & alia obligatio Bruti habens relationem ad illam diei 12. Januarij. 1581. ut supra, & relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, & producto relato non dicitur nova probatio, sed antiqua latè, *Dec. cons 539. n. 6. & seq. Seraph. decis. 845. num. 5. vers. prout,* & in omnem eventum, quando omnia erant in actis, D. Thesaurarius de anno 1618. & D. Usimbardus, ut supra de anno 1628. & de anno 1635. mandatum, quatenus opus sit, de novo decreverunt, & relaxarunt.

395 Denique non subsistit, quod Instrumentum census in actis productum non sit authenticum; Quia habet faciem publici Instrumenti cum subscriptione Notarij, *Bart. in l. si quis ex Argentarijs, §. si initium ff. de eden. Verall. decis: 104. n. 1. & 2. p. 2. Cavaler: decis. 122. n. 1.*

396 Et cum in dicto libro Rubro omnes Notarij fateantur fructus dicti census per Collegium solvi solitos quolibet mense, & solvere se obligarint, hoc prodest in favorabilibus creditori census licèt non noceat in cæteris, per præmissa; Ultra quod dicti Notarij se obligarunt solvere dictos fructus, etiam per publica Instrumenta, & extinxerunt dictum censum in pluribus vicibus, ut in Instrumento extinctionis in actis rogato de anno 1602. undè stante observantia probaret etiam Copia, *l. 1. & 2. C. de fideicomm. Cravett. cons. 65. n. 11. & cons. 101. n. 4. Seraph. decis. 2192. Rot. decis. 343. p. 4. divers. Theodos. de Rub. in singul. ad decis. 105. Peniæ lib. 4. n. 3 & 4. fol. 489. Coccin. decis. 128. n. 8. Cavaler. decis. 122. n. 4. Rot. in Cremonen. Cappellæ 10. Februarij 1598. coram bo: me. Card. Mellino, & in Asculana Iurispatronatus 24. Februarij 1616, coram bo: m: Gard: Verospio Seniore.*

397 Et cum etiam ex prædictis, & alijs publicis Instrumentis, scripturis, & reiteratis confessionibus Partis adversæ passim in actis referantur essentialia dicti Instrumenti census, ut in Summariis hinc inde datis, sequitur alia indubitata conclusio, quod cum adminiculis etiam Scriptura informis, & Copia probat, *l: Instrumenta domestica, C: de probat Verall: decis: 234, p: 1, Seraph: dec: 1192, Rot: d: decis: 543, in princ: p: 4, divers: et decis: 18, n: 3. p: 2. recent: Cavaler: decis: 142: nu: 1, et 4, Coccin: d: decis: 128, n: 8, infin.*

398 Et res caret omni difficultate, quia in illius productione in termino citationis ad dicendum contra jura, nihil in prima instantia fuit oppositum contradictum Instrumentum, undè probaret, etiam si esset scriptura informis, *Salust: Tiber: in Prax: lib: 3, c: 15. n: 2, Greg: decis: 292, n: 2,* & ibi latè, *Beltramin: n: 6, Cavaler: decis: 142, n: 6,*

399 nec relevaret oppositio † in secunda instantia, *Put: decis: 119, lib: 2, Cavaler: d: decis: 142, num: 7,* & nihilominus nec etiam in secunda instantia coram D. Usimbardo, in termino, ad dicendum contra quidquam contra dictum Instrumentum oppositum fuit, unde multo minus post Sententias, & res judiciatas opponi poteris, ex præallegatis.

400 Extractus factus coram A. C. fuit coram D. Thesaurario transportatus de anno 1598. & illius vigore adversarij in lite coacti de anno 1602. extinxerunt censum, ut supra, quod negare esset mera vanitas.

Nec potest sine calumnia dici, quod dictus Extractus de ann. 1610. non esset de actis, Tum, quia Pars adversa illo usa est coram D. Thesaurario, allegando in sui favorem jura in eo existentia ut in facto, & fatendo, illum fuisse pro hac parte exhibitum, undè nulla major probatio, quam confessio ex ore proprio, *l: 1, ff: de confess: Bald:*

in

in terminis, conſ. 150. n. 4. verſ. Item non obſtat, lib. 2. Rot. in Ianuen. ſeparationis Thori, 16. Ianuarij,

401 1645. *coram R. P. D. Meltio,* & † comparitio tollit omnem defectum etiam citationis, *Beltramin. ad Gregor. deciſ. 27, num. 9, Coccim. deciſ. 216, n. 26,*

402 & † præſens non eſt citandus, *Papazon. ad Rot. deciſ. 1, num. 5, de fid. Inſtr. in nov.* multò minus

403 utens, † quia dicta productione, & juribus utendo, omnia cum ſuis qualitatibus approbavit, *Cavaler. deciſ. 26, num. 4.*

404 Tum etiam, quia Pars adverſa reproducendo, ſeu allegando prædicta, ut ſupra, judicialiter ad ſui defenſam, effecit exhibitionē, repetitionem, & jura communia, & de actis, etiam per ante nō fuiſſent, *Bald. conſ. 323, n. 1, verſ. tamen ex tali ſcriptura, & verſ. ſaltem, lib. 3. & conſ. 119, nu. 3, verſic: Item cum Sententia, lib. 2. Anchar. conſ. 208, n. 11. verſ. ex prædictis omnibus, & verſic. ſi enim, Roman. conſ. 433, num. 11.*

405 Aſſerta verò Delegatio negatur, & meritò, quia non fuit facta inſolidum, prout erat neceſſe pro liberatione Bruti, nec per Accurſium acceptata, quinimò negata, & lis pendet in Rota, nec fuit acceptata à Margarhita, quæ citavit Collegium ad ſolvendum fructus inſolidū, juxta formam Inſtrumenti Cenſus, cujus ſortē principalem à Collegio recepit, unde deficientibus omnibus requiſitis, ceſſat Delegatio, *Scacc. de Camb. §. 2, gloſſ. 5, n 80, & ſeq. par. 3. Greg. ex adverſo allegat. deciſ 217. n. 3, & n. 4.* Et ita &c. utraque &c.

B Recurſus dupliciter poteſt accipi, ſcilicet, vel

406 pro prima introductione cauſæ coram Judice primæ inſtantiæ, de qua modò non agimus, vel, & ſecundò pro introductione ejuſdem coram Judice ſecundæ Inſtantiæ in gradu appellationis de qua agimus, etenim recurrere poteſt contingere, tam litem de novo inchoando, quàm appellando, *Vgolin. de Cenſur. Pontif. reſerv. par. 2. cap. 16, num 6. in fin. Cherub. in compend. Bullar. tom. 2. ad conſtit. 27. Greg. 13. Quoniā. ſcol. 2. in fin.*

407 Et dicitur recurſus à verbo recurro, quod ſignificat cum celeritate confugere, & ob id indicat celeritatem, quam habent Litigantes expediendi lites, *Vgolin. de cenſ. pontif. reſerv. d. p. 2, c 16, n 6. Cherub. in compend. Bullar. ad d. conſt. 27, Greg. 13. ſcol 2.*

408 Hinc recurſus, de quo agimus, poteſt deſcribi, ut ſit ab inferiori ad ſuperiorem Judicem celere refugium.

409 Datur autem recurſus, ſeu ſupplicatio propriè in caſu inappellabili, *Gemin: in cap, Romana, n. 6, verſ. quæro, An Epiſcopus ibi, ſed plus tibi placet, de appell. in 6. Scacc. de appell. q 19, remed. 3, num. 1, in fin.*

410 Etenim appellatione prohibitâ non cenſetur prohibita ſupplicatio, ſeu recurſus, ſeu quærela, *Pariſ. conſ. 54, n. 39, verſ. reſpondetur, lib. 3, Dec. conſ. 533, num. 2. ubi de communi. Menoch. de Arbitr. q: 70, n: 24. ubi de communi, lib. 1, Lancell. de attent: appell: pend: limit: 50, n. 58. Scacc. de appell. q. 19, remed. 3, n. 1. Gramat. dec. 35 n 4.* ubi quod ita ſervatur in practica in Terris Eccleſiæ:

411 Hinc Primò infertur ad Praxim Tribunalis Eminentiſſimi Vicarii Sanctiſſimi D. N. Papæ; etenim cùm à Sententia Vicarii infra ſummam ducatorum quinque auri de Camera (*hoc eſt ſcutorum ſeptem monetæ, & abindè infra, ut Praxis obſervat,*) nec detur appellatio, nec dici poſſit de nullitate, *Clem. VII. conſt. 23. Licèt Paulus III. conſt. 32. Licèt Eccleſiarum, ſecundùm antiq. impreſ. Veſtr. lib. 2, c. 16, n. 4. Scacc. de Appell. q. 17, lim. 41, n. 1.* nec etiam datur recurſus, ut paſſim obſervat Praxis.

412 At cùm à Sententia ejuſdem Vicarii regulariter appelletur ad Papam, ſeu ad Signaturam, & Signatura in cauſis valoris ſexdecim ducatorum auri de Camera, & abinde infra, non reſcribat, *Marcheſ. de Commiſſ. avocat. cauſ. par. 2, §. 1, n. 46, fol. 277. Scacc. de appell. quæſt. 17, limit. 43, nu. 1.* ubi de Stylo recepto Signaturæ teſtatur.

413 Ob id in hujuſmodi cauſis inappellabilibus à ſexdecim ducatis infra, quæ ſunt cauſæ ſcutorum viginti monetæ, & abindè infrà, ut paſſim obſervat Curia, & Praxis, optima rerum magiſtra, ac legum interpres, nullâ habitâ ratione majoris, aut minoris valoris aurei ducati de Camera, à Sententia Locumtenentis Civilis Vicarii datur recurſus ad Viceſgerentem, qui eſt Judex ejuſdē Tribunalis, Vicarii perſonam repræſentans, & à Viceſgerente ad Vicariū, *Scacc. de appell. quæſt. 3, n. 131, & quæſt. 19, remed. 3, nu. 14.* Sive cauſa inappellabilis, ut ſupra, fuerit coram Viceſgerente introducta in prima inſtantia, ſive in ſecunda per viam recurſus à Sententia Locumtenentis, *Scacc. de appell. d. q. 8, nu. 132.*

414 In cauſis verò appellabilibus in Tribunali Vicarii non datur recurſus, ſed appellatio ad utrumque effectum, etiam ſi cauſa non excedat valorem ducatorum ſexaginta auri de Camera; licèt enim in hujuſmodi cauſis valoris ſexaginta ducatorum Vicarius virtute ſuarum ordinariarum facultatum poſſit procedere, *ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicij. ſola facti veritate inſpecta, Clem. VII. conſt. 23. Licèt, Paul. III. de conſt. 32. Licet Eccleſiarum, ſecundùm antiq. impreſ.* niſi tamen actum fuerit virtute obligationis Cameralis, aut alterius proceſſus exequutivi, aut aliàs cauſa fuerit de ſui natura inappellabilis, datur in eis appellatio etiam ad effectum ſuſpenſivum, & ita paſſim obſervat Praxis, quidquid de hoc dubitaverit *Scacc. de appell. q. 19, remed. 3, n. 16, in fin.*

415 Secundò refertur ad Praxim Tribunalis Illuſtriſſ. D. Gubernatoris Urbis, etenim à Gubernatore quoq; in cauſis appellabilibus appellatur ad Papam, & ad Signaturam, *Sixti V. conſt. 75. in ſublimi, §. ab ejus Sententiis, ſecun. antiq. impreſſ. Paul. V. conſt. 71. Vniverſi agri, ¶ ab ejus Sententijs.*

416 Et † Signatura in cauſis à ducatis ſexdecim auri de Camera, hoc eſt, ut Praxis obſervat, à ſcutis viginti monetæ infra, ut diximus, non reſcribat, à Locumtenente Civili Gubernatoris in cauſis hujuſmodi inappellabilibus datur recurſus ad eumdem Gubernatorem, *Scacc. de appell. q. 8; 143, & q. 19, remed. 3, num. 14.*

417 Sed hodie Primò à Sententia Locumtenentis datur recurſus ad judicē Recurſus nuncupatum, ad id de ordine Sanctiſſimi ab ipſo Gubernatore deputatum, à Judice verò recurſus ad Gubernatorem, qui aſſium deputare ſolet, & ab ejus deputato ad eundē deputantē, donec tres conformes habeantur, & ita paſſim obſervat Praxis.

418 Idemque procedit in causis Mercedum, licèt enim in his detur appellatio saltem devolutiva, cùm Signatura reſcribere ſoleat cum clauſula *ſine præjudicio, &c Scacc. de Appell: d: q: 19: remed: 3: num. 14, verſ. ſecus*, non obſtante, quòd cauſa Mercedis in Tribunali Gubernatoris ſit inappellabilis, *Leo X, conſt. 7. Et ſi pro cunctarum ſecundùm antiq. impreſſ.* &

419 † à Sententia Locumtenentis Gubernatoris non detur recurſus, niſi in cauſis inappellabilibus *Sixti V: conſt. 75: In ſublimi, §. ab ejus Sententiis ſecun: antiq: impreſſ. Paul. V, conſt. 71, Vniverſi agri, ¶. ab ejus ſententiis.*

420 Nihilominus etiam in cauſis Mercedum, dictam ſummam ſcutorum viginti monetæ excedentibus, datur recurſus, ut ſupra, ad inſtar aliarum cauſarum inappellabilium, & ita in dies obſervat Praxis, optima Conſtitutionum interpres, quicquid dicat *Scacc: de appell: d. q: 19: remed: 3: n: 14, verſ. ſecus, & n. 17.*

Iuriſdictio tamen Gubernatoris Urbis in Civilibus eſt declarata, & limitata quoad Roman. & Incolas, quibuſdam caſibus exceptis, ut in novo Statuto *lib: 1, c: 41:* ſed eſt aucta hodie quoad cauſas appellationum in cauſis Hoſpitalis Mendicorum Urbis, *Sixti V. conſt 86. poſtulat ſecun: no: impreſſ.* & aliàs ut infrà, *n: 427: in fin: dicetur*, Sed quo ad cauſas ſpirituales, & Eccleſiaſticos Urbis, diſtrictus, juriſdictio data eſt Vicario Papæ, *Paul. 3. conſt: 36, Licèt, ſecun: nov: impreſſ:* quo verò ad cauſas Curialium, & Clericorum forenſium, juriſdictio data eſt A. C. *Paul. V: conſt: 71, Vniverſi agri, §. 4.* At quo ad lites Incolarum Burgi S. Petri juriſdictio eſt illius Curiæ *Iul. III. conſt: 4, Ad fidei*, ut etiam anotavit *Laërt. Cherub: in novo Bullario, ante conſt: 8, Leonis V:* quæ hîc obiter dicta cenſeantur.

421 Ratio autem, cur Signatura in cauſis à ſcutis viginti monetæ infra, ut ſuperiùs *n. 416.* non reſcribit, eſt, quia ſi acta eſſent tranſportanda in iſtis cauſis modici valoris, expenſæ litis in curia valorem rei controverſæ excederent; unde cùm per viam recurſus firmus remaneat Notarius, & ceſſent iſtæ expenſæ, utique concedendus eſt recurſus, ne condemnatus gravatus remaneat, *Scacc: de Appell: d: q: 19: remed: 3: n: 14.*

422 Ob quam rationem, nec etiam A: C: poteſt decernere Monitoria ſpecialia, aut cauſas prophanas etiam in terris Eccleſiæ ad ejus Tribunal trahere, ultra quadraginta milliaria ab Urbe, niſi valor cauſæ ſummam centum florenorũ (*hoc eſt ſcutorum quinquaginta monetæ, ut Praxis obſervat*) excedat, *Paul. V: conſt: 71, Vniverſi agri, §. in primis, verſic: nec decernat monitoria ſpecialia.*

423 Tertiò infertur, quòd à Conſulibus Aromatariorum, in cauſis à ſcutis decem infra, non datur appellatio, ſed tantùm recurſus unica vice, facto actuali depoſito penes Notarium pro tempore exiſtentem ejuſdem Collegii, Laicis ſcilicet ad Forum Capitolinum, vel ad Cameram, vel Cameræ Decanum; Prælatis verò, perſonis eccleſiaſticis ad Cameram dumtaxat, *Clem. VIII. conſt. 47. Laudabilis, §. Neminique.*

424 Sed hoc non procedit in cauſis appellabilibus, ultra dictam ſummam ſcutorum decem, in quibus à dictis Conſulibus datur ad eoſdem Iudices præfatos, ut ſupra, ſemel appellatio *Clem. VIII. d. conſt. 47. §. neminique.*

425 Verùm concluſio, quòd à Sententiis Conſulum Aromatariorum ad Judices præfatos tantùm detur recurſus, ſeu appellatio, Primò non habet locum in Gubernatore Urbis, ad quem virtute ejus ordinariarum, & novarum facultatum datur appellatio, ſeu recurſus, non ſolùm à Conſulibus Aromatariorũ, ſed etiam aliarum Artium, & in hoc juriſdictionem Gubernatoris extenſam fuiſſe ex *Sixt. V. conſtit. 72. In ſublimi, ſec. nov. impreſſ.* adnotavit *Laërt. Cherub. in novo Bullario ante conſt. 8. Leonis X.* & ita paſſim obſervat Praxis.

426 Secundò non habet locum in A. C. qui eſt Judex ordinarius appellationum, & recurſuum ab omnibus Judicibus Romanæ Curiæ (Vicario, Gubernatore, Senatore, ac Judicibus Capitolinis dumtaxat exceptis) virtute ſuarum ordinariarum facultatum, *Paul. V. conſt. 38. Eximiè, §. & quaſcumque*, Cauſæ tamen hujuſmodi recurſus à Conſulibus Aromatariorum coram A. C. introductæ, fuerunt aliquando à Signatura, ut audio, avocatæ, & nihilominus illi non ſunt Judices Capitolini, ut colligitur etiam ex dictis ſupra, *n. 423, & ſeq.*

427 Quartò infertur, quòd à Sententiis Conſulum Artium in cauſis, in quibus eſt prohibita appellatio per eorum Statuta, datur recurſus ad Conſervatores Urbis per viam quærelæ, *Stat. Vrb. lib. 1, c. 15, Scac. de Appell. q. 19, remed. 3, n. 15.*

428 Sed hoc non procedit, quando per earundem Univerſitatum Statuta contrarium diſpoſitum reperiretur, *Statut. Vrb. d. lib. 1, c. 15.*

429 Cæterùm concluſio, quòd in cauſis inappellabilibus detur recurſus, Primò non procedit in Tribunali A. C. nam in cauſis ſcutorum viginti monetæ, & inde infra, in quibus Signatura non reſcribit, non ſolùm non datur appellatio, ſeu nec etiam recurſus, niſi ad eumdem Iudicem pro repoſitione, *Scacc. de Appell. q. 19, remed. 3, nu. 15.*

Idem obſervatur in cauſis exequutivis, in quibus non datur appellatio ſuſpenſiva, licèt enim in eis nec etiam detur recurſus, poteſt nihilominus adiri idem Iudex, qui fecit decretũ, & is, ſi illi juſtum viſum fuerit, citatâ parte coràm eo ad videndum reponi, vel ad videndũ ſuperſederi, poteſt vel reponere, vel revocare Decretum, vel ſuperſedere in ulteriori exequutione, juxta notoriam Praxim ſuperiùs traditam *p. 1, c. 8, n. 36, & ſeqq. Scacc. de appell. d. q. 19, remed. 3, num. 5.*

430 Licèt autem A. C. poſſit reponere à Decretis ſuorũ Locumtenentiũ civilium citata parte, coram eo, ut ſupra, hoc tamen facere non ſolet, ut advertit etiam *Scacc: q: 19, remed: 3, num. 6.*

431 Secundò non procedit in curia Capitolina, in qua licèt in cauſis à ſcutis decem infra non detur appellatio, *Scacc: de appell: q: 17, lim. 43, n. 1.* nihilominus nec etiam datur recurſus, niſi ad eumdem Iudicem per repoſitionẽ, ſicut in aliis cauſis exequutivis, ut ſupra, *Scacc. d. q. 19. remed. 3. num. 5, & n 15.* & ita paſſim obſervat Praxis.

432 Quod tamen in dictis cauſis ſcutorum decem, & infra non habet locum in ſententiis, ſeu Decretis Conſulum, & Officialium Artiũ, à quibus datur recurſus, ut tradidimus ſupra in tertia, & quarta illatione, *num: 422, & n. 426.*

Et

433 Est autem recursus interponendus infra decem dies, sicut appellatio, nam in hoc appellatio & recursus æquiparantur, *Auth. quæ supplicatio, in princ. C. de prec. Imper. offer.*

434 Sed videtur adversari idem text. in fine, ubi sentiens se gravatum, potest infra biennium
435 supplicare.

Pro concordia, Aut quis petit recursum infra decem dies, & tunc Sententiæ executio retardatur, nisi Pars, quæ illum obtinuit, fidejussorem præstiterit de tantumdem restituendo, cum legitimis argumentis, quantum fuerit in condemnatione in casu succumbentiæ, & ita procedit principium dicti textus, Aut quis petit recursum post decem dies, & tunc nec executio retardatur, nec hujusmodi fidejussio præstatur, & ita procedit finis dicti textus, *Bart. in d. Aut. quæ supplicatio, nu. 1.* & ibi *Ias. n. 8, C. de prec. Imper. offer. Lancell. de Attent. appell. pend. limit. 50, n. 59, & seq. ubi de communi.*

436 In Curia tamen Gubernatoris Urbis in causis inappellabilibus, ut supra, recursus est interponendus infra decem dies, non suspendit executionem, donec fuerit citata Pars ad dicendum contra recursum, & Judex ad quem, illum admittendo, inhibuerit, *Sixt. V. const. 74. In sublimi, §. recursus, secundum antiq. impress. Paul. V. const. 71. Vniversi agri, §. recursus.*

Idemque in aliis Tribunalibus Urbis, in quibus, ut supra, recursus datur, ex identitate rationis observat Praxis, & Curia.

437 Nam quoad tempus exercitii, & determinationis causæ, recursus regulatur iisdem modis, quibus appellatio, cui assimilatur, *Menoch. de arbitr. q. 70. n. 26, lib. 1.* cum aliis cumulatis per *Scacc. de Appell. q. 19, remed. 3, n. 24.* nisi reperiatur expressa differentia, *Rolan. cons. 94, num. 93 vers. sed præmisso, lib. 1. Capyc. dec. 28, n. 11. Scacc. de Appell. d. q. 19, remed. 3, n. 24.*

De appellationibus autem satis diximus supra *p. 1. c. 13.* ideo ad ibi dicta me refero.

438 Denique observandum est, quòd licèt ab omnibus Judicibus Romanæ Curiæ (Vicario, Gubernatore, Senatore, & Judicibus Capitolinis exceptis) appellatur ad A. C. juxta ejus notorias facultates, cùm tamen causæ hujusmodi etiam appellabiles, introducantur coram eo per viam recursus, juxta notoriam Praxim superiùs traditam *n. 26, & seqq.* hic nihilominus in causis appellabilibus minùs propriè recursus, magis verò propriè appellatio dici debet, & ob id iisdem omninò modis, quibus appellatio, regulari, ut indies Praxis observat.

C 439 In secunda instantia Termini substantiales omnes observantur ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui servatur ad octavam diem, *Auct. Formul. termin. in prin. fol. 2. & fol. 4. Auct. Formul. commiss. in prine. fol 1. Vestr. in Prax. lib 5, c. 3, & c. 4, cum aliis allegatis sup. p. 2, c. 1, n. 102. & n. 106, & seqq.* de qua Praxi testatur etiam *Salust. Tib. lib 2. c. 24, n. 4.*

440 Sed in Tribunali A. C. solent etiam servare, prout in prima Instantia, & altero ex dictis modis servati, in omnem eventum sanantur postea per restitutionem eorumdem in citatione ad Sententiam, *Salust. Tiber. in Prax: lib. 2: c. 24, n. 43* quæ sanatio transit sine difficultate ex quotidiana observantia Praxis & Curiæ.

441 Veruntamen in causis à ducatis ducentis infra, etsi non serventur termini substantiales in tribunali A. C. cùm ipse possit, etiam in secunda Instantia, vel alia, in causis virtute appellationis coram eo, uti Judice ordinario, ut suprà, introductis, procedere terminis non servatis, *Paulus V. const. 28, Eximiæ, §. eas videlicet.*

442 Hoc nihilominus non procedit in causis Cõmissariis coram eo, uti Judice delegato introductis virtute Commissionis, in quibus servandi sunt termini substantiales, nulla paucæ summæ habita ratione, etenim tunc jurisdictio ordinaria efficitur delegata, *Sal. Tib. d: lib. 2: c. 24,*
443 *n. 16, vers. hoc unum,* & † jurisdictio delegata derogat ordinariæ, *cap: sanè, il. 2, de offic: deleg. cap. studuisti, de offic. Legat.* ac jurisdictio delegata uti major attenditur, *Bucca in ejus antiq. prax. Tribun.* A. C. quem refert & sequitur *Salust. Tiber. d: lib: 2, c: 24, n. 17.*

444 In tertia verò demum, & ulteriori instantia omnes termini servantur ad p. excepto termino ad articulandum, qui servatur ad sextam, juxta praxim, de qua supra *versic: in tertia verò, n. 71. ex præallegatis, n. 439, ac p. 2: c. 1, n. 103. & n. 106. & seqq.* ubi de terminis substantialib⁹ latius dictum fuerit, ideò ad ibid. dicta me remitto.

445 Si quis tamen in tertia, vel ulteriori Instantia terminos servaverit, prout in prima, vel prout in secunda, sicut nonnulli faciunt, in omnem eventum per eorum reiterationem, ut diximus supra, omnes eorum defectus sanantur, & ita in dies observat Praxis, & Curia.

D De Inhibitione et in causis commissariis satis diximus supra, hoc eodem *c. 5. lit: A, n. 183, & seq.*

Observatio.

446 Sententia confirmanda, quia valida, & justa. Validitas non controvertitur, etenim ex revolutione Actorũ constat de jurisdictione, citatione, mandato, & aliis necessariis, de quibus per *Verall dec. 260. p. 2, Rot. dec. 289, n: 1, p 1, recent.*

447 Justitia est clara, quia dos datur pro oneribus matrimonii, unde, illa non soluta, debentur marito fructus, & interesse toto tempore matrimonii, *l. pro oneribus, ubi DD: C de Iur. vot: ct salubriter,* & ibi DD. *de Vsur: de magis communi, Alex: cons. 147, lib: 5, Seraph: dec: 517, nu. 1, & seq. Greg. dec: 80, n. 4, & passim tradunt Scribentes.*

448 Qui quidem fructus, seu interesse ad quinque pro centenario, ut per *Monach: dec: Flor. 223 n. 21, & dec. 39, n. 3.* ubi de stylo Rotæ Florentinæ testatur, & quandoque ad septem, & octo pro centenario taxantur, *Ang. & Ponc.* quos refert, & sequitur *Neviz. cons. 84, n. 2.*

449 Non obstat, quòd non intervenerit interpellatio judiciali: Tum quia † quia substentatio onerum matrimonii habet vim interpellationis,
450 *DD. in l. d. divisione, ff sol matr.* Tum † quia dies & juramentum interpellant, *Rota in Romana fructuum dotis de Cenciis 17 Ianuarij 1597. in §. neque hic quærendum est, coram bo. me Orano. quæ est dec. 81: post Fenzon. ad Stat. Vrbis, & in Rom. fructuum dotis de Cassis, 19 Octob. 1598. coram eodem.*

451 Nec etiam facit, quòd maritus vivens non petierit dictos fructus, quia transmisit jus petendi

illos in ejus hæredes, *Dec. conſ. 571, n. 3, & ſeqq. Natt. conſ. 495, n. 1: & ſeqq. Alex: conſ. 63, lib: 4,* & ita fuiſſe judicatum Florentiæ, teſtatur *Card. Tuſc: lit: D: concluſ. 741, n. 117, tom. 2. Gratian. diſcept: n. 42, & n. 44, Rot. in Romana fructuum dotis 23 Junij, 1642. coram R.P. D. Bichio.*

452 Minus obſtat lapſus decennii, Tum quia matrimonium non duravit per decennium, *Dec. conſ. 517, n. 6, verſ. ſed in caſu iſto, Natt. conſ. 495, n. 3.* Tum etiam, quia petuntur fructus propter onera matrimonii, titulo oneroſo, quo caſu elapſus decennii non ſufficit, *Alex. d. conſ. 16 li. 4. Dec: conſ 571, n. 6. Natt. conſ. 495, n. 4. Grammat: dec: 70, n 5. Rot. in Romana fructuum dotis de Ceſiis, 19 Octobris, 1598, coram bon. mem. Orano.*

453 ubi † etiam in fine dicitur, quòd ex lapſu temporis non cenſetur facta remiſſio, niſi concurrant tria requiſita, de quibus in *l. Procula, ff. de probat.* quæ in præſenti caſu non concurrunt.

454 Et licèt ſoluto matrimonio, fructuum dotis curſus ceſſaverit ad favorem Uxoris viduæ, & ejus Filiorum Hæredum, ut infra, nam illis ab Hæredibus Patris, qui dotem promiſit, adhuc debentur fructus dotis non ſolutæ toto tempore ſuæ Viduitatis, & poſtea ſuis Hæredibus, donec dos fuerit ſoluta, cùm enim verſemur in dote promiſſa à patre filiæ excluſæ à ſtatuto propter maſculos, ſoluto matrimonio, ſi fructus dotis non debentur uti fructus, ſaltem debentur uti alimenta, donec dos ſolvatur à patre, vel ejus hæredibus uti fructus legitimæ, ex cumulatis per *Rot. in Rom. fructuum dotis de Cenciis, 27. Januarij, 1597, coram bon. mem. Orano, quæ eſt dec. 81. poſt Fenzon. ad ſtatut. Vrb.* ubi quòd dicti fructus debentur mulieri, vel ejus filiis, & in *Rom. dotis de Vellis 10. Decembris 1600. coram bo. me. Litta, quæ eſt deciſio 84, poſt eumdem Fenzon. ad Stat. Vrb. & in Romana fructuum dotis de Ceſiis, 19, Januarij, 1598, coram bo. me. Orano, quæ eſt dec: 86, poſt Fenzon. ubi ſupra.*

455 Quæ quidem alimenta ſunt Judicis arbitrio taxanda, ad trad. per *Monac. de arbitr. caſu 169, n. 7, & ſeqq.* & ſic habitâ ratione gradus, & nobilitatis mulieris, & divitiarum ejus Fratrum debitorum; nam licèt regulariter pro alimentis ſufficeret minor ſumma, tamen Nobili non minus, quàm ſcuta centum auri annua debentur, *Paul: de Citt: de Iur. pat: p. 2: art. 3. n. 6. Pontan. de Alim: c. 7, n. 3.*

456 Et in Curia tam ex diſpoſitione Statuti Urbis, quàm ex antiqua, & inveterata conſuetudine, fructus dotis, ſeu alimenta hujuſmodi, tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio taxari ſolent ad rationem ſcutorum ſeptẽ cum dimidio pro quolibet centenario, *Rota in Romana fructuum dotis de Cinciis, 27. Januarij, 1597. coram bo. me. Orano, in ¶. quocirca, & 3. neque etiam, quæ eſt dec. 86. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb.*

457 Et cùm iſti fructus ſint favorabiles, & illis faveat Ius Canonicum, utiq; Statutum ſuper illorum taxatione, & ſolutione eſt validum, ex cumulatis per *Rotam in d. Romana fructuum dotis de Ceſiis in §. nam iſti fructus, quæ eſt dec: 86. poſt Fenzon. ubi ſupra.*

458 Quinimò in fortioribus terminis cum ſimus in caſu, in quo Filia dotata eſt excluſa à ſucceſſione Patris à Statuto propter Maſculos, dos ſuccedit loco Legitimæ, juxta diſtinctionem, *Caſtr.* communiter approbatam in *l. Titio centum, ¶. Titio genero, nu. 8. in fin. ff. de condit. et de monſtr. Gabr. conſ. 11. n. 4. & n: 5 lib: 1: Seraph: dec: 959: n. 5 Rot: dec: 540: n: 1: ubi de communi, p: 1: diverſ: & in Triburtina Hæreditatis, 26: Maij: 1642: coram R: P: D: meo Bichio, in ¶. adeò quod ubi de magis communi, Gregor: dec: 565: n: 4:* cum aliis cumulatis per *Beltram: ibi ſub n: 11:*

459 Et per conſequens, quicquid dixerit *Bald:* etiam ſi illa fuiſſet poſtmodum defuncta, cenſeretur tranſmiſſum ad ejus Hæredes, non ſolum jus dictæ Legitimæ, ſed etiam alimentorum uſque in diem ſolutionis ejuſdem dotis, ſeu Legitimæ, *Roder: Suar: in repet: l: quoniam in prioribus, ad declarat: leg: Reg: lim: 2: n: 12: verſ: infero etiam aliam, C: de inof: Teſtam: ſeù ad leg: 9: tit: 6: lib: 3: Forileg: lim: 2: n: 12: verſ: infero, Lopez: in rep: cap: per veſtras in 3: not: ¶: 24: n: 7: verſ: et ſubdit de don: inter Vir, et Vxor, Molin: de Primog: Hyſpan: lib: 2: c: 15; n: 10, Surd: de Alimen: tit: 5, q: 1, n: 31, Cucc: de Legit: ¶. poteſt præterea non ab re, verſ: et in his quidem, Gratian diſcep. 44. n. 7. vol. 1.*

460 Et quod d. jus Legitimæ tranſmittatur cum aliis effectibus Legitimæ poſt alios, quos cumulat tradit, *Gratian. diſc. 700. n. 29. et n. 30. et diſcept. 88. n. 36.*

461 Et quod jus Legitimæ tranſmittatur etiam in Hæredes extraneos, tradit *Gaill. obſerv. 120. n: 17 verſ: ſed verior, et communior, Gratian: diſcept: 594 n: 12: ubi alios cumulat.*

462 Ratio eſt, quia Legitima debetur una cum fructibus, etiam abſque mora, *Gaill: d: obſer. 120*

463 *n: 14, et ſeqq: lib: 2.* ubi † quod hæc opinio eſt ab omnibus approbata, *Benintend: dec. 37: n: 9* & dos, & alimenta æquiparantur, *Surd: de alim. d: tit: 5: quæſt: 1, n: 31. et ſeq: Cephal: conſ: 485, n: 87, et ſeqq: Rota dec: 538, n: 2. par: 1, diverſ: et dec: 249, n. 1, p: 2, recent.*

464 Nec refragatur *d: deciſ: Rom. Dotis de Vellis,* in qua fuit reſolutum, deberi fructus dotis D. Virginiæ Cinciæ, & DD. ejus Filiis de Vellis, uſque ad obitum dictæ Virginiæ, Quia eo caſu non poterant amplius currere fructus, ex quo, mortua Virginia, dos fuit ſoluta ſtatim, & reſervatum, ut videretur an fructus deberentur, in qua fuit, ut ſupra, fructus deberi, deciſum.

465 Nec etiam adverſatur, *Rota in Rom. Fructuum dotis 12. Maij 1625. coram bon. mem. Coccino Decano, quæ eſt deciſ. 91. apud Fenzon. ad Stat. Vrbis,* dum ibi fuit reſolutum mortua Uxore non currere amplius ad Mariti favorem fructus dotis, etiam ſi adſint Filii. Quia ibi non agebatur de dote promiſſa à Patre Filiæ excluſæ à Statuto propter Maſculos, nec dos, & alimenta ſuccedebant loco Legitimæ, ut in præſenti caſu, ex præallegatis.

LAUS DEO.

LITE-

LITERAE APOSTOLICAE DIVERSORUM SUMMORUM PONTIFICUM.

Privilegium Curialium, seu Officialium Sedis Apostolicæ obsequiis existentium, aliorumque pro eorum negotiis ad eamdem Sedem venientium, & apud eam commorantium, & indè recedentium, ne interim extra Romanam Curiam conveniantur.

Hæc Bulla est inter extravag. commun. nec.

EUGENIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DIvina in eminenti Sedis Apostolicæ specula disponente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per Officiales prædictæ Sedis obsequiis ejus, ad quam veluti Fidelium omnium matrem, pro animarum salute quærenda, & justitia consequenda, de diversis mundi partibus confluit multitudo, turius, & quietius se promptiores valeant exhibere.

Privilegium de quo in rubric.

§. 1. Hinc est, quod Nos ex certis rationabilibus causis moti, etiam nonnullorum Prædecessorum nostrorũ vestigiis inhærentes, districtius inhibemus locorum Ordinariis, necnon commissariis, & Delegatis eorum, cæterisque universis, & singulis, quacunque potestate, & authoritate præfulgeant, cujuscumque dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra Officiales præfatos, quocunque nomine nuncupentur, in nostris, & dictæ Sedis obsequiis, nunc, & pro tempore existentes, necnon quoscunque alios pro suis, & eorum causis, & negotiis prosequendis ad Sedem prædictam venientes, aç in ea (durante negotiorum, & causarum hujusmodi prosecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut privationis Officiorum, vel beneficiorum, seù quamvis aliam sententiam promulgare præsumant. Nos enim omnes, & singulos processus, ac sententias contra tenorem, & mentem nostræ inhibitionis hujusmodi latas, & habitas, ac in posterum habendas, & promulgandas, & quæcunque inde secuta declaramus nulla, irrita, & inania nulliusque extitisse, vel existere roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum, & inane.

Pœna adversùs eorum perturbatores.

§. 2. Et nihilominus in omnes, & singulos Ordinarios, ac officiales, Comissarios & Delegatos eorum, qui se de dignitatibus, aut beneficiis Ecclesiasticis quibuscumque Officialium, aut negotia hujusmodi apud d. Sedem prosequentium prædictorum, eos illis forsan privando, aut privatos decernendo, vel declarando, seu cujuscunque privationis, prætextu illa personis aliis conferendo, seu de illis in eas quomodolibet intromiserint, tàm in dantes, quàm in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos incurrere ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia absolvi nequeant nisi à Nobis, vel per Nos deputandis præterquàm in mortis articulo constituti.

Hæc affixio non invenitur, sed ejus observantia est notoria, & confirmatur in aliis Bullis, Derogatis contrariorum.

§. 3. Præmissa autem à die affixionis præsentium ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ex certa scientia quotcunque ligare volumus, & arctare.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, & in quibuscunque generalibus, & provincialibus, vel synodalibus Conciliis editis constitutionibus, & ordinationibus, ac privilegiis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet, vel differri, etiam si de illis eorumque totis tenoribus habenda esset Præsentibus mentio specialis, & qua præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Sanctio pœnalis.

§. 5. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, declarationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

D. F. An. 3. 1. Id Martii 1481.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, Octavo idus Martii, Pontificatus nostri Anno secundo.

Iurisdictio, & Facultates Camerarii, & Clericorum, ac Reformatio Tribunalis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

PIUS EPISCOPUS SERVUS Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. ROmanus Pontifex, Christi Vicarius, uti prudens paterfamilias, providè animadvertens, in agro dominico multam messem, & multos jam operarios esse, ut opus Domini rectè, & sine confusione adimpleatur, singulis curas partitur, & officia distribuit, ac ne quis muneris sibi commissi limites excedat, aut in alterius messem falcem imponat, solerti studio, & diligentia providet, sicuti pro felici ipsius agricultura, & directione in Domino conspicit salubriter expedire.

Studium Papæ reformandi ejus Curiam. §. 1. Sanè postquam Nos sacrum Oecumenicum, & generale Concilium, pro extirpandis hæresibus, & Christiani populi moribus emendandis, in Civitate Tridentina celebrandum indiximus, prout illud, Divina favente gratia, frequentissimo Prælatorum conventu jam feliciter congregatum extitit, & suos salutares progressus habere cæpit dum Concilium ipsum generali totius Ecclesiæ reformationi diligenter incumbit, Nos Curiæ nostræ, ac illius officiorum, & Tribunalium peculiari correctioni animum adjecimus, & à S. Pœnitentiariæ officio, in quo salus præcipuè vertitur Animarum, initio sumpto, illius reformationem feliciter absolvimus.

Causa hujus reformationis. §. 2. Nunc verò Cameræ nostræ Apostolicæ Tribunal tanquam reliquis totius Curiæ dignius, & excellentius, in quo non solum patrimonii Beati Petri, sed universorum Fisci Apostolici jurium conservatio, & administratio versatur, direximus oculos nostræ mentis, animadvertimusque in eamdem Cameram, pro superiorum temporum licentia, & incuria, pleraque negotia extra propriam ipsius tribunalis naturam, tàm circa ditioni ecclesiasticæ in temporalibus subjectas, quàm reliquas totius Christiani Orbis provincias, irrepsisse, per quæ Camerarii nostri, ac Præsidentium, & Clericorum ejusdem Cameræ studia à propriis, & peculiaribus eorum curis distrahuntur, aliorumque tribunalium, & officiorum dictæ Curiæ, ac totius Ecclesiastici Status jurisdictio, cum magno Fisci nostri, ac Partium litigantium detrimento, & reliquorum Christi Fidelium scandalo, confunditur, & impeditur. Idcirco ad tollendos abusus hujusmodi, & ut Camerarius, ac Clerici, & Præsidentes prædicti eorum proprio muneri commodius, & diligentius intendere vareant, Habita super his cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & dilecto filio nostro Guidone Ascanio S. Maria in Via lata Diac. Card. de Sancta Flora nuncupato, moderno Camerario nostro, ac dilectis filiis Præsidentibus, Clericis d. Cameræ, ejusque Notariis auditis, & eorum facultatibus, & juribus diligenter inspectis, omnibusque maturè consideratis, de eorundem Fratrum consilio, Apostolica authoritate, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Camerarius, & clerici, causas Fisci interesse concernentes, & non alias causas privatorum cognoscant. Et se abstineant &c. §. 3. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus prædicti Guido Ascanius Cardinalis, ac pro tempore existentes Camerarius, ac Præsidentes, & Clerici, Fisci nostri negotiis diligenter incumbant, utque illud liberius & facilius facere, & exequi possint causis inter Fiscum nostrum, & Privatos juxta propriam eorum tribunalis naturam contenti sint, & propterea à cognitione causarum inter Privatos, etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Ecclesiæ ad Sedem Apostolicam interpositæ, omnino abstineant, nisi causæ à negotiis fiscalibus dependeant, aut ab illis originem trahant.

Commissionibus causarum. §. 4. Similiter abstineant à Commissionibus, & avocationibus causarum, necnon literis monitorialibus, & inhibitoriis, ac sequestrationibus, & aliis hujusmodi, ubi non agitur de interesse Fisci, etiam in Terris Ecclesiæ, cum hæc ad Signaturam nostram spectare noscantur, & aliàs ordo judiciorum multipliciter confundatur. Permittimus tamen illis pro minori Pauperum dispendio, ut causas appellationem à sententiis diffinitivis, vel earum vim habentibus interloquutoriis, inter quadraginta milliaria ab Urbe in rebus minimis, & prophanis, summam vigintiquinque ducatorum non excedentibus, de quo dispositivè mentionem facere teneatur, per simplices litteras aliàs juxta formam juris committere possint.

Alienationumque bonorum Eccl. Tu vide majorem prohibitionem Pii V. §. 5. Interdicimus etiam illis commissiones alienationum de bonis Ecclesiasticis in forma, quæ dicitur, Si in evidentem, pro rebus quarum redditus annuus summam quinque ducatorum auri de Camera excedat, de quo redditu similiter expressa mentio in dispositiva litterarum habeatur, & commissiones hujusmodi semper Ordinario loci, & alteri Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ conjunctim committantur, Et si de ipsius Ordinarii interesse, vel præjudicio agatur, tunc loco ipsius committantur Metropolitano, si res ad ipsum Metropolitanum pertineat, Ordinario viciniori, & nunquam similes commissiones concedant quando agitur de alienatione jurisdictionum vel Vasallorum ad Ecclesiam quovis modo pertinentium.

Absolutionibus à delictis &c. §. 6. Insuper nè delicta impunita remaneant, ab absolutionibus, & remissionibus delictorum quorumlibet, etiam levium, aut illarum commissionibus, necnon salvis conductibus pro delinquentibus etiam de

de delictis extra Terras Ecclesiæ commissis omnino abstineant.

Moratoriis. §. 7. Et similiter à moratoriis, dilationibus nisi ad modicum tempus, & non ultra mensem, ac data idonea cautione, & pro his Debitoribus tantùm, qui aliam dilationem non obtinuerint.

Hebræorum tolerantiis. §. 8. Hebræis verò tolerantias, aut alia privilegia, præjudicium Christianorum quomodolibet concernentia.

Extractionibus. §. 9. Et quibusvis personis, frumentorum extractione, aut aliorum victualium ex Urbe, vel aliis Terris Ecclesiæ.

Represaliis. §. 10. Et tàm in illis quàm extra eas ad cujusvis instantiam, Repressalias etiam pro debitis fiscalibus, nisi de particulari, & expresso mandato nostro, aut Pontificis pro tempore existentis.

Possessione Beneficiorum &c. §. 11. Necnon literas Camerales pro adipiscenda possessione Beneficiorum ecclesiasticorum, etiam nobis & Sedi Apost. reservatorum, & prorogationem temporis ad expediendas literas Apostolicas quarumcumque gratiarum, aut ad solutionem annatarum, vel aliorum jurium Collegio Cardinalium, aut Officialibus debitorum minimè concedere valeant.

Vectigalib. §. 12. Caveant etiam ab impositione, vel augmento vectigalium, seu datiorum, vel illorum diminutione, aut alteratione ex quacunque causa, etiam publicam utilitatem concernente.

Spolia clericorum. §. 13. Sed nec Spolia Clericorum decedentium, aut decimas, vel alia regalia, aut credita fiscalia, in toto vel in parte donare, vel remittere possint. Commissarii verò ad præmissa exigenda, & recuperanda non nisi idonei, & probatæ vitæ, nullum habentes in ea re interesse, constituantur, qui etiam jurejurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio fideliter, & diligenter exercendo, astrigantur.

De Clericorum jurisdictione. §. 14. Clerici vero Cameræ, cùm nullam jurisdictionem ut singuli, sed tantùm collegialiter, & in plena Camera habere noscantur, nihil expediant privatim, & singulariter, nec aliquas litteras, aut patentes de quacunque re subscribant, nisi ex commissione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clarè & distinctè proponi ac in libro propositionum annotari debeant.

Notariorum munere. §. 15. Notarii in expeditionibus & scripturis desuper conficiendis, de propositione, & commissione hujusmodi mentionem expressè habere teneantur.

Indultis circa spiritualia. §. 16. Sed & tàm Camerarius, quàm Clerici ipsi ultra prohibita in præsenti reformatione, à quibuscunque licentiis, gratiis, & indultis de rebus spiritualibus in forma gratiosa, vel commissaria, etiam cum clausulis justificativis, & aliàs, tàm in Terris Ecclesiæ, quam extra illas, omnino abstineant.

Expeditionibus. §. 17. Et similiter à quibuscumque aliis expeditionibus, quæ sibi ratione suæ ordinariæ jurisdictionis propter publicam utilitatem, vel aliàs expresè per litteras suarum facultatum concessæ non reperiuntur. Nec prætextus consuetudinis, aut quasi possessionis etiam antiquissimæ & immemorabilis in similibus concedendis eis suffragetur, etiam si consuetudo, & quasi possessio hujusmodi per litteras aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint.

Notariorum autoritas imminuitur. §. 18. Notarii verò Cameræ abstineant ab extorsionibus & indebitis exactionibus, utpote pro obligationibus solvendi annatas quæ tamen in promptu solvuntur, prout hactenus usurpatum esse accepimus, & aliis hujusmodi, super quibus, & aliis per præsentes statutis & prohibitis, Camerarius, ac ejus Vicarius diligentem inquisitionem adhibere, & delinquentes condignis pœnis pro modo culpæ punire debeant.

Camerarii & Clericorum officia pro tempore Sedis vacantis. §. 19. Sede autem Apostolica vacante, officium Camerarii, quod per constitutionem piæ mem. Clementis Papæ V. etiam prædecessoris nostri in Conc. Viennen. editam, durare decernitur, ita durare declaramus, ut tam ipse Camerarius, quàm Præsidentes, & Clerici, ac Notarii prædicti non solum ea, quæ præsenti constitutione prohibentur, & quæ Pontifice vivente etiam pro ejusdem Pontificis reverentia, aut aliàs quomodolibet exercere, & expedire non consueverint, minime usurpent, sed tantùm exactioni pecuniarum Cameræ Apost. debitarum, ac illarum reservationi, necnon provisionibus ratione Sedis vacantis necessariò faciendis incumbere, & propterea à solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, vel novatione, ac taxationum solidatione, & quibuscumque aliis expeditionibus, tàm gratiam quàm justitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus, omnino abstinere debeant.

Contravenientium pœna. §. 20. Districtius inhibentes præfato, ac pro tempore existenti Camerario, in virtute sanctæ obedientiæ, Clericis verò, ac Notariis, & aliis Officialibus, & eorum ministris quibuscunque, sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon privationis Officiorum, & beneficiorum quorumcumque per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliisque Nostri, & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrii pœnis, nè de causis, negotiis, ac expeditionibus per præsentes interdictis etiam prætextu quorumvis privilegiorum, & indultorum eis quomodolibet concessorum, aut consuetudinis, vel quasi possessionis hujusmodi se intromittere quoquomodo audeant, seù præsumant.

Annullatio aliter gestorum. §. 21. Decernentes quascunque concessiones, commissiones, & expeditiones ab illis, & à dicta Camera deinceps contra præsentium tenorem pro tempore forsan, quod absit, attentatas, etiam si illas vivæ vocis oraculo emanasse, asseratur, nihilominus nullas, & invalidas, ac extortas, & subreptitias fore, & esse, ac censeri, Neminique

que propterea suffragari posse.

Clausula sublata.

§. 22. Et ita per quoscumque locorum Ordinarios, ac Judices, & Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Rom. Ecclesiæ Cardinales, etiam Provinciarum ac Terrarum ditionis Ecclesiasticæ Legatos, eorumque Vicelegatos, Gubernatores, & alios Officiales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 24. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, Privilegiis quoque, indultis, ac facultatibus eisdem Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac de Fratrum eorumdem consilio, & assensu, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in genere, vel in specie, & aliàs quomodolibet etiam per piæ mem. Martinum V. Eugenium IV. Innocentium VIII. & prædictum Leonem X. & Paulum III. ac Julium etiam III. & alios quoscumque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac forsan etiam Nos concessis, approbatis, & innovatis, ac decretis, & censuris in illis appositis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, & quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Forma & effectus publicationis.

§. 24. Ut autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, & eos quorum interest, vel interesse poterit omnino afficiant, volumus, & mandamus illas in Palatii nostri, ac Cameræ Apostolicæ valvis, & acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod temporis spatium relicta ibidem earum copia, affixas detineri, ut ii, quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, nullam possint excusationem prætendere, vel allegare, quod ad ipsorum notitiam non pervenerint, cùm non sit verisimile, apud eos incognitum remanere, quod tam patenter publicatum fuerit.

Sanctii papalis.

§. 25. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Nostrorum statuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverint incursurum.

Dat. P. A. 3. die 27. Maii

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, sexto Calen. Junii Pont. nostri Anno tertio.

Reformatio Tribunalis, & Officialium Rev. Cameræ Apostolicæ.

PIUS EPISCOPUS SERVUS Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Hic Pont. pro reformatione gregis Dominici, celebrari voluit Concil. Trident. ut in ejus const. 63 fol. 104.

CUM inter cæteras animi curas, quibus in hac præcelsa Beati Petri sede, meritis licèt imparibus, constituti, quotidie sollicitamur, illa vel à primordiis assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem præcipua fuerit, ut universum gregem Dominicum fidei nostræ commissum, ad illicita valde proclivem, pro Nobis injuncti muneris officio, in viam salutis reduceremus, ejusque rei gratia, sacrum Oecumenicum, & generale Concilium in Civitate Tridentina indicendum, celebrandum, & Deo favente absolvendum convenimus.

Romanam Curiam & ejus officia reformavit ut in multis const. præcedentium.

§. 1. Et propterea, ne dum foris de reformandis in universali Ecclesia moribus tractabatur, interim ipsam morum censuram domi, videlicet apud Sedem ipsam, detrectare, causamque Curiæ Romanæ, & Almæ Urbis nostræ, in qua Sacerdotii principatum, & Christianæ Religionis caput, unde merito universi Christi Fideles, rectæ Catholicæquè vitæ sumerent exemplum, divina instituit providentia, protelare videremur, quinimmo, ut à domo nostra judicium inciperet, Curiam ipsam, ac præcipuo illius Magistratus, ordines, & officia multis excessibus, & corruptelis, quæ vesana Hominum libidine in eam sensim irrepserant, summis tum studio tum diligentia repurgaverimus.

Ejusque Cameram ut in const. 55. Romanus fol. 74.

§. 2. Et inde animum nostrum ad Cameram Apostolicam, ad quam negotia locorum omnium totius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Status, assiduè confluunt, ejusque Tribunal, quod sivè jurisdictionis antiquitate, & auctoritate, sivè rerum gerendarum excellentia, sive Virorum amplitudine, cæteris in eadem Curia præstat, intendentes

multa

multa, quantum tulit temporis ratio, circa illius jurisdictionem hujusmodi, ac potestatem, & facultatem, nec non dilectorum filiorum Notariorum, & aliarum personarum suarum statum, & directionem salubriter ordinaverimus, prout in aliis literis nostris desuper confectis, plenius continetur.

Hanc d. Cameræ reformationem prosequendo omnia ejus privilegia quatenus huic reformationi non sint contraria confirmat.

§. 3. Nos semel incæptum reformationis hujusmodi negotium, Domino cooperante, diffusius prosequi, nec tamen ex iis quæ pro ipsius Cameræ, & pro tempore existentis, Ecclesiæ Romanæ Camerarii nec non Clericorum, & reliquarum Personarum dictæ Cameræ statu, directione, ac aliàs ibi hactenus salubriter instituta, & concessa fuisse reperiuntur, quicquam detrahere, sed his immotis in sua firmitate permanentibus, ea solum, quæ experientia, vel deesse, vel obesse probavit, opportunè juxta rerum exigentiam supplere, & emendare volentes. Nec non omnium, & singularum constitutionum, tam generalium quam specialium, in favorem dictæ Cameræ editarum, ac quorumcumque privilegiorum, facultatum, gratiarum, concessionum, litterarum, & indultorum, illi, ac præfatis Camerario, & Clericis, eorumque Collegio, & Personis, per felicis recordationis Gregorium IV. Bonifacium VIII. Urbanum VI. Martinum V. Eugenium III. Sixtum etiam III. Innocentium etiam VIII. Julium II. Leonem X. Paulum III. & Julium similiter III. ac alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam motu proprio, & ex certa scientia concessorum, confirmatorum, & innovatorum. Nec non statutorum, & ordinationum, & decretorum Cameræ, ac Camerarii, & Clericorum prædictorum, eorumque Collegii causas, res, personas & statutum concernentium, hucusque conditorum, & ab eisdem Prædecessoribus, vel eorum aliquibus confirmatorum, nec non quarumcunque literarum, & aliorum documentorum desuper confectorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserrerentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, illa omnia, & singula, ac prout ea concernunt reliqua in ipsis litteris, aliisque documentis contenta, quatenus litteris nostris prædictis contraria non sint, nec illarum effectum impediant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, eisque perpetuam, & inviolabilem roboris firmitatem adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus.

Iterat eadem concedit.

§. 5. Et nihilominus eadem præmissa, omnia, & singula Cameræ, Camerario, Clericis, & Collegio prædictis concessa, & indulta, eisdem modis, & formis, quibus ab ipsis Prædecessoribus nostris emanarunt, similibus auctoritate, & tenore, de novo perpetuò concedimus, & indulgemus, ac ab illis statuta, & ordinata, statuimus, & ordinamus, volentes illa perpetuis futuris temporibus, sub censuris, & pœnis in his contentis, inviolabiliter observari.

Clericorum dictæ Cameræ qualitati deferuntur.

§. 5. Cum autem officio Clericatus dictæ Cameræ, quod in ipsa Curia primarium existit, munus potissimum incumbat ejusdem Cameræ res, ritè, & rectè administrandi, jura, & redditus utiliter locandi, contractusque desuper necessarios, & opportunos ineundi, quorum occasione ipsi Clerici Cameræ, Procuratores Patrimonii Beati Petri, rerumque omnium totius Status Ecclesiæ Romanæ hujusmodi Custodes, & Præsides merito nuncupantur. Nec non jus reddendi, & justitiam, tam Fisco, Privato, quam ipsis Privatis, si qua ratione de Fisci interesse agatur, administrandi. In his autem muneribus obeundis, vel temporum malitia, vel antiquorum Clericorum negligentia, vel desuetudine, res Cameralis detrimentum non modicum accepisse noscatur. Hinc est quod Nos, sicut rei magnitudo postulat, ad ulteriorem, etiam in his, reformationem producendum esse censentes motu, scientia, potestatis plenitudine, & tenore similibus, perpetuò statuimus, & ordinamus, quod deinceps, ad ipsa Clericatus Cameræ officia, cùm vacabunt, nulli nisi vitæ, morum integritate præstantes, litterarum scientia præditi, rerumque humanarum experientia insignes, assumi debeant, quorum excellentia, virtute, doctrina, & auctoritate Camera ipsa, & Romanæ Ecclesiæ Status universus rectè gubernari, & latissimum ab eis incrementum suspicere possit.

Cameralis contrahentium Camera participes esse prohibetur.

§. 6. Et ut inde videbatur, dictæ cupiditatis pernicies omninò eliminetur, quod posthac in quibuscumque contractibus super locationibus rerum, & jurium ipsius Cameræ celebrandis, seu partibus, ut ajunt faciendis, nullus Vicecamerarius, Thesaurarius, aut quispiam ex Clericis, & Cameralibus, Assistentibus, Notariis, aliisque Ministris, & Personis dictæ Cameræ, quocunque nomine nuncupatis, illarum particeps existat, quin potius ipsi ab omni quantumvis minimo commodo, & lucro, exinde quomodocumque directè, vel indirectè provenienti, omninò abstineant, quod si eorum aliquem secus fecisse legitimè constiterit, officio suo, ipso facto, perpetuò privatus existat, perpetuaque infamia notetur ac aliis pœnis nostro, nostrique Successoris Rom. Pontificis, pro tempore existentis, arbitrio subjaceat. Qui verò de præterito circa præmissa deliquerit, & pœnis à jure, & constitutionibus à Prædecessoribus nostris super hoc editis, & inflictis, puniatur.

Ad hoc vide Const. 3. Iul. III. fol. 691.

Contractibus Cameræ cum eorum affinib. non interfint.

§. 7. Sed nec quisquam dictorum Vicecamerarii, Thesaurarii, Clericorum, aliorumque Cameralium, & Ministrorum assistentium, vilis contractibus, quos inter Cameram ipsam, & eorum Consanguineos, aut Affines ad quartum usque gradum attinen-

Tu vide d. Iulii III.

tes fieri contigerit, sub mille ducatorum Cameræ præfatæ applicandorum, & alia nostro dictique successoris arbitrio incurrenda pœna, salvis nihilominus constitutionibus antiquis, alias pœnas propter hoc irrogantibus, intervenire, vel alias sese in illis, earumque tractatibus, per se, vel alium, seu alio quomodo immiscere audeat.

Clerici causas propinquorum non cognoscant aut eorum discussionibus non interfint.

§. 8. Causæ verò conjunctorum, & propinquorum alicujus Clerici, ad dictum quartum gradum exclusivè, ipsi Clerico nullatenus committantur, nec quisquam eorum sibi commissas audiat, sed eas, expressa causa, recuset. Nec etiam in discussionibus & decisionibus tàm illarum, quàm aliarum quarumcumque causarum, in quibus aliquod interesse prætendere posset, sivè Clericus, sivè assistens ille sit, ullo modo interesse, nec ullum votum habere, sed statim à dicta Camera, etiam dum causa proponitur, etiam injussus, cum in hoc ignorantiam prætendere non possit, egredi debeat, & si secus fecerit, Clericus per mensem suspensionem ab exercitio, & perceptione emolumentorum sui officii, aliis Clericis applicandorum, ipso facto incurrat, assistens verò jocalium, & regalium exactione aliis astantibus applicanda, ipsiusque Cameræ ingressi trium mensium spacio mulctetur.

Suspicionis causa contra Camerales in Camera approbanda est.

§. 9. Quicunque autem, sive ex Clericis, sive ex aliis Cameralibus præfatis ab aliquo suspectus in causa recusatus fuerit, accusans non nisi expressa suspicionis causa audiri, illaque expressa, absente recusato ut suspecto in Camera discuti, eaque à pluribus approbata, suspectus ipse in hujusmodi causa nullo modo se intromittere, aut interesse debeat, si verò suspicio probari nequiverit, nulla ejus allegata ratio habeatur.

Contractus Cameralium ineundi forma.

§. 10. Et quoniam ubi periculum major intenditur, ibi est plenius consulendum, quod super quibuscunque contractibus Cameralibus deinceps, in perpetuum ineundis, capitula, & conventiones per Thesaurarium Cameræ, pro tempore existentem, vel alium, adquem spectaverit, prius conscribantur, eorumque exempla singulis Clericis, & aliis omnibus Cameralibus per Commissarium ejusdem Cameræ, tribus saltem diebus antequam de negotio tractetur, transmitti debeant, quibus unusquisque seorsum instructus, domi maturè consulere, remque cum cæteris in Camera ipsa conferre possit, ut ibi omnes rectè discernere valeant, ac tum demum ea quæ decreverint statuto die in plena Camera comprobanda, per quempiam alta voce legi debeant, ut solito inter eos ordine servato, cuique licitum sit super unoquoque capitulorum quid sentiat, coram dicere & allegare, & quod inde ipsi Cameræ utile & optimum videbitur, executioni salubriter demandetur. Cæterum ut fraudibus, quæ in hujusmodi contractibus fieri possunt nec non periculis, controversiis, ac litibus obvietur, publicæque utilitati evidentius consulatur, quod hujusmodi capitula quæ sic confecta, & expedita fuerint, imprimi aut scribi, & publicari, ac affigi in locis solitis debeant.

Proventus Cameræ sub hasta licitari debeant.

§. 11. Ac omnia, res proventus, & jura Cameræ juxta formam aliarum literarum à nobis super hoc motu simili emanatarum, quas etiam per præsentes innovamus, sub hasta licitari omninò debeant. Quæ omnia per dictos Vicecamerarium, Thesaurarium, Clericos, & alios supranominatos, sub excommunicationis pœna, non nisi à nobis & Successore nostro, præterquam in mortis articulo relaxanda, exactè servari mandamus. Declarantes vota, & juramenta ipsorum, aliter præstita, eosdem non ligare. Ac contractus, & omnia inde secuta, nullius roboris, vel momenti existere, quinimmò per Cameram quandocumque revocari, & contractus ipsos servata eadem forma, de novo celebrari debere.

Camerales conveniant diebus statutis summo mane in Camera.

§. 12. Cumque fidei curæ, & judicio dictæ Cameræ tamquàm præfatæ Curiæ, & totius Ecclesiasticæ ditionis, nec non ipsius Principis in hujusmodi rebus, & bonis supremo Tribunali, status ipse universus commissus sit, magnoperè laborandum est, ut munus Justitiæ virtutum omnium Dominæ, & Reginæ, ac publici, privatique tutricis optimæ, non solum Imperio, sed etiam majestate, & dignitate fulciatur, tamquàm in bene composito corpore purus sanguis, ita in illa religionis, justitiæ & æquitatis, quasi sanitas perpetuò constet, quod statutis diebus, quibus dicta Camera in Palatio Apostolico, & ubicumque haberi consuevit, quisque in ea interveniens, summo mane, & hora, ab ipsa Camera statuta, sicuti alii benè constituti Magistratus, dictæ Curiæ, convenire debeat.

Cursores debent Cameræ pridie intimare.

§. 23. Cursores verò, jubente ipso Camerario, seu Vicecamerario, ipsam Cameram certis loco, & hora, sive ordinaria, sive extraordinaria fuerit, pridie sub pœna amissionis salarii menstrui, singulis tàm Clericis quàm aliis Cameralibus, personaliter, vel per cedulam domi dimissam, omni tempore prænunciare teneantur.

Abesse non debent Camerales absque licentia Camerarii, vel Decani.

§. 14. Et cum absentia ipsa per se damno, & incommodum maximo omnibus sit, cum non solum rerum gerendarum cursum retardet, sed ipsa quoque negotia in discrimen manifestum constituat, plerumque destituat, quod nullus deinceps, sive Clericus, sive alius Cameralis, ab ipsa Camera sine expressa Camerarii, vel ejusdem Cameræ Decani licentia, impunè abesse possit, excepta publicæ utilitatis, privatæque necessitatis causa, quam tamen absens per Nuncium eidem Cameræ significare debeat. Qui verò id semel, & iterum neglexerit, fructibus, & emolumentis illius mensis, aut localibus, & regularibus, aliis applicandis quæ vel uno ex eisdem contradicente illi nequaquàm remitti, vel condonari possint, &

alia

aliàs ipsius Cameræ arbitrio privari debeat, nec nisi de expressa nostra, aut Successoris nostri licentia, cæteris in Camera significata, ab urbe abesse possit, statutis, & decretis, quæ de absentia Clericorum, & aliorum præfatorum disponunt, integris permanentibus, & per præsentes innovatis. Illis tamen, quæ à Tridentin. Concilio super residentia statuta sunt, salvis, & illæsis manentibus.

Vestibusque hic descriptis Camerales induti stent in Camera.

¶. 15. Clerici autem, & qui aliàs Rochetto, & Cappa utuntur, eisdem in qualibet Camera, reliqui verò solitis vestibus rubeis, & violaceis, nulla deinceps Consistorii habita distinctione, induantur, aliter verò induti excusari, aut admitti non possint.

Missamque audiant, & inde ad Cameram se conferant.

¶. 16. Omnes itaque sic induti, dicta hora, pulsata campanella ad Missam accedant, quæ Decano, & alio Clerico, vel absente Decano, duobus Clericis ad minus assistentibus incipi debeat, eaque peracta præeuntibus duobus cursoribus, omnes Cameram versus tendant, alius post alium servato ordine incedentes, quo quisque commodius ab agentibus, & collitigantibus de rebus pertractandis valeat informari.

Ante causarum propositionem, imperato silentio, Procuratores audiantur.

¶. 17. Ubi verò ad locum propositionum causarum pervenerint, imperato omnibus per Camerarium, seu eo absente, Vicecamerarium, vel Decanum, silentio, Advocati, Procuratores, & alii, quibus id incumbit, causas hujusmodi non turbatè, aut confusè, ut plerumque consuevit, sed singulatim, & ita desertè, reverenter, & sine strepitu proponant, ut ab omnibus commodè intelligi, & à Clerico Mensario, notari possint. Quod si illi à Camerario, seu Vicecamerario, vel Decano semel, & iterum moniti, non obtemperaverint, ad hoc manus deinceps non admittantur.

Notarii Cameræ Procuratores officium non exerceant.

¶. 18. Cumque Notarii dictæ Cameræ turpi lucro inhiantes ex procurationibus causarum, per eumque per eos, vel eorum substitutos, precibus, amicitia, vel pecunia factis, causas ipsas non modo affectare, sed in eis quoque Notarii, & Procuratoris officia in detrimentum partium conjunctim exercere noscantur, quod illi deinceps ab eisdem procurationibus, sub pœna ducentorum ducatorum Cameræ præfatæ applicanda, prorsus abstineant, sed Procuratores causarum, vel solicitatores ipsarum ad eas procurandas duntaxat admittantur.

Causæ miserabilium personarum per procuratorem pauperum in Camera gratis tractandæ sunt, & de Advocato.

¶. 19. Quodque Pauperum, & miserabilium personarum causæ, quarum in dicta Curia quò major est numerus, eò major præsertim quoad impensas ratio est habenda, de cætero à Procuratore pauperum, qui in eodem loco ubi describuntur continuè assistat gratis, & quandocumque voluerit etiam extra ordinem favore paupertatis proponantur. Qui pro eisdem ac consulendum, & informandum advocatum eorundem Pauperum, ut eos in ipsa Camera defendere possit, accedere teneatur, Etsi ab officio suo sic sibi injuncto quoquomodo defecisse, & pariter si advocatus ipse suo officio gratis pro Pauperibus exhibendo, & pro nullo alio, qui contraxerit, aut litiget cum Camera patrocinando, defuisse apparuerit, vice si legitimè impeditus non fuerit, salario trium mensium mulctetur, & si reinciderit in idipsum, officio suo perpetuò privatus existat eo ipso.

Propositiones occurrentes scribendæ sunt per Clericum Mensarium antequam fiat Camera.

§. 20. Clerici autem, cæterique Camerales Cameram ipsam, priusquam omnes propositiones eadem die occurrentes per Clericum Mensarium descriptæ fuerint, non ingrediantur.

Oratio P. Isidori per Clericum novissimum postea legatur.

§. 21. Ipsi verò illis expletis ingressi, cùm sine Dei adjutorio, & Spiritus sancti gratia nihil boni sperandum sit, erecta ad DEUM omnipotentem mente, illiusque, ac Beatissimæ semper Virginis MARIÆ genetricis suæ, advocatæ nostræ, toto corde ab omnibus invocato flexis genibus suffragio, ea oratio B. Isidori Episc. quæ incipit, *Adsumus Domine Sancte Spiritus*, per novissimum Clericum tunc præsentem alta, & intelligibili voce legatur. Qua finita quicunque in plena Camera audiri voluerit, liceat illi eam tunc ingredi ac perloqui, & informare, isque ab omnibus æquo animo, ac benignè audiatur.

Deinde litigantes audiantur.

Camera postea claudatur, & nemo admittatur per cursoret custodes, nisi cum licentia & causarum propositiones pro Fisco vel commissario Camera aut Procuratore pauperum scribantur.

§. 22. Quibus sic ritè peractis, Camera ipsa claudatur. Et quia valdè incommodum quin etiam indecorum videtur, ut postea quisque indifferenter ad tantum Tribunal sine illius Præsidentium licentia admittatur, quod saltem unus ex cursoribus præfatis ante ostium ejusdem Cameræ assiduè maneat, illudque custodiat. Nec quemcumque cujuscunque gradus, & conditionis, nisi prænonito per eum Vicecamerario, seu Decano præfato, indeque deliberato, admittere, vel introducere audeat, sed talis aut licentiam expectare, aut omninò recedere debeat. Cæterum, clausa dicta Camera, nulla propositio, nisi fortè Procuratoris Fisci, vel Commissarii Cameræ, seu Procuratoris Pauperum, quibus jure merito quandoque est indulgendum, ulterius audiatur, neque describatur.

§. 23. Demum cæteris semotis, & quibuscunque sermonibus, & collocutionibus ad res Cameræ minimè facientibus, quæ expeditiones Camerales impedire, vel in longum protrahere consueverunt, prorsus omissis, omnes toto animo ad propositiones audiendas, & decreta facienda incumbunt. Quod ut commodius, & facilius expediri possit, Camera ipsa per duas horas continuas, posito præ oculis horologio, ad minus habeatur, & si negotia exigerint, ulterius producatur, ex qua interim nemo nisi à Papa, seu Cardinale, curam negotiorum gerente, inde expressè evocatus, aut aliqua urgenti necessitate ingruente, egredi debeat.

Monsartius causarum propositiones legat.

¶. 24. Moxque silentio à Camerario, seu eo absente à Vicecamerario, vel Decano omni-

omnibus impoſito, dictus Menſarius de more propoſitiones deſcriptas legat.

Decanus diſtribuat cauſas per turnum non tamen concernentes officia, vel Gubernia Clericorum.

§. 25. Et quo ad eas, quæ diſtributionem cauſarum concernunt, ipſe ſolus Decanus reſpondeat, nec quiſquam illum cauſas diſtribuentem quoquomodo interrumpere vel aliqui dicere audeat, quo uni magis quàm alteri, vel ſibi potius cauſam aliquam committat, ſed cauſas ipſas omnes & ſingulas per turnum diſtribuat, incipiente tamen turno ab eo Clerico, quem Camerarius præſens nominaverit, vel eo abſente ſors educta prætulerit, exceptis cauſis, quarum univerſitas ratione guberniorum diverſorum, vel officiorum quotannis unicuique Clerico diſtribuitur, eiſdem Clericis omninò relinquendis.

Clerici deinde cauſas proponant prævia citatione ad informandum & tranſmiſſa cedula propoſitionis, & ſervatis aliis hic deſcriptis.

§. 26. In cauſis autem expediendis hæc ratio habeatur, ut quæ judicialem indaginem requirunt, nullus Clericorum, niſi prius eis in Camera communicatis, & parte ad informandum citata, audeat illas de cætero expedire. Quo etiam reſcripta omnia etiam manu Papæ ſignata, ac dictæ Cameræ decreta, quibus cognitio cauſarum ipſis Clericis demandatur, niſi in eis dicatur expreſsè, quod per ſeipſum ſolum audiat, & decidat, ita intelligi, aut interpretari volumus, quod ipſe Clericus illas in plena Camera inferre, & de voto omnium expedire teneatur. Verùm ut prolixa litium diſpendia, quo poteſt compendio arceantur, Clericus qui Judex, vel commiſſarius fuerit, cauſam aliquam propoſiturus, partibus prius auditis, diligenter factum diſcutiat, illoque bene, & ſufficienter inſtructo cedulam manu ſua ſubſcriptam parti agenti, & inſtanti contra Fiſcum, vel alium, ſeu Procuratori Fiſci contra partem de more tradat, quà etiam Clericos, & Camerales omnes certiores faciat, ſe hujuſmodi cauſam præſtituto die propoſiturum, ut unuſquiſque in eam intendere, & ad dicendum ſententiam ſuam inſtructus accedere poſſit, dataque ipſa cedula, & Adverſario intimata, Judicibuſque oſtenſa, ſi die propoſitionis per ipſam cedulam ſtatuto adveniente per Fiſcum, vel per partem expeditionem potentem, omnibus Judicibus datæ fuerint informationes, licèt per adverſarium illam diffugientem idem factum non fuerit, cauſæ nihilominus proponantur, diſcutiantur, & ſi id negotium patiatur, etiam altera parte non informante terminentur. Quod ſi unus ex Judicibus in partis, vel Fiſci gratiam odium vel favorem, cauſæ hujuſmodi expeditionem, prætextu quod in ea informatus non ſit, impedire, aut in longum protrahere moliatur, ſi talem conſtiterit informationes habuiſſe, illa pariter ab aliis Judicibus expediatur. Verùm ſi adveniente die propoſitionis, informationes à parte, vel Fiſco expeditionem deſiderante omnibus datæ non fuerint, cùm id illi ad culpam debeant imputari, cauſæ hujuſmodi propoſitio atque expeditio, donec omnes fuerint informati, ſuſpendatur, & interea ſupersedeatur. Et ſi præfato propoſitionis die adveniente, informationes hujuſmodi ab utraque parte omnibus datæ fuerint, Judicibus tamen pro negotii difficultate, & gravitate de cauſa non liqueat, ipſi propoſitionem hujuſmodi ad alium diem differre valeant, idemque eis licitum ſit, ſi altera pars quæ informationem non dedit, docuerit ſe fuiſſe legitimè impeditam, impedimento hujuſmodi ſaltem à majori parte Judicum approbato. Nullus autem qui informationis hujuſmodi acceperit, ſe illas habuiſſe, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, audeat denegare.

Cauſæ propoſitæ ordinatim diſcutiantur, & juxta majorem partem votorum decidantur.

§. 27. Cumque cauſæ ipſæ Camerales, quæ multæ ſunt, & de ſui natura maximam deſiderant celeritatem, niſi certa ratione, & ordine propoſitæ fuerint, nimia expeditionis tarditate, & Partibus, & Cameræ certum, & maximum pareant detrimentum, quod quilibet Clericus ex multis cauſis ſibi, vel ex reſcripto Pontificis, vel ex decreto Cameræ commiſſis, reique cognitionem habentibus, in qualibet Camera, ſervato inter eos ſolito ordine, unam tantum deligat, quæ pro qualitate perſonarum, rei, & temporis (prælatis ſemper Pauperibus, & Viduis) majorem poſtulat celeritatem, & illius ſeriem facti, unde quæſtio, & dubium Partibus dandum eliciatur, fideliter proponat. Eodemque dubio dato, quæſtionem ipſam, ac jura, & rationes partium, prius per eum perſtricta, in alia Camera breviter referat, mox Decanus Camerales primum, deinde Clericos, ab eis exordiens, qui poſtremò in Camera admiſſi fuerint, ita ut ſecundum literas præfati Eugenii Papæ, Decanus ipſe ultimus reſpondeat, de ea re omnes interroget & ad interrogationem illius, Camerales ſcilicet conſulendo, Clerici verò decidendo, ſolum Deum, illiuſque extremum judicium præ oculis habentes, ex ordine ſententias ſuas dicant.

Votis autem æqualibus, ea pars prævaleat cui Camerarius adhæſerit, vel eo abſente, major pars aliorum Cameralium habentium vota conſultiva.

§. 28. Et ne contingat cauſas, & negotia diutius remanere indeciſa, quod quandocunque vota deciſiva fuerint æqualiter diviſa, nec de majori parte ipſorum appareat, tunc illa pars ipſorum, quibus dictus Camerarius vel eo abſente major pars votorum conſultivorum adhæſerit, debeat prævalere, ut hac ratione, & quamplures cauſæ brevi expediantur, & partes ipſæ laboribus, & expenſis ſubleventur. Dum verò cauſæ ipſæ proponuntur, ſuffragia rogantur, & ſententiæ dicuntur, omnes magno ſilentio loquentem audiant, nec quiſquam eum interpellare audeat, ſed expleto ſermone, ſi illum in facto erraſſe cognoverit, tunc liceat errantem humanæ benigneque admonere, ut is ſeipſum corrigere, & alii poſt eum dicturi poſſint eorum opinionem firmius explicare.

Decanus verò remittit ad pontificem cauſas gratia ſo-

§. 29. Si verò aliquam propoſitionem gratiam ſapientem, vel ad juriſdictionem Gubernatoris, ſeu cauſarum Curiæ dictæ Cameræ

pientes, & Gubernatori, Auditori Camera, vel Thesaurario remittit causas ad eos spectantes.

Cameræ Auditoris, vel illius Thesaurarii pertinentem, fieri contigerit, Decanus prædictus, propositione audita, si gratiam concernat, Summum Pontificem adeundum respondeat, reliqua verò ad Thesaurarium, Gubernatorem, vel Auditorem præfatos, prout suæ cujusque jurisdictionis fuerit, veteri more, non autem ad quempiam Clericum remittat, ut hac ratione Partes ab expensis, subleventur, & jurisdictio unicuique conservetur.

Vota aliorum revelantes, panas hic descriptas incurrunt.

§. 30. Cumque nulla major pestis, gravioresque pernicies ex Collegiis proficiscatur, quàm sententiàs, & opiniones aliorum Exteris aperire, unde libertas dicendi, quæ in Judiciis prævalet, eripitur, odia gignuntur, & probis Consultoribus inimicitiæ parantur, quibus humanæ societati, & ipsæ justitiæ quam profitemur, nihil magis contrarium esse constat. Quod quicunque aliorum suffragia, vel suam, aut aliorum sententiam foris patefecerit, & alicui indicaverit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à qua nisi à Nobis, aut Successore nostro absolutionis beneficium nequeat obtinere. Et prima quingentorum, & altera mille ducatorum dictæ Cameræ applicandorum, tertia verò vice aliis gravioribus pœnis, Nostro, & Successoris nostri puniantur arbitrio.

Delinquentes in Camera coerceantur, & Pont. denuncientur.

§. 31. In reliquis aut quoquomodo delinquentes in plena Camera à dicto Decano primum moneantur, deinde jocalibus, & regalibus, Cameræ arbitrio, mulctentur, aliis pœnis specialiter expressis salvis manentibus. Ipse verò Decanus, & eo negligente subsequens Clericus in ordine, statim illos Nobis, vel Successori nostro, sub nostræ vel ejus indignationis pœna, denuntiare teneatur, ut inde à Nobis, vel illo, sicut expediens fuerit, amplius provideatur.

Proponentes causas scripturas secum habeant.

§. 32. Ut autem quisque in dicendis sententiis propriæ conscientiæ melius satisfacere valeat, & ea quæ dicenda sunt ab ipsis fontibus potius hauriantur quàm per rivulos confectentur. Quod Clerici die propositionis per eos faciendæ, acta, & scripturas earum causarum, quas proposituri sunt, necnon dicta Testium, in Camera penes se prompta habeant, quibus controversiæ, quæ in facto ipso plerunque oriuntur, & facilius dirimantur, & causæ ipsæ celerius expediantur.

Decisiones causarum adnotentur à Proponentibus in lib. Decisionum Camera.

§. 33. Et quoniam plerisque necessariæ sunt sententiæ, & conclusiones Camerales quare varia relatio, cum non æquè à pluribus ac ab uno fieri possit, plerunque controversiam movet. Quod uniuscujusque decisionis argumentum sivè substantia statim atque per Cameram absoluta fuerit, ab ipso Clerico proponente, in certo ac proprio libro, decisionum Cameralium nuncupato breviter describi, descriptaque legi, & ab omnibus comprobari, eundemque librum tùm cum alio decretorum ordinariorum penes Mensarium singulo mense custoditi, quo certos, ac fidelis ad utrumque recursus omnino habeatur.

Quæ prius verbo facta in Camera expediendæ sunt, ab omnibus Clericis tunc præsentibus subscribantur, exceptis sententiis, & mandatis, ac expeditionibus concernentibus, efficia Clericorum.

§. 34. Eis vero litteris patentibus, mandatisque Cameralibus, quæ nisi prius facto verbo in Camera expediri prohibuimus, cùm illa de consensu omnium expediantur, pariter ab omnibus Clericis tunc præsentibus subscribantur, sententiis mandatisque pro illarum executione relaxandis dumtaxat exceptis, quæ licèt de voto omnium proferantur, tamen à Clerico Judice, & Commissario tantum subscribi debeant. Quæ verò Clericorum jurisdictionem ordinariam, ac uniuscujusque Clerici propriam, singulis, specialiter demandatam concernunt, ratione guberniorum, quæ quotannis inter ipsos Clericos distribuuntur, ea ab unoquoque, cujus fuerit ea jurisdictio, privatim de more expediantur, Quæ quidem omnia cum hucusque per Substitutos Notariorum, & eos quidem rudes, ac impetitos, & plerunque litterarum ignaros, ad Clericos deferri consueverint, quos nec etiam in causis cognoscendis instruere possunt, ab ipsismet Notariis principalibus, seu à Substitutis eorum, per Clericos approbandis tantum, qui eosdem Clericos de omnibus plenè informare valeant, deferantur.

Administratores rationes reddant; modo & forma hic expressis.

§. 35. Cum autem negotium acceptandi, consolidandique rationes, quæ in Camera quotidie redduntur, quod per manus Clericorum, quorum id est præcipuum munus, non minore labore, quàm periculo continuè versatur, sicut est maximi ponderis atque momenti, ita majori solito debeat cura, & diligentia pertractari. Quod omnes & singuli Thesaurarii, Depositarii, Commissarii, & alii quicunque rerum, & pecuniarum Cameræ Administratores, & Exactores, quovis nomine nuncupentur, de cætero rationes, & computa modo, & forma infrascriptis in eadem Camera reddere, eaque, vera esse, nec habere diversa, jurare omninò teneantur, quacunque consuetudine hucusque servata, quæ potius corruptela est censenda, non obstante. Nec quispiam cujuscunque gradus, & conditionis existat, ad rationes prædictas afferendas, jurandasque per Procuratorem, si præsens in Urbe fuerit, sed per se ipsum tantum admittatur. Absentes verò, & qui infirmitate, aut carceribus, seù aliquo legitimo fuerint impedimento detenti, per eorum Procuratorem speciale ad id mandatum habentem, eidem juramento astringantur. Et nihilominus ad eos sic impeditos, si in Urbe fuerint, Notarius Cameræ mittatur, qui ab eis quoque simile recipiant juramentum, de quo etiam coram Testibus semper rogetur.

Panas autem computa fideliter non reddentium vide in Paul. III. const. 46 fol. 679.

Quæ rationes Notarius ad calculatores defert.

§. 36. Rationes verò illas juratas Notarius ipse rogatus ad Calculatores, seù Computatores rerum Cameræ statim deferat, ut inde ab eis ad Præsidentem, & Thesaurarium quàm primum portentur, & celeriter discutiantur.

§. 37. Cum verò Clericus solidationem

Clericus eas solidet praesente commissario.

computorum, quæ in Domibus Clericorum fieri solent, aggredi voluerit, Cameræ Commissarium ad interessendum solidationi hujusmodi omninò citari facere teneatur, ac in ipsomet Decreto commissionis solidationis post deputationem Judicum expressè addi debeat. Qui Commissario præfato citato, & præsente, ad computorum solidationem procedant, & absque dicto Commissario, quem omninò semper adesse, sub pœna privationis officii, mandamus, non possit ullo modo ullave in causa ad solidationem devenire.

Administratores librum teneant in quo &c.

§. 38. Omnes autem rerum Cameræ Conductores, aliarumque Administratores, & pecuniarum Exactores, librum cotio vel membrana coopertum habeat, in quo aliquibus ex primis foliis in albis dimissis, facultatum litteras, mandata, atque rescripta quæcunque, contractus denique ipsos ad verbum, quibus hujusmodi curæ, & exactioni Præpositi, administrationem ipsam gesserint transcribere, & deindè rationes ipsas modo, & forma infrascriptis conscribere, conscriptas edere teneantur. Quilibet postmodum à Notario Cameræ, ut moris est, recipiatur. Et primò albo folio, nominibus Administratorum, administrationis genere, rationum qualitate, temporis quo redduntur spatio, & jurisjurandi substantia, brevioribus verbis inscribantur. Et subsequenter Præsidens, & Thesaurarius, quid per Clericos Judices in eis animadvertendum sit, annotare, & annotatione ipsas manu eorum propria subscribere debeant.

Rationum redditio ubi describenda sit.

§. 39. Et ut ipsa rationum redditio faciliori cognitione transigatur, earumque consolidatio semper, & ubique justa, & fidelis appareat. Quod hujusmodi rationum justificationes in eodem, si id commodè fieri poterit, sin autem in alio libro, ab eo qui illas redditurus est, registrentur, & ad verbum litteræ, ac mandata Cameralia quæcumque, fides, ac instrumenta, & reliquæ omnes scripturæ ad rem pertinentes transcribantur, & ad earum singulas singulæ rationes, & particulæ seù partitæ referantur, adjecto unicuique earum folio, necnon citato ejusdem libri chartarum numero, quo justificatio quælibet descripta fuerit. Isque liber priusquam in Camera una cum altero proferatur, ab ipsius Cameræ Computatore legatur, & cum originalibus scripturis, si eas rationem reddens penes se retinere voluerit, diligenter ab eodem conferatur, qui collatione facta, & scriptura fideli reperta, id attestetur manu propria his verbis utrobique in libro videlicet justificationum & quarumlibet ipsarum *cum originali*: In scripturis verò originalibus, & à tergo illarum *cum Registro concordat*, ejus nomine proprio subscripto.

Clerici in solidatione videant scripturas originales.

§. 40. Et nihilominus in ipsa computorum solidatione Clerici ad id deputati originalia mandata, seù eorum transumpta authentica, & scripturas diligenter videre teneantur.

Libri rationum quæ contineant.

§. 41. Libri quoque præfati rationum eorumque singulæ partitæ, tàm accepti, quàm expensi, personas, causas, locum, annum, mensem, diem, ac summam adeo claros, atque distinctos contineant, ut qualis quantusque sit introitus, & exitus omnibus innotescat: Quin etiam fides acceptorum, tàm privatas, quam publicas, Notariumque de eis rogatum, ac nomina debitorum ejusdem Cameræ, ad rationem illam spectantium, ejusque quantitates pariter comprehendant. Et si ea de re contractus ullus celebratus, aliave scriptura, tàm publica, quàm privata, confecta fuerit, ea omnia in eodem vel altero libro præfato simul cum aliis registrentur, & singulatim, prout ipsa res exegerit, citentur. Et in qualibet exactione commissa præponatur etiam taxa, deinde scribatur. Et demum residuum pecuniarum quantum id fuerit, & à quibus exigendum adnotetur. Per hoc enim introituum omnium Cameræ ratio hucusque in incerto posita, & valde obscura reddita omnibus perspicua fiet, ac negotia hujusmodi cautius expedientur, & Clericorum judicium firmius, atque tutius reddetur.

Et in Archivio custodiantur.

§. 42. Ipsorum denique computorum solidationes promptè semper omnibus patebunt, cùm libros hujusmodi in Archivio ejusdem Cameræ Computatores præfati perpetuo retinere, & custodire teneantur.

Contravenientes puniantur.

§. 43. Quod si secus fiat, libri ipsi non admittantur ac omni prorsus fide careant. Administrator etiam, qui rationes confecerit, perjurio notetur. Notarius verò pro qualibet vice ducentorum ducatorum pœnam incurrat. Et si libris præfatis sub præscripta forma non confectis Clerici Judices ad solidationes computorum processerint, ducatis mille auri, præfatæ Cameræ applicandis, mulctentur, & ad interesse Fisci teneantur, Vicecamerarius verò, & Thesaurarius Præsidens, & alibi Camerales, si & ipsi in culpa fuerint, Nostro, & Successoris nostri arbitrio puniantur, Computator ab Officio removeatur, Rationes quoque superinde consolidatæ, & calculi facti, ac inde sera quæcunque, nullius sint roboris, vel momenti.

Rationes à Clericis Judicibus quomodo audiendæ.

§. 44. Clerici verò Judices, quibus ipsa rationum redditio demandata fuerit, non ut prius separatim, & alter post alterum rationes ipsas discutiant, sed Antiquiorem Posterior adeat, qui conjunctim, Administratore, & computatore præsentibus, citatoque Procuratore Fisci, seù Commissario Cameræ cuncta perpendant, ponderent, & excutiant, admittenda admittant, rejicienda rejiciant, & dubia Patti, & Fisco disputanda relinquant, quæ cum eisdem maturè examinata, atque discussa, prout eis justum videbitur, ab ipsis, facto prius verbo in plena Camera, decidantur, & terminentur.

Administratores anno qualibet rationem reddant.

§. 45. Et quia ex tarda rationum redditione omnia in dies obscuriora redduntur; & ple-

& pleraque mala exinde provenire noscuntur, quæ quò longius protrahuntur, & inveterascunt, eo impeditiora fiunt, & difficilius explicantur. Quod Administratores omnes rerum Cameralium quocunque nomine nuncupati, qui rationes in Camera quoquomodo reddituri sunt, illas non in fine administrationis eorum, ut prius, sed si administratio ultra annum duraverit, singulo quoque anno in fine, illius, vel sequentis principio modo præmisso, reddere omnino teneatur; idque nisi justa interdum suadente causa ipsi Cameræ aliter expedire videatur in ipso contractu, quem cum eis Camera de cætero inierit, exprimatur, & ille ad id sub pœna mille ducatorum similium etiam eidem Cameræ applicandorum, necnon ejusdem administrationis rationis amissione, quæ statim ab eis liberè auferri, & aliis concedi possit, omninò astringantur.

Thesaurarius & alii Papæ Ministri quando rationem reddere debeant. De Thesaurii munere vide Bull. 100. Six. V.

§. 46. Et insuper quod præfatus Thesaurarius generalis, de omnibus, & singulis rebus, & pecuniis ab eo, vel Deputatis suis in hunc usque diem undecunque, & quomodocunque receptis, & expensis, ac etiam alius Thesaurarius noster secretus; de quibuscunque pecuniis quas habuit, & percedit, necnon Magister Domus nostræ, accepti hucusque, & impensi, ac Gubernator Urbis, Procurator Fiscalis, necnon Magistri Viarum ejusdem Urbis, & quicunque alii nostri in Alma Urbe Magistratus, & Officiales, tàm qui de præsenti sunt, quàm qui in præteritum fuerint, cujuscunque status, gradus, vel præeminentiæ sint, de quibuscunque condemnationibus criminalibus, seù pœnis, aut compositionibus, ratione quorumcumque delictorum, & quarumcunque causarum ab eis hactenus factis, aut administratis, vel exactis, & ad Cameram Apostolicam spectantibus, deinceps verò Thesaurarius ipse generalis singulo quoque semestri, magister Domus autem ac Gubernator, Thesaurarius secretus, & alii omnes prædicti, singulo trimestri rationem dictæ Cameræ in perpetuum reddere teneantur.

Commissarii Cam. officium.

Ad quod vide etiam Bullam 44. Six. V.

§. 47. Proprium autem sit inter cætera dicti Commissarii munus, demandatas Judicibus redditiones, rationes omnes, easdemque commissas, adnotare, & illarum celerem expeditionem procurare, curareque ut id totum quod perfecto calculo reliquum fuerit, eidem Cameræ debitum ad manus Depositarii generalis, vel illorum ad quos spectaverit, seù decretum fuerit, quam primum re ipsa perveniat. Et ut Debitores remediis opportunis ad illud donec omnia integrè persoluta fuerint, compellantur, contractuum omnium, atque Capitulorum scripturarum in Camera celebrandorum, & discutiendorum exempla, singulis Clericis, & Cameralibus, per dictos tres dies ante deferantur. Quod si ab officio sic sibi injuncto defecisse constiterit, unius mensis salario, & jocalium portione, sibi in proxima divisione obventura, & si iterum deficiat salario semestris integri puniatur, tertia verò vice officio sunt perpetuo privatus existat.

Computatorum camerâ officium.

Ad quod vide infr. proxim.

§. 48. Verum cum magna atque ampla negotia, quæ quotidie in Camera geruntur, pro eorum varietate atque multitudine quædam ab Antecessoribus neglecta, partim in diurna obscuritate latuerint, partim etiam prorsus emanuerint, unde dicti Clerici, & Camerales in summa illorum ignoratione versantes, plerumque consilii ancipites sæpissimeque distracti, rem ipsam vel imperfectam relinquunt, vel cum magno ejusdem Cameræ detrimento, diversam agunt; fuerintque propterea ab ipsius Clericis, & Præsidentibus Computatores Cameræ, unà cum alio ab eis pro tempore substituto, superioribus mensibus constituti, atque præfecti curæ conficiendi librum majorem, in quem omnia ad Cameram quomodolibet spectantia in dies singulos ab eis distinctè conscriberentur, atque certo ordine congerentur. Nos itaque hoc non minus, necessarium, quàm utile: harum serie approbantes, & innovantes, similiter statuimus, & ordinamus, quod ipsi Deputati, & Præfecti, omnes, & singulos introitus, ac exitus eidem Cameræ in dies obvenientes, quicunque fuerint, illiusque debitorum & creditorum nomina, undequaque provenientia, in hoc ipso libro majori describant. Concessionum quoque rerum Camerarium omnium contractuum qui continuo in Camera celebrantur argumentum, atque substantiam, eorumque diem, & annum. Notariumque inde rogatum quàm brevissimè perstringant, declarentque Cameram, & Administratores quoscunque, prout res postulaverit, debitores, & creditores, eorumque quantitates claras, atque distinctas apponant. Nuntios etiam Apostolicos, Collectores, Subcollectores, Thesaurarios, Depositarios, & Commissarios, pecuniarum Exactores, ac reliquos omnes, qui ad aliquod negotium Cameræ expediendum admittentur, breviter conscribant, Brevia, literas patentes, & facultates; ac mandata Cameralia quæcunque adnotent, diem, & annum, quibus illa expedita fierint, adjiciant, & à quo Clerico subscripta, Notarioque expedita, & denique ubi registrata sint, compendio explicent, & quæ quidem omnia, & singula incorrupta serventur, & integra custodiantur.

Administrorum Cameræ expeditiones registrentur, & subscribantur à tergo per Computatores.

§. 49. Præterea volumus & ordinamus omnes quibusvis negotiis Cameralibus, tàm in Urbe, quàm extra eam Perfectos antequàm illa exerceant, & ab Urbe recedant, expeditiones suas, quocunque nomine nuncupatas, ejusdem Computatoribus in eodem libro adnotandas exhibere, ipsasque nisi sic annotatas, & in illarum tergo per alterum ex eisdem computatoribus de hoc fidem facientem subscriptas, illis restitui omninò prohibemus. Pro earum verò expeditionum annotatione, subscriptione, & restitu-

tutione. Computatores præfati caveant à Partibus, etiam ultro dantibus, quicquàm accipere, quod si secus fecerint, pœna privationis Officii, seù aliàs arbitrio Cameræ puniantur.

Ministri juvent & caveant ut hic.

Tunc autem fideliter computa non reddentium vide in Pauli III. const. 40. fol. 679.

§. 50. Et insuper quod omnes cujuscunque gradus atque dignitatis fuerint, res ipsius Cameræ ubilibet, & quomodocunque administraturi, priusquam administrationem suscipiant, jurent in manibus Camerarii nostri, negotium, atque curam sibi commissam, rectè, & fideliter se esse gesturos, rationes tempore debito ritè reddituros, reliquum restituturos, librosque rationũ legitimè conscripturos, ac illos intra tempus, quod eis, dum proficiscuntur, præfixum fuerit, etiam injussos, in Cameram exhibituros eaque omnia se ritè, & fideliter præstituros penes unum ex Notariis Cameræ idoneè caveant. Ac cautio sic ab eis præstita in eodem libro majori ab eisdem Computatoribus summàtim annotetur, quod si ab eis, impedimento cessante prætermissum nec intra dictum tempus impedimentum hujusmodi doctum atque comprobatum fuerit, ultra pœnas in cautione hujusmodi contentas, arbitrio Cameræ puniantur.

Computatorum Cameræ officium. Ad quos vis de supra & infra pron.

§. 51. Iidem quoque Computatores inventarium seu Indicem omnium, & singulorum librorum, & rationum, quæ hactenus in dicta Camera redditæ sunt, & in posterum redduntur, distinctè, & ordinatè conficiant, in quo rationes ipsæ cujuscunque rei fuerint à quo administratæ, & redditæ, illarum quoque dies, & annus strictim demonstrentur, ac hujus Indicis, seu Inventarii exemplum uterque eorum continuo apud se contineat quibus librum nullum, nullasve rationes ad Cameram spectantes cuiquam, nisi Clerico, & Camerali reddere, vel in manibus dimittere liceat. Si quis autem ex Camerálibus eorum aliquem pro rebus Camerálibus videre, & apud se retinere voluerit illum de manudictorum Computatorum accipiat, & in eorum libello, ad hoc tantum deputato, se illum recepisse scribat, & intra dies quindecim ad summum restituturum promittat. Qui verò ex Computatoribus id facere neglexerit, suo sit Officio ipso jure privatus, & pro libro, & scripturis propterea deperditis damnum, & interesse, tàm Cameræ, quàm Parti juxta formam litterarum piæ memoriæ Julii II. & Leonis X. etiam Rom. Pontificum prædecessorum præfatorum, omninò reficiat, vel aliàs arbitrio Cameræ puniatur.

Librorum, & scripturum Camera occupatores excommunicationis pœnam incurrunt.

§. 52. Verum cum multi varii multique libri, ac quamplures, diversæque scripturæ rerum Cameralium, ob nullam vel modicam in illis custodiendis, conservandisque hucusque adhibitam diligentiam, variis in locis, dispersi, atque diffusi sint, & à plerisque detineantur, in maximum Cameræ detrimentum, Volumus etiã, & ordinamus, omnes, & singulos illorum Detentores, & Occupatores, ac hujusmodi occultationis consocios & participes, nisi in Urbe intra octo, & extra eam intra triginta dies à die notitiæ publicationis præsentium numerando, pro qua Nos alias literas nostras, quæ publicentur, decernere intendimus, eosdem libros, & scripturas ad Computatores, & Custodes præfatos detulerint, vel easdem personas detinentes, conscias, & participes denunciaverint, excommunicationis majoris laqueo subjacere.

Computatores Camera jurent & causam officiam fideliter admin. strare.

§. 53. Quos quidem Computatores, & Custodes pro tempore existentes, cum illorum Officium sit maximi ponderis atque momenti, priusquàm ad illius exercitium admittentur, jurejurando astringi, & idoneè cavere volumus, præfatum officium se rectè, & fideliter executuros, omniaq; & singula eis præscripta strictè custodituros, & diligenter observaturos.

Clerici fabrium sibi ipsi statuere non possint.

§. 54. Postremo, cum valde inconveniens, & à Jure alienum sit, quod quis in concernentibus proprium commodum suum se Judicem constituat, pariter constituimus, & ordinamus, quod Clerici præfati pro aliquo munere, seu onere, ordinario vel extraordinario à Romano Pontifice pro tempore sibi injuncto, salarium, seu mercedem sibi ipsis statuere, & declarare non possint, sed illud ab eodem Pontifice, vel eo, cui ea cura demandata fuerit, qualitate personæ, & negotii commissi consideratis, ordinetur.

Decretum irritans.

§. 55. Decernentes constitutiones, statuta, ordinationes, & decreta Nostra præmissa, sanctè, & inviolabiliter ab omnibus, etiam sub sententiis, censuris, & pœnis præmissis, perpetuo observari, sicque & non aliter per quoscumque censeri, judicari, diffiniri, & interpretari debere. Nec non ex tunc irritum, & inane quicquid secus super his, omnibusque, & singulis aliis præmissis, per præfatos, aut quoscunque alios, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Executor deputatur Camerarius.

§. 56. Quocirca dilecto Filio nostro Vitellotio Sanctæ MARIÆ in Vialata, Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, moderno & pro tempore existenti nostro, & ipsius Ecclesiæ Romanæ Camerario per Apostolica scripta, illi etiam in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo, & ejus etiam quo ad hoc conscientiam onerando, pari motu mandamus, quatenus præsentes literas, & in eis contenta quæcunque tàm in dicta Camera, quàm extra eam, ubi quando, & quoties opus fuerit, solemniter publicari, & ejusdem Cameræ libris registrari, ac per omnes, quos illæ concernunt, inviolabiliter observari, & debitæ executioni demandari, ac illàs quoties pro parte alicujus interesse habentis requisitus fuerit, in judicio, & extra exhiberi faciat. Ac universos, præfatos ad illorum observationem censuris, & pœnis præmissis, quacunque mora cessante, cum effectu cogat, & compellat. Contradictores quoslibet, ac inobedientes, & rebelles, auctoritate nostra,

ſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Clauſ. derog. §. 57. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Cameræ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis Prædeceſſorum præfatorum, ac noſtris litteris prædictis, cautum fuit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma, & effectus publicationis. §. 58. Ut autem conſtitutiones, Statuta, ordinationes, & decreta noſtra hujuſmodi ad ſingulorum, quos oportet notitiam perveniant, nec illorum ignoratio quempiam excuſet, volumus, ac etiam dicta Apoſtolica auctoritate mandamus, quod præſentes Litteræ Baſilicæ Vaticanæ, & dictæ Cameræ valuis, nec non in Acie Campi Floræ, aliiſq; publicis, & opportunis Almæ Urbis præfatæ locis, per unum ex Curſoribus noſtris de more affigantur, & ibi quantum ad lecturam earum opus fuerit, permaneant.

Hæc conſt. legatur an. quolibet in prima Camera. §. 59. Ac ſingulo quoque anno in perpetuum in eadem Camera, quæ menſe Octobris prima habebitur, per noviſſimum Clericum tunc præſentem palam, & alta voce ad verbum ſine intermiſſione legantur.

Tranſumptorum fides. §. 60. Quodque illarum exemplis fideliter exſcriptis, ac etiam impreſſis unius Notarii Cameræ manu ſubſcriptis, & Camerarii præfati ſigillo obſignatis, eadem prorſus fides ubique locorum, etiam in judicio adhiberetur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

D. P. Ann. 5. 1. Novembr. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Cal. Novemb. Pontificatus noſtri anno 5.

Iuriſdictio, & facultates Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Vrbis ſuper iure congrui.

GREGORIVS EPISCOPVS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. QUæ publicè utilia, & decora eſſe huic almæ Urbi, ratio ipſa atque uſus docuit, ea privatis cupiditatibus ac commodis præferenda cenſemus.

Cauſa hujus conſtitut. §. 1. Cum itaque fel. mem. Pius Papa V. prædeceſſor noſter nonnullas per fel. record. Sixtum IV. Leonem X. & Pium etiam IV. ſimiliter prædeceſſores noſtros ad ornatum Urbis editas conſtitutiones, unà cum decreto Cameræ Apoſtolicæ de Inquiſitionibus in emptionibus domorum præferendis, tamquam Juris communis correctorias, & quæ nimis latè à Judicibus interpretatæ cauſam injuriæ quamplurimis Pauperibus inferendæ præberent, duobus editis ſcriptis, quorum ſolam Signaturam ſufficere voluit, Motu proprio abrogaſſet, & ad viam Juris communis reduxiſſet, Dilecti Filii Senatus Populuſque Romanus abrogationem, & reductionem hujuſmodi ægrè ferentes, initio Pontificatus noſtri, & alias per ſæpè publico decreto à Nobis enixè poſtularunt ſupplices, ut litteras præfatas Pii V. uti decori publico, ac multorum Civium Commoditati infenſas, tollere pro noſtro erga hanc Almam Urbem paterno amore dignaremur. Quam rem dum Nos diutius differimus, plurimorum eandem ob cauſam querimonias expoſtulantium ſubſtinuimus, quin etiam intellexerimus publicum ipſius Urbis ornatum deſeri, & magnifica ædificia jampridem inchoata, propter nimiam quorundam cupiditatem interrupta pendere, plurimoſque ea de cauſa ædificandi conſilium abjeciſſe. Quibus malis, quo minimo Civium noſtrorum, ac Curialium detrimento fieri poſſit, mederi cupientes, cùm etiam in litteris Sixti, ac Leonis, ac Pii Quarti hujuſmodi multa addenda, & minuenda, ac aliàs animadverſione digna apparerent, opportunum arbitrati ſumus, omnibus prædictis Sixti, Leonis, & Piorum litteris antiquatis, & abrogatis, quæ ab illis ad publicum Urbis, illiuſque diſtrictus ornatum, aëris ſalubritatem, ac privatorum etiam commoditatem providè tunc ordinata fuerant, ea magis commoda his temporibus ratione moderata, ſimulque ea quæ nos de novo ſtatuenda duximus, una complecti omnia, nè publicum bonum, ac decus jacere diutius paterentur.

Abrogatio conſtitutionum Apoſtolicarum circa diſpoſita in hac conſtit. & facultas Camerarii & Magiſtrorum cogen. Dominos ſuorum ad ea vendendum pro viis, & locis publicis dirigendis. §. 2. Itaque dictas, ac quaſcumque aliàs Prædeceſſorum litteras, quatenus ad aliquod eorum, quæ his Noſtris litteris continebuntur, pertinent, deque aliquo eorum ſtatuunt, aut diſponunt, antiquantes, & abrogantes, atque penitus revocantes, & tollentes, de poteſtatis Nobis tributæ plenitudine ſtatuimus, quod qui pro tempore fuerint S.R.E. Camerarius, atque Ædificiorum, Viarum Urbis Magiſtri, quacunque Urbis parte neceſſarium atque utile fore cognoverint, poſſint pro Viis, areis, plateis, aliiſque locis publicis, ſive veteribus dirigendis, & ampliandis, ſive novis ducendis, & conſtituendis, cogere Dominos domorum & locorum quorumlibet, tàm Eccleſiaſticos quàm Sæculares quacunque dignitate prædictos, ut vendant Conſervatoribus, aut Syndico ejuſdem Urbis domos, & loca, quæ Camerarius & Magiſtri prædicti ad id neceſſaria duxerint, ſive illa Domini ipſi habitent, ſive aliis locare ſoliti ſint, pretio à Magiſtris prædictis ſtatuendo.

Domoſque diruta, areæ aliaque loca vacua exiſtentia penes vias publicas claudendi. §. 3. Ubi verò aliquas ruinas eſſe perceperint, locavè aperta viis publicis hærentia, ne laceræ atque inhabitatæ domus, interruptaque ſpaciis interjacentibus viarum ſepta, Urbi deformitatem atque incommoditatem afferant, curent ipſi Camerarius & Magiſtri eas celeriter ſarciri, itaq; quoſcumque Dominos, ſive directos, ſive utiles

domorum dirutarum vel arearum, aliorumve locorum vacuorum, secus vias publicas jacentium, gravibus pœnis propositis, brevique ipsorum arbitrio præfinito tempore, cogant domos dirutas vel areas, aliave loco hujusmodi ab eis possessa, muro saltem claudere, murumque ipsum ad eam altitudinem, quæ proxima ædificia, proximosque muros æquet, vel ad aliam, quàm ipsi præscripserint, attollere. Eamque ob causam iidem Camerarius & Magistri, si ipsis visum fuerit, interdicant interim inde Dominis exactionem, ac Conductoribus, si qui fortè fuerint, solutionem pensionum, seu canonum, aut censuum, easque faciant in hujusmodi opus ipsosmet Conductores, impendere, quas cùm Conductores ita impenderint, Domini acceptas ferre debeant; cùm verò impendere jussi neglexerint, opus quod in tempore juxta hujusmodi præscriptum factum non fuerit, sua ipsi impensa perficient. Quod si vel nulli sint Conductores, vel pensiones interea temporis debitæ satis operi non sint, neque tamen Domini possidentes domos dirutas aut areas, locave aperta hujusmodi sic clauserint, ex tunc præfinito tempore elapso, si utiles tantùm Domini sint, ab utile eorum dominio, omnique jure, quod inde eis competebat, cecidisse intelligantur, locaque ipsa ad directos Dominos liberè: cum onere tamen illa ita claudendi, devoluta sint eo ipso. Si verò etiam directum dominium, sine per proximè dictam divolutionem, sine aliàs habeant, liceat prædictis Camerario, & Magistris, postquam sic præfinitum ipsis Dominis tempus effluerit, tum exigendis propositis pœnis, tum aliis crescente contumacia etiam gravioribus, & sæpius incutiendis, eos plectere, tum verò etiam captis ex aliis illorum bonis pignoribus eisque per subhastationem de more distractis, pecuniam cogere, unde murus, & præscriptum opus omninò perficiatur. Vel si hac quoque ratione non perfecerint, loca eadem, modo Domini ipsi illa non incolant, propositis ad hoc semel vel plureis edictis, quibuscunque Personis illa novis ædificiis instaurare vel saltem sic claudere volentibus, locare, aut in emphyteusim, etiam ad longum tempus, vel ad unius, aut plurium Personarum, sive successivarum, sive nominandarum vitas; atque etiam perpetuò concedere, vel etiam vendere, aut aliàs alienare, propensione, aut canone, aut pretio quod reperiri potesit, ita quidem ut ex pluribus, hoc casu, oblatoribus, si quis rei particeps, aut consors fuerit, is præ omnibus obtineat, nisi forsan, & ipse in claudendo negligens fuerit, præter hunc autem, Vicini cæteris, & inter Vicinos qui magis indiget, vel qui vicinus est à pluribus partibus, inter cæteros verò qui plus, quique ad majorem Urbis ornatum ædificare voluerit, præferatur judicio eorundem Camerarii, & Magistrorum.

Ædificare possunt muro propinquo soluto pretio.

¶. 4. Pro privatis autem ædificiis similiter, aut novis constituendis, aut veteribus ampliandis, liceat cuicunque quovis muro sibi propinquo liberè uti, eique tigna, lapides, aliamque materiam ædificii sui, totumque ipsum ædificium injungere, & annectere, etiam si murus is ad Vicinum suum totum pertineat, persoluto tamen ejusdem muri dimidio pretio, ad eam æstimationem quam duo Petiti, quorum singulos singulæ partes elegerint, vel illis discordibus, ipsi viatum Magistri declaraverint.

Viculusque inter melius; eorum domib. adjungere.

¶. 5. Et si inter duas domos viculus forte sive intercapedo trium circiter, ut solet palmorum interfit, liceat ei qui primus in altera earundem domorum ædificare cœperit, habitâ tamen ab ipsis Magistris licentia, totum sibi viculum nullo persoluto, pretio occupare, ac domui suæ adjungere, domumque ad vicini murum producere muroque, ut supra dictum est, communiter uti.

Vicinos etiam cogere ad eis vendendum loca vicina aliis locata, vel etiam ab eis inhabitata, auctio pretio, ad 12. vel 5. partem respectivè.

¶. 6. At si quis domum, fundum, solumve habens ibi ædificare voluerint, illi Camerarius & Magistri præfati cogant vendi domus, aliaque loca eidem domui, fundo, solo vicina, quæ eorum Domini non incolunt, sed locare solent, quæque idem Camerarius & Magistri hujusmodi ædificio utilia, & necessaria putaverint, pretio tamen aucto duodecima ejus parte, ultra æstimationem modo prædicto faciendam. Et nihilominus si ædificium ipsum insigne futurum sit, eique perficiendo aliqua domus etiam à Domino habitata, vel hortus, aliusque locus muris clausus opportunus cohæreat in eo casu (dummodo ædificium jam cœptum sit, idque à duobus saltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco hujusmodi, illiusque æstimationem quadruplo sit excessurum) cogant Dominum etiam sic habitantem, ut domum, hortum, vel locum vendat, aucto tamen dicto pretio ad quintam ejus partem, dataque ipsi Domino sex mensium dilatione post factam venditionem, quo interim ibidem permanens aliam sibi habitationem parare possit.

Domino domus in parte diruta ob ornatum Urbis, cogant vicines contigues domui, non habitatores, eis vendere. Et si plures sint Domino, electio datur ei qui minorem jacturam passurus est, vel qui domum suam sarsit.

¶. 7. Præterea cum ob ducendam sive dirigendam via vel ob aliud opus publicum, aliqua pars alicujus domus, quam Dominus sine ulla fraude tunc habitaret, mandato dictorum Magistrorum diruta fuerit, unde domus habitationi Domini incommoda efficiatur, ut familiam non capiat, si juxta illam fuerit alia domus annua pensione vel aliàs locari solita, cujus conjunctione hujusmodi incommoditati subveniri possit, ut id fiat cogant eam Domino domus dirutæ, si ibi deinceps habitaturus sit, vendi pretio quod supradicto modo æstimatum fuerit. Quod si diversorum Dominorum, domus hujusmodi jacturam passa locari solebant, non autem habitari, alio ipsorum domorum petente, cogatur alius domum suam sic dirutam vel excisam vendere, constituto pretio ad æstimationem prædictam,

hac

hac tamen distinctione habita, ut detur optio illi, qui minorem jacturam in sua passus fuerit, an ipse velit aliam emere. Quin etiam, si quis post hujusmodi ruinas, propter publicum aliquod opus factas propriam domum ea de causa aliqua parte dirutam, vel excisam, quam ipse habitare solebat, sarserit, eique alia domus similem passa jacturam contigua sit, quam Dominus similiter habitans intra tempus à Magistris præfinitum neque sarserit, neque muro clauserit, sed deformem reliquerit, velitque is, qui suam sarsit, truncam illam sibi contiguam suæ conjungere, & ædificare, ac propterea pretio, ut supradictum est, æstimando, & amplius addita ejusdem pretii quinta parte emere, cogatur ejus Dominus, licet habitans, ita vendere.

Vendere volentes fundos debent Vicinis intimare, ipsique ac emptores juvare venditionem esse veram, aliquin Vicini retrahunt infra annum à die scientia.

§. 8. Sed, & cum aliqua domus, sive fundus, aut solum, volente sua sponte Domino, vendendum erit, teneatur Venditer perquirere à Vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiam si empturos nullo modo antea professi sint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eisque pretium, atque omnia pacta, & conditiones, quibus cum alio verè, omnique procul fictione contraxit, intimare. Perquisitio autem, & intimatio fiat per unum ex Cursoribus, seu Mandatariis personaliter quidem, si reperti fuerint, sin autem, duorum Cursorum, seu Mandatariorum diligentia reperiri commodè non poterint, fiant domi dimissa copia, Absentibus autem ab Urbe, docto extra judicialiter, & summariè coram eisdem Camerario, & Magistris eos ab esse, fiant per publicum edictum locis, quibus in Urbe consuetum est, affigendum. Quibus ita factis, jurent tàm Venditor, quam Emptor apud acta Notarii dictorum Magistrorum venditionem de hujusmodi re jam factam, & intimatam, esse veram, & in ea ejusque pretio non intercessisse dolum, fraudem, simulationemve aliquam.

Imò debent intimare etiá Inquilino, ut mox sequitur.

Vicini autem quibus redtiones intimatæ fuerint, si emere voluerint, debent hoc declarare ipso.

§. 9. Post hæc si Vicini prædicti se eisdem pretio, ac pactis, & conditionibus emptores non deliberaverint, & ibi ædificaturos non promiserint, præsentes scilicet intra quindecim dies, absentes verò intra triginta, à die præstitorum hujusmodi juramentorum, rursus tam præsentes, quàm absentes intra alios quindecim dies ab hujusmodi declaratione, & promissione, si fiat, omnia juxta ea, quæ in venditione intimata continebuntur, non præstiterint pretiumque, si quod in illa solutum fuerat, non persolverint, & de ædificando ibi ad certam summam, certumque tempus, ac sub certa pœna, prout ab eisdem Magistris præscriptum fuerit, se non obligaverint, illis posthabitis, venditio cuicunque alii facta maneat, & rata sit. Qui verò intrat utrumque dictorum terminorum prædicta impleverit, ei, cæteris exclusis, venditio sic fieri debeat. At si perquisitio, & intimatio ita factæ, juramentaq; ita præstita non fuerint, quæcunque venditio de ea domo, sive solo cuicunque alii facta, nullum jus emptori tribuat, & quo ad illum pro infecta sit, quamdiu Vicini intra annum à die quo illam resciverint, se opposuerint. Siquidem aliquo ipsorum intra dictum annum petente, seque, ut prædictum est, obligante ad ædificandum, & pretium Emptoris (si is illud accipere, & emptioni suæ renunciare, ac ratione illius, prout Camerarius, & Magistri mandaverint, cavere voluerit) restituente, alic qui pretium ipsum deponente, venditio ei facta censeatur, & perinde ex illa in rei possessionem inducatur, expulso inde dicto primo Emptore, ac si cum eo, & ad ejus commodum celebrata esset. Resciviisse autem quo ad hoc attinet, intelligatur quocunque modo perceperint, vel hoc solum, rem scilicet, fuisse venditam, licèt neque pretium, neque alias conditiones, aut qualitates perceperint. Post dictum verò annum maneat prima venditio, neque hac de causa à quoquam amplius impetatur.

Simulatores; hujusmodi venditionum pœnas hic expressas incidunt.

§. 10. Cæterum eo casu quo perquisitio, & intimatio prædictæ fient, si in illa venditione aliqua simulatio, præsertim circa pretium augendum, admissa fuerit, tum venditio nulla sit, tum Simulatores ipsi alter, re alter pretio privati sint, ipsumque pretium, ipsaque res, Cameræ Apostolicæ applicentur eo ipso. Et præterea iidem Simulatores pœnis falsi, & si juraverint, etiam perjurii puniantur.

Inquilinis etiam intimatio præfata fieri debet; & ipsi præstare tenetur contenta in venditione non autem ædificare; Vicini aut eis præferuntur; si ædificare velint.

§. 11. Eadem omnia, & cum Inquilino locum habeant, cum domus volente Domino venalis erit, videlicet, ut etiam ipsius domus Inquilino, si quis erit, perquisitio, & intimatio fiant modo prædicto, ipseque, si emere voluerit, tum intra eosdem terminos, tùm deinceps eadem faciat, quæ Vicini facere debent, excepta duntaxat oblatione, & obligatione de ædificando. Etenim inter Inquilinum, & Vicinos ea sit distinctio, ut volentibus ædificare Vicinis, Inquilini nulla ratio habeatur, sed tantum Vicinorum. At illis non promittentibus ædificare, Inquilino, etiam si ædificaturus non sit, idem jus in emptione competat, quod Vicinis, si ædificare vellent, secundum prædicta competeret.

Imò Inquilini præferuntur Vicinis nolentibus ædificare, ut mox sequitur.

Vicinissimi plurimus concurrentib. qui præferri debeat.

§. 12. Verumtamen quando in singulis casibus prædictis, sive coactæ sive spontaneæ venditionis, duo Vicini fuerint, quorum ædificiis vendenda res opportuna existat, & propterea illam sibi quisque ex hac constitutione vendi postulet, is obtineat, qui magis illa indiguerit, aut si uterque æque indigeat, inter utrunque dividatur, quatenus utrique commodo portio tribuatur. At si hujusmodi portiones utrique forent inutiles, tota illi detur, cujus ædificio a pluribus partibus, vel alias magis adhæserit. Si verò alteri tantum divisio inutilis futura sit, nihil illi, sed tota alteri detur. Quod si nulla fuerit ædificantium indigentia, is præferatur, qui magis fuerit Vicinus, vel in vicinitate pari, is qui plus, qui-

qué

que ad majorem Urbis ornatum, judicio eorundem Camerarii, & Magistrorum, ædificare voluerit.

Ædificare volentes in re stabili in emphyteusim, & cat. cens. obtinebunt à Camerario, & Magistris virum liberationem, præstita alia re stabili ejusdem pretii & redditus cum oneribus, quæ erunt in re sic liberata.

§. 13. Præter supradictos autem Vicinitatis casus, si quis Domum, aliumve fundum aut solum in emphiteusim, aliumvè titulum, perpetuò, vel ad unius aut plurimum personarum vitam, pro annuo canone, aliave responsione concessum habeat, ibique ædificare velit, liceat eisdem Camerario, & Magistris, eo petente, Domum, fundum, aut solum hujusmodi ab ejus directi Domini, licèt nolentis, proprietate, dominio, ac jure, nec non à canonis, seu responsionis præstatione eximere, & liberare, alia re stabili prius constituta, pretii, commoditatis, redditus, ac bonitatis saltem paris, quæ loco illius liberatæ sit quo ad omnia, & ad eundem directum Dominum ratione proprietatis, dominii devolutionis, & aliàs cujusque juris, & oneris, eisdem modo, & forma pertineat, quibus illa pertinebat, translato quoque ad istam hujusmodi canone sive responsione, cum augmento quintæ illius partis, & insuper præfinita idonea cautione, & etiam facta per illum, qui ædificaturus est obligatione omnium suorum bonorum, cùm quod res in quam facta est hujusmodi translatio, libera est, tum etiam de evictione in ea forma, quæ in Urbe præstari solet.

Vineæ aut canneta intra milliaria tria ab Urbe existentia, & locari solita vendenda sunt Vicinis habentibus ibi vineas majores, & nobiliores.

§. 14. In rusticis quoque prædiis, ut, & illorum nitori ad honestatem in illis hominum commoditatem salutaremque sive animi, sive corporis refectionem, aliqua ratione consulatur, illud observetur, ut qui Vineas, aut Canneta intra tria ab Urbe milliaria, sive partiariis Colonis aliqua parte fructuum, sive aliis pecunia solent locare, cogi possint eadem vendere, pretio æstimando ut supra dictum est, & amplius duodecima ipsius pretii parte, iis qui propè illa Vineas possident, quas colunt sua impensa, dummodo Emptorum Vineæ sint non solum majoris pretii, & mensuræ, sed magis etiam, & cultæ, & ædificiorum structuris conspicuæ, hisque omnibus illa tantoperè superent, ut magna inter utraque adsit inæqualitas, judicio eorundem Camerarii, & Magistrorum. Non possint autem cogi ut partem tantummodo earum vendant.

Prædiola decem rubrarum intra 12. milliaria ab Urbe existentia & majoribus prædiis contigua vel ea intersecantia Vicinis vendenda sunt.

§. 15. Ii verò qui usque ad duodecim ab Urbe milliaria habent prediola mensuræ decem duntaxat, vel pauciorum rubrorum, quas linguas seu pedicas dicunt, contingua majoribus aliorum prædiis, quæ casalia appellantur. Item ii quoque, ex quorum casalibus similes linguæ, seu pedicæ ejusdem mensuræ, in aliorum intra idem spatium duodecim milliarium constituta casalia excurrunt, eaque intersecant, ut à duobus, ut minus, lateribus linguæ ipsæ à vicinis casalibus circumdentur, cogi possint, sive ipsi cogant, sive aliis locent, illas vendere, constituto pretio ad æstimationem, de qua supra dictum est, adjectaque ejusdem pretii quinta parte.

Declaratio quod dispositio circa prædictas venditiones sponte vel coactè fiendas locum habeat etiam in bonis ad Pia loca spectantibus, aut fidei commisso subjectis.

§. 17. Quæcunque autem supra statuta sunt, tùm de urbanis, tùm de rusticis prædiis, aut sponte, aut coactè vendendis vel etiam à directis Dominis liberandis, ea locum habeant omninò, sive prædia ipsa sint Ecclesiastica, & ad quascunque Ecclesias, & Basilicas etiam dictæ Urbis, etiam Patriarchales, aut cujusvis Ordinis Monasteria, & etiam Mendicantium domos, aliaque loca religiosa, nec non Hospitalia, etiam nationum, aut regularium, militiarum, Sodalitatesque aut Confraternitates, cæteraque pia loca pertinentia, dummodo neque contigua Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, Religiosisque ac piis locis hujusmodi, neque intra illorum septa consistant, sive sint privatarum personarum Cappellæ, & Oratoria, vel domus aut loca servandæ hospitalitati destinata, modò hospitalitas inhibi jam neque exerceatur actu, neque amplius exerceri debeat sive sint laicalia, & cuicunque fidei commisso, substitutioni, successioni vel dispositioni obnoxia, & tam hæc laicalia, quàm illa Ecclesiastica, eorum, qui illa reliquerunt seu dederunt, ultima vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocunque onere gravata.

Facultas Camerarii & Magistrorum, & forma procedendi in casibus in quibus recusat quis vendere aliqua bona, juxta formam hujus constitutionis.

§. 17. Sed quoties casus evenerit, quo res aliqua hac constitutione vendi debeat, si is ad quem pertinet eam vendere, bis monitus à Camerario, & Magistris, cum assignatione convenientis termini ad vendendum id recusaverit, vel malitiosè distulerit, tunc Camerarius, & Magistri, vice ac nomine recusantis, vel differentis rem ipsam vendant, cum promissionibus, obligationibus, renunciationibus, pactis etiam pœnalibus, & clausulis consuetis, pretiumque quod inde cum ejus argumento proveniet apud ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam deponant. Deinde si res Ecclesiastica erat, vel etiam si laicalis, sed quod sciatur, fidei commisso, similive dispositioni subjecta, alienarivè prohibita, aut onere gravata, antequàm Emptor ejus possessionem assequatur, pretium ipsum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem utiliter convertatur, cavente de evictione etiam ipso Emptore, & ad id omnia bona obligante, denturque bona inde empta Domino rei venditæ. Quo facto, venditio rei illius nequaquàm rescindi, aut etiam impugnari possit, prætextu quarumvis obstantium dispositionum, sive etiam inutilitatis Ecclesiæ, aut loci vel personæ cujusquam. Et insuper res illa vendita libera sit, & exempta ab omnibus hujusmodi dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus, eaque ad bona, in quæ illius pretium conversum est, sint translata. Et exinde bona ipsa dictæ venditæ rei loco maneant, eisdemque prorsus dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus subjaceant, quibus illa subjacebat, sintque nihilominus de evictione illius Emptori obligata eo ipso.

§. 18. Sin autem res vendita neque Ecclesiasti-

Et præcedendi etiam quando qui consensit vendere juxta hanc dispositionem.

cleſiaſtica erat, atque ejuſmodi vinculis obnoxia habeatur, & qui ejus Dominus fuerat, venditioni ita factæ conſentire velit, ac Fidejuſſores de evictione præſtare, pretium illi ſolvatur. Quod ſi hujuſmodi fidejuſſores præſtare noluerit, vel etiam non potuerit emantur ex ipſo pretio, arbitrio eorundem Camerarii, & Magiſtrorum, vel loca Montium non vacabilium, vel alia bona immobilia, de quorum evictione idoneis fidejuſſoribus ſit cautum, eaque dicto Domino tradita ſint loco ſimilis cautionis pro re vendita, donec aliter emptori idoneè caveatur, & interim vendi aut aliàs alienari nullo modo poſſint. Verum uſquequo pretium, vel ex pretio alia res empta, ut præfertur, Domino tradatur, penſio quæ ex ipſius rei venditæ locatione percipi ſolebat, vel percipi veriſimiliter potuiſſet, eidem ab emptore perſolvatur.

Facultas eundem præſcribendi tempus ad ædificandum, & ſummam ibi exponendam à volentibus uti favore hujus conſtitutionis ex cauſa ædificandi.

§. 19. Curent autem Camerarius, & Magiſtri, ut quiſquis per cauſam ædificandi hujus Conſtitutionis favore uti voluerit, ei ante omnia, conſideratis tum ipſius loci qualitatibus, ſummam quam ædificando, ut minimum, impendere, ac tempus quo inchoaſſe, quoque perfeciſſe debeat, propoſitis quas voluerint pœnis præſcribant. Iſque ad præſcriptum hujuſmodi promittat, & ſe bonaque ſua omnia arctiſſimè obliget, ſubiturus omnino pœnas ipſas, niſi promiſſa præſtiterit, omni purgatione moræ ex quocunque jure, & etiam canonica æquitata competenti penitus ſublata. Et nihilominus compellendus ab eiſdem Camerario, & Magiſtris, vel promiſſa perficere, vel quæ propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occaſione emit, & in quibus ſe ædificaturum propoſuerat, loca, & domos aliis ædificare volentibus, juſto pretio, ſicut ſupradictum eſt, æſtimando, abſque ullo augmento vendere.

Qui emerunt bona vigore diſtrictum literarum Sixti 4. Leonis 10. ac Pii 4. & ædificare promiſerunt, debent ea ad implere infra ſex menſes.

§. 20. Sed ne aliquorum impunitas, qui, ut accepimus beneficio litterarum Sixti, & Leonis, ac Pii IV. dum illæ vigerent abuſi, Domos, & loca ex illarum diſpoſitione acquiſita, infabricata adhuc retinent, aliis admittendi ſimilia audaciam præbeat, iidem Camerarius, & Magiſtri, illos omnes, qui à 20. annis citra loca aliqua ex dictarum literarum diſpoſitione emerunt, ſeque id illis ædificaturos promiſerunt, nec præſtiterunt, cogant ea omnia quæ tunc facere debebant, intra ſpatium ſex menſium à die præcepti eis hac de re faciendi implere, alioqui pœnis præmiſſas ab aliis exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, ſi ipſi velint, eodem pretio quod tunc ſolutum fuit, reſtitui, vel illis nolentibus, aliis qui ibi ædificaturi ſint pretio, ut ſupra dictum eſt, æſtimando, vendi compellant.

Applicatio loci Pii, pœnarum incurrendarum ab contrauentibus

§. 21. Cæterum pœnæ omnes quas incurrent, qui adverſus conſtitutionem hanc, ſeu Camerarii & Magiſtrorum pro ipſis conſtitutionis executione mandata, vel decreta admiſerint, piis locis dictæ Urbis ita applicata ſint, ut illi ex ipſis locis irrevocabiliter debeantur, pro quo primum pœnæ ipſæ poſt illarum incurſum petitæ fuerint, ad quam petitionem, lapſis ab hujuſmodi incurſu triginta diebus, niſi dicti Camerarius & Magiſtri illas pro eorum debito exegerint, quilibet in d. Urbe, vel in Romana Curia Judex ad illarum exactionem indeſinenter procedat, donec eidem loco verè & integrè perſolutæ fuerint. Nullo aut dictorum locorum petente, noſter in Urbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarii & Magiſtrorum acceptas, vel is ab ipſo interpellatis negligentibus, ab eorum debitoribus exactas, inter dicta loca, juxta eorum indigentiam, arbitrio ſuo diſtribuat.

Facultas Camerarii, & Magiſtrorum procedendi ſummariè &c. pro executione præſcriptorum.

§. 22. Nos enim ad ſupradicta omnia, & ſingula faciendum & exequendum, inque illis & pro illis ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſolaque veritate inſpecta, ac manu regia, etiam ex officio procedendum plenam expeditam, liberamque auctoritatem & poteſtatem, Camerario ſcilicet in Eccleſiaſticas, eidemque & Magiſtris Viarum prædictis in laicas, ac quo ad pœnas prædictas Vicario, ac ſingulis, Urbis, vel Curiæ judicibus hujuſmodi, in quaſcunque perſonas, de eadem poteſtatis plenitudine præſentis Conſtitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

Decretum irritans.

§. 23. Decernentes eadem omnia, & ſingula quæ ſupra ſtatuta ſunt, ſi quando in aliquo caſu de eorum ſenſu controverſia contiget, in eam partè interpretanda eſſe, quæ ad Urbis ornatum magis facere videbitur. Ac ſemper, & ubique, ſive in judicio, ſive extra judicium, favorabilia cenſeri. Et ita ab omnibus Judicibus etiam Palatii Apoſt. Auditoribus, & Cardinalibus ſublata quavis aliter interpretandi, & judicandi poteſtate, interpretari, & judicari debere. Et ſi ſecus fiat, fore irritum, & inane.

Clauſula derogatoria.

§. 24. Non obſtantibus præmiſſis, ac fæl. rec. Symmachi, & Pauli II. de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, Legibus etiam Imperialibus, dictæque Urbis, atq; Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum Religioſorum, ſive Piorum, ordinumq; quorum bona hujuſmodi fuerint, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon teſtantium voluntatibus, aliiſq; diſpoſitionibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis. Privilegiis quoque & litteris Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & locis, eorumq; Superioribus, Capitulis, & Conventibus, ſeu Populo Romano, aliiſq; quibuſcunque conceſſis, & quibuſvis aliis Sedis Apoſt. indulgentiis per quæ præſentiũ executio, & per eas tributæ jurisdictionis explicatio poſſet quomodolibet impediri, vel tardari, quibus omnibus, eorũ tenores pro plenè, & integrè expreſſis haberes, de poteſtatis plenitudine prædicta derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq; nulli ergo &c. Si quis autẽ &c.

Dat. R. An. 3. Oct. 6.

Dat. Romæ apud S. Marcum, anno incarnationis Dominicæ 1574. Calend. Octobr. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Reformatio, Declaratio, & extensio Iurisdictionum, & facultatum S. R. E. Cardinalis Camerarii.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Petro S. Nicolai in Carcere Diacono Cardinali Aldobrandino nuncupato nostro, & S. R. E. Camerario salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

IN conferendis muneribus & officiis, quæ præsertim gravia, & Nobis proxima sunt, ita æquum est prospicere, ut illi in primis ad ea assumantur quorum multis, & illustribus exemplis testata jam pridem virtus, jucundam nobis spem facit, ac tales futuros esse, qui opera, & consiliis fructus quotidie proferant in nostra Republica ampliores.

Vacatio officii Camerariatus per obitum Cardinalis Cajetani.

§. 1. Cum itaque officium Camerariatus Nostri, & S. R. E. quod bo. me. Henricus Tit. S. Pudentianæ Presbyter Card. Cajetanus nuncupatus, noster, & prædictæ Ecclesiæ Camerarius, dum viveret obtinebat, per obitum dicti Henrici Cardinalis, & Camerarii, qui apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolvit, vacaverit, & vacet ad præsens.

Collocatio in persona Cardinalis Aldobrandini.

§. 2. Nos attendentes hujus officii magnitudinem, cupientesque hoc præclarum munus tali Viro demandari, qui auctoritate & prudentia freretur, Reipublicæ nostræ adjumento esse possit, post habitam de hac re maturam cum Fratribus nostris deliberationem, ad te egregiis virtutibus præditum converti, te Fratris quondam nostri filium, ac Signaturæ nostræ Brevium Præfectum duximus desumendum, cujus fidei, & solertiæ tantum onus delegemus. Itaquè de ipsorum Fratrum consilio, & assensu, officium prædictum, sivè premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cujuscunque personæ vacans, cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, juribus, jurisdictionibus, salariis, & emolumentis, quibus d. Henrico Card. & Camerario ejusque prædecessoribus quibuscunque dictæ R. E. Camerarii concessum fuerat, & aliàs ut infra, Tibi auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & assignamus, teque quo ad vixeris, nostrum, & ejusdem R. E. Camerarium constituimus, & deputamus.

Condanatio pretii d. officii.

§. 3. Tibiquè totum, & integrum ipsius officii pretium, ad quamcumque quantumvis maximam, & inexcogitatam summam ascendens, liberaliter, & gratiose etiam donatione, quæ dicitur inter vivos perpetuo valitura, de simili consilio, & assensu, ac Apostolicæ potestatis plenitudine remittimus, & condonamus.

Concessio omnium facultatum, & jurisdictionum.

§. 4. Teque in locum dicti Henrici Cardinalis, & Camerarii, ac aliorum prædecessorum suorum prædictorum quo ad hujusmodi officium, ejusque liberum exercitium, necnon honores, onera, jurisdictiones, salaria, & emolumenta prædicta, quàm plenissime substituimus, & subrogamus.

Dispensatio retinendi Camerariatum cum Præfectura Brevium.

§. 5. Tequè ut una cum d. officio, officium Præfecti Brevium hujusmodi, quoad vixeris retinere, ac utrumque officium hujusmodi exercere, liberè, & licitè valeas, & de simili consilio, & assensu, auctoritate, & tenore præmissis, dispensamus.

Specificatio jurisdictionum, & facultatis.

§. 6. Ita quod liceat tibi realem, & actualem possessionem officii Camerariatus hujusmodi, illiusque exercitii, honorum, jurium, jurisdictionum, salariorum, & emolumentorum omnium, per te, vel alium, seù alios, propria auctoritate liberè apprehendere, & similiter, quoad vixeris, retinere, ac Cameræ prædictæ & ubique d. Camerariatus officii ratione præsidere, ac proventus, pecunias, res, & cætera omnia jura ejusdem Cameræ procurare, rationes acceptorum, & impensorum habere, credita exigere, debita solvere, arcibus, Præsidiis, & munitionibus omnibusque præesse, Exactores, Castellanos, alios Officiales, & Ministros quoscunque in omnibus Provinciis, Civitatibus, & locis constituere. Ac etiam per Prædecessores nostros, & Nos, alios de mandato Nostro, sivè dictorum Prædecessorum nostrorum quomodolibet constitutos revocare, alios subrogare, Militiam pro usu Status, & Reipublicæ nostræ ubicunque opus fuerit instituere, Milites conscribere, stipendia assignare, statuta condere, & condita (salvis tamen infrascriptis reformationibus) mutare. Vices tuas in toto, vel in parte delegare, ac pro libito revocare, ac prorsus omnia, & quæcunque alia facere, ordinare, & exequi, eandemque, & omnimodam jurisdictionem in omnibus causis, & negotiis ad ipsum officium Camerariatus, quomodolibet pertinentibus, habere, & exercere, quæ prædictus Henricus Cardinalis, & omnes alii ante eum Camerarii, de jure, statuto, usu, consuetudine, privilegio, fundatione, & aliàs quomodocunque facere, ordinare, & exequi potuerunt, seù etiam debuerunt, etiam si talia forent, quæ facultatem, & mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum.

Assignatio emolumentorum.

§. 7. Decernentes Te ex nunc ad d. officium Camerariatus, ejusque liberum exercitium, necnon honores, onera, salaria, jura jurisdictiones, & emolumenta prædicta, in locum ejusdem Henrici Card. & Camerarii, & aliorum prædictorum recipiendum & admittendum fore, ac recipi, & admitti debere, Tibique de emolumentis, & aliis juribus prædictis à die obitus d. Henrici Card. & Camerarii, absquè alia intimatione Collectoribus ubilibet existentibus, vel aliis quibuscunque facienda integrè responderi debere.

Innovati facultatum consuetarum atque proventuum, præter hic excepta.

§. 8. Insuper Tibi concedimus, & indulgemus, ut omnibus prædictis, & quibuscunque privilegiis, facultatibus, prærogativis, præ-

præeminentiis, antelationibus, exemptionibus, immunitatibus, jurisdictionibus, juribus, emolumentis, gratiis, & indultis, quibus prædictus Henricus Cardinalis, & alii ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, qui hactenus fuerunt in genere vel specie, aut alias quomodolibet, nam Sede Apostolica, quam vacante, uti, potiti & gavisi tam antiquis quàm modernis temporibus fuerunt, ac uti, potiri & gaudere possent & etiam deberent, sive dem illis per litteras Apostolicas, sive per patentes, aut scripturas, aut libros Camerales, aut decreta Cameralia, seu quæcunque alia publica vel privata documenta appareret, similiter, & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia, uti potiri, & gaudere, necnon omnia & quæcunque regalia, proventus, & jura etiam antiqua, tam ex sigillo, custodiis, præfecturis, officiis, exactionibus, taxis, & quibuscunque aliis rebus, & præsertim in litteris facultatum prædicti Henrici Cardinalis & Camerarii enumeratis, quàm etiam ex Collectoria in Regnis Hispaniarum, vigesima, nuncupata, obvenientia, quæ ad rationem duorum pro centenario super spoliis, fructibus, juribus, & emolumentis omnibus dictæ, & aliarum Collectoriarum ubicunque institutarum & instituendarum tibi assignamus, tibique omnino persolvi volumus, atque mandamus, (regalibus tantum & emolumentis unius pro centenario, & impositionibus Congregationibus Regularium, & dimidii pro centenario ex vigesima Hebræorum, at etiam dimidii pro centenario ex subsidio triennali exceptis) integrè percipere, exigere, & levare, etiam liberè & licitè possis, & valeas, eaque tam quo ad jus percipiendi emolumenta, quam quo ad omnia, & singula supradicta, uti auctoritate & facultate, qua quisque Prædecessorum tuorum plenissimè usus fuit.

Dispensatio retinendi Camerariatum cum Præfectura Brevium.

Specificatio jurisdictionum, & facultatis.

Assignatio emolumentorum.

Innovati facultatum consuetarum atque proventuum, præter hic excepta.

Obedientia Camerario ab omnibus præstanda. Hoc idem habes in Jul. III. constit. 9. licet. fol. 692. lib. 1.

§. 9. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filiis Præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ, cæterisque personis cujuscunque dignitati, status, gradus, ordinis, conditionis, qualitatis & præeminentiæ nec Communitatibus, Universitatibus & locis illorumque Hominibus, ac aliis ad quos spectat & pertinet, & pro tempore spectabit & pertinebit, quatenus ipsi & eorum quilibet, tibi tanquam membra capiti obsequentes, ac reverentiam & obedientiam exhibentes, tuis monitis & mandatis omnino pareant & obediant, in regimine & administratione ipsius Cameræ, & dicti officii Camerariatus exercitio, ubicunque expediet, adiit, omnia officia debita exhibere procurent, Alioquin sententiam sive pœnam, quàm ritè tuleris, sive statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Præservatio Officii a præsumptis. Dominorum de Vitellis.

§. 10. Ac insuper cum Hæredes bon. me. Vitellotii ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Camerarii prætendent officium Camerariatus hujusmodi, quod idem Vitellotius Cardinalis, dum viveret, obtinebat ex persona ipsius Vitellorum Cardinalis, prætextu cujusdam concessionis à piæ memoriæ Pio Papa Quarto etiam prædecessore nostro per dictum Vitellotium Cardinalem obtentæ non vacare, eisdemque Hæredibus illius pretium & emolumenta deberi, ac propterea lis & causa seu controversiæ coram certo causarum Palatii Apostolici Auditore, semper dicto officio Camerariatus, ac illius pretio & emolumentis orta fuisset, & indecisa penderet: & similis mem. Pius Papa V. pariter prædecessor noster securitati & indemnitati tunc existentis ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii consulere volens, voluerit & declaraverit, atque decreverit, quod dicta Camera ipsum Camerarium ejusque Hæredes, ac ab eo causam habentes, non solum à prædicta, sed etiam quacunque alia lite, & causa, per hæredes, creditores, & fidejussores dicti Vitellotii Cardinalis mota, tutari & liberare, ac causæ patrocinium propriis impensis suscipere, ac de evictione teneretur, & obligata existeret, cum decretis, & obligationibus ac cautelis tunc expressis prout in eis, quorum tenores haberi volumus pro expressis, plenius continetur; Nos tuæ tuorumque Hæredum, & Successorum, ac ab eis causam habentium securitati, & indemnitati prospicere volentes, de consilio, assensu, ac potestatis plenitudine similibus, Te, tuosque prædecessores ab hujusmodi & quacunque alia lite & molestia, cæterisque omnibus incommodis eximimus & liberamus; ac etiam statuimus, & decernimus, Cameram ipsam ad causam prædictam, ut præfertur, suscipiendam & defendendam, teque, tuosque hæredes, & successores prædictos ab omnibus, & singulis prædictis præservandum, ac prorsus ad omnia, & quæcunque alia, ad quæ juxta ipsius Pii Quinti prædecessoris voluntatem & decretum, tunc existenti Camerario, ejusque hæredibus, & aliis prædictis tenebatur, etiam contractu solemni & stipulatione omni tempore teneri, & obligatum existere.

Exceptis à quacunque subventione.

§. 11. Teque tam super præsentis officii Camerariatus concessione, quam illius pretii donatione, ac emolumentorum, & jurium perceptione, nullo unquam tempore per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros, ac Sedem & Cameram hujusmodi etiam ratione subventionis, & necessitatis Romani Pontificis pro tempore existentis, ac Sedis & Cameræ prædictorum, etiam pro expeditione contra Turcas, & alios infideles, ac Catholicæ fidei hostes, vel ex alia quacunque, etiam quantumvis justa, pia, legitima, & quæ hic de necessitate exprimenda esset, causa, molestari, perturbari, aut inquietari posse, nec etiam prætextu dictæ litis, aut aliarum molestiarum, quam litem & causam, quo ad te extinguimus, hæredibusque, & successoribus, necnon creditoribus dicti Vitello-

tii Cardinalis perpetuum silentium imponimus.

Clausula praeservationis hujus concessionis.

§. 12. Ac præsentes, nullo unquam tempore, quovis prætextu, & ex quovis capite de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis prætextu, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas quodcunque juris, facti; vel gratiæ remedium impetrari posse, illasque sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos vel Successores nostros Romanos Pontifices, aut dictam Sedem, ex quibusvis causis, etiam motu, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter pro tempore factis, nullatenus comprehendi, nec comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub data posteriori quandocunque per te eligenda, concessa, & validas, ac efficaces, adversus quascunque impugnationes existere, vimque veri, & validi, ac efficacis contractus, inter Nos, & Sedem ac Cameram prædictam ex una, necnon Te tuosque prædictos partibus ex altera, jurati, & stipulati perpetuo habere, & obtinere; Teque ad superius expressa, in toto vel parte, verificandum seu probandum minimè teneri, sed easdem præsentes absque alia probatione sufficere, eisque in judicio, & extra illud stare, nec ullam probationem cujusque naturæ, & speciei illa sit vel fuerit, in contrarium adduci vel admitti, quinimò etiam si superius expressa hujusmodi minus vera sint, & contrarium quandocunque probari contigerit, nihilominus easdem præsentes litteras suum plenarium effectum consequi, Teque illis eorumque effectu potiri, & gaudere.

Clausula sublata.

§. 13. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Cameræ Præsidentes, & Clericos, ac dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judiciandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis instantia, ac etiam in dicta Camera judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Reformati circa Hebræorum licentias fenerandi, medendi, duas Uxores habendi, Synagogas erigendi, & circa absolutionis transgressio-nes, & licentias exercendi Banchierottorum, ac tolerantias, &c.

§. 14. Præterea volumus, statuimus, ac mandamus, ut Tu, & futuri Camerarii prædicti, de cætero perpetuis futuris temporibus à concedendo Hebræis extra Statum nostrum Ecclesiasticum licentias fenerandi, quas tolerantias appellant, abstineatis. In Statu autem prædicto, ubi Hebræi commorantur, uti Avinioni, & in Legatione Ferrariæ, nullas, exceptis Hebræis Levantinis, & cæteris Anconam accedentibus, & ibi commorantibus, concedatis. In Urbe quoque numerum conventum non excedatis. Hebræis etiam alias tolerantias, & privilegia præjudicium Christianorum concernentia, ac licentias vendendi, erigendi Synagogas, ducendi aliam uxorem, vivente prima, aliaque contra Constitutiones Apostolicas faciendi, atque absolutiones, quas vocant à transgressibus, etiam nullo modo, concedatis. Similiter à licentiis exercendi nummularium, sive Bancherottum, etiam quo ad permutationem auri, & argenti, abstineatis, ac concessæ revocatæ sint, & esse intelligantur.

Monetasque reprobatas ad Urbem conducendi. Moratores dandi.

§. 15. Non possitis dare licentiam deferendi ad Urbem quatrenos, aut monetas reprobatas.

§. 16. A concessione moratoriarum, sive dilationum, quarum prohibitionem innovamus, etiam abstineatis.

Salvos conductus.

§. 17. Non detis salvos conductus etiam pro debitis, neque cedulas, Nongravetur, nuncupatas, contra mandata, ab aliis Judicibus relaxata, etiam sub prætextu depositi, nisi pro prædictis, aut aliquo eorum ordinem nostrum, aut pro tempore existentis Romani Pontificis habeatis. In salvis conductibus pro Navi, aut aliis quibuscunque non apponatis clausulam, quod non possint molestari, etiam ex causa Religionis, nisi ex causa cum Romano Pontifice collata.

Tractus frumentorum.

§. 18. In concessionibus tractatum frumentorum, bladorum, leguminum, olei, & aliorum animalium, servetis constitutiones per Prædecessores nostros Romanos Pontifices desuper editas, ac nullo modo extra Statum Ecclesiasticum, nec etiam ad Civitates, & loca Bononiæ, & Ferrariæ sine Chirographo nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis, tractam hujusmodi concedatis. Ubi autem aderit hujusmodi Chirographum, sive sit pro certa persona, vel universitate, sive pro incertis personis facultativum, & cuicunque directum, fiat expeditio per te & pro tempore existentem Camerarium prædictum solum, & non per alium. Ac istæ quæ dicuntur tractæ extra Statum, & ad Civitates, & loca de quibus supra, registrentur una cum Chirographo hujusmodi in particulari libro nuncupando Liber tractarum, pro quibus non percipiatis pro sigillo, ultra Julios undecim pro quolibet centenario rubrorum.

Extractiones qui de loco ad locum.

§. 19. Extractiones autem de loco viciniori Urbis ad locum remotiorem intra quadraginta milliaria, in Patrimonio, Tiberina, Latio, & Campania, atque Maritima quo ad frumenta, blada, & legumina non concedantur, nisi per Præfectum Annonæ, cum participatione tamen, ac sub nomine & sigillo tuo, & pro tempore existentis Camerarii pro quo sigillo usque ad quinquaginta rubra unus tantum, & usque ad centum, duo, & abinde supra usque ad quamcunque summam, quinque Julii solvantur.

§. 20.

Etiam quo ad oleum & animalia.

§. 20. Quo ad oleum autem intra quadraginta milliaria, & animalia in Provincia Patrimonii in prædicto casu non concedentur nisi per Præsidentem Graſciæ, cum simili participatione Camerarii, & subscriptione Commissarii ejusdem Cameræ, sub nomine & sigillo prædictis, pro quo sigillo non solvatur ultra solitum. Quo verò ad alia loca, & aliud genus Graſciæ, Tu solus tantum provideas, & non alius.

Frumentorum inceptæ.

§. 21. Abstineatis quoque à licentiis emendi frumenta, blata, legumina, & olivas, ultra usum, nec accipiendi eadem in solutum, seu aliàs quomodolibet impetrandi.

Indulta quod pro alio quis non teneatur.

§. 22. Et ab indultis, quod quis soluta rata non teneatur pro aliis, nisi ad favorem conducentium Graſcia ad Urbem, aut in casibus aliàs permissis.

Ægyptios tolerandi insta. tu Eccles.

§. 23. Nec permanendi Ægyptios in Statu Ecclesiastico.

Panarum Stat. alterationem.

§. 24. Et alterandi pœnas statutarias ad favorem certarum personarum.

Indultorum contra bullas concessionem.

§. 25. Et generaliter ab indultis & dispensationibus contra constitutiones Apostolicas prædictas.

Communitatum licentias vendendi stabilia, emendi census aut faciendi Nundinas.

§. 26. Non intromittatis in concedendis licentiis vendendi stabilia universitatibus, neque accipiendi pecunias ad censum seu aliàs, minusque indultis faciendi Nundinas, & mercatum, quæ in plena Camera expedientur.

Privilegia emendi & vendendi contra formam bannimentorum.

§. 27. Patentes, Licentiæ, & Privilegia, emendi & vendendi, tam in Platea agonis quam in foro Boario, aut alio quocunque loco Urbis, contra bannimenta & solitum à te non concedantur; quinimò tu invigiles, ne à quovis alio, quacunque auctoritate, dentur, & concessa, revocata intelligantur. Ac Extraordinarii, aliique Exactores, illorum usum quoquomodo admittentes vel patientes, pœnarum privationis officii, & graviorem etiam corporis affli ctivam, quo ad patentes tuas, arbitrio Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis, quo ad aliorum verò, arbitrio tuo incurrant.

Pro mandatis ex decreto restringendis solvatur.

§. 28. Pro mandatis de excarcerando vigore decreti Visitæ nihil pro sigillo solvatur.

Pro sigillo mandati Graſcia vel Annonæ quid solven.

§. 29. In mandatis ratione Graſciæ, & Annonæ, usque ad summam quindecim seu totum, pro sigillo non solvatur nisi julius unus & si expeditiones fiant pro pluribus personis, non exigatur nisi pro uno sigillo.

Commissarii non deputentur.

§. 30. Commissarii verò etiam in Urbe nulli deputentur, nisi cum Chyrographo Nostro.

Commissariatus Ripettæ suppriminitur.

§. 31. Officium Commissarii Ripettæ supprimatur, prout illud, motu & auctoritate similibus, supprimimus, & extinguimus, ac loco illius aliquis substitutus cum salario decem scutorum pro quolibet mense, ex pœnis ejus diligentia in camerandis, & non aliunde percipiendo, à te deputetur.

Pœna d. Commissariatus societati Confalonis applicantur.

§. 32. Portio autem pœnarum, quàm idem Commissarius Ripettæ percipere consuevit, applicetur Societati Confalonis Redemptionis Captivorum de Urbe, prout illam, demptis dictis decem scutis, applicamus.

Mundatoris Platea Agonis designatur officium.

§. 33. Officium Commissarii Mundatoris Plateæ Agonis nuncupatum habeat certum salarium decem scutorum etiam quolibet mense, quæ exigantur, prævia taxa per te, & pro tempore existentes Camerarios prædictos facienda, ad eam rationem, solum ab Hebræis, & aliis habentibus situm Apothecæ certum in die mercati in dicta Platea.

Causarum criminalium tribunal non teneatur à Camerario.

§. 34. Tu, & futuri Camerarii hujusmodi, non habeatis Tribunal Criminale erectum: Ac tuus, & ejusdem Camerarii Auditor non procedat in causis criminalibus, in quibus veniet infligenda pœna supra relegationem; sed his, quæ à jurisdictione Officii Camerariatus pendet, deputetis aliquem ex Judicibus ordinariis, vel aliquos vobis beneviſos ad beneplacitum, prout usu veniet.

Quando sit locus præventioni inter & Gub. Urbis.

§. 35. Ita tamen, quod in causis furti pignorum, quo ad Hebræos Bancherios sit locus præventioni inter Te, & Gubernatorem Urbis.

Hoc corrigitur hic inf. Pignora subhastentur in Monte Pietatis.

§. 36. Subhastationes Pignorum existentium penes Hebræos fiant in Monte Pietatis, in quo residuum pretii deponi consuevit, cum decreto tamen tuo, rogando per acta tui Notarii gratis.

Hoc corrigitur hic inf. Constitutiones Pontificiæ pro Camerariis confirmantur.

§. 37. Præterea ad jurisdictionem Cameræ nostræ conservandam, Constitutiones Pauli Tertii, & Pii Quinti, ac aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum ad ejus favorem editas innovamus.

Signatura Justitiæ in causis Camerariis non reſcribit.

§. 38. Ac insuper statuimus, quod de cætero Signatura Justitiæ non possit nec debeat, sive reformando, sive declarando, aliquid in Camera nostra, vel alibi, in causis spectantibus ad Camerarium prædictum rescribere, & supplicationes signatæ nullius sint roboris, nullamque tribuant jurisdictionem.

Camerarius & Camera avocent sunt causæ ab aliis Judicib. Ad hoc habes etiam alias bullas.

§. 39. Ac etiam decernimus licere tibi & Cameræ prædictis, omnes, & quascunque causas ad Camerariatus, & Cameræ Tribunal quomodolibet spectantes, à quibuscunque Judicibus, etiam Auditore Cameræ, ac etiam si agatur de obligatione Camerali, Palatii Apostolici causarum Auditoribus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, libere avocare, & reassumere, iisdemque inhibere.

Judices contra ab eo non avocent.

§. 40. Nullum verò ex prædictis, aut aliis quibuscumque Judicibus posse causas prædictas à dicto Camerariatus, & Cameræ Tribunali avocare, & reassumere, & etiam sub prætextu, quod causæ aliàs non sint Camerales, & ad dictum Tribunal non spectent.

Camera, & non Signatura cognoscat, an causa sint Camerales.

§. 41. Super quo non possit Signatura Justitiæ cognoscere, aut aliquo modo rescribere; nec se ingerere, sed hujusmodi cognitio, an causæ sint de jurisdictione Came-

rariatus, vel Cameræ, pertineat respectivè ad Te & Cameram: qui cognoscere debeatis, an sint jurisdictionis ejusdem Cameræ, & si Partes declarationi hujusmodi non acquieverint, vel ante hujusmodi declarationem voluerint Signaturam nostram Gratiæ tantum adire possint, & citato Commissario ejusdem Cameræ, commissiones proponi debeant.

Contrariis derogatur.

§. 42. Non obstante asserta litis pendentia, & aliis præmissis, ac nostra de non tollendo jure quæsito, quatenus opus sit, ac aliis Cancellariæ Apostolicæ regulis, nec non piæ memoriæ Leonis Decimi, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, etiam cum Collegio Cardinalium pro unione, & charitate factis, & contractu inviolabili, seu quasi, à quo nullo tempore resilire, nec illis ullo modo, aut nisi certis modis, & formis tunc expressis derogari possit, nec non juramentis, renunciationibus, aliisque clausulis, & cautelis firmatis, de dicti Camerariatus Officii dispositione, non perpetuò, sed ad triennium, aut illud tempus in favorem Cardinalium ipsorum utriusque Juris Doctorum ac de consensu omnium Cardinalium, seu majores partis eorum, cum decreto irritante, quicquid secus fieri contigerit. Ita quod de nullitate concessionis, omni tempore, absque inobedientiæ culpa, aut alterius censuræ, & pœnæ incursu dici valeat, aut aliàs certis modo, et forma, tunc expressis deinceps in perpetuum facienda, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, etiam ejusdem Pii Quarti prædecessoris, Octavo Idus Augusti. Pontificatus sui Anno sexto edita, qua cavetur, quod gratiæ, & indulta, qualecumque interesse dictæ Cameræ concernentia, infra certum inibi expressum tempus in dicta Camera præsententur, sivè registrentur, alioquin illæ non valeant. Ita quod Tu ad ejusdem præsentes in eadem Camera præsentandum, sive registrandum nulla unquam necessitate cogi, vel compelli possis, & nihilominus illæ valeant, & tibi suffragentur, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si præsentatæ, & registratæ fuissent, nec non Camera, & Officii Camerariatus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quovis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, usibus quoque, & naturis, quantocunq; tempore pacificè observatis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis Collegio Cardinalium, & dictæ Cameræ Thesaurario, illiusque Præsidentibus, & Clericis, per prædictos, et quoscumque alios Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros, ac Nos, et dictam Sedem, etiam per modum statuti perpetui, ac initi, et stipulati contractus, seu quasi, ac aliàs sub quibuscunque tenoribus, formis, ac cum quibusvis efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis, etiam motu, scientia et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, innovatis, extensis, & moderatis, quibus ac omnibus aliis, quæ eisdem præsentibus quomodolibet obesse possent, etiamsi talia, & multa essent, quæ sub concessionibus generalibus non venirent, sed specialibus omninò indigerent expressionibus, illorum ac suprадictorum omnium veriores, & totos tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ac vice duntaxat, harum serie specialiter, & expressè, ac ampliſſimè, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & ad effectum validitatis earundem præsentium derogamus. Quodque Tu juxta præfata omnia qualificatus, & J. U. D. non sis, cæterisque contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Hortatio de Officio providè gerendo.

§. 43. Tu igitur benedictione nostra fretus, eam in demandando tibi à Nobis hoc munere operam præstare curabis, ut ii quos jam animo percipimus, fretus industria tua, quotidie magis augescant. Nosque, & prædicta Sedes per te optimè consuluisse lætemur. Nulli ergo omninò hominum &c. Si quis autem &c. incursurum.

Dat. ap. An. 5 11 Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1599. quinto decimo Calend. Pont. nostri anno octavo.

DECRETVM

Reverendæ Cameræ Apostolicæ in favorem Inquilinorum.

RAphaël Episcopus Portuensis Card. S. Georgii, S. D. N. Papæ Camerarius. Cupientes tranquillitati Curialium: qui ut plurimum alienas Domos sub annua pensione ab Urbe incolunt, ne ab earundem Domorum Inquilinatu per alios expelli possit, simul, atque litibus, & controversiis, quæ propterea suboriuntur submovendis, quantum possumus, opportunè providere. Hinc est, quod cum in libris Cam. Apostolicæ reperta fuerit attestatio Constitutionis hujusmodi sub tenore. De mandato RR. Patrum Dominorum Vianensis Proton. Bonon. S. D. N. Papæ Vicecamerarii, & reliquorum Dominorum Clericorum Cam. intimetur R. in Christo Patri, & Domino, D. Hunufrio Episcopo Tricaricen. Commissario, & Judici causæ Romanæ domus, inter quosdam Simonem de Luca Mercatorum, ex una, & Marianum de Senis Inquilinum, ex alia, partibus verten. qualiter in Cam. Apost. reperitur Constitutio quædam cujus effectus est: Quod nemo Curialis Inquilinus ejici possit ex conducta domo, nisi propter factam locatæ Domus venditionem aut

ãüt Dominus Domus volens ipsam Domum locatam per seipsum, & non per alium quemcunque inhabitare, & eo etiam casu nisi satisdato prius de inhabitando hujusmodi Domum, per seipsum, ad minus per unum annum aut Inquilinus requisitus debito tempore recuset solvere conventam pensionem, & quòd de hoc est etiam in Romana Curia publica vox, & fama; universalis observantia in judiciis ejusdem Curiæ Dat. Romæ in Cam. Apost. sub ejusdem Sigilli impressione, Anno Domini 1470. die 26. mensis Octobris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Papæ II. Anno ejus septimo *Gaspar Blondus.* Propterea eandem attestationem, & dispositionem, cum omnibus, & singulis in eis contentis de mandato S. D. N. Papæ vivæ vocis oraculo Nobis desuper, & ex Decreto in Cam. Apostolica facto, cum omnium & singulorum suppletione defectuum, tàm Juris, quàm facti, quicunque sint, innovamus; Legisque generalis in perpetuum, vim, & effectum habere, nec ad ejus probationem in judiciis, & extra, alicujus, quàm unius ex Notariis Cam. Apost. de præsenti innovatione, & ordinatione, ac statuto transumptum requiri, sed idem transumptum plenè sufficere decernimus, & ordinamus. Et nihilominus pro majori dictorum Inquilinorum satisfactione, & ad lites, ac controversias evitandas, ut præfertur Oraculo, & Decreto similibus, etiam in perpetuum, statuimus, & ordinamus, quòd ex nunc, & in posterum nullæ locationes, etiam ad longum, seù longissimum tempus, seù etiam ad tertiam generationem, nec etiam venditiones de eisdem Domibus sic alteri locatis seù, & quivis alii contractus quomodocunque, etiam cum juramento, & in quavis forma etiam Cam. Apost. seù aliàs quomodocunque excogitari possint, etiam sub prætextu, quòd utiles eisdem locatoribus Dominis existant, per earumdem Domorum Dominos, sivè Romani sint, sivè Curiales, etiam si aliàs Pupilli, sivè xxxv. annis Minores, vel etiam Mulieres, Laici, vel Clerici, seu etiam Religiosi, vel alias Ecclesiarum quarumvis Rectores, vel etiam earumdem Domorum jure quorumvis Beneficiorum per eos obtentorum jus, seù dominium habentes, & pro quavis necessitate fieri valeant, seù alicujus momenti sint, nisi primitus, & ante omnia iidem Domini earundem Domorum Inquilinos per authentica Instrumenta, & in præsentia Notarii, & Testium fide dignorum, bis, et cum intervallis decem dierum requisiti, si pro justis conditionibus, seù pretiis, vel aliis considerationibus, easdem Domos in similem locationem, vel emptionem, vel per alios hujusmodi contractus habere volunt, aliàs dictæ Venditiones, et Locationes aliique contractus locationis desuper facti, ex tunc, etiam si aliàs præsens constitutio ignoraretur, nullius roboris, vel momenti fore intelligantur, & omni modo pro infectis habeantur. Ac ex tunc idem locare, vel vendere, seù aliàs contrahere volens, censeatur ad eandem locationem, seù venditionem, vel alium contractum cum eodem Inquilino faciendum præcisè astrictus, perindè ac si per publicum instrumentum idem Dominus se ad eam locutionem, venditionem, seù alium contractum eidem Inquilino obligasset, super quo etiam, sola veritate inspecta, jus, & justitiam ministrari volumus, & mandamus, in contrarium facientibus non obstantibus, omnium hic exprimendorum tenores pro sufficienter expressis habentes Die xi. mensis Octob. 1510. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Julii divina providentia Papæ II. anno septimo. Præfatum Decretum, & Constitutio antiqua confirmata fuit per Reverend. DD. Vicecamerarium, Præsiden. & Clericos Cameræ Apostolicæ, præsidentibus Romæ in Camera Apostolica Veneralibus viris DD. Jo. Baptista Brocho Commissario Apostolico, & Aurelio Amerin. Notario Cameræ Apostolicæ; & me Melchiore de Campania ejusdem Cam. Notario rogato. Et ne contingat quèmquàm de præmissis hæsitare, has præsentes literas testimoniales fieri, & per ejusdem Cameræ Apost. Notarium infrascriptum subscribi, Sigillique Nostri Camerariatus Officii jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in Camera Apostolica die 21. Junii anno Domini 1513. Pontificatus D. Leonis Decimi anno ejus Primo.

Jurisdictio, & facultates almæ Vrbis Gubernatoris, & Vicecamerarii.

LEO EPISCOPVS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Magistro Amadeo Berruto Notario Procuratori nostro pro Nobis Romana Curia sive Ecclesia in Alma Vrbe nostra Gubernatori salutem, & Apost. benedictionem.

ETsi pro cunctarum Civitatum temporali dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subjectarum prospero, ac felici regimine quantum Nobis ex alto conceditur, curam solertem, & vigilem gerere debeamus, de Nostræ tamen Almæ Urbis Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum cruore Domino Nostro JESU CHRISTO consecratæ, ac Incolarum ejus, & Cameræ Apostolicæ officiorum diligenti administratione, tanto accuratius cogitare Nos convenit, quanto Orbis ipsa caput est Orbis, & in ea Altissimus Sacerdos principalem, ac præcipuam Sedem, ad quam de diversis Mundi partibus Christi Fideles confluunt in numero copioso, velut collocari, & quæ in eadem Camera peraguntur, inter graviora dictæ

dictæ Ecclesiæ negotia solita sunt reputari eaque expedit solerti cura, & diligentia pertractari.

Deputatio Gubernatoriu cum infrascripti facultatibus.

§. 1. Cupientes igitur, ut Urbs ipsa, ac illius Cives, & Incolæ peculiares nostri, & præfatæ Ecclesiæ Filii, providi Gubernatoris potiantur regimine, & quæ ad Camerariatus officium in Camera præfata pertinet, ei per Camerarii nostri Locum tenentem, seu Vicecamerarium ibidem exerceri solita sunt, ea qua expedit solerti cura, expediantur, ac de Te, qui Prælatus noster domesticus existis, & in quo tamdiu tam doctrinam singularem, quàm fidei constantiam, magnanimitatem, circumspectionem, ac vitæ integritatem, atque alias virtutes, auctore Domino, cumulatas esse cognoscimus, sumentes in Domino fiduciam specialem, quod omnia, etiam ardua, & difficilia, quæ ad honorem, & fœlicem, ac prosperum statum nostrum, ac Ecclesiæ, & Sedis prædictæ pertinere cognoveris, divina favente clementia, laudabiliter exequeris: motu proprio, non ad Tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de Nostra mera deliberatione, & ex certa scientia. Te in Urbe ipsa, ejusque districtu, & pertinentiis, generalem Gubernatorem, ac in Camera Apostolica Vicecamerarium, ac Camerarii præfatæ Cameræ Locum tenentem, cum cura, arbitrio, potestate, honoribus, oneribus, pertinentiis, & emolumentis consuetis ad Nostrum, & dictæ Sedis beneplacitum, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus, quascunque alias commissiones de dictis Vicecamerariatus, & Gubernatoriatus officiis alias factas harum serie penitus revocantes.

Causas civiles, & criminales cognoscendi. Ad hoc vide declarationes indicatas in rubr. per Laert. Cherub.

§. 2. Ac Tibi omnes, & singulas causas commissas, ac negotia per Nos, nostrasque in forma Brevis litteras, sive alias commissiones quomodolibet in genere, vel in specie Gubernatori prædecessori tuo committi fas, juxta illarum litterarum commissionem, & tenorem prosequi. Et in omnibus aliis, & singulis cautis, etiam per Nos, & Venerabilem Fratrem nostrum Raphaëlem Episcopum Ostien. Camerarium nostrum, tanquàm Vicecamerario commissis pro tempore, & committendis Auditoribus, & Locumtenétibus tuis, ac aliis de quibus Tibi videbitur, vices tuas, etiam usque ad Sententiam diffinitivam inclusivè, & cum potestate exequendi, quotiens Tibi placuerit, committendi, ac tàm per Te ipsum; quam per tuos Auditores, seu Locatenentes, exercentes vices tuas in eisdem, & tàm in Civilibus, quàm in criminalibus, & tam spiritualibus, quàm temporalibus cautis, & aliis quibuscunque negotiis, tàm contra Cives Romanos, quàm Forenses Ecclesiasticos, & Laicos, & Incolas, nec non Religiosos cujuscunque Ordinis, status, gradus, conditionis, seu dignitatis existant, activè, & passivè concernentibus, tàm in Palatio Apostolico, & in Burgo Sancti Petri, ac in Castro nostro S. Angeli, nec non in Capitolio, quàm alibi.

Summarie &c. procedendi.

§. 3. Et ad reprimendum litium infractus, nec non partium litigantium expensas, indemnitatibus, & dispendiis parcendum, in cautis, & negotiis hujusmodi procedendi, etiam nullo penitus juris ordine, seu dictæ Cameræ, & Curiæ Romanæ stylo vel consuetudine servatis, sed sola facti veritate inspecta, de bono, & æquo, & pro contingentia rerum, & qualitate facti, quando cumque tibi visum fuerit, etiam de facto manu regia, ac velo levato, etiam secundum voluntatem, & beneplacitum, & dispositionem tuam, procedendi, & judicandi, & jus dicendi.

Excommunicandi, & Brachium sæculare exercendi. Quo ad primum attende Bullam Vic. & A.C. cit. in rubr. in impress. per Laert. Cherub.

§. 4. Nec non occasione coram te Litigantium, excommunicationes seu alias censuras; & pœnas contra eos promulgandi, & relaxandi, & brachium etiam sæculare exercendi etiam contra Romanos, & alios supradictos quacunque auctoritate, & dignitate fungentes, & generaliter omnia alia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, procurandi, quæ in præmissis, & quæ ad officium ipsum de jure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinere dignoscuntur, & quæ nos ipsimet in omnibus, & singulis præmissis facere possumus, & omnia alia, & singula quæ Vicecamerarii, & Gubernatores, qui pro tempore fuerunt, facere, mandare, ordinare, corrigere, exequi soliti sunt, faciendi, mandandi, ordinandi, disponendi.

Delinquentes puniendi præventive quo ad alios in pœnu ab eo inducitu vel data præventione.

§. 5. Et contra quascunque prædictas personas, etiam nulla præcedente infamia, nulloque processu inquirendi, easque corrigendi, castigandi, & etiam usque ad ultimum supplicium inclusivè puniendi, ita quod quamprimum citationem contra aliquem Civem Romanum, vel alium quemcumque ex prædictis quomodolibet delinquentem ad ejus Domum factam, quoscunque alios Judices præveniisse censearis, ita quod alii nullatenus contra eundem ut supra citatum quomodolibet procedere possint, nec etiam per eos super pœnis contra deferentes arma, & alios delinquentes per te indictis, vel comminatis, post illarum incursum possit intromitti, sed absolutio, vel condonatio aut remissio dumtaxat ad te pertineant.

Domique arrestandi.

§. 6. Nec non delinquentes quoscunque citandi, & citari faciendi etiam pro prima vice, ad Domum solitæ habitationis eorum, quæ perinde valeat, ac si fuissent personaliter apprehensi.

Pœnas auferendi, & mutuendi.

§. 7. Ipsosque delinquentes, vel rebelles aut inobedientes pecuniarum, ac privationis officiorum, & aliis de quibus tibi videbitur, & placuerit pœnis, condemnandi mulctandi, & pœnas ipsas, tàm à jure communi, quàm ex Statuto, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet impositas, & tàm corporis afflictivas usque ad ultimum supplicium

plicium inclusivè, quàm pecuniarias pro modo culpæ, qualitateque delicti causæ, loci, & personæ augendi, & minuendi.

Statutis derogandi. §. 8. Statutis Urbis totiens quotiens tibi videbitur, & placebit derogandi.

Edicta proponendi. §. 9. Edictaque, ac decreta, proclamata, seu bannimenta, & statuta, quoties tibi placuerit, & sub quibuscunque pœnis, ac contra quoscunque faciendi, & quæcunque alia per quoscunque etiam per Nos edita, & edenda, interpretandi, mutandi, & alterandi pro bono pacis, & utilitate subditorum, & correctione delictorum, ac inductione bonorum morum, plenam, liberam, & omnimodam, auctoritate Apostolica tenore præsentium, concedimus facultatem.

Nullitates in hac Curia non attendendas. §. 10. Statuentes, Processus tuos, vel Auditorum, seu Locatenentium tuorum in causis præmissis, vel Sententiis ferendis, ob juris ordinem, telamque judiciariam, dictæque Cameræ, & Romanæ Curiæ stylum, vel consuetudinem, illis, non servatis per viam nullitatis, vel aliàs quomodoliber impugnari, seu revocari non posse.

Appellatio quando danda. §. 11. Nec à processibus, & sententiis hujusmodi in causis civilibus usque ad summam decem ducatorum auri, & in causis criminalibus, & mercedum nullatenus per aliquem appellari, vel reclamari posse.

Tu vide Sixt.

Causæ non avocandæ. §. 12. Nec causæ à Te, vel Locumtenentibus, seu Auditoribus tuis avocari possint, nisi motu proprio nostro, & te prius accersito, & audito.

Officiales omnes ei pareant. §. 13. Mandantes præfato Camerario nostro, necnon dilectis filiis Prælatis, Præsidentibus, & Clericis Cameræ prædictæ Urbi Senatori, & Conservatoribus, & aliis ad quos spectat, & pertinet, ac spectare, & pertinere poterit quomodolibet in futurum, ut Te ad dictum officium ejusque liberum, ut præmittitur, exercitium, necnon honores, onera, & emolumenta hujusmodi recipiant, & admittant, ac in omnibus, quæ ad officium ipsum pertinent, tibi veluti personæ nostræ propriæ efficaciter pareant, obediant, & intendant.

Si judicatum stare non tenetur. §. 14. Volentes pariter, & statuentes, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernentes, quod in iis quæ per te, vel alium, seu alios per te deputandos, & subdelegandos tuo nomine in officio hujusmodi gerentur, ab aliquo cujuscunque conditionis, seu auctoritatis existat, ullo unquàm tempore, ullave occasione, causa molestari aut quomodolibet inquietari valeas, nec tu, aut ipse de præmissis ullo unquàm tempore rationem reddere, aut syndicatui stare tenearis.

Irregularitatem non incurrit. §. 15. Et quod officium hujusmodi, per te, vel alios exercendo, & per quascunque captionem, detentionem, seu torturam quorumcunque Clericorum, vel privilegiatorum, contra quos etiam nulla præcesserit infamia, sed sola indicia nullas censuras, vel pœnas per comminationem, commissionem, vel impositionem pœnæ corporalis, mutilationis membrorum, aut capitalis, ubi etiam sanguinis effusio fuerit facienda, vel fieri contigerit, aut si fortuitu, vel alia quavis causa occurreret, vel in tortura, seu punitione per te, vel de mandato tuo facienda, aliqua membra mutilari, aut aliquem ab hac luce migrare, seu sanguinis effusionem fieri, ullam propterea irregularitatis, vel infamiæ maculam, sive notam Tu, & tui prædicti incurrant, nec incurrere valeant, sed perinde sit, ac si talia comminatus non fuisses, ac tui Auditores, & Mandatarii non interfuissent.

Decretum irritant. §. 16. Ac si per quoscunque reputari, tractari, & judicari debere, decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid secus super præmissis, omnibus, & singulis à quocunque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Omnes Executores ejus mandata exequantur. §. 17. Volumus etiam certis bonis respectibus moti, & ita sub excommunicationis pœna latæ sententiæ mandamus, quod Barisellus, & cæteri Executores in causis criminalibus, in quibus venit mors inferenda, vel corporis pœna, seu sanguinis imponenda, teneantur mandata tuorum Locatenentium, seu Auditorum, qui in dictis causis sententiam tulerint, de tuo tamen mandato, ac commissione facta, indilatè exequi juxta illorum tenorem, quamvis per te ipsum manu propria non fuerint subscripta.

Hæc Bulla capit præsentia fœlicia. §. 18. Mandantes insuper, omnia, & singula præmissa in omnibus, & singulis causis, & negotiis, tàm pendentibus, præteritis, præsentibus, quàm futuris locum sibi vendicare, & effectum suum sortiri.

Contraria non obstant. §. 19. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis prædictis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque & indultis, ac litteris Apostolicis, etiam in forma Brevis per fæl. rec. Julium Papa II. prædecessorem nostrum, populo Romano concessis, & per Nos confirmatis, innovatis, & etiam de novo concessis, quibus etiamsi ad illorum derogationem, de eis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, quo ad præmissa motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, eaque quoad præmissa nemine volumus suffragari, cæterisque contrariis quibuscunque.

Hortatio fideliter Officium exercendi. §. 20. Tu igitur officium ipsum sic sollicite, fideliter, & prudenter studeas exercere ut tua possit apud Nos fidelitas, & prudentia, non immerito commendari, & ad majora tibi committenda promptius invitemur.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1514. 4. Cal. Julii Pontificatus anno secundo.

Dat. P. Ann. 2. die. 28. Iun.

Reformatio Curiæ Almæ Vrbis Gubernatoris, quo ad causas civiles.

Editæ An. D. 1587.

SIXTUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium.

IN sublimi B. Petri Sede meritis licèt imparibus superna dispositione constituti, agrique Dominici curæ præpositi, id inter alia nostri muneris esse cognoscimus, ut singula circa omnes gradus, & Hominum conditiones, deformata, ac depravata, providentiæ nostræ ministerio corrigamus, & reformemus, præsertim Tribunalibus Almæ Urbis nostræ, in quibus omnis juris ratio exigit, ut Judices primum, studiosa vigilantia manuum munditia, & ordinata juris scientia, sint aliis præstantiores, Notarii quoque ad conscriben. acta deputati Mandatariique, & alii Ministri vitæ honestate, operosa sufficientia, moderata mercedis exactione, compassivaque erga Pauperes benignitate, sint admodum ornati. Litigantesque demum, & eorum Procuratores, ultimum Omnipotentis Dei judicium præcogitantes à perniciosis subtilitatibus, subterfugiis, intricationibus, extorsionibus se abstineant, ut deformibus omnibus sublatis, honesta sint omnia, & prava transeant in directa, ac jus, & justitia salubriter, & æqua lance, ac minoribus quàm fieri potest dispendiis, unicuique ministretur.

Marianus per benedictus Vrbis Guber. hac sua Curia Reformationem edidit.

§. 1. Nos tamen, quia humanarum rerum fines excedere non valemus, tantaque est Apostolici officii negotiorum moles, ut circa singula, per Nos ipsos, ejusdem Officii debitum exolvere non possimus, plurimum in Domino lætati sumus, quod Venerabilis Frater noster Marianus per benedictus Episcopus Marturanen. & dictæ Urbis nostræ, ejusque districtus generalis Gubernator, & Vicecamerarius à Nobis deputatus, huic nostræ sollicitudini respondens, Deique timore, & virtutis ac justitiæ zelo ductus, diversos abusus, quos in suo Tribunali irrepsisse cognovit, tollere, & aliis quæ inde irrepere potuissent, occurrere cupiens, sequentem suæ Curiæ Reformationem, circa causas civiles edidit, nobisque porrexit.

Gardin. Matthæus eam de mandato Papæ examinavit, & absolvit.

§. 2. Et ideo cupientes Reformationem hujusmodi accuratè, & debita circumspectione absolvi, dilecto Filio nostro Hieronimo S. MARIÆ in Cosmedin Diacono Cardinali Matthæo nuncupato, viro vitæ integritate, litterarum scientia, longaque rerum, & Romanæ Curiæ experientia insigni, dedimus in mandatis, ut eamdem Reformationem diligenter examinaret, suppleret, & corrigeret, & ille maturè omnibus visis, sigillatimque examinatis, nonnulla explanavit, nonnullaque etiam emendavit, & addidit, extremamque dictæ Reformationi manum adhibuit, Nobisque exhibuit, ejusque tenor talis est, videl.

Sequitur Reformatio de qua in rubrica.

Reformatio super.

§. 3. DLocum tenens Civilis Gubernatoris Almæ Urbis pro tempore existentis unus, duntaxat, in futurum sit legum scientia, vitæque probitate, & Romanæ Curiæ experientia insignis, & ex loco qui ab Urbe distet per quadraginta milliaria, oriundus. Qui omnes causas civiles, tam Commissarias juxta formam Commissionum, quàm ordinarias, vel alias in ipso Tribunali introducendas, juxta suas facultates cognoscat, terminet, & decidat.

Locumtenentis causarum civilium qualitatibus.

Audientia, hora, & loco.

§. 4. Audientiam terminorum, pro quibus Litigantes pro certa hora citati non sint, in Sala Palatii Gubernatoris, circa horam vigesimam, pro Tribunali sedendo, teneat.

Diebus festivis.

§. 5. Jus reddat singulis diebus, exceptis festivis de præcepto, aut consuetudine Almæ Urbis necnon diebus Coronationis Pontificis viventis, ingressus Gubernatoris, Jovis, Lunæ & Martis immediatè ante Cineres, ac ipsius diei Cinerum totius hebdomadæ sanctæ, commemorationisque Defunctorum, & vigiliæ Nativitatis Domini.

Significationes, vigore recursus.

§. 6. Significationes per viam recursus concedendas, semper concedat cum clausula, Non tamen in contumaciam.

Causis ordinariis.

§. 7. In causis ordinariis, vel via ordinaria introducendis, etiamsi ad probationem producantur Cedulæ, jura, & instrumenta obligationum Cameralium, non relaxet Mandata executiva, (si respectu summæ, vel valoris rei, de qua agitur, dictæ causæ sint appellabiles) nisi elapsis decem diebus datis ad appellandū, & servatis solitis terminis ad docendū de legitima appellatione, & ejus legitima prosecutione, & constito sibi de re judicata.

Suspectis.

§. 8. Suspectus post litem contestatam, vel pro contestata habita, allegari non possit, nisi à Principalibus met, vel eorum Procuratoribus ad id speciale mandatum haben. & ex certa causa per eos in actis specificata, & jurata, à Gubernatore pro legitima approbata.

Appellatione & recursu.

§. 9. Ab ejus Sententiis diffinitivis appelletur ad Sanctissimum in causis appellabilibus, in aliis verò non appellabilibus, & in quibus de jure recursus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui causas hujusmodi recursus, per seipsum, vel alium ab eo deputans, juxta suas facultates expediat.

Iudice deputato à Gubernatore.

§. 10. Qui deputandus, tàm in ipsis causis recursus, quam in illis, in quibus in locum D. Locumtenentis, uti suspecti recusati, à Gubernatore deputabitur, & in causis quoque Commissariis in quibus ex rescripto Signaturæ à Gubernatore similiter deputabitur, ea duntaxat emolumenta recipiat, quæ ut mox dicetur, D. Locumtenens recipere poterit, & nihil penitus ultra, sub pœnis ei indictis. Recursus, ut supra ad Gubernatorem à Locumt. decretis, & Sententiis petendi, infra decem

die

dies duntaxat peti debeant, & tunc executione non retardent, usquequo Gubernator hujusmodi recursus non admiserit.

§. 11. Sportulas D. Locumtenens non recipiat, nisi in illis causis Commissaris tantum, quæ auctoritate ordinaria, à principio ab eo cognosci non potuissent, in quibus circa quantitatem servet taxam fel. recordationis Pii Papæ Quarti. In cæteris verò causis quibuscunque sportulas nullo modo accipiat, etiam à sponte dantibus, sed earum loco ultra commodam habitationem, quam in dicto Palatio, pro se, suisque servientibus habere debeat, & ultra scuta auri in auro quinque, à quolibet ex duobus Notariis causarum civilium hujus Curiæ, ipsi tantum D. Locumtenenti quolibet mense in ejus principio solvenda, percipere possit Julium unum pro singulis infrascriptis expeditionibus, videlicet. Pro quolibet Mandato executivo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arresto in carceribus, Mandato de excarcerando, significatione dotali, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ, aut stante deposito, vel negatione, Aut data cautione de stando juri, & judicatum solvendo concessa, Et etiam pro qualibet Citatione, vel inhibitione, vigore Commissionis, aut extra Curiam decreta. Dummodo in quolibet ipsorum casuum agatur de re vel summa scutorum auri septem, qui constituunt Julios septuaginta septem.

§. 12. Alioquin prædictus D. Judex pœnas in Pii Papæ IV. constitutione, de reformatione Tribunalium contentas, incurrat.

Locumtenentis contravenientis pœnis.

§. 13. Notarii teneant intus, vel juxta dictum Palatium, eorum officia separata, & in locis ita distantibus, ut Collitigantium tumultus nullum afferre possit impedimentum.

Notariatum loris.

§. 14. In causis Tribunalis, neque officio Procuratoris, vel Sollicitatoris fungantur, neque alio quovis modo se intromittant.

Procuratio-neque eis interdicta.

§. 15. In eorum mercedibus recipiendis servent omninò taxam Pii Papæ Quarti, quia in ea omissus est casus examinis Testium super Articulis absque interrogatoriis, ideo tali casu Notarii recipiant pro hujusmodi examine cujuslibet Testis, bononenos octo usque ad scuta decem, & bononenos decem usque ad scuta viginti, & bononenos quindecim usque ad quamcunque summam, & non ultra.

Taxæ observanda.

§. 16. Citationes, & alias Mandatariorum, & Cursorum relationes, nullatenus in actis apponant, nisi Cursores, & Mandatarii eas in cartulis octavæ partis folii prius subscripserint, & supra subscriptiones nomen Notarii causæ appositum fuerit.

Citationes.

Citationes, & alios actus pro aliquo, vel contra aliquem non recipiant, nisi tàm Actoris, quam Rei nomen cum cognomine, aut exercicii, habitationisque designatione specificè in eis exprimatur.

Citationes ad videndum mandari consignari pignora, non recipiant, nisi appositum sit, etiam ad videndum mandari subhastari.

§. 17. Manualia Citationum, & manualia protestationum, separatim, & distinctè teneant. *Manualium.*

§. 18. Expeditionum libros duos habeant, in quorum uno distinctè, & ordinatim adnotare debeant omnes significationes per viam recursus concedendas, cum expressione nominis Collitigantium, & Curiarum, à quibus Dominus Locumtenens recursus, juxta suas facultates, concedet, ac etiam summæ vel valoris rei de qua agitur, necnon, & omnia Sequestra, & Monitoria, ex quavis causa decernenda. In altero autem adnotare debeant omnia Mandata executiva, non tamen in contumaciam; Et omnia Arresta, Mandata de Excarcerando, significationes dotales, aut vigore termini, aut in vim litis pendentis, aut litis finitæ, aut stante depositio, vel negatione, aut data cautione de stando juri, & judicatum solvendo, concessas, & omnes Citationes, vel inhibitiones vigore Commissionis, aut extra Curiam decretas, dummodo in quolibet ipsorum casuum agatur de re, vel summa scutorum auri septem. *Expeditionum librum.*

¶. 19. Listas expensarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam, etiam à sponte dantibus, recipiant, nisi prævio D. Locumtenentis decreto, & ejusdem subscriptione in calce citationum, ad videndum taxari expensas, apponenda. *Expensarum taxatione.*

¶. 20. Examen Testium scribere possint duo tantum Notarii pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbaverit, & non alii. *Examine Testium.*

§. 21. Decreta aliqua ex seipsis Notarii non conficiant, sed citationes omnes D. Locumtenenti in Audientia publicè legant, ab eoque decreta sumant, & deinde in actis apponant. *Decretis.*

§. 22. Mandata suspicionis fugæ scribere nequeant, nisi prius Domino Locumtenenti jura producta, vel probata ostenderint, illeque postea mandata decreverit. *Mandatis suspicionis fugæ.*

§. 23. Juramenta suspicionis fugæ, ab aliis quàm Principalibusmet, vel personis ad id speciale Mandatum habentibus, non recipiant. *Juramentis suspicionis.*

¶. 24. Sequestra non scribant, etiam in causis mercedum, nisi executionem mandatorum, servatis servandis relaxatorum, vel nisi docto de credito, etiam extrajudicialiter arbitrio D. Locumtenentis, jutatoque de dilapidatione aut fugæ suspicione. *Sequestris.*

¶. 25. Advocatos, Procuratores, & Sollicitatores, pro fidejussoribus occasione litium dandis, nullo modo recipiant. *Fidejussoribus.*

¶. 26. Significationes per viam recursus concedendas non scribant, nisi cum clausula, Non tamen in contumaciam. Alias verò significatione non scribant nisi vigore termini, aut nisi productis juribus, vel probationibus super solutione, aut nisi stante *Significationibus.*

pendentia litis, sive lite finitiva, vel nisi data cautione de stando juri, & judicatum solvendo, quando essent relaxata mandata suspicionis fugæ, pro executione judicii, aut nisi stante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

Responsiones ad articulos. §. 27. Responsiones ad articulos, & juramenta super partitis decisivis, coram D. Locumtenente tantum recipere possint, & debeant, nisi ipse aliter decreverit, ex causa infirmitatis, aut alterius legitimi impedimenti Collitigantium.

Notariorum contravenientium pœnæ. §. 28. Quicunque ex Notariis, sive Actuariis in eorum Officiis scribentibus, in aliquo præmissorum contravenerit, pro qualibet vice pœnam scut. 25. aliasque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas, pro modo excessus à Gubernatore arbitrandis, incurrat, damnaque & interesse Partibus reficere cogatur.

Mandatariorumque circa citationes. §. 29. Mandatarii hujus Curiæ citationes, & alias relationes in scriptis dumtaxat referre debeant, exprimendo an personaliter, vel Domi copia dimissa, vel affixa, & an ad statim, vel ad hodie per totam, seù ad primam, vel aliam diem fecerint.

Citationes, Intimationes &c. personaliter, aut Domi dimissa copia, non exequantur post secundam horam noctis, per affixionem autem, non nisi de die, & tunc in relationibus exprimant fecisse de die dimissa copia affixa in tali loco.

In citationibus, tàm Actoris, quam Rei nomen, cum cognomine, vel cum exercitii, habitationisque designatione exprimant.

In citationibus ad videndum mandari consignari pignora, apponant etiam, & videndum mandari subhastari.

Taxa observantia. §. 30. In eorum mercedibus recipiendis servent eorum taxas, ultra quas, etiam à sponte dantibus, nihil omninò accipiant.

Pignoribus. §. 31. Pignora omnia ab Executoribus quibuscumque eis consignanda, ordinatim singulariter adnotare debeant in eorum libris, exprimendo rerum qualitates, & quantitates, & nomen Executoris, & Collitigantium. Pignora subhastanda, publicè in loco commodo, ad id per Gubernatorem deputando, tenere debeant, à die quo receperint Mandata de subhastando, usquequo receperint mandata de Deliberando, Oblationes recipiendas adnotare debeant in eorum libris, cum appositione anni, mensis, & diei, ac expressione nominis, cognominis, exercitiique & habitationis Offerentium. Non recipiant oblationes cujuscumque Officialis hujus Curiæ, nec eis Servientium, neque Mandatarii, Affinium vel Consanguineorum, usque ad tertium gradum.

Earumdem contravenientium pœnæ. §. 32. Quicumque, in aliquo præmissorum contravenerit, pœnam scutorum decem pro qualibet vice, aliasque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas, privationisque Officii, pro modo excessus à Gubernatore arbitrandas, incurrat, damnaque & interesse partibus reficere compellatur.

Reformatione Procuratorum circa ex aliena. §. 33. Procuratores non possint actualiter exigere nomine suorum Principalium etiam ab Urbe absentium, & vigore mandatorum ad exigendum, aliqua bona, res, & pecunias, à quavis persona, in causis, & negotiis ipsius Tribunalis, nisi prævio Gubernatoris decreto, gratis desuper interponendo. Et qui contravenerit, officio Procuratoris omninò privetur, pœnamque pecuniariam Gubernatoris arbitrio solvat.

Executorumque ea taxam. §. 34. Executores cujuscunque Curiæ mandata hujus Tribunalis exequentes, nihil ultra eorum taxam, etiam à sponte dantibus recipiant, & nisi post factam executionem sive capturam.

Executionis tempus. §. 35. Mandata civilia non exequantur de nocte, neque de die festivo, nisi sint suspicionis fugæ.

Cautiones in executione Mandatorum nullatenus recipiant, sed executiones realiter vel personaliter, prout in mandatis continetur, exequantur, pignoraque Baroncello hujus Curiæ infra biduum consignent, describique faciant in libro, quem præfatus Baroncellus ad id specialiter tenere, in eoque adnotare debeat qualitates, & quantitates rerum sibi consignatarum, & nomen Executoris consignantis.

Pignorumque restitutiones. §. 36. Restituat quilibet Executorum prædictorum executiones, sivè bona in executione capta gratis, quotiescumque D. Locumtenens mandaverit.

Contravenientium pœnæ. §. 37. Quicumque in præmissis contravenerit, officio suo privetur, & pro modo excessus corporalibus pœnis Gubernatoris arbitrio plectatur, damnaque & interesse Partibus reficere cogatur. Pro quibus damnis, & interesse, quilibet Baroncellus cujuscumque Curiæ pro suis Executoribus, & Birruariis obligatus sit.

Confirmatio hujus Reformationis. §. 38. Nos itaque volentes Reformationem hujusmodi, tàm maximo labore, & tàm matura discussione, ad publicam maximè Collitigantium utilitatem, Tribunalisque dictæ Urbis Gubernatoris directionem, ut præfertur, digestam, perpetuò, inviolabiliterque observari. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictam Reformationem, omniaque, & singula in ea contenta, tenore præsentium, auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus. Quinimmo eandem Reformationem, in eaque contenta quæcumque motu, & auctoritate prædictis, Nos de novo statuimus, decernimus, & ordinamus, & per præfatum nostrum & pro tempore existentem Urbis Gubernatorem, ejusque in Civilibus Locumtenentem, ac Procuratores, Notarios, Mandatarios, Litigantes, Executoresque sive Birruarios, & alios quoscunque, exactissimè perpetuoque servari præcipimus, & mandamus pœnasque in d. Reformatione appositas de novo contravenientibus quibuscunque & pro qualibet vice apponimus, & infligimus.

§. 39.

Clausula sublata.

§. 39. Decernentes omnia quæ contra dictæ Reformationis formam & tenorem, decreta, acta & gesta fuerint, nulla, invalida, & exorta, & subreptitia, nulliusque roboris & momenti, fore & censeri, neminique propterea suffragari posse vel debere. Et ita per quoscunque Judices & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, in quavis causa & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 40. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac stylo, consuetudine, ac quocunque temporis cursu, etiam immemorabili roboratis, privilegiis, & indultis, tàm ipsi Tribunali Urbis Gubernatoris, vel ipsis Gubernatoribus & Locumtenentibus, quàm Notariis, Mandatariis, eorumque Collegio & Collegiis, aliisque quibuscunque personis, quacunque generali vel speciali nota & expressione dignis, & quomodocumque, & qualitercunque privilegiatis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, sub quibuscunque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere vel in specie, & aliàs quomodolibet etiam, per Nos concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisitæ forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsenti pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsenti non expressa, vel totaliter non inserta, effectus illius impediri valeant quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Iussio publicandi.

§. 41. Ut autem præsens Motus proprius ad omnium noticiam deducatur, ac omnes quorum interest, ac interesse poterit, afficiat, volumus & mandamus, illius copiam in Cancellariæ Apostolicæ, seu & Curiæ Reverendissimi Urbis Gubernatoris valvis, ac in Acie Campi Floræ affigi, & ibi relicta ejus copia, aliquandiu detineri.

Signatura sola sufficit.

§. 43. Volumus item quod præsentis Motus proprii sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio & extra, regula quacunque contraria non obstante.

Fides transumptorum.

§. 43. Quodque ejus transumptis, Notarii publici manu subscriptis, & alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo signatis, plena & indubitata fides, eaque prorsus adhibeatur, in judicio & extra, quæ præsenti adhiberetur, si foret exhibitus vel ostensus.

Fiat Motu proprio F.

Papa subscr.

Et cum absolutione à censuris, ad effectum &c. & de confirmatione approbatione, statuto, ordinatione, præcepto, mandato, inflictione decretis, derogatione, voluntate, aliisque præmissis, quæ hic pro sufficienter repetitis ad partem habeantur, in forma gratiosa latissimè exten. & cum opportuna, si videtur, Judicum executorum deputatione, qui assistant &c. cum potestate citan. &c. inhibendi, aggravandi &c. invocato &c. seculari, ac derogatione dictarum, non tamen trium, etiam latissimè exten. Et si videbitur literas desuper etiam per Breve S. V. &c. in præmissorum omnium & singulorum, etiam qualitat. invocat. denominat. nuncupat. annexis, aliorumque necessariorum majori & veriori specificatione & expressione, expediri possit, &c. simul vel ad partem, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis expedien. &c.

Clausulavum repetitio.

Fiat F.

Publ. Pon. Anno 3. die Decemb.

Anno à Nativitate Domini 1587. indictione 15. die verò 1. mensis Decembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Sixti Divina providentia Papæ V. An. ejus 3. supradictæ literæ in valvis Cancellariæ Apostolicæ, & Curiæ Reverendiss. D. Urbis Gubernatoris, & in Acie Campi Floræ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, juxta formam illarum Alex. Parabiacus mag. Curs.

Iurisdictio & facultates Thesaurarii Generalis R. C. A. & Collectoris Spoliorum ad eamdem Cameram spectantium.

SIXTVS EPISCOPVS Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Magistro Bartholomæo Casio Clerico Romano, V. I. D. Cameræ Apostolicæ Thesaurario Generali ac Cappellano & familiari Nostro. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Proœmium.

IN conferendis præcipuis Romanæ Curiæ & Cameræ Apostolicæ Officiis, illud potissimum Nobis curæ est, ut juxta commissum nobis desuper Apostolicæ servitutis munus, salubri directioni, indemnitati, & conservationi ærarii Apostolici opportunè consulatur, utque illius administratio talibus Personis committatur, quarum opera, studio, industria, ac fide, bona res & jura prædictæ Cameræ proinde, ac diligenter conserventur & augeantur.

Officii Thesaurariatus vacans.

§. 1. Cum itaque officium Thesaurariæ generalis ejusdem Cameræ, quod dilectus filius noster Guido Sanctorum Cosmæ & Damiani diac. Cardinalis Pepulus nuncupatus, tempore assumptionis per Nos de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ nuper obtinebat ex eo quod Nos ipsum officium per assumptionem hujusmodi vacare decrevimus, vacaverit, & vacet ad præsens.

Casii familia laudabiles qualitates referuntur, & Officium Thesaurariæ, ac Collectoriæ spoliorum, ac fructuum, & proventuum Beneficiorum, Ecclesiarum, & Monasteriorum in universa Italia, & bonorum in Urbe & toto Statu Ecclesiastico vacantium aliisque illi annexis cum juribus & emolumentis, ac gratiis Prædecessoribus Thesaurariis seu Collectoriis concessis confertur in persona Bartholomæi Casii Romani.

§. 2. Nos ad generis nobilitatem, exhimiamque doctrinam, nec non fidei ac justitiæ zelum, integritatem, ac singularem probitatem, cæteraque virtutes, quibus tu qui Notarius Apostolicus de numero participantium & Cameræ præfatæ Clericus, & in utraque Signatura Nostra Referendarius ac Prælatus Noster domesticus existis, & ex nobili Casiorum prosapia, ex qua quamplurimi S. R. E. Cardinales, Episcopi, Prælati, et aliæ egregiæ personæ de Sede Apostolica benemerentes hactenus prodierunt, et in dies prodeunt, originem trahis, clarere dignoscaris, Nostræ dirigentes considerationis intuitum, & indubiè sperantes quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, summa cum prudentia & exacta diligentia exequeris, quodque, dextera Domini tibi assistente propitia, dictum officium poteris laudabiliter exercere, dignum quin potius debitum fore censemus, ut Personam tuam Nobis & Apostolicæ Sedi admodum devotam, condignis honoribus & gratiis prosequamur. Te itaque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à Jure vel ab Homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & ex certa scientia Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dictum officium per assumptionem prædictam, sive alio quovis modo quem haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cujuscunque persona vacans, cum officio Collectoriæ etiam generalis spoliorum, ac fructuum, & proventuum quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum, nec non Ecclesiarum & Monasteriorum in universa Italia, ac bonorum in Urbe & toto Statu Ecclesiastico vacantium, aliisque illi annexis, nec non omnibus, & singulis illius honoribus, privilegiis, nec non ex dismembratione et separatione (quinque millium scutorum annuorum monetæ ex fructibus dicti officii Thesaurariæ per Nos nuper, ex certis causis animum Nostrum moventibus facti, Monti Thesaurariæ per Nos nuper erecto applicatorum, prout in Nostris inde confectis litteris plenius continetur remanentibus) juribus, regalibus, et emolumentis consuetis, ac facultatibus, jurisdictionibus, exemptionibus immunitatibus, præminentiis, antelationibus, prærogativis favoribus, indultis, & gratis tàm eidem Guidoni, quàm dilecto filio Nostro Benedicto Sanctæ Mariæ in Cosmedin diacono Justiniano nuncupato Cardinalibus, dum in minoribus constituti hujusmodi officium Thesaurariæ obtinerent, quàm cæteris omnibus ante eos generalibus Thesaurariis & Collectoribus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, ac Nos & Sedem prædictam in genere vel in specie, ac aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, extensis, & innovatis, ac aliàs ad Thesaurariæ generalis, & Collectoriæ hujusmodi officia, de jure, fundatione, privilegio, usu, consuetudine, vel alio quocunque modo & titulo pertinentibus, cæterisque omnibus, & singulis quibus Benedictus & Guido Cardinales prædicti dum hujusmodi officium Thesaurariæ obtinuerunt, & alii quicunque eorum in officiis hujusmodi Antecessores, tàm antiquis quàm modernis temporibus usi, poriti, & gausi fuerunt, ac uti potiri, & gaudere potuerunt, seu etiam debuerunt, sive de illis per litteras Apostolicas, vel Patentes, aut scripturas, seu libros Camerales, vel quæcunque alia publica vel privata documenta, fidem tamen facientia, appareat, quæ omnia & singula illorum tenores præsentibus pro expressis ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, harum serie Apostolica auctoritate confirmamus, approbamus, & innovamus, Tibique de novo concedimus, ita ut tu illis, omnibus & singulis, uti, potiti, & gaudere liberè, & licitè valeas, in omnibus, & per omnia, ac pariformiter & absque ulla prorsus differentia, perinde ac si per præsentes specialiter & expressè concessa fuissent, eadem tibi auctoritate concedimus & assignamus, Teque ad Thesaurariæ & Collectoriæ officia hujusmodi, illorumque liberum exercitium ex nunc recipimus, & admittimus, ac in locum dicti Guidonis Cardinalis, quo ad officia hujusmodi, substituimus & subrogamus, ac Nostrum Sedis ac Cameræ prædictæ Thesaurarium generalem constituimus, & deputamus, ac per dilectos filios ejusdem Romanæ Ecclesiæ Camerarium, præfatæque Cameræ Præsidentes, Clericos, aliosque, ad quos spectat & spectabit, tàm in eadem Camera quàm alibi recipi & admitti, Tibique de juribus, regalibus, jocalibus, taxis, proventibus, obventionibus, & emolumentis quibuscunque, ad Thesaurariæ & Collectoriæ officia hujusmodi quomodolibet spectantibus, (dictis quinque millibus scutis, ut præfertur, dismembratis pro eadem Camera remanentibus) integrè responderi mandamus.

Locus in Camera tu Capella, & aliis actibus datur.

§. 3. Tibique quod in eadem Camera, aliisque actibus Cameralibus, ac quibuscunque aliis locis in loco solito post Vicecamerarium immediatè; sed in Cappella nostra, & quibuscunque sessionibus, processionibus, æquiparationibus, aliisque actibus, tàm

publicis

publicis, quàm privatis; in nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis conspectu, & præsentia, vel etiam absentia faciendis, ante omnes Episcopos, primates, & Patriarchas, immediatè tamen post Auditorem causarum curiæ Cameræ hujusmodi, sedere, & incidere.

Et insignatura Gratiæ.

§. 4. Ac in nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis Signatura continuò intervenire, & assistere.

In congregationibusque de interesse Cameræ tractandis.

§. 5. Ac in nostra, & quibuscunque Cameris, & Congregationibus, interesse Cameræ præfatæ livè generaliter, livè particulariter concernentibus, vocari, & adesse ac intervenire.

Facultas agendi cum Papa de officiis Camerę concedituꝛ.

§. 6. Nec non capitula, & conventiones appaltuum, & jurium dictæ Cameræ, ac apochas super illorum, & aliorum jurium concessione in dicta Camera consignandas, servato stylo in eadem Camera servari soliti, per te ipsum ad Nos referre possis, & debeas, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus.

Pensio domus & victus familiæ assignatur.

§. 7. Nec non scuta ducenta pro pensione Domus, ac victum quotidianum Thesaurariis generalibus, pro ipsis, & pro octo eorum familiaribus, ac duobus equis præstari solita.

Proventus quæ Spolia.

§. 8. Ac omnia, & singula jura, obventiones, proventus, salaria, regalia spoliorum, etiam cum diversis Capitulis, & Cleris sæcularibus hactenus cum dicta Camera compositorum, & in posterum componendorum.

Bonorum etiam vacantium, ac redditurum non expeditis litteris, aut aliàs male perceptorum.

§. 9. Ac bonorum vacantium, nec non reddituum, & proventuum, litteris non expeditis, aut aliàs malè, & indebitè, ac contra formam Constitutionis fœlicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi, & Julii Secundi, Tertii, & aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum perceptorum.

Illicitæque negotiationes,

De his spoliis vide Pii IV. const. 19.

§. 10. Ac etiam illicitæ negotionis per quasvis personas quavis auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore factæ & aliorum jurium, & fructuum inferius declarandorum decimas, taxas, & etiam emolumenta, ordinaria, & extraordinaria, undecumque, & quomodocumque provenientia, quæ pro tempore existentem dictæ Cameræ Thesaurarium, et Collectorem spoliorum, ac fructuum, et bonorum ad eandem Cameram spectantium, exigi, et levari quomodocumque, et quocunque titulo, vel causa consueverunt, seù etiam potuerunt, et debuerunt.

Excipiuntur proventus per Nuncium Regni Neap. percipi consueti, vel quatuor Cancellariis Annatarum assignati à Greg. XIII.

§. 11. Demptis tamen his, quæ per nunc, et pro tempore existentem nostrum, et Sedis prædictæ in Regno Napolitano, tam citra, quàm ultra Pharum, Nuncium, hactenus percipit, et colligi consueverunt, nisi compositionem, aut causæ terminationem in curia fieri contingat, quo casu decima Tibi debeatur, nec non proventibus quatuor Cancellariis annatarum perpiæ mem. Gregorium Papam XIII. etiam prædecessorem nostrum constitutis, & assignatis, ad quacumque summam ascendant, consequi exigere, & levare, ac realiter, & cum effectu percipere possis, & valeas.

Spolia in Italia eidem Thesaurario assignantur.

§. 12. Ac tàm in Urbe, ejusque districtu, dominioque temporali ejusdem Romanæ Ecclesiæ, quàm tota Italia, omnia, & quæcunque bona mobilia, & immobilia, ac se moventia, nec non spolia aliasque res, & bona quomodolibet nuncupata.

Fructus Beneficiorum male percepti.

§. 13. Nec non fructus, redditus, & proventus mensarum Abbatialium, Episcopalium, Archiepiscopalium, Patriarchalium, & aliarum etiam parochialium Ecclesiarum, & monasteriorum quorumcumque Beneficiorum quomodocumque, & qualitercunque qualificatorum, ex quoquis titulo etiam infecto, aut aliàs malè, & indebitè perceptos.

Bona quæque modo vacantia.

§. 14. Nec non bona sine hæredibus decedentium, aut aliàs, in curia prædicta, vel extra eam ubique quomodolibet vacantia.

Illegitimi relicta contra Bullam Pii V.

§. 15. Et de quibus contra Constitutionem recolendæ memoriæ Pii Papæ Quinti similiter prædecessoris nostri contra illegitimos, etiam disponi contigerit, aut jam dispositum fuerit.

Malè acquisita.

§. 16. Aut ex causa illicitæ negotiationis, vel aliàs malè acquisitas.

Relicta per Religiosos extra clausura degentes, contra Bullam Greg. XIII. num. 42.

§. 17. Et quæ ab Apostatis, aut aliis extra Clausura degentibus Religiosis, tempore eorum obitus detinentur, & possidentur, quæque per obitum ipsorum apostatarum, & aliorum Regularium extra clausura suorum Monasteriorum existentium, & aliàs contra formam litterarum dicti Gregorii prædecessoris desuper editarum.

Acquisita de fructibus Ecclesiasticis, de quibus legitimè dispositum non fuit.

§. 18. Ac etiam illa, nec non ædificia, & loca quæ ex fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis profecta, ædificata refecta, & restaurata fuerint, seù aliàs ex eisdem fructibus, redditibus, & proventibus quomodolibet provenerint per obitum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum beneficia Ecclesiastica etiam simplicia, de quorum tamen simplicium fructibus, vel ex privilegio Apostolico, vel ex consuetudine legitimè præscripta, dispositum non fuerit, tàm in titulum quàm administrationem obtinentium, sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, quavis etiam Pontificali dignitate fungentium in omni Italiæ parte pro tempore decedentium.

Ad hoc vide Bul. Pauli V

Bona non residentium.

§. 19. Nec non quarumvis personarum, beneficia personalem residentiam requirentia obtinentium, extra eandem residentiam ac ubilibet, etiam in dicta curia decedentium remansura, etiamsi in auro, argento, gemmis & aliis prætiosis rebus cujuscunque generis, qualitatis & speciei fuerint.

Hæc vide in Pii IV. const. 92 fol. 132.

Fructus beneficiorum reservatorum, vel assellarum, pro tempore, quo vacant &c.

§. 20. Ac etiam fructus, redditus, & proventus mensarum Ecclesiarum, & monasteriorum in ipsius Cameræ libris taxatorum, nec non beneficiorum etiam in dicæc. quæ pactum cum dicta Camera iniverunt ex quacunque

Ad hoc habes etiam Pii IV. constit. 32. fol. 46.

cunque causa Sedi prædicti reservatorum seu affectorum ex die vocationis usque ad diem præfectionis, seu provisionis, & adeptæ possessionis illorum, seu commendæ de illis faciendæ, quos omnes fructus, redditus, & proventus, ad Nos, & dictam Cameram spectare, & pertinere volumus, & decernimus eidemque Cameræ applicamus, & appropriamus.

Fructusque omnes malè percepti.

§. 21. Nec non omnia, & quoscunque bona relicta, & quoscunque hujusmodi fructus, redditus, & proventus malè perceptos, cujuscunque qualitatis, & quantitatis fuerint, etiam percipere, exigere, & recuperare possis, & valeas.

Facultas Thesaurario datur, procedendo etiam ex officio in præmissis, & contra exemptos.

§. 22. Ac etiam tam ex officio Curiæ tuæ, seu Cameræ prædictæ, illique adhærentium, quàm etiam ad solam instantiam denunciantium, seu Instigatorum inquirendi, & investigandi omnibus viis, & modis, tàm super illis, quàm aliis quibuscunque spoliis, quæ hactenus ex bonis relictis, & fructibus hujusmodi per similium personarum obitum aut aliàs, ut præfertur, seu quomodolibet remanserunt, & indebitæ quocunque prætextu usurpantur, & usurpari contigerit, nostro, & dictæ Cameræ nomine colligere, percipere, & exigere, etiam cum facultate pro faciliori inquisitione quascunque personas cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint etiam exemptis.

Officialesque ad reddendam rationem cogendi.

§. 23. Nec non præteritos, & pro tempore existentes Collectores, & Subcollectores, vel Officiales, coram te, vel alio, seu aliis à te deputando, seu deputandis, ad reddendum computum, & rationem de administratis exactis, & receptis ab eisdem.

Testes ad se examinandos astringendi.

§. 24. Illosque, quorum testimonio indigere cognoveris, ad se examini subjiciendum.

Occupatores spoliorum coercendi.

§. 25. Et spoliorum, ac fructuum, reddituum, & proventuum, ac bonorum hujusmodi occupatores, & detentores ad spolia, fructus, redditus, & proventus hujusmodi restituendum, & relaxandum.

Illaque arbitrio suo vendendi.

§. 26. Ac Tibi ad effectum vendendi, subhastandi, deliberandi, distrahendi, et alienandi, arbitrio tuo, in vim hujusmodi facultatum, prout tibi visum fuerit, ac etiam absque aliqua subhastatione, seu incantu, et absque interventu, et instantia alterius Officialis, etiam prædictæ Cameræ pro tempore existentis Commissarii, in pecuniam convertendi, illa consignandum, et solvendum.

Delinquentes in præmissis puniendi.

§. 27. Illosque qui in præmissis, vel circa ea, quomodolibet deliquerint, etiam ad personaliter, coram te, seu à te deputando, vel deputandis hujusmodi comparendum, sub confiscationis bonorum, et privationis beneficiorum, inhabilitatisque ad illa, et alia in posterum obtinenda, ac etiam pecuniariis, quæ Tibi videbuntur, ac demum excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, tuo arbitrio infligendis, moderandis, et applicandis, monendi, citandi, & compellendi, ac etiam carceribus mancipiandi, ac quoties Tibi videbitur relaxandi. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac contumaces, pœnas, ac censuras prædictas incurrisse declarandi, illasque etiam sæpius aggravandi, auxiliumque brachii sæculatis invocandi.

Desuperque componendi.

§. 28. Ac super eisdem spoliis, fructibus, redditibus, & proventibus, ac bonis, toties quoties tibi videbitur, cum quibusvis personis, quacunque auctoritate fungentibus, componendi, & concordandi, ac solventes de compositis, & solutis per eos, ac de receptis quietandi, liberandi, nec non ad correversos, si id humiliter petierint, à censuris, & pœnis, prævia satisfactione, simpliciter, & etiam aliàs cum reincidentia, seu ad cautelam, seu ad effectum agendi, absolvendi, & liberandi, ac à carceribus relaxandi.

Summariè componendi.

§. 29. Et in præmissis omnibus, & singulis, etiam summariè, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, etiam privativè quo ad alios quoscunque, quavis auctoritate fungentes & functuros, procedendi, sententiandi fineque debito terminandi.

Causæ spoliorum, eisque annexæ, ab omnibus Iudicibus reassumendi.

§. 30. Causasque hujusmodi, etiam cum omnibus, & singulis incidentibus, connexis, & annexis, à quibuscunque aliis Judicibus ordinariis, & delegatis, quacunque auctoritate fungentibus, & etiam causarum Palatii Apostolici Auditoribus, seu Locatenentibus, vigore suæ ordinariæ jurisdictionis ac facultatis reassumendi, ac illis, aliisque, quinque, quibus opus fuerit, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pecuniariis pœnis, tuo arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, inhibendi, ipsasque censuras, & pœnas, quoties opus fuerit, incidisse declarandi, aggravandi, & reaggravandi.

Vice thesaurarium, auditores collectores &c. deputandi, & suo arbitrio removendi.

§. 31. Nec non Vicethesaurarium, aut Locumtenentem generalem, ac unum seu plures Auditores loci tui, cum simili aut limitata potestate, toties quoties tibi expedire videbitur, & ad omne tuum beneplacitum, deputandi, constituendi, & faciendi ac revocandi, nec non quoscunque Collectores, Subcollectores, Commissarios, Subcommissarios ac Depositarios, & Exactores pecuniarum, & jurium dictæ Cameræ, seu alios Officiales hactenus deputatos, seu deputandos, revocandi, seu confirmandi, & alios quoscunque illorum loco per tuas litteras tuo sigillo munitas in quibuscunque Civitatibus, oppidis, terris, & locis deputandi, & subdelegandi, toties quoties tibi videbitur expedire, cæteraque omnia faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint quomodolibet, & opportuna, plenam tibi, & liberam per præsentes concedimus facultatem.

Causæ spoliorum, & inde pendentium, privativè quo ad alios cognoscendi.

§. 32. Et insuper, ut spoliorum, fructuum, reddituum, & proventuum, ac bonorum, juriumque hujusmodi exactio celerius, commodiusque fiat, statuimus quod omnes, & quæcunque similes lites causæ, & controversiæ

versiæ, super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus, spoliis, bonis, & aliis prædictis, & illorum occasione, & aliæ, quæ ab ipsis litibus, & causis quomodolibet dependent, seu cum illis connexitatem habuerint, nunc, & pro tempore quocunque locorum pendentes, & si super spoliis, seù fructibus male perceptis, & aliis prædictis fuerit facta compositio in Cmera, & inter Partes adhuc aliqua controversia pendeat, nullo alio quàm à Te, ac tuis, seu aliis super spoliis, & fructibus, rebusque, bonis, ac aliis præmissis à Te pro tempore deputandis, collectoribus, Subcollectoribus, & aliis officialibus, & Ministris specialibus vel generalibus.

Appellationes à sententiis Nuncio-rum, Collectorum & aliorum de super ferendis ad Thesaurarium solummodo conceduntur.

§. 33. Necnon causæ appellationum à Sententiis latis per tuos Commissarios, vel etiam pro tempore existentibus Sedis Apostolicæ Nuntiis in Neapolitano, Hispaniarum, Portugaliæ, seù Algarbiorum Regnis, ac Ducatu Subaudiæ, & Principatu Pedemontium, aliisque quibuscunque Regnis, & Provinciis, ac ubique locorum residentibus, necnon Visitatoribus, & aliis quibuscunque, quomodocunque, & qualitercunque, & sub quovis nomine, titulo, aut munere, & aliis Collectoribus generalibus deputatis, & pro tempore deputandis, ad Te solum, & tuos Deputatos prædictos in secunda instantia, se alia pertineant, omnesque appellationes desuper interpositas, & interponendas, à Te, tuisque prædictis, & non ab alio, juxta formam dicti Gregorii prædecessoris cognosci, nec alteri nisi per commissionem manu Nostra signatam, vel per Nostras litteras & citato dictæ Cameræ Commissario generali, & Notario spoliorum, & causarum hujusmodi pro tempore à Te deputato, cognosci, & terminari possint. Quodque monitoria, citationes, inhibitiones, processus, sententiæ, & mandata, quæ aliàs quàm ex citatione, commissione, vel litteris nostris emanaverint, quo ad earundem causarum introductionem, & litis pendentiam, seu tuam, tuorumque Ministrorum ad id à se deputandorum jurisdictionis, & processuum impedimentum, retardationem, vel perturbationem, nullius sint roboris, vel momenti.

Appellatio à Thesaurario devolutivè tantum conceditur, non retardata executione.

§. 34. Sed nec nisi præstita cautione idonea in forma depositi, à sententiis per Te, seu Locumtenentem, vel Auditorem, seu Ministros prædictos, super præmissis pro tempore latis, ullo modo appellari, nisi post factam executionem ad effectum devolutivum tantùm, nec earum executio differri aut suspendi possit.

Locorum montium, resignationes, juxta solitum admittantur, ab eodem, & eadem vendantur.

§. 35. Necnon quascunque resignationes & cessiones quorumvis locorum, seù creditorum Montium Julii, ac primi, secundi succursus Avinionem, aliorumvè, si quæ sint, resignationes, seu cessiones, quas Thesaurarius pro tempore existens admittere consueverit, admittendi, & ipsa loca, seù credita, tàm per resignationem, seù cessionem hujusmodi, quàm per aliam quamcunque dimissionem, vel amissionem pro tempore vacantia, conferendi & assignandi, juxta formam aliarum facultatum ejus Antecessoribus concessarum, & quascunque patentes litteras tuo sigillo munitas expediendi, ac Secretarium, Cappellanum, ac Computistam, seu Ratiocinatiorem, aliosque Officiales, juxta solitum, quoties Tibi videbitur, deputandi, & revocandi.

Curia introituum & constructionis Civitatis Terracinen. eidem datur.

§. 36. Nec non curam, & administrationem introituum Civitatis nostræ Terracinen. ac constituendi Civitatem novam, tàm inteptam in loco salubriori, juxta formam aliarum facultatum tuis Prædecessoribus concessarum, gerendi licentiam, facultatem potestatem, & auctoritatem, tenore earundem præsentium, concedimus, & impartimur.

Sortes, & Lotus permittendi &c. eidem thesaurariosa cuttà datur.

§. 37. Præterea cum nonnulli, tàm Prælati, quàm Urbis Prædictæ Cives, & Incolæ & Curiales, quàm aliæ diversæ Personæ totius ditioni nostræ Ecclesiasticæ, ære alieno quandoque gravati, & aliis necessitatibus oppressi, pro eorum debitorum satisfactione, aut necessitatum hujusmodi sublevamine, ac aliàs ipsorum arbitrio propria jocalia, aurumque, & argentum, & alia bona, tam mobilia, quàm immobilia, Domos, Vineas, & alia quæcunque vendere cupientes, ut plurimum illa, nisi satis minori pretio eorum veri valoris, cum maximo eorum detrimento vendere, neque Emptores invenire possint, Tibi quibusvis Personis cujuscunque status, gradus, & conditionis existentibus, ut eorum jocalia, aurum, argentum, & alia bona, tàm mobilia, quàm immobilia, ut supra, sub sortibus, quas lottos vocant, etiam cum bussula, & pallis, aut alias Tui arbitrio, exponere, ac sortes, seu lottos hujusmodi facere, publicare, & exercere, prævia æstimatione Peritorum, à Te deputandorum, privativè ad quoscunque alios possis, & valeas, sola tamen Cameræ prædictæ rata, & portione Tibi benevisa, ac decima tibi, & iis qui sortes, seu lottus hujusmodi fecerint, quascunque licentias concedendi, ipsique, ut dictam ratam Cameræ, ac decimam prædictam solvendam, una cum Expensis realibus, & necessariis desuper faciendis, in, & super eisdem lottis recuperare possint, quibus Tibi benevisum fuerit indulgendi, ac Peritos æstimatores eligendi, & deputandi, & desuper edicta, seu publicationes, necnon quascunque patentes litteras Tibi benevisas, tam in dicta Urbe, quam extra illam in quibuscunque Civitatibus, Oppidis, & locis Statûs Ecclesiastici, mediatè, vel immediatè Sedi prædictæ subjectis, publicandi, ac locis publicis affigendi, & tuo sub sigillo expediendi, necnon omnes, & singulos qui hactenus similes licentias obtinuerunt, ad solvendum ratam,

& portionem hujuſmodi Tibi beneviſam etiamſi in eorum licentiis aliter expreſſum ſit, cogendi, ac licentias hujuſmodi, quoad illos, qui illas ſolvere recuſaverint, aut diſtulerint.

Cauſæ ſpoliorum lottorum & aliorum prædictorum à Theſaurario cognoſcuntur privativè quo ad alios.

§. 28. Necnon omnes, & ſingulas cauſas, lites, & controverſias deſuper, tàm occaſione ſpoliorum, & bonorum vacantium, ac Montium, illorumque locorum, ac fructuum, quàm etiam Lottorum hujuſmodi, aliorumque omnium, & ſingulorum præmiſſorum, tàm Civiles, quàm Criminales, & mixtas, quomodolibet ortas, & quas pro tempore oriri contigerit. Inter quaſcunque Perſonas, quacunque auctoritate, dignitate, & præeminentia ſuffultas, una cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, & officio tuæ Curiæ, ſimpliciter, ſummariè, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, audiendi, & cognoſcendi, decidendi, fineque debito, omni, & quacumque appellatione, ad effectum ſuſpenſivum tantum, remota terminandi, & finiendi, ac quæcunque mandata executiva decernendi, relaxandi, & quacunque appellatione, aut recurſu, vel inhibitione illius prætextu, ſeu aliàs forſan emanata, non obſtantibus, exequi faciendi privativè ad omnes, & ſingulos alios, ita quod nullus etiam vigore Commiſſionis, niſi manu Noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſignata fuerit, in cauſis hujuſmodi ſeſe intromittere poſſit, & debeat.

Reaſſumanturque, ab omnibus aliis Judicibus.

§. 39. Ac etiam quaſcumque cauſas coram quibuſcumque aliis Judicibus ordinariis, vel Delegatis, etiam Noſtri Palatii Auditoribus, ſeu Locumtenentibus, ut ſupra, nunc & pro tempore introductas, tua ordinaria auctoritate, & in vim hujuſmodi facultatum, reaſſumendi, illiſque quibus opus fuerit, inhibendi.

Notarium unum in lottis & eorum cauſis deputat.

§. 40. Ac tam in dictis lottis, quàm etiam cauſis, & litibus ab eis quomodocunque & qualitercunque dependentibus, etiam illorum extractionem, & præmiorum conſignationem, unum ex Cameræ prædictæ Notariis Tibi beneviſum ad tuum beneplacitum, toties quoties Tibi videbitur, & placuerit, eligendi, & deputandi, ac omnes, & ſingulos hactenus deputatos, & ſeu in futurum deputandos ad tuum libitum revocandi, ac alium, ſeu alios ſimiliter deputandi.

Inſtrumenta &c. habentes quæ theſaurarii juriſdictionem concernunt, & conſignare teneantur.

§. 41. Omneſque & ſingulas ſcripturas, inſtrumenta, & acta, tàm lottos hujuſmodi, quàm omnia, & ſingula alia juriſdictionem generalis Theſaurarii, vel collectoris ſpoliorum concernentia, Tibi conſignari faciendi, & quos opus fuerit cogendi, & compellendi, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, plenam, liberam, & abſolutam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem ſimiliter concedimus, & impartimur.

Decima omnium dictorum proventuum ei aſſignatur.

¶. 24. Nec non ut accuratius, & diligentius præmiſſis invigilare, ac Perſonas, quæ præmiſſorum curam ſuſpicere valeant, retinere valeas Tibi decimam omnium, & ſingularum pecuniarum, ſeu aliarum rerum ex dictis ſortibus, ſeu lottis, ſub quibuſvis, modo, & forma hactenus factis, & publicatis, quàm de cætero faciendis, & publicandis, ad Cameram, & Sedem prædictam provenientium aſſignamus, Tibique decimam hujuſmodi propria auctoritate retinendi, etiam abſque aliquo alio mandato, & ordinatione à quibus opus fuerit recipiendi, exigendi, levandi, ac in tuos uſus, & utilitatem convertendi facultatem pariter elargimur. Præterea Tibi, ut de omnibus compoſitionibus & incarcerationibus quomodolibet per Te ſeu Collectores, alioſque tuos Officiales, & Miniſtros ex quacunque cauſa quomodolibet factis, & pro tempore faciendis, etiam pro fructibus, redditibus, & proventibus malè perceptis, ac aliis præmiſſis in quibuſcunque locis, & Tribunalibus, factis, ſeu faciendis, ac etiam à Camerario, ejuſque Auditoribus civiliter, vel criminaliter quacunque ex cauſa expediendis, integram decimam illarum partem, ultra ratam eidem Camerario tangentem, habere, & exigere poſſis & debeas, & ex iis incamerationibus, & compoſitionibus, deducere, & retinere pariter volumus, & mandamus.

Bannimenta promulgandi ſuper præmiſſis Theſaurario facultas datur.

¶. 43 Inſuper quod tu quæcunque Edicta, Bannimenta Litteras, ſeù Ordinationes, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, & illorum obſervatione facere, edere, publicare, & denunciare, ac ad illorum obſervationem quoſcunque in eis comprehenſos.

Debitoreſque Cameræ ad ſolvendum cogendi.

¶. 44. Necnon quoſvis Cameræ præfatæ, ex quavis cauſa, vel occaſione Debitores, ad ſolvendum, vel ſatisfaciendum omnibus viis, ac juris & facti remediis, cogere, & compellere.

Sigillo proprio utendi, & ejus emolumentis percipiendi.

¶. 45. Proprioque Sigillo uti, in omnibus actibus, & ſcripturis, quæ hactenus ſub Sigillo Theſaurarii expediri conſueverunt, emolumentaque exinde provenientia, tam occaſione litterarum patentium Commiſſariorum, Depoſitariorum, & aliorum Officialium, quàm ex conceſſione, & aſſignatione quorumvis locorum Montium, & aliarum quarumcunque expeditionum, quibus ſigillum tuum quomodolibet apponendum fuerit percipere, ad inſtar Theſaurariorum aliorum anteceſſorum tuorum, & juxta ſolitum, nec aliàs etiam liberè, & licitè valeas, licentiam eadem Tibi auctoritate impartimur.

Penſiones uſque ad ſcutos quatuor mille transferendi &c.

¶. 46. Necnon ut quicunque loci Ordinarius, ſeu utriuſque ſeù alterius Signaturæ Referendarius, aut Metropolitan. vel alterius Cathedralis, aut collegiatæ Eccleſiæ Canonicus, ſeu perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, ad id per Te eligendus, ſeu eligenda, quaſcunque penſiones annuas ſuper quarumvis menſarum Epiſcopalium, ſeù Archiepiſcopalium, ſeù aliarum Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, dignitatum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum

regu-

regularium, fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, necnon distributionibus quotidianis, illorum loco, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac distributiones hujusmodi, Tibi auctoritate prædicta reservatas, & reservata, ac reservandas, & reservanda, etiamsi pensionis, seu fructum hujusmodi solutiones, exactiones, Successoribus beneficiorum, & Ecclesiarum aliorum prædictorum incipere habuerint, usque ad summam mille ducatorum auri in auro de Camera novorum, in dicta Curia, vel extra eam, ubique locorum, etiam in Ecclesiis, quas Te obtinere, aut personam tuam illis præesse contigerit, non residente, etiam in mortis articulo, de tuo etiam post dimissionem officii Thesaurariatus hujusmodi expresso consensu cassare, extinguere, & annullare, & postquam cassæ, extinctæ, & annullatæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus obventionibus, emolumentis, & distributionibus hujusmodi, seù fructibus, redditus proventus, jura, obventiones, emolumenta, & distributionibus prædictas, usque ad eandem summam, uni, seù pluribus personis ad id per Te nominandis, & quæcunque, quotcunque, & qualiacunque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, eisdem modo, forma, conditionibus, ac cum immunitatibus, exemptionibus, liberationibus, donationibus indultis, decretis, & aliis, quibus Tibi reservatæ, seu reservata fuerint, etiam absque consensu solvere habentis, seu fructibus, aut obtinentium Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Præposituras, dignitates, & alia Beneficia hujusmodi, dicta auctoritate reservare, concedere, constituere, & assignare, ac etiam transferre liberè, & licitè valeas, ac etiam reservationis, seu translationis pensionum seu fructuum hujusmodi, vigore præsentium faciendæ, valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, in omnibus, & per omnia, perindè ac si per Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, de consensu solvere habentis pensiones, seu obtinentium Ecclesias, Monasteria, Prioratus dignitates, & alia Beneficia hujusmodi, facta fuissent.

Tessandique de bonis etiam jurisdictionalibus, & acquisitis de rebus Ecclesiasticis &c.

§. 47. Tibique etiam, ut de singulis Domibus, prædiis, possessionibus, oppidis, castris, terris, & aliis locis etiam jurisdictionalibus, aliisque bonis mobilibus, & immobilibus, ac se moventibus, cujuscunque qualitatis, valoris, speciei, pretii, etiam notabilis, & notabilissimi, ac conditionis existentibus, necnon Pecuniis, juribus, & actionibus ad Te, tàm ratione quarumvis etiam Patriarchalium, & Cathedralium, ac Metropolitanarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum etiam Consistorialium, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sinè cura, sæcularium, & quorumvis ordinum regularium, etiam Militiarum, quæ ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis, in titulum, commendam, administrationem, aut aliàs quomodolibet obtines, & in posterum obtinebis, ac ratione fructuum, redditum, & proventuum Ecclesiasticorum quarumcunque mensarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, & Monasteriorum, Prioratuum, Dignitatum, & aliorum beneficiorum, ut præfertur qualificatorum, ac pensionum annuarum, super similibus fructibus, redditibus, & proventibus, nomine, & forma præmissis reservatarum, & assignatarum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas percipis, & percipies in futurum, necnon emolumenta Thesaurariatus, & aliorum quorumcunque ejusdem Curiæ officiorum & Montium, non Legationum, ac aliàs quocunque modo, via, forma, & occasione ad Te spectantibus, & pertinentibus ac etiam de dictis fructibus, redditibus, & proventibus, ac pensionibus, necnon quomodolibet, & undecumque licitè acquisitis, & acquirendis, ac aliàs quomodolibet, & etiam ex officiis quæ exercuisti, aut Te exercere contingerit, & aliàs quavis occasione vel causa, seu contemplatione ad Te perventis, & perventuris, etiamsi in pecunia numerata, jocalibus, gemmis, aliisque præciosioribus rebus, ac aliàs quomodolibet, nunc, & pro tempore consistunt, ac etiamsi essent de tua Cappella, illiusque ornamentis, vasis, & denique tota illius sacra supellectili, tàm in dicta Curia, quàm extra ubique locorum existentibus; & quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiamsi talia essent quæ generali appellatione bonorum, vel suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro sufficienter expressis, & narratis habere volumus, ac etiam de ipsis proventibus, & pensionibus debitis, & debendis, ac etiam nondum perceptis, & exactis, etiamsi eorum solutionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quæ Tibi debita erit usque ad quamcunque, & quantumvis maximam, ac notabilem, & notissimam ac inexcogitatam summam, tàm pro decentibus, & honesti impensis funeris Tui, quàm etiam remuneratione illorum, qui Tibi viventi inservierunt, etiam ultra servitii meritum, & in tuorum Consanguineorum, & Affinium, ac etiam quarumvis aliarum personarum, etiam extranearum, necnon Conventuum, Universitatum, Collegiorum, & aliorum, etiam non piorum locorum, dummodo non illegitimorum, aut aliàs quomodolibet incapacium & quo ad Cappellam tuam prædictam, dummodo in Ecclesiarum favorem, & usum, & aliàs pro tuo arbitrio, & voluntate absolutis, testari, ac testamento, codicillis, fi-

fideicommissis, substitutionibus, legatis donationibus, tàm inter vivos, quam causâ mortis, & aliàs quibuscumque modis, & viis etiam omissis quibusvis solemnitatibus, etiam substantialibus, & formis, tam de jure, quàm per nostras, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum constitutiones, & ordinationes, necnon statuta, ac consuetudines Urbis, Civitatis, loci, & provinciæ, ubi id fieri, vel te, in eadem voluntate permanente, modi contigerit, tam verbo quàm scriptura, etiam minus solemni, & sine aliqua insinuatione, seu subscriptione Testium, aut etiam coram duobus, vel tribus Testibus tantum, aut etiam cedula sola manu tua subscripta, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout ibi quomodolibet videbitur, & in ipsa Curia, extra eam, & ubique locorum, & in mortis articulo, & nulla facta mentione præsentis, ubi aliarum tibi pro tempore concessarum similium facultatum, quibus per præsentes nullatenus præjudicatum esse decernimus, aut quod in vim illarum testari, & disponere velis, & intendas, semel atque iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, libere, & licitè valeas, prædicta auctoritate, tenore earundem præsentium, concedimus, & indulgemus.

Litteras Apostolicas quascunque tam gratiæ, quam justitiam concernentes, etiam vis Cancellariæ, Cameræ seu Curiæ officiis pro se, & Vice thesaurario seu Locumtenente ac duobus familiaribus gratiis etiam post officii Thesaurariatus dimissionem, expediendi.

§. 49. Necnon, quod omnes, & singulas litteras Apostolicas, sub plumbo, ac etiam in forma Brevis, tàm præsentes, quàm aliàs super quibusvis gratiis, indultis, concessionibus, facultatibus, tàm gratiam, quàm justitiam concernentibus, per Te, ac Vicethesaurarium, seù Locumtenentem, & duos familiares tuos per Te nominandos à Nobis, & Successoribus nostris, aut Sede prædicta pro tempore impetratis, seù etiam motu simili concessis, in omnibus Cancellariæ, Cameræ, & Curiæ prædictarum Officiis, necnon plumbo, & registro, ac Secretaria Apostolica, ac aliàs ubilibet gratis, & absque ulla taxarum, annatarum, communium minutorum servitiorum, jocalium, aut aliorum quorumcumque jurium, aut regaliorum solutione expediri, & Rescribendarius taxam litterarum prædictarum, cum subscriptione Gratis pro persona Thesaurarii, & aliorum prædictorum, subscribere, ac tàm ipse, quàm alii Scriptores, Abbreviatores, Solicitatores litterarum prædictarum, Archivistæ, Cubicularii, & Scutiferi Apostolici, Portionarii, & Præsidentes Ripæ, & Milites Sanctorum Petri, & Pauli, Cancellarii, Secretarii, Prothonotarii Apostolici, & Summista, necnon Magistri, & plumbi, Collectores, ac Plumbatores, Registratores, & Vicecancellarius, & quicunque alii prædictæ Curiæ officiales, & expeditionum litterarum hujusmodi pro tempore Præsidentes, eorumque Ministri, etiam in annatis communibus jocalibus minutis, servitiis, regalibus, & aliis juribus hujusmodi Participantes, easdem litteras, personam dicti Thesaurarii, ejusque Vicethesaurarii, & Locumtenentis, ac duorum Familiarium suorum prædictorum concernentes, etiam post dimissionem officii Thesaurarii, ita quod Te semel fuisse Thesaurarium, ad effectum omnium, & singulorum prædictorum, Tibi ac dictis tuis sufficiat, sub excommunicationis latæ sententiæ, & suspensionis, ac privationis suorum officiorum, fructuumque, & emolumentorum eorundem amissionis pœnis, per eos ad quos pertinuerit, & quis eas gratis subscribere, vel concedere, & expedire noluerint, eo ipso incurrendis, absque alio Nostro, & Successorum nostrorum, & Sedis præfatæ ulteriori mandato, omninò gratis, & absque alia taxarum annatarum communium jocalium, minutorum, servitiorum, & aliorum præfatorum solutione, & exactione, in omnibus, & per omnia usque ad plumbum, & registrum, ipsarumque finalem expeditionem, & relaxationem inclusivè, omni contradictione cessante expediri, subscribi, ac relaxari facere, & permittere debeant, & teneantur, etiamsi in eorum officiis, & concessionibus caveatur expresiè, ut ad id non teneantur, & quod eorum officia fuerint eis concessa titulo oneroso, volumus, & mandamus, &c.

§. 49. Præsentesque Tibi in omnibus, & per omnia suffragari debere, illasque & in eis contenta quæcumque, nullo unquam tempore subreptionis, obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, seù in jus vel controversiam revocari, aut adversus eas, quodcunque juris, aut facti, vel gratiæ remedium impetrari, minusque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antequam illæ emanarent, erant statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo concessas, etiam sub quacunque data per Te eligenda validasque, & efficaces semper fore, & esse, vimque validi, & efficacis contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram præfatas ex una, & Te ex altera partibus ritè, & rectè facti initi, & stipulati, ac etiam hinc inde acceptati, habere, & obtinere, inviolabiliter observari, semperque validas, & efficaces existere. *Clausulæ hujus Bullæ præservativa.*

§. 50. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, & Camerarium, dictæque Cameræ Præsidentes & Clericos, ac Palatii Apostolici Auditores præfatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis causâ, & instantia, ac ubique locorum judicari, ac diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Auctoritate, & tenore præmissis decernimus. *Clausula sublata, & Decretum irritans.*

§. 51.

Executorum deputatio.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Amelin. & Tudertin. Epiſcopis, ac dilecto Filio Curiæ cauſarum ejuſdem Cameræ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte tua fuerint requiſiti, ſolemniter duplicantes, Tibiquæ in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciant te approbatione, confirmatione, conceſſione, aſſignatatione, receptione, admiſſione, ſubrogatione, conſtitutione, mandato, ſingulis indultis, voluntate, decretis, ſtatuto, impartitione, remiſſione, condonatione, obligatione, hypothecatione, aliiſque præmiſſis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes Te per Camerarium, Præſidentes, ac Clericos præfatos, ſeù quoſcumque alios quavis Auctoritate fungentes quomodolibet contra tenorem præſentium moleſtari, perturbari, inquietari, aut expediri. Contradictores quoslibet, & rebelles per Sententias, Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſæcularis. Non obſtant. conſtitut. & ordinationibus Apoſt. nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum, & Ordinum quorumcunque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis illorumque Superioribus, & Perſonis, dictæque Cameræ Clericis, & Collegio, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritationibuſque & aliis decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, ac forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§. 52. Volumus autem, quod præſentium transumptis, etiam impreſſis, ac Notarii publici manu ſcriptis, Tuoque Sigillo obſignatis, eadem prorſus fides, ubique locorum in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ, nulli ergo &c. Transumptorum fides.

Datumque Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1590. decimo Calendas Februarii, Pontificatus Anno noſtri 5. Dat. P. Ao. 5. die 23. Jan.

Statuta, & ordinationes obſervandæ ab Auditoribus Rotæ Romanæ, ac Advocatis, Procuratoribus, & Notariis ejus Curiæ.

MARTINUS PAPA V. &c.

Edita A. D. 1421.

ROmani Pontificis providentia circumſpecta nonnunquam geſta per eum, rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis moderatur, & commutat in melius, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Exordium.

§. 1. Nuper ſiquidem videlicet pridie Nonas Februarii, Pontificatus noſtri Anno ſexto, quædam conſtitutiones, & ordinationes, quæ reformationes Officialium Romanæ Curiæ concernere videbantur, in Audientia litterarum Contradictarum lectæ fuerunt, & etiam publicatæ. Et quia nonnulla nimium rigoroſa continebantur in illis, quæ in ipſorum Officialium nimis grave diſpendium, & præjudicium redundabant, eas per noſtræ proviſionis officium, habitaque ſuper his deliberatione matura in melius duximus commutandas. Illas igitur conſtitutiones, & ordinationes, ut præmittitur publicatas, auctoritate præſentium perinde haberi volentes, ac ſi in eadem audientia lectæ, & publicatæ minimè extitiſſent, & à Nobis nullatenus emanaſſent. His Pontifex alias edidit conſtitutiones quas nunc revocat. Hæc Bulla cadebat ſub anno 6.

§. 2. Infraſcriptas Conſtitutiones, & Ordinationes noſtras in eadem audientia legi, & publicari volumus, & jubemus, eaſque præcipimus ab omnibus inviolabiliter obſervari. Et licet fel. rec. Joannes XXII. & Gregorius XI. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri nonnullas Conſtitutiones, & ordinationes, circa regimen, & ordinationem Officialium, & Officiorum ejuſdem Curiæ laudabiliter ediderint, quia tamen illæ mundi creſcente malitia, aut debitè non obſervantur, aut additionibus utilibus indigere noſcuntur, Nos ſuper his intendentes, prout ex debito paſtoralis officii obligamur, ſalubriter providere, conſtitutiones, & ordinationes, dictorum prædeceſſorum tenore præſentium auctoritate Apoſtolica innovantes, eas cum additionibus infraſcriptis, quas vim perpetuæ conſtitutionis habere decernimus, præcipimus firmiter obſervari. Mandantes ex tunc Venerabili Fratri noſtro Joanni Epiſcopo Oſtienſi S. R. E. Vicecancellario, & in Cancella- Nullus modo prodit, & ſervari præcipit Bullas hoc enunciatas.

cellaria Apostolica Præsidenti , eorumque Successoribus , quatenus illas faciant diligentius observari. Quæ ut attentius observentur, statuimus, quod singuli Sedis Apost. Notarii, & tam prædictæ Cancellariæ, quàm Palatii Apostolici causarum Auditores, Correctores , Scriptores , Abbreviatores litterarum Apostolicarum, Advocati, Procuratores, & Notarii causarum dicti Palatii, nec non Senescallus , qui custos est dictæ Cancellariæ, constitutiones, & additiones prædictas infra mensem à die publicationis præsentium computandum, habere, & de hoc infra alium mensem immediatè sequentem dictum Vicecancellarium certificare, & alia circa præmissa facere , & observare teneantur , prout in constitutioibus dictorum prædecessorum, ac præsentibus plenius continetur.

Auditores servent diversorum prædecessorum Bullas, & laudabiliter vivant.

¶. 3. De Auditoribus autem causarum Palatii Apostolici, & aliis in Romana Curia Judicibus , eorumque Notariis , constitutiones dictorum prædecessorum super hoc laudabiliter editas, volumus firmiter observari , quas Auditores , & Notarii prædicti apud se cæteris hujusmodi teneantur, ut præfertur habere , & circa illarum observationem diligenter intendere. Verùm si quis ex eisdem Auditoribus de præmissarum constitutionum transgressione , seù de præcipitatione justitiæ, negligentia, corruptione, & munerum acceptione notatus fuerit , seù vagus , aut aliàs malè , vel inhonestè versetur in dicta Curia , per præfatum Vicecancellarium , vel ejus Vicesgerentem charitativè moneatur , ut ab is se abstineat , & emendet , bonamque famam acquirere studeat , & in vita laudabiliter perseveret. Qui si sic monitus se emendare neglexerit, & per tres menses continuos post monitionem hujusmodi , eadem nota , vel infamia repertus, in proposito suæ opinionis permaneat, per Vicecancellarium, aut Vicesgerentem prædictum causæ sibi nullatenus committantur , & si per alios tres menses simili nota, vel infamia notatus fuerit, & se non emandaverit , tunc idem Vicecancellarius, aut Vicesgerens præmissa Nobis referre teneatur , ut super hoc possit salubriter provideri.

Auditor, cui prius commissio causæ præsentata fuit , sit Judex. Et in dubio Auditor antiquior procedat.

¶. 4. Cæterum statuimus, & etiam ordinamus , quod si contingat inter easdem personas super eadem re diversis Auditoribus , aut Judicibus aliquam causam committi , is cui primò fuerit præsentata commissio super causa hujusmodi , remaneat ejusdem causæ Judex , Quod si de jurisdictione alterius extiterit pro Parte adversa data exceptio, tunc, cujus fuerit jurisdictio primitus cognoscat ille , coram quo excipitur , & exceptio alteri Judici intimetur. Quod si constare non potest , cui primo fuerit commissio præsentata , antiquior Auditor Judex sit causæ , & junior causam ipsam ejusdem Auditori antiquiori dimittat , nec ulterius quivis eorum Judicum in causa procedat , donec fuerit judicatum. Et si ulterius procedatur ante cognitionem hujusmodi, non valeat processus. Auditor verò, aut Judex alius , vel Notarius , qui circa hoc ad retinendum causam aliquid dolosè egerit, excommunicationis Sententiam incurrat eo ipso , à qua non possit, nisi per Vicecancellarium prædictum absolvi , aut de ejus mandato , & refusis prius Partibus læsæ expensis, & damnis.

Notarii Auditorum his descripti habeant qualitates.

¶. 5. Statuimus etiam quòd nullus in Notarium alicujus Auditoris dicti Palatii, nisi vigesimum quintum suæ ætatis annum attigerit , & aliàs Notariatus officium exercuerit. Sitque boni nominis , & laudabilis famæ , ac sufficiens , & idoneus ad Notariatus officium causarum dicti Palatii exercendum , & si post diligentem examinationem , informationem super his habitam per ipsum Vicecancellarium , aut deputandum ab eo de præmissis constiterit , admittatur.

Officia non locent, neque vendant, nec sine licentia absint à Curia.

¶. 6. Quodque Notarii dictorum Auditorum sua Notariatus officia non locent, nec vendant, aliquin, & officium, & pretium perdant , ipsumque pretium Apostolicæ Cameræ applicetur , & officium alteri conferatur. Et si quis ex eisdem Notariis cessante causa necessaria , vel absque sui Auditoris licentia per tres menses continuos ab eadem Curia absens fuerit , dicto officio eo ipso privatus existat.

Habitum decentem gerant Tabernas, & Concubinas dimittant.

¶. 7. Volumus insuper quoque præfati Notarii in habitu decenti incedant, honesto, & convenienti Clerico sæculari. Tabernas non frequentent, nec concubinarii existant, cùm per hoc eorum vilescat officium, & ex hujusmodi incontinentia vitæ infamiam consequantur, & si contrarium fecerint, suis priventur officiis.

Fideliter officium exercebant.

¶. 8. Quodque Notarius , qui notatus aut diffamatus extiterit , quod malitiosè, negligenter , vel per dolum aliquid egerit, vel scripserit quod in processu , vel judicio, deductum, vel actum non fuerit inter Partes, seu quod ipse personarum , in quarum causis scribit, acceptor sit, eis secreta causæ detegendo , aut aliàs in alterius Partis præjudicium aliquid committendo ; eo ipso sui Notariatus officio sit privatus. Et de hujusmodi infamia , & aliis præmissis per dictum Vicecancellarium, vel ab eo deputandum, summariè, simpliciter, & de plano fiat diligens inquisitio. Et si per Inquisitionem hujusmodi ipse Notarius culpabilis repertus fuerit , aut si purgatio extiterit indicenda , & indicta se debitè non purgaverit, privetur quibuscunque aliis officiis, quæ in eadem Curia obtinebit. Et idem volumus de quibuscunque Notariis quorumcunque S. R. E. Cardinalium, Judicum, & Commissariorum in eadem Curia pro tempore deputatorum inviolabiliter observari.

Taxam firmat à Ioan. XXII. observ.

¶. 9. Et nihilominus quod dicti Notarii in exactationibus salariorum suorum pro suis proces-

vent circa eorum salaria.

processibus, & scripturis taxas super hoc ordinatas per dictum Joannem XXII. cum illarum moderationibus, observare teneantur. Quod si ultra dictam taxam, aliquid petere, aut exigere quoquomodo præsumpserint, super excessu hujusmodi ad Vicecancellarium, vel Locumtenentem prædictum habeatur recursus, qui vocatis super hoc Peritis, hujusmodi excessus juxta taxas prædictas reducat ad debitum moderamen. Et si Notarius ipse de facto plus receperit, duplum Parti læsæ refundere teneatur. Quodque pro citationibus, compulsoriis, & inhibitionibus decretis in partibus, Procuratoriis instrumentis, ac Remissionibus ad partes, examinationibus Testium, & quibuscunque aliis scripturis, bis scriptis in eodem processu, nisi semel dumtaxat taxatio fiat.

Notarii, Procuratores, & Advocati gratis scribunt, & alia faciant pro Pauperibus.

§. 10. Præterea statuimus, & etiam ordinamus, quod tàm Notarii causarum dicti Palatii, quàm etiam Procuratores, & Advocati pauperibus Clericis in dicta Curia super quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis litigantibus, qui juraverint se pro suis causis defendendis pecunias non habere, gratis in hujusmodi scribant, scripturasque tradant, eisque procurationis, & Advocationis officium, patrocinium, & favorem etiam gratis impendant, ad quæ facienda eos per Auditorem, coram quo causa pendebit, compelli posse volumus remediis opportunis.

Advocati, & Procuratores causas examinent juxta constitutiones Ioan. XXII. & Greg. XI.

§. 11. Advocatos etiam, & Procuratores constitutiones Joannis XXII. & Gregorii XI. prædecessorum prædictorum super hoc editas, quas secum teneantur habere, diligenter præcipimus observare, & præsertim in examinatione causæ, si justa sibi, vel injusta esse videatur, ita ut nullam agendam injustam causam; vel defendendam scienter suscipiant, & de hoc juramentum præstent, & observent, prout in dictis constitutionibus extitit salubriter ordinatum.

Modestiam ubique servent.

§. 12. Caveant autem à tumultuosis clamoribus in Consistoriis, & Audientiis, nec unquàm plures simul loquantur, & donec Advocatus proponens, vel respondens sermonem compleverit, alius sive ejusdem, sive adversæ partis Advocatus, quicquam dicere non præsumat. Liceat etiam Procuratori causæ proponenti Advocato retro assistere, ut si quid forsan ille omiserit, Procurator ad memoriam revocet, & reducat.

Patrocinium in eadem causa, uni tantum modo Parti præstent.

§. 13. Statuimus autem, prout etiam jura disponunt, ut nullus Advocatus, vel Procurator, qui semel uni Parti in aliqua causa consilium, vel patrocinium dederit. Parti adversæ in eadem causa patrocinium, vel consilium præstet, seu causam ipsius agat, vel defendat, nisi facta Advocatorum, aut Procuratorum distributione, auctoritate Judicis compellatur, Quo casu de his quæ ab illa prima Parte in causa didicerit, non quàm alteram doceat, aut ex illis nisi ab eadem Parte didicerit, patrocinium præstet. Et si contra præmissa fecerit, excommunicationis sententiam, & alias pœnas Juris incurrat, ac suo privetur Officio, ad interesse Partis nihilominus condemnandus.

Procuratores ante admissionem examinentur.

§. 14. Et quia propter Procuratorum imperitiam, aut inertiam, Partes sæpè in cassis dispendium, & præjudicium patiuntur, Statuimus quod nullus de cætero ad Procuratoris officium, in dicta Curia publicè pro salario exercendum, judiciis admittatur, nisi prius per ipsum Vicecancellarium, vel deputandos ab eo in litteratura, industria, & stylo Curiæ examinatus, atque habita debita informatione de moribus, fidelitate, & honesta conversatione repertus fuerit idoneus, & per eundem Vicecancellarium ad hujusmodi publicum officium per ejus Patentes literas admissus, omnesque Procuratores admissi in aliorum Matriculam inscribantur, sicut in præfati Benedicti prædecessoris constitutionibus de Advocatis habetur.

Modesti sint

§. 15. Et quia sæpè in Advocatorum absentia, causæ in judiciis per Procuratores aguntur, & defenduntur, Procuratores ipsi ab injuriis, & contumeliosis verbis, & malo modo dicendi, & loquendi cessent, & cum hæc agunt, eadem studeant observare, quæ de Advocatis superius duximus statuenda. Quod si contrarium fecerint, formidabilibus pœnis per Judicem causæ taliter puniantur, ut per hoc cæteri à similibus arceantur.

Clerici majoris dignitate præditi Procuratora non sint.

§. 16. Et insuper dignitatem in Cathedrali majorem post Pontificalem, vel in Collegiata Ecclesia principalem obtinentes, ad officium publici Procuratoris in dicta Curia præcipimus de cætero non assumi.

Concubinas dimittant.

§. 17. Jubemus etiam eisdem Procuratoribus, & Notariis causarum dicti Palatii, & aliis Clericis in dicta Curia actu sua officia exercentibus, ne Concubinas publicè teneant. Mandantes quod eas de præsenti publicè tenentes infrà mensem à die publicationis prædictæ dimittere teneantur. Alioquin sententiam excommunicationis incurrant, & suis officiis sunt privati.

Honestum habitum serrant & Tabernas non frequentent.

§. 18. Honestum præterea gerant habitum, congruentem Clerico sæculari, nec tabernas frequentent, & si contrarium fecerint, ab eorum officiis per ipsum Vicecancellarium ad tempus, de quo sibi videbitur, suspendantur.

Ordo servandus, in causis summarie in prima instantia.

§. 16. Et quoniam lites super quibusvis causis Beneficialibus, prophanis, & aliis, quæ pro tempore per quascunque personas Ecclesiasticas, vel sæculares in Romana Curia ex Apostolica commissione moventur, atque tractantur, intendimus fieri breviores, & ut Litigantes ad ipsam Curiam pro defensione suorum jurium venientes, & hujusmodi causas prosequentes, releventur à laboribus, & expensis, statuimus & etiam ordi-

ordinamus, quod in causis, in quibus de Jure, vel aliàs per rescriptum, sive per commissionem proceditur, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, talis ordo servetur, videlicet, Quod in prima instantia causæ principalis, terminus ad libellandum servetur ad primam. Ad jurandum de Calumnia ad primam. Ad ponendum, & articulandum ad duodecimam. Ad dicendum contra Articulos ad secundam. Ad producendum omnia, ad secundam. Ad dicendum contra producta ad secundam. Ad declarandum, ad primam. Ad dicendum contra ad primam.

In secunda instantia. §. 20. In secunda verò Instantia terminus ad libellandum ad primam. Ad jurandum ad primam. Ad articulandum ad octavam. Ad dicendum contra ad primam. Ad producendum omnia ad primam. Ad dicendum contra ad primam. Ad declarandum ad primam dies.

Et in tertia. §. 21. In tertia autem Instantia servantur similes termini, qui in secunda servantur Instantia ad primam, præter terminum ad articulandum, qui servatur ad sextam dies.

Quatuor termini substantiales tantum amissa nullitatem pariunt. §. 22. Verum cùm termini ad articulandum, dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & dicendum contra producta, de substantia judicii censeantur existere. Statuimus atque decernimus, quod ipsorum alicujus omissio reddat eo ipso processus nullos, aliorum verò terminorum alicujus, omissio, dum tamen malitiosè non fiat, sed causaliter, quo contingente processum non vitiet.

Ordo servandus in causis non summariis in prima instantia. §. 23. In causis autem, in quibus proceditur in figura judicii, serventur termini secundum stylum Curiæ consuetum, præterquam in terminis ad respondendum libello, & ad jurandum de Calumnia, qui serventur ad primam. Et in termino ad articulandum, qui in prima Instantia, tàm ex parte Actoris, quàm Rei, servetur ad decimum quintum diem.

In secunda instantia. §. 24. In secunda verò Instantia similiter ad respondendum libello ad primam. Ad jurandum de Calumnia ad primam. Ad articulandum ad octavam dies. Reliqui verò termini serventur, prout secundum stylum antiquum est solitum observari.

Et in tertia. §. 25. In tertia verò Instantia serventur omnes termini ad primam, secundum quod consuevit antiquitùs observari, præter terminum ad articulandum observetur ad sextam diem. Volumus insuper, quod præmissa vendicent sibi locum, non solum ad tutura negotia, sed ad pendentia etiam per appellationem, ita tamen, quod processus primo factus propter hoc non vitietur, sed in pristino suo robore, & firmitate persistat.

Procuratores qua advertere debeant in observatione dictorum terminorum. §. 26. Præterea illum usum, quo Procuratores in observantia terminorum dicunt se dare libellum, & articulos, verbo, & dicere contra, verbo, & ita servant omnes terminos, & cùm jam deberet pronunciari Sententia, tunc incipiunt processum, & dant articulos, & cætera faciunt realiter, quæ dixerunt verbo, sic duximus moderandum, quod Procuratores, ipsi post terminum ad dicendum contra producta, & ante terminum ad declarandum articulos facto, & omnia, quæ de jure volunt, & possunt producere teneantur.

Notarii quid observare debent in conficiendo Rege-stro &c. §. 27. Et quoniam aliquando contingit, quod post observationem omnium terminorum, Notarii Registrum ordinare, & Auditori causæ præsentare, & postquam Registrum hujusmodi Auditori præsentatum fuerit, Auditores plus debito causam differunt expedire. Statuimus, & etiam ordinamus, quod servatis omnibus terminis, in quacunque causa Notarius, qui scripsit in causa, Registrum infra quindecim dies conficere teneatur, & ordinare, ac deinde de salario sibi debito satisfacto, illum statim suo Auditori tradere, & assignare debeat. Et deinde idem Auditor postquàm Registrum ipsum sibi fuerit præsentatum, terminum habeat duorum mensium infra quos causam ipsam expedire teneatur, nisi forsan à Nobis vel dicto Vicecancellario, propter arduitatem causæ, sicut sæpè contingit, majorem dilationem habuerit de qua per Nostram commissionem in Registro causæ constet. Alioquin Notarius sententiam excommunicationis incurrat. Et si de negligentia, expeditione, dolo, vel fraude coram suo Auditore fuerit accusatus, salarium suum perdat, ad expeditionem ad eundem Auditorem, nihilominus, compellendus. Et nihilominus, qui infra dictos menses non habita à Nobis, vel ipso Vicecancellario, majore dilatione temporis, causam expedire contempserit, ex tunc jurisdictionem amittat, & causa alteri Auditori committatur, & ab ingressu Rotæ suspendatur per mensem. Et idem de judicibus aliis extra Rotam præcipimus observari, quibus si negligentes fuerint causas expedire infra dictos menses, aliquæ causæ per trimestre tempus nullatenus committatur, & si fuerit contrafactum, commissiones nullius existant roboris, & momenti.

Auditores quid animadvertere teneantur pro expeditione causarum. §. 28. Præterea, quia sæpè contingit, quod literæ Apostolicæ ad impediendum Partes, & eas involvendum laboribus, & expensis, absque causa rationabili, in Bullarum, & dictarum literarum Apostolicarum Registris arrestantur, & suum nequeunt sortiri effectum. Statuimus, & etiam ordinamus, quod postquam litera arrestata ad Auditorem causæ fuerit reportata, idem Auditor adversæ Parti terminum octo dierum præfigere, per eum postea si expediat prorogandum, infra quem de suo jure, & interesse coram dicto Auditore legitimè docere, & fidem facere teneatur.

Cardinales non committantur causæ non excedentes valorem amissum &c. §. 29. Statuimus insuper, & etiam ordinamus ad parcendum laboribus, & expensis quorumlibet Litigantium, quod causæ, super

super quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, sæcularibus, & Regularibus, quorum fructus redditus, & proventus sexaginta florenorum auri secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, S. R. E. Cardinalibus nullatenus committantur, & commissiones sint nullæ, si fuerit contrafactum.

Advertenda quæ fieri debeant pro habenda executione sententiarum.

§. 30. Et quoniam frustra ferentur sententiæ, nisi essent qui exequerentur easdem, & in habendis litteris executorialibus sub Bulla quandoque duorum, vel trium mensium dilationes fiunt, pro quibus expediendis occurrunt graves expensæ, quæ aliquando ad quindecim, aliquando ad decem, & octo florenos ascendunt, & Notarii dictæ Sedis, qui illarum minutas deberent conficere, non conficiunt, sed per suos Abbreviatores, quorum aliqui sunt minus periti, fieri faciunt, & cùm illas quandoque non benè conficiant, ad peritiores oportet habere recursum, & sic partes ipsas executorias prosequentes, plus oportet exponere, quàm ab antiquo consuetum sit solvere, & qui non laborant, plus salarii accipiunt, unde cum partes magna temporis dilatione plus, quàm deceat, graventur laboribus, & sumptibus in earum procuratione, qui in expensarum taxatione non veniunt. Nos ad evitandum hujusmodi inconvenientiam, & ut partes in procurandis prædictis executoribus, opportunum recipiant relevamen, statuimus, & etiam ordinamus, quod sit in electione partis, si velit habere sub Bulla simplicem litteram executoriam, sivè confirmationem sententiæ, quæ in effectu contineat, quod in causa, quæ inter tales partes super tali revertebatur, lata fuit per talem Judicem, seù tales Judices talis sententia, cujus effectus ponatur in littera, & mandetur Executoribus, quod sententiam ipsam debitæ executioni demandent, & talis littera non taxetur ultra duodecim grossos Turonenses. Si verò pars malit habere executoriam cum confirmatione sententiæ juxta morem, quia tunc in confectione minutæ major labor occurrit, & necessarium est totum processum causæ recensere, servetur quod hucusque extitit observatum, ita tamen quòd confectio minutarum, quæ concernunt justitiam, ad Notarios ipsos pertineat. Et præter hoc salarium habeant, minutæ per eos fiant, vel expensis eorum, & hoc idem in omnibus aliis litteris justitiæ, & provisionum ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria quælibet factarum, & fiendarum in Consistorio nostro, quæ per manus ipsorum Notariorum transeunt, præcipimus observari. Verum intelleximus quod procuratores, qui causas, super quibus expediuntur litteræ executoriales, in judicio, in eadem Curia egerunt, vel defenderunt quando litteræ hujusmodi in dicta Audientia contradictarum leguntur, ubi ipsi procuratores intersunt, mediam partem taxæ dictarum litterarum executoriarum de novo à partibus nituntur exigere, & sæpè exigunt, illud reputantes abusum, fieri prohibemus, volentes eosdem procuratores communi salario pro aliis in dicta Audientia legendis litteris; quando ibidem intersunt esse contentos, ubi forsan ipsi per totum hujusmodi litteram executoriam procuraverint, quo casu competens salarium à partibus petere, & recipere possint secundum quod in taxationibus præfati Joan. xxii. prædec. habetur.

Rota quando fiat in die Jovis, aut Sabbathi.

§. 31. Cæterum cùm sæpè contingat, quod in omnibus diebus unius hebdomadæ, quibus teneri solet audientia, & aliquando in duabus conjunctis hebdomadis feriæ celebrantur, unde lites prorogari contingit. Statuimus, & etiam ordinamus, ut quotiescunque in una hebdomada tres illi dies quibus teneri solet audientia, quomodolibet sint feriati, præterquam in octavis Nativitatis, & Resurrectionis D. N. JESU CHRISTI, videlicet per septem dies ante, & septem post, die Jovis in hebdomada tali, si illa dies feriata non fuerit, alioquin die Sabbathi audientia teneatur.

Sanctio pœnalis.

§. 32. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Nostræ constitutionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Domini 1422.

Jurisdictio, & facultates Auditorum Rotæ Romanæ.

INNOCENTIUS EPISC. Edita Ao. D. 1427.

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

FInem litibus, quæ in Palatio Apostolico nunc, & pro tempore vertuntur, quantò celerius fieri potest imponi, & Collitigantes ab intolerabilibus expensis, quas illas prosequendo perferunt, relevare, quantum Nobis possibile est, cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus, & ordinamus.

Declaratio circa pronuntiationem.

§. 1. Quod si diversis causarum Palatii Apostolici Auditoribus diversas commissiones præsentatas hactenus, vel pro tempore reperiri contingat in eadem causa, ejusdem tenoris, vel effectus, licèt ad diversarum personarum instantiam; Auditor, cui prius commissio præsentata fuit jurisdictionem in procedendo, & judicando retineat, absque alia desuper commissione, aliorum Coauditorum ad id accendente consensu.

Citationum validationem. §. 2. Et quod Auditores causarum prædictarum, constito eis, quod citatio per eos decreta in causis (minus tamen legitimè executa) ad partis citatæ notitiam pervenerit, ante terminorum observationem, ad expeditionem causarum earundem, absque alia commissione, perinde, ac si citatio legitimè executioni demandata foret, procedere.

Viduarum, & Pupillorum causas. §. 3. Et in Viduarum, & Pupillorum, necnon ubi de summa, vel re valorem quingentorum florenorum auri non excedente, ageretur: eo modo, quo in Beneficialibus causis, de Coauditorum suorum consensu, etiam procedere.

Remissorias. §. 4. Remissorias etiam ad partes, in causis coram eis, nunc, & pro tempore pendentibus, in quavis instantia, novamvè dilationem, si petatur, de aliorum Coauditorum consilio concedere.

Reiterationem terminorum. §. 5. Ad reiterationem quoque terminorum, nulliter, vel malè observatorum, partes seù collitigantes, earumvè procuratores admittere.

Registrorum fidem. §. 6. Et fidem registris, coram aliis judicibus, etiam in partibus factis, quo ad jura in eis registrata duntaxat, de simili consilio, adhibere.

Gravaminis articulos. §. 7. Super articulo gravaminis, ac negotio principali simul, & (si petatur, ac Coauditoribus expedire videbitur) refectis expensis, in eodem principali negotio, omisso appellationis articulo, procedere.

Fatalium prorogationem. §. 8. Et dum eis videbitur expedire, fatalia in causis prorogare, vel de novo concedere.

Appellationum instantias. §. 9. Et super appellatione interposita à sententia diffinitiva, decurso ultimo momento temporis, ad id de jure præfixi (eadem tamen die ultimi momenti) perindè, ac si debito tempore interposita foret, justitiam ministrare.

Sententiarum nullitatem. §. 10. Et si prima, vel secunda sententia reperiatur nulla ex inordinato processu, vel etiam ex omissione juramenti super perhorrescentia, juxta constitutionem fœl. rec. Bonifacii Papæ Octavi prædecessoris Nostri, quæ incipit, Statum, dummodo illud per partem in quacunque parte judicii postea præstetur, ad confirmationem, vel infirmationem, refectis expensis, procedere.

Sequestrorum conceptionem juxta cap. Statutum de verbor. in 6. Clauſ. derog. §. 11. Necnon juxta constitutionem Viennensis Concilii, quæ incipit, Ad compescendas, sequestra decernere, liberè, & licitè valeant.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Sequitur declaratio circa executionem dictæ Bullæ.

Describatur in lib. Rot. §. 13. CONstitutionem Nostram pro Litigantium in Palatio Apostolico relevamine editam quarto idus Januarii, pontificatus nostri Anno quarto, & in Cancellaria Apostolica de mandato nostro publicatam, quæ incipit, Finem litibus &c. observari cupientes, dilectis Filiis causarum dicti Palatii Auditoribus mandamus, illam inter alias ejusdem Palatii constitutiones in libro, in quo illæ descriptæ sunt, describi.

Quotannis legatur. §. 14. Et singulis annis, dum aliæ constitutiones prædictæ leguntur, prima die, qua decursis feriis messium, & vindemiarum ad jura reddendum sedere incipient, pari modo, sicut aliæ leguntur, legi faciant, & procurent.

Auditori dicenti aliquid fecisse debere Rot. creditur. §. 15. Volentes assertioni Auditoris causarum hujusmodi afferentis, se aliquod de inibi contentis, de consilio, seu consensu Coauditorum suorum facere, quo ad consilium, & consensum hujusmodi stari, & alterius probationis adminiculum non requiri.

Dat. P. An. 4. 13 Januar. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, Idibus Januarii, Pontificatus Anno quarto.

PP. sub. script. Publicatio. Placet, publicetur, & describatur. I. Anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, indictione sexta, Pontificatus Domini Innocentii Papæ Octavi, Anno quarto, litteræ suprascriptæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valvis Audientiæ, & acie Campi Floræ, die 14. Januarii per Bernardum del Porto S. D. N. P. Cursorem. Lecta Romæ in Cancellaria Apostolica die Sabathi 19. Januarii, Anno 1487.

***

Resor-

Reformatio Rotæ Romanæ.

Edita An. D. 1561.

PIVS EPISCOPVS, SERvus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Throno justitiæ super omnes Gentes, & Regna, meritis licèt imparibus, supernа dispositione constituti, ad ea quæ servantiam concernunt, dirigimus potissimum aciem Nostræ mentis, ut universis Nationibus ad Sedem Apostolicam omnium Fidelium matrem, & magistram, pro litium, & controversiarum inter eos vigentium decisione recurrentibus longis judiciorum curriculis sublatis, ac minoribus, quam fieri poterit dispendiis, opportunè consulatur.

Rota commendatio, & causæ hujus reformationis.

§. 1. Sanè postquam Nos circa Curiæ nostræ reformationem solerti studio intendentes, reliquorum ejusdem Curiæ Tribunaliũ, & officiorum emendationem, & correctionem cum Dei auxilio, & Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio, feliciter peregimus, demum ad Palatii nostri Auditorium, in quo universorum Christi Fidelium graviores causæ per duodecim summæ virtutis, & doctrinæ viros, ex omnibus Mundi partibus magna cum diligentia conquisitos, maturè cognoscuntur, & magna cum integritate, & justitia terminantur, animum adjecimus. Et licet in eodem Tribunali pauca admodum correctione digna ostenderimus, nihilominus ut nihil intactum relinqueremus, nonnulla potius pro litibus abbreviandis, ac Partium dispendiis evitandis, vel saltem minuendis, vocatis ipsis Auditoribus, ac pluries, tam in voce, quam in scriptis auditis, providenda censuimus.

Facultas et Auditorum circa causas eis commissas.

§. 2. Et idcirco de eorundem Fratrum nostrorum consilio, statuimus, & ordinamus quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ad tollendum multiplicationes commissionum, & parcendum laboribus, & expensis Litigantium, unica commissio in qualibet instantia sufficiat, & illius vigore Auditor causam sibi commissam cognoscere, & cum omnibus, & singulis dependentibus & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valeat. Possit etiam Auditor sine nova commissione præfigere terminum ad docendum de attentatis, ac nullitatibus, & causis propter quas quis in integrum restitui debeat, ac illo elapso, & non docto, ad causæ expeditionem procedere, necnon remissorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia, & singula alia usque ad finalem sententiarum suarum executionem inclusivè facere, quæ de jure Ordinarii facere possunt.

Prorogationes fatalium concedantur arbitrio Rotæ.

§. 3. Prorogationes autem fatalium sæpius, & passim non concedat, sed tantum ex aliqua honesta causa, ac prævia illius cognitione arbitrio Rotæ.

Sententia non proferantur, nisi causa in Rota proposita, habitu voto.

§. 4. Auditor tamen in aliqua honesta causa, sive magni, sivè parvi momenti existat etiam si ejus decisio clari juris esse videatur diffinitivam sententiam, interlocutoriam vim diffinitivæ habentem ferre non valeat, nisi causa in Rota proposita, & habitis votis Coadjutorum, nisi Partes in actis expressè consenserint, quod causa sine voto eorumdem Coadjutorum expediri possit. Idemque in aliis quibusvis præjudicialibus decretis servari volumus, si actor vel reus, quod negotium in plena Rota cognoscatur, institerit.

Sententiæ publicentur, ut hic.

§. 5. Item sententiæ latæ per Auditores, prout in cedula, ut moris est, vel per viam termini pro servato, subscribantur, & publicentur in actis intra quindecim dies, & in ultima anni audientia latæ infra mensem, alioquin pronuntiationes hujusmodi, pro circumductis habeantur.

Notarii accipientes decreta ad deferendum, referant ea hic.

§. 6. Termini etiam pro servatis habiti & cedulæ ipsarum sententiarum, quæ interdum per alium Notarium, quam actuarium ipsius causæ ad referendum accipi consueverunt, referantur ipsi Notario causæ eadem vel sequenti die, qua recipiuntur. In ultimis verò audientiis, saltem infra triduum, & si Auditor, qui pronunciavit, prout in cedula, vel terminum habuit pro servato, retinuerit citationem penes se, illam Notario causæ similiter intra prædictos dies consignare debeat, aliàs termini hujusmodi circumducti, & irriti censeantur.

Sententiæ nec proferantur ante perfectum registrum.

§. 7. Auditor verò non pronunciet in causa, nisi perfecto registro, & illo ad Rotam delato, una cum dictis Testium, illisque, ac juribus in eadem Rota, prout res exegerit, lecti. In ultima verò anni audientia, ac quandocumque agetur deferenda declaratoria contra contumacem, etiam Registro non perfecto, ex originalibus pronunciare valeat. Ita tamen, quod Pars ad cujus instantiam pronunciatum fuerit registrum ipsum pro actorum conservatione quanto citiùs perfici curare teneatur.

Decisionum copia petentibus detur.

§. 8. Et insuper Auditor Partibus petentibus copiam decisionis in causa factæ, cum juribus, ac rationibus, tradere debeat, prout antiquitùs laudabiliter fieri consuevit.

Causa Auditorum consanguineorum, & familiarium non cognoscantur in Rota.

§. 9. Causæ autem propriæ Auditorum & eorum familiarium, & consanguineorum, vel affinium usque ad secundum gradum, juxta jus canonicum computandum, non cognoscantur in Rota.

Affines domestici vel Notarii Auditorum non se intromittant in causis Rotæ.

¶. 10. Nec Auditores in eorum domibus substitutos vel Doctores, aut alios juris peritos, etiam consanguineos, qui substituti, vel Advocati, aut Procuratoris officio fungantur, aut in cathedris Rotalibus vel eorum processibus sese quoquomodo intromittant, nec Advocatos, & Procuratores domesticos, aut aliquos ex suis Notariis domesticos habeant. Item Advocati, aut Procuratores consanguinei, vel affines, usque ad secundum gradum alicujus Auditoris ac etiam illius Notarii, in

causis coram eo pendentibus nullatenus patrocinari valeant.

Auditores non inducant Partes, ut assumant certum Advocatum, vel Procuratorem.

§. 11. Nec Auditores compellant, aut aliquo modo inducant Partes, per se, vel per alios, ut assumant certum Advocatum, vel Procuratorem; sed electio hujusmodi omnino ipsarum Partium arbitrio relinquatur.

Nec dissonant contra jus &c.

§. 12. Item Decanus, & alii Auditores præsertim antiquiores, attendant, nè aliquid non solum contra Jus, sed nec etiam contra stylum, & decisiones antiquas factas in Rota, quæ impressæ habentur, quoquomodo decidatur, etiam prætextu æquitatis in jure non scriptæ, nisi maxima cum ratione, & discussione, omnibus votis, seù saltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum esse judicantibus.

Nullitates tres tantum attendantur.

§. 13. Deinceps etiam in causis pendentibus non attendantur aliquæ nullitates, præterquam ex defectu jurisdictionis, citationis, vel mandati, nisi causa nullitatis specialiter ante datam præsentium commissa reperiretur.

à liquidatione fructuum, & expensarum semel appelletur.

§. 14. Et à liquidatione, fructuum, & expensarum taxatione, semel tantum appellare liceat, ita quod duæ conformes rem judicatam faciant.

Auditores quando ad Cancellariâ causas remittere possint.

§. 15. Auditores verò causas sibi commissas, pro sola Partium importunitate ad Cancellariam remittere non possint, sed tantum habita licentia à Summo Pontifice, vel ex justis causis deductis in Rota, & ab ea probatis.

Criminalitates ad Iudicet Ord. remittant.

§. 16. Et si Auditor cognoverit in actis adesse suspicionem criminis, remittat acta hujusmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad Judicem ordinarium. Et si causa criminalis præjudicialis fuerit, causæ civili in ejus cognitione supersedeat. Et quandocunque Judex ordinarius, in causis criminalibus coram eo pendentibus, indiguerit depositionibus Testium, vel aliquibus scripturis ad causas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum ut præfertur, exhiberi facere.

Sportulas sic recipiant videlicet.

§. 17. Ut autem debitus modus sportulis imponatur, non possint Auditores à Partibus, per se vel alium quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec à sponte dantibus ultra taxam infrascriptam accipere, videlicet.

In causis prophanis.

§. 18. In causis pecuniariis, seù prophanis aut quæ aliàs pretio numerario quoquo modo æstimari possint, si æstimatio rei de qua agetur, non excedat summam mille ducatorum usque ad aureos decem, à mille verò usque ad decem millia, vigintiquinque, à decem millibus usque ad viginti millia, quinquaginta: ab inde supra usque ad quamcunque summam, centum.

In causis Beneficialibus.

§. 19. In Beneficialibus verò, si redditus annuus, de quo agetur, non excedat summam centum ducatorum, simuliter decem: à centum verò usque ad mille, vigintiquinque: à mille usque ad tria millia, quinquaginta; ab indè verò supra, centum aureos pro sportulis cujuscunque sententiæ, diffinitivæ duntaxat, ut præfertur, ac accipere valeant. Si verò causa æstimationem non facilè recipiat, sportulæ moderatæ pro rerum, & personarum qualitate, juxta taxas prædictas recipi possint: nec aliquid ultra non solum ipsis Auditoribus, sed nec eorum Familiaribus, vel Consanguineis, aut aliis quibusvis Personis directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, vel ingenio, exceptis esculentis, & poculentis, quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possit.

Sportulæ deponantur penes Notarium post latam sententiam.

§. 20. Quas quidem sportulas juxta taxæ prædictam, apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & Notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori consignari volumus: quodque Notarius depositionem, & consignationem hujusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

Notarii idonei eligantur officiaque non arrendent: & pro Substitutorum factis teneantur.

§. 21. Officia verò Notariorum Rotæ, non conferantur nisi Personis peritis, & idoneis, quæ per seipsos illa exercere sciant, & exerceant, nisi aliqua legitima causa impediantur. Nec eo casu officia aliquibus arrendare, aut Substitutos deputare valeant, nisi à proprio Auditore approbati fuerint, qui insuper de officio fideliter exercendo arbitrio Auditoris cavere debeant, & pro ipsorum Substitutorum facto Notarii ipsi, quo ad interesse Partium, tanquam principaliter obligati omninò teneantur.

Hæc Bulla delegatur anno quolibet in princ. Rotæ.

§. 22. Districtius præcipientes modernis, & pro tempore existentibus Auditoribus, & eorum Decano, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ, aliisque nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio, infligendis pœnis, ut præsentem constitutionem Nostram singulis annis in prima audientia, unà cum aliis constitutionibus antiquis, legi, & publicari faciant, & illam, ac omnia, & singula in ea contenta diligenter observent, & ab eorum Notariis, & aliis, quatenus ad eos pertineant, observari curent cum effectu.

Decretum irritans.

§. 23. Decernimus nihilominus irritum, & inanè, si secus super his ab ipsis, vel quibusvis aliis, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 24. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Auditorum Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & facultatibus, eisdem Auditoribus, & Collegio, etiam Motu proprio, & consistorialiter, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in genere, vel in specie, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, aut etiam per Nos concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis

tis tenoribus specialis, specifica, & expressa ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, seù quævis alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi pro sufficienter expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si præfatis Auditoribus, vel quibusvis aliis communiter, vel divisum ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Forma, & effectus publicationis quâ habes hic in fin.

¶. 25. Ut autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, nullusque illarum ignorantia prætendere valeat, volumus, & mandamus, alias in ejusdem audientiæ Palatii nostri, ac Cameræ Apostolicæ valvis, & acie Campi Floræ, per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod temporis spatium, relicta ibidem earum copia affixa, detineri, & exinde omnes, & singulos, quorum interest, vel interesse ac si eis personaliter intimatæ forent. Nulli ergo omninò &c.

Dat. P. An 3. 27. Decemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Cal. Januarii, Pontificatus nostri Anno 3.

Reformatio Referendariorum Signaturæ Justitiæ, & judicum Romanæ Curiæ.

Edita An D. 1562.

PIVS EPISCOPVS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa hujus reformationis.

CUM nuper Nos generali officiorum, & Tribunalium Romanæ Curiæ pro abusibus extirpandis, ac universali in ea Litigantium commoditate, reformationi intenderimus, & providerimus, Cupientes eorundem Litigantium indemnitati in totum consulere, ac ut celerius lites terminentur providere, valdè opportunum, immò necessarium esse censuimus etiam Signaturam Justitiæ à qua plerumque hi qui lites in longum protrahere, aliosque diutius, & gravioribus impensis defatigare quærunt, cavillationibus, & versutiis diversa rescripta, aut superflua, aut dilationem inducentia exorqueant, reformare. Idcircò pro illius reformatione, visis, & etiam maturè discussis, nonnullis per dilectos Filios Referendarios Nostros adnotatis, & coram Nobis etiam in præsentia nonnullorum ex venerabilibus Fratribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus propositis, de eorundem, ac cæterorum Fratrum nostrorum consilio, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus.

De Commiss. sumptus rejectis in Signatura Justitiæ.

¶. 1. Quod nullus ex dictis Referendariis propositas, & rejectas in Signatura Justitiæ commissiones, in Signatura Gratiæ coram Nobis proponere audeat, nisi talis sit materia, quæ scientiam nostram requirat, aut quæ per Signaturam Justitiæ ad eandem Signaturam Gratiæ remissa fuit.

Avocatorii, & alii præjudiciales.

¶. 2. Nec in antiquis, ac arduis materiis in quibus plures hinc inde expeditæ fuerunt Commissiones, & avocatoriis prioribus Judicibus, & quovis modo præjudicialibus, manum apponere, nisi prius citata coram eo Parte interesse habente.

Præinserta tum reformatio.

¶. 3. Et cùm agitur de revocatione aut moderatione alicujus præinsertæ, similiter manum non apponat, nisi in præinserta appositum sit nomen Referendarii, qui illi manum apposuit, ut rationem reddere, & eam justificare possit. Nec etiam reformatio sivè moderatio ejusdem præinsertæ ad habentes Signaturam justitiæ nisi nomen Referendarii, ut præmittitur, in ipsa præinserta appositum fuerit, aliquo modo figuretur.

Appellationum commissionibus.

¶. 4. Minus in commissionibus appellationum ab interlocutoriis, nisi expresso relevanti gravamine. Nec cùm appellatur à diffinitiva cum clausula, aut vim diffinitivæ habente, nisi res adeò exprimatur, ut videat Referendarius, an tale sit gravamen, quod per diffinitivam reparari non possit. Et si in commissione appositæ fuerit clausula, cum toto negotio principali, tunc addatur justificato tamen dicto gravamine.

Nullitatum, & attentatorum &c.

¶. 5. Abstineant ulterius Referendarii ab appositione manuum in commissionibus nullitatum & attentatorum, nisi exprimantur nullitates ex defectu jurisdictionis, citationis, vel mandati & ipsa attentata. Et pariter in illis in quibus narratur pronunciatum fuisse prout in cedula.

Prorogationis fatalium.

¶. 6. Nec etiam manum apponant in commissionibus prorogationis fatalium, nisi in quibus prima vice ipsa prorogatio petitur, illas verò commissiones in quibus pro ulteriori prorogatione supplicatur, in Signatura nostra Gratiæ proponant.

Ad quod videtur hic inf.

Criminalibus, & Matrimonialibus.

¶. 7. Causæ criminales, & matrimoniales non inferioribus Episcopis & in terris Ecclesiæ causæ criminales Clericorum in sacris constitutorum Ordinatio, reliquorum verò Clericorum & Laicorum, locorum Gubernatoribus committantur.

Reformatio in causis restit. in integ. nullitatis, & attentatorum.

¶. 8. Et ut lites quantò citius fieri possit, ac minori Partium dispendio expediantur, decernimus, quod quilibet Judex cui causæ restitutionis in integrum, nullitatis, & attentatorum de cætero committentur, possit absque speciali commissione præfigere terminum ad docendum de causis restitutionis, ac de ipsis nullitatibus, seù attentatis, & eo lapso, & non ducto, ad negotii principalis expeditionem procedere.

Terminorum, seu rationis.

¶. 9. Similiter quilibet Judex in quibuslibet causis coram eo introductis, & introducendis, & etiam Auditor Rotæ, in causis

extra Rotam commissis, possint omnes terminos substantiales in vim commissionis à fœl. rec. Innocentio Papa VIII. prædecessore nostro, quàm ad omnes Judices, & etiam Auditores in causis præmissis, tenore præsentium, extendimus, ac sque alia speciali commissione reiterare.

Expensarumque taxationum.

§. 10. Quodque ab excessiva taxatione expensarum, semel tantum appellatio committatur, & duæ sententiæ habeant vim trium.

Causis quoque discussionum.

§. 11. Causæ discussionum inter Creditores, & Hæredes defuncti, seu alterius Debitoris, de cujus bonis inter ipsos Creditores agitur, intra tres menses, quo ad præsentes, quo ad absentes verò, citra montes intra sex menses, ultra autem intra novem expediantur, & nullo modo nisi ex magna causa, & per Signaturam Nostram Gratiæ instantia prædicta prorogetur.

De his vide in Clem. vii. const. 16.

Additione hæredit. & confectione inventar.

§. 12. Et à die obitus Debitoris intra duos menses hæredes præsentes, absentes autem citra montes intra quatuor, ultra verò montes intra sex inventarium conficere, & an velint hæreditatem adire, deliberare teneantur.

Discussionum causis pendentibus, credita liquida executioni mandantur.

§. 13. Et interim Judices coram quibus causas discussionis hujusmodi pendere contingerit, bona ipsius Debitoris defuncti, vel decoctoris debitoris Creditoribus habentibus credita eorum liquida interim recepta idonea cautione de restituendo habentibus priora, & potiora, contribuendo habentibus æqualia jura, consignari mandent, & faciant.

Decretum veritatis.

§. 14. Si quis autem constitutioni Nostræ hujusmodi in aliquo contravenerit, indignationis Nostræ, ac aliàs arbitrii Nostri pœnas eo ipso incurrat. Et nihilominus commissiones contra tenorem præsentium signatæ, nullius sint roboris vel momenti, ac per præoccupationem extortæ censeantur, illisque Judicibus, quibus ea præsentari contiget, minimè parere teneantur. Sicque per quoscunque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clauſ. derog.

§. 15. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 16. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Nostræ sanctionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

D. P. Ann. 3. 1. Julij.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Cal. Julii Pontificatus Nostri anno 3.

Iurisdictio, & facultates Senatoris Almæ Vrbis, seu Inclyti Populi Romani.

PIVS PAPA IV.

Motu proprio, &c.

Romanorum & Incolarum Vrbis indultum fori Capitolini etiã in obligationibus Cameralibus, ubi A. C. non prævenit.

DIlectos filios Senatorem, Conservatorem, Populumque Romanos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes omnimodam, & integram (prout illis per fœl. rec. Sixtum IV. Julium II. Leonem X. Paulum III. & alios Romanos Pont. prædecessores Nostros aliàs concessa fuit) jurisdictionem, causarumque inter ipsos, ac etiam, & inter Rom. & Incolas pro tempore motarum cognitionem, & decisionem totalem Curiæ Capitoli Romani, ita quod in prædictis, & aliis causis, obligationibus, etiam in forma Cameræ Apostolicæ, in quibus videlicet per alios Judices præventum non sit, aliisque quibusvis differentiis, & actionibus inter ipsos Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps orituris, & movendis, nullus præter Senatorem, & ipsius Capitolii Judices pro tempore existentes se privilegiorum Apostolicorum, aut consuetudinum, seù quovis alio prætextu intromittere possit, etiam dictorum prædecessorum concessiones hujusmodi, literasque, & aliàs desuper confectas scripturas approbantes, confirman. & innovantes, litterarumque, & scripturarum earundem tenores præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica, ex certa scientia &c. perpetuò concedimus, & indulgemus.

Derogatio facultatum aliorum Iudicum in his causis.

§. 1. Ac Senatorem, Conservatores, & Populum Rom. Curiamque, & Judices Capitolinos præfatos, quo ad jurisdictionem hujusmodi, adversus quascunque aliis Almæ Urbis Tribunalibus, & Magistratibus, etiam Regenti Cameræ, Gubernatori, & Nostro Vicario quomodolibet, etiam consistorialiter concessas facultates, & alias contrarias dispositiones in pristinum, & eum in quo ante illarum concessiones quomodolibet erant, statum restituimus, ac facultates, & alias dispositiones contrarias hujusmodi ad hunc effectum per præsentes revocamus, cassamus, & annullamus.

Chirurgi vel hic vel coram Gubern. crimina referant.

§. 2. Et insuper, ne delicta remaneant impunita, quod Chirurgi, Barbitonsores, & alii vulnerum, aliorumque criminum notiam habentes, illa ad Curiam Capitolii hujusmodi, juxta ipsius Senatoris desuper proponenda edicta, & sub pœnis inibi apponendis, aut ad Curiam Gubernatoris juxta solitum deferre teneantur.

Nulla tres attendantur.

§. 3. Quodque pro celeriori causarum expeditione, in eadem Curia Capitolina nullitatum nulla ratio habeatur, nisi earum quæ ex jurisdictionis, citationis, vel mandati defectu provenient.

Immò servatur Statuta.

§. 4. Et

Feria qua servanda.

Tu eas vide lib. 1. cap. 58. Statuti.

§. 4. Et ne feriarum accumulatio causarum expeditionem in longum protrahat, sublatis de medio cæteris feriis voluntariè per usum, vel aliàs, non tamen in honorem Dei, introductis, observatio tantum coerceatur ad ferias in antiquis Statutis expressè descriptas.

Assettamenti vorum quando peti possit.

Vide cap. 76. lib. 1.

§. 5. Ac etiam Statuta de assettamentis loquentia declarantes, quod assettamentum peti non possit, nisi in casibus, & articulis: quorum gravamen per diffinitivam reparari non valeat, qui ex Statuto sub Rub. de Appell. non recipiendis, lib. 6. positi colliguntur, nec in causis summam decem ducat. non excedentibus, in aliis verò causis à decem supra in litis contestatione dumtaxat peti possit, & hoc arbitrio Judicis. In diffinitivis autem, vel interlocutoriis vim diffinitivæ habentibus sententiis Judex causas hujusmodi in assettamentis proponere, aliis in contrarium loquentibus Statutis non attentis, omninò teneatur.

Assettamentum quomodo fiat, aliquo ex Iudicibus absente infirmo vel recusato.

Vide Stat. lib. 1. c. 11. & 12.

§. 6. Et propterea quod si unum ex Judicibus Curiæ hujusmodi abesse, vel ægrotare, aut suspectum jurari contingerit, assettamentum per tres reliquos præsentes Judices fieri possit, quorum unus in loco ægrotantis, vel absentis Judicis ad tribunal pro interlocutoriis faciendis sedeat, & super incidentiis, emergentibus, & dependen. usque ad sententiam diffinitivam exclusivè provideat, etiam perpetuò statuimus & ordinamus.

Clausula præservativa.

§. 7. Nec non Senatorem, Conservatores, Populum, & Curiam præfatos ad antiquam eorum jurisdictionem, ut præmittitur restitutos, & plenariè reintegratos esse. Ac præsen. & in eis contenta quæcunque valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inviolabiliter observari debere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ defectu, quovis quæsito colore, prætextu, vel ingenio, nullatenus notari, vel impugnari, nec per Nos, vel Sedem Apostolicam ullo unquam tempore revocari, aut aliàs illis derogari posse. Et si ac quoties illa revocari, aut aliàs illis derogari contingerit, toties in pristinum statum restitui, & de novo etiam sub posteriori data per ipsos Senatorem, & Conservatores eligenda, concessa, & stabilita esse.

Decretum irritans.

§. 8. Et sic per quoscunque Judices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales &c. sublata eis quavis aliter interpretandi &c. facultate judicari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contingerit, irritum, & inane decernimus.

Clausula derogatoria.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Statutis &c. etiam Palatii Apostolici Curiarumque Urbis stylis, nec non privilegiis indultis, & litteris Apostolicis quibusvis Romanæ, Curiæ Tribunalibus Curiis, Magistratibus, Judicibus, & aliis Personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam Motu simili, etiam consistorialiter concessis &c. quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac latissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Placet Motu proprio. I.

§. 10. Et cum absolutione à censuris ad effectum &c. Et cum approbatione, confirmatione, innovatione, concessione, indulto, restitutione, repositione, reintegratione, revocatione, cassatione, annullatione, statuto, ordinatione, decreto, & derogatione præmissis, ut supra perpetuo. Et quod sola præsen. sufficiat Signatura, & ubique etiam in Jud. fidem faciat, regula contraria non obstante, seù si videbitur litteræ desuper per Breve Nostrum, etiam cum litterarum Prædecessorum prædictorum, & inde sequutorum tenorum aliorumque necessariorum majori, & veriori expressione expediri possint.

PP. subscripta

Clausularum repetitio.

§. 11. Et quod ad obligationes in forma Cameræ servetur forma ipsius obligationis, ut sit in potestate Actoris, vel Creditoris convenire Debitorem suum Romanum, vel incolam laicum, non solum coram Regente, vel Auditore Cameræ ipsarum obligationum Judice ordinario, sed etiam in Curia Capitolii. Quo ad reliquas verò causas civiles, non tamen Fiscales, possit Reus Romanus, vel incola declinare quodcunque aliud forum, & petere se remitti ad Curiam Capitolii, nisi alterius Judicis jurisdictionem prorogaverit, aut in eum tacitè vel expressè consenserit, & aliter factæ reassumptiones, vel inhibitiones per dictam Curiam Capitolii nullius sint roboris, vel momenti.

Limitatio privilegii forè in tribus casibus.

Alàs vide lib. 1. Stat. c. 41.

Sequitur declaratio d. Constitutionis, respectu Jurisdictionis Gubernatoris Vrbis.

PIVS PAPA IV.

Motu proprio, &c.

Causa constitutionis.

NE per præinsertum Motum proprium aliquod præjudicium bono, & pacifico regimini Almæ Urbis nostræ, quod in præsentiarum venerabili fratri Hieronymo Episcopo Sagonen. per Nos commissum exitit, inferatur.

Præservatio jurisdictionis Gubernatoris.

§. 1. Decernimus, & declaramus intentionis Nostræ minimè fuisse nec esse, quod per signaturam præinserti Motus proprii prædicti in aliquo jurisdictiori, & facultatibus ejusdem moderni, ac pro tempore existentis Gubernatoris, præsertim circa Bannimentorum editiones, ac cognitiones causarum criminalium, Mercedum, & Pauperū, vel aliàs miserabilium Personarum, ac aliàs quascunque causas sibi, aut aliis Gubernatoribus

toribus, & ejus officio per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros tàm contra Cives Romanos, quàm alios quoscumque quomodolibet concessis in omnibus, & per omnia, perinde, ac si dictus præinsertus Motus proprius minimè signatus, nec à Nobis emanatus fuisset, minimè præjudicetur, nec præjudicatum esse intelligatur. Et sic per quoscunque &c. Sublata &c. Irritum quoque &c. solamque præsentis Motus proprii nostri Signaturam in judicio, & extra sufficere ac fidem facere, regula contraria non obstante, similiter decernimus & declaramus.

Quibuscunque non obstantibus.

§. 2. Præinserto Motu proprio, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque privilegiorum, & facultatum eidem, ac pro tempore existenti Gubernatori, & ejus officio concessis, tenoribus &c. pro plenè, & sufficienter expressis habentes, & quæ, & quas per præsentes innovamus.

Iurisdictio, & facultates Vicarii Summi Pontificis in Vrbe, & ejus districtus.

PAVLVS EPISCOPVS
Servus Servorum Dei.

Edita Anno D. 1542. *Venerabili Fratri Philippo Episcopo Burgi S. Sepulchri, in nostra Vrbe, & ejus Suburbiis, & districtu nostro in spiritualibus Vicario, salutem, & Apost. bened.*

Exordium.

Licèt Ecclesiarum omnium universalis cura, & populi Christiani regimen, ad vigilantiam Nos inducat, Romana tamen Urbis inclyta, quam caput Orbis Divina clementia stabilivit, mentem nostram sollicitat, ut de ipsius Ecclesiarum statu prospero, & salubri, attentiùs, & diligentiùs ita procuremus, ut spiritualiter, & temporaliter fœlicioribus successibus congruum suscipiant incrementum.

Deputatio Vicarii cum facultatibus.

§. 1. De tua ergò laudabili vita, morum gravitate, probata fide, & circumspectione, aliisque virtutum donis, quibus personam tuam etiam familiari experientia præditam esse jam dudum, etiam in magnis Almæ Urbis nostræ gubernio, ac fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe negotiis, & arduis causis tibi commissis percepimus firmam in Domino spem gerentes, & sperantes, quod ea, quæ tibi committenda duxerimus, prudenter, & fideliter exequeris, Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, Te, qui etiam Capellanus, Prælatus domesticus, & in utraque Signatura Referendarius noster, ac ad eandem Basilicam per Nos deputatus existis, nec non unum ex officiis scriptoriæ litterarum Apostolicarum ex indulto Apostolico obtinens, in præfata Urbe, ejusque Suburbiis, & districtu Vicarium nostrum in spiritualibus quamdiu vixeris, cum honoribus, oneribus, redditibus, & emolumentis consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus.

Monasteria, & Religiosae visitandi, & corrigendi.

§. 2. Tibique omnia, & singula, Ecclesias, Monasteria, etiam Monialium, & alia loca Ecclesiastica Sæcularia, & Regularia Ordinum quorumcumque Urbis, & ejus districtus, & Religiosos quoscumque utriusque sexus in illis commorantes, & ad dictam Urbem confluentes pro tempore, ac etiam Ecclesias S. Anastasii, S. Sebastiani, S. Pauli, & ad Tres Fontes, S. Agnetis, S. Laurentii, & S. Sabbæ, ac alia Monasteria quæcumque exempta, & non exempta, eorumque personas visitandi, ac in capite, & membris reformandi, nec non earum, & cujuslibet ipsarum excessus, & crimina mulctandi, corrigendi, & puniendi, prout secundum Deum videris expedire. Nec non ædificia, quæ in Ecclesiis per Te visitandis videbis ruinis suppositа, auctoritate propria demoliendi, & demoliri faciendi, & Rectores ad Ecclesiarum reparationem per fructuum subtractionem, vel aliàs prout tibi videbitur cogendi, mulctasque ipsas, prout etiam Tibi videbitur, moderandi, & Cameræ Apostolicæ applicandi.

Causas Bo. flor. & mercedum summarie, & aliàs juxta stylum curie, & commissarias juxta commissiones cognoscendi.

§. 3. Ac causas civiles, & ordinarias, eas videlicet, in quibus non agitur de majori summa redditus sexaginta florenorum auri de Camera, aut illius summæ valoris æstimationem communem non excedente, etiam de locatione, & evacuatione, ac pensione, responsione, & devolutione Casalium prædiorum, & domorum, ac ratione vinearum, & mercedibus etiam cujuscumque summæ, & valoris existant, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, cum aliquali petitione verbali, apud acta tamen redacta, seù per viam monitorii, nullis terminis servatis, etiam qui de stylo, seù ordinatione dicti Palatii Apostolici servari soliti sunt; Aliàs verò more solito, & juxta stylum consuetudine Curiæ officii Vicariatus hujusmodi; ac alias commissas juxta illarum commissionum tenores, & formas, ac etiam crimin. per Te, vel per te pro tempore deputatum Auditorem, audiendi, decidendi, & fine debito terminandi.

Appellationem à quinque ducatis infra rejiciendi.

§. 4. Hoc etiam adjecto ad lites abbreviandum, & Partes à laboribus, & expensis relevandum, quod à processibus, & sententiis à quinque ducatis infra, auditis, & intellectis Partibus, & cujuslibet ipsarum juribus, in principali negotio, non possit per aliquem quomodolibet appellari, seù de nullitate dici, & appellatione, & nullitate prædictis, ac omnibus aliis inde secutis, non obstantibus, servatis aliis servandis, ad executionem dictarum sententiarum liberè procedere possit.

§. 5. Nec non omnes, & singulas causas alimen-

Causas miserabilium & alias non excedentes duc. Eo summarie cognoscendi.

alimentorum, & aliàs miserabilium personarum etiam aliorum quorumcunque non excedunt summam 60. ducat. auri de Camera, summariè, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, manu regia, sine confectione registri, sicut tibi visum fuerit, cognoscendi, judicandi, & fine debito terminan.

Moratorias in eis denegandi.

§. 6. Dilationes moratorias quascunque etiam quinquennales in causis mercedum, & alimentorum, censuum, pensionum, responsionum, & in causis miserabilium Personarum, Viduarum, Pupillorum, Ecclesiarum, & piorum locorum, ac obligationum juratoriarum rejiciendi, & illis rejectis (nisi causa cognita concessæ fuerint, aut aliter à Nobis motu proprio, & ex certa scientia rescriptum fuerit) Debitores ad solvendum remediis opportunis, etiam per censuras Ecclesiasticas, vel via executiva, prout Tibi videbitur, compellendi.

Carceres visitandi.

§. 7. Carceres quoque visitandi, votum dandi ac de Carceratorum liberatione, vel condemnatione ad pecuniarum solutionem, cum cæteris Visitantibus statuendi, & ordinandi.

Judæorum causas, & alias judicandi.

§. 8. Judæos omnes, etiam usurarios, banc herios quoscumque Clericos, & Beneficiatos Urbis, ac ejus districtus, Religiosos etiam Mendicantes, ac Regulares omnes utriusque sexus, Fraternitates etiam Laicorum, Hospitalarios, omnesque in Ecclesiis, & Monasteriis Beneficiatos, ac Deservientes, eorumque omnium res, & bona judicandi, & tam civiliter, quam criminaliter cogendi, & puniendi.

Usurarias, & alias, causas judicandi.

§. 9. Usurarum excessus, etiam dictis Judæis toleratos, ad honestissimum modum reducendi Matrimoniorum causas, omnesque alias, quæ de jure ad Vicarium nostrum dignoscuntur pertinere, audiendi, & fine debito terminandi.

Synodum congregandi.

§. 10. Synodum in Romano Clero pro correctione malorum morum, & pro necessitate, juxta temporum opportunitates, in Clero occurrentes, ubi, & quando libuerit, celebrandi, & congregandi: Statuta, & ordinationes, seu constitutiones pro tempore observanda edendi.

Ordines conferendi.

§. 11. Necnon per Te, vel aliquem Catholicum Antistitem, gratiam, & communicationem Apost. Sedis habentem, quem ad hoc, cum optus fuerit, duxeris eligen. & deputan. ordines conferendi temporibus à jure statutis, ac alia Ecclesiastica Sacramenta.

Ecclesia consecrandi.

§. 12. Ecclesias Urbis, ac illius districtus, prædictorum, illorumque Cæmeteria consecrandi, ac polluta (Aqua tamen prius per Te, vel eundem, vel alium Antistitem, similes communionem, & gratiam habentes, benedicta) reconciliandi.

Festivis diebus vetita exercitia puniendi.

§. 13. Ac eos qui festivis diebus vetita à jure exercitia fecerint, compescendi, & puniendi.

Blasphematores, & alios exercendi.

§. 14. Blasphematores, Usurarios, Judæos, Perjuros, & quoscumque alios committentes crimen, quod ad Ecclesiasticum forum, & ad Curiam, & jurisdictionem Vicarii nostri, etiam juxta facultates, Tibi, & Prædecessoribus tuis concessas, simpliciter, vel mixtum de jure, vel consuetudine, seu statuto pertineat, non obstantibus quibuscunque significationis ab aliis Judicibus factis, seu faciendis, cognoscendi, & puniendi.

Pœnas piis operibus applicandi.

§. 15. Ac tam pro vasis, vestibus, tunicellis, planetis, & similibus, quæ de necessitate ad divinum honorem requirentur, tam pro ordinibus sacris celebrandis, quàm pro sustentatione Episcopi ordinatis, Ministrorumque ejus ac Notariorum, qui, ut accepimus, pro sigillo nihil accipiunt, saltem pro meris laboribus persolvendis, & aliis, quæ de necessitate ad curã, & regimen tui officii fieri debere videbuntur, de pœnis in dicta Curia disponẽ.

Cætera ad officium spectantia exequendi.

§. 16. Omniaque alia, & singula faciendi, gerendi, disponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad hujusmodi Vicariatus officium de jure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinere dignoscuntur, & quæ omnes aliis Vicariis Urbis de jure, consuetudine, vel privilegio facere, dicere, & ordinare potuerunt.

Inobedientes coercendi.

§. 17. Necnon contradictores, & facultati, potestatique tuæ hujusmodi contravenientes, & illam perturbantes, ac rebelles quoscunque quavis auctoritate fungentes, per ecclesiasticas, & alias pecuniarias pœnas tuo arbitrio infligendas, & moderandas, etiam per repræsalias, ubi, & quando opus fuerit, correctionemque personalem, juris remedio opportuno appellatione postposita compescendo, plenam, liberam, & omnimodam, auctoritate Apostol. tenore præsentium, facultatem concedimus.

Causas civiles, & criminales hic indicatas cognoscendi.

§. 18. Et insuper, quia ut accepimus, hujusmodi Vicariatus officii vigore Vicario pro tempore existenti, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, Clericorum Urbis, & ejus districtus matrimoniorum spiritualium, illorumq; connexorũ, Judæorum quoq; ac Hospitalium, & Hospitalariorũ, necnon Confraternitatum laicorũ quorumcumq; ac Collegiorum Ecclesiastic. & aliorũ quorumvis etiam forensium, ac quorumcumq; in quibuscumq; Ecclesiis, Monasteriis & Capellis Urbis prædictæ deservientiũ & residentium, locorum piorum, & religiosorũ quorumcumq; utriusq; sexus, Fratrum, Monachorum etiam Mendicantiũ quorumcumq; tam in d. Urbe commorantiũ, quam ad illã pro tempore cõfluentium causis, jurisdictio attributa fuerit; Nihilominus super præmissis, seu aliquibus eorum per Gubernatorẽ, necnon Senatorem Urbis, ac Auditorem Causarum Curiæ C. A. generalẽ, Conservatores Cameræ Urbis, & diversos alios Judices, & Officiales pro tempore existentes d. Vicariatus officiũ pro tempore obtinentes quæ sæpè nonnullarũ, ut ipsi asserunt, per Sedem Apost. eis concessarũ literarũ prætextu, perturbari, & impediri contingit, & aliquas ex hujusmodi causis ad se appropriare nituntur, in gravẽ d. Vicariatus officii jacturã ac damnũ. Nos iis occurrere, &

obviare, ac d. Vicariatus officii indemnitati providere volentes, Motu simili in præmissis, etiã activè, & passivè, Tibi & pro tempore existenti Vicario jurisdictionem hujusmodi hactenus semper competiisse, & competere.

Alienationum, & permutationum de bonis Ecclesiasticis.

§. 29. Ac Te in singulis venditionis, permutationis, & alienationis rerum, & bonorum Ecclesiasticorum causis, etiam per supplicationem Apost. commissis, & committendis, tam in Urbe, quam illius districtu prædictis, Judicem, & Executorem quamdiu vixeris, fore & esse; Ac venditiones, permutationes, & alienationes hujusmodi, sine cognitione, & approbatione tuis pro tempore factas, minimè valere decernimus, & declaramus.

Vicarius in his causis iudex est ordinarius.

§. 20. Ac pro potiori cautela Te, successoresq; tuos in d. Vicariatus officio Vicarios, in præmissis causis, & circa præmissa competentem Judicem, quamdiù vixeris, ut præfertur, constituimus & deputamus. Et in eventu in quẽ per Nos, vel Sedem prædictam hujusmodi tua jurisdictio in præmissis per præoccupationẽ, vel aliàs Tibi diminuta, & abdicata, ac illa præfatis Gubernatori, aut Senatori vel Auditori, Conservatoribus, & quibuscumque aliis Judicibus, & Officialibus, quacumq; auctoritate fungen. attributa fuisset, ex nunc illam Motu simili restituimus, & plenariè reintegramus: Ac omnes, & singulos processus, & sententias, quos, & quas in Gubernatorem vel Senatorem, seu Auditorem, Cõservatores, seu quoscumq; Judices & Officiales præfatos, in præjudiciũ attributæ, & concessæ tibi jurisdictionis prædictæ, haberi, vel promulgari contigerit, nullus, & nullas, nulliusq; roboris, vel momenti fore, & esse: Ac res, & personas sub tua, & tui Vicariatus officii jurisdictione constituturas, alicui alteri Judici quacumq; auctoritate, etiã Cardinalatus honore fungenti, ex quacumq; occasione, causa, vel contractu sub quavis forma celebrato, minimè subesse, nec subjici posse. Et ita per quoscumq; Judices etiam causarum d. Pal. Apost. Auditores, & S. R. E. Cardinales interpretari, sententiari, & declarari debere sublata eis & cuilibet ipsorum quavis aliter interpretandi sententiandi, & judicandi facultate, & auctoritate: Ac quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane eodem motu, & scientiæ decernimus, & statuimus per præsentes.

Quibuscunque non obstantibus.

§. 21. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis privilegiis, indultis, & literis Apostolicis, super præmissis in præjudicium dictæ, ut præmittitur Nos tibi attributæ jurisdictionis aut coërtionis eisdẽ Gubernatori, Senatori, Auditori, Conservatoribus, & aliis judicibus, & Officialibus præfatis, ac quibuscumq; aliis personis, sub jurisdictione Vicariatus hujusmodi existentibus, in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis per Nos, aut Prædecessores nostros, & Sedem præfatam cõcessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & etiamsi de illis eorumq; totis tenorib. pro illorũ sufficienti derogatione, specifica, & expressa, ac individua non autem per clausulas generales idẽ importantes, sed de verbo ad verbum habenda mentio foret, eorũ tenores pro sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter, & expresse, motu simili, derogamus, & aliis præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumq; Aut si aliquibus Personis, aut Ecclesiis, Monasteriis, vel Ordinibus, aut quibusvis aliis à prædicta sit Sede indultũ, quod capi, detineri, interdici, suspendi, & excomunicari, aut visitare non possint per litteras Apostolicas non facientes plenã, & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto hujusmodi mentionem, quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunq; tenorum existant, & nostra propria manu non fuerint subscripta, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter nõ inserta, effectus earũ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorum totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mẽtio specialis, quæ quoad præmissa cuiquã nolumus aliquatenus suffragari, Irritum quoque, & inane quicquid contra præmissa, vel alia quod præmissorum attentari contigerit, decernentes.

Illique omnes in prædictis obediant.

§. 22. Et ut officium prædictum melius, & liberius prosequi valeas, mãdamus omnibus, & singulis ad quos spectat, cujuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quatenus Tibi in exequendis iis, quæ ad officium tuum prædictum pertinere dignoscuntur, omnibus possibilibus auxiliis, consilii, ac favoribus opportunis assistant, Tibique pariter obediant prout Nobis.

Iniõio officium sollicitè administrandi.

§. 23. Quocirca Discretioni tuæ per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus Officium Vicariatus hujusmodi devotè suspiciens illud sic prudenter, sollicitè & fideliter exequaris, quod exinde optati fructus proveniant, quos speramus. Tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram, & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam uberius consequi merearis.

Dat. P. Ap. die 3. Novemb.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1542. die tertia Novembris, pontificatus Anno nono.

Iurisdictio, & facultates declaratæ Iudicum Basilicarum, & locorum piorum.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUamvis Romani Pontifices Prædecessores nostri eorum motu proprio certaq; scientia, ac matura deliberatione, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine concesserint Sanctæ Roman. Eccl. Cardinalibus Archipresbyteris Ecclesiarũ seu Basilicarum S. Joannis in Laterano S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe, facultatem per sẽ ipsos,

ipsos, suosque Vicarios, & Judices cognoscendi, & terminandi omnes, & singulas causas, ac lites, tàm activè, quã passivè motas, & movẽdas, inter ipsas Basilicas eorumque Capitula, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Cappellanos, aliosq; eis Inservientes ex una nè à servitio Basilicarũ hujusmodi retraherentur & quoscunq; alios, ex altera partibus privativè quoad Vicarium, aliosq; Judices Urbis etiamsi ageretur de obligationibus Cameralibus, & aliàs, prout in eorũ literis, & motibus propriis uberius continetur; Nihilominus, quia, ut acceperamus, prætextu prædictorum facultatum, ac privilegiorũ in eis contentorũ, ipsisq; Basilicis, ac illis inservientibus concessorum quidam abusus etiã tempore Prædecessorum nostrorum, irrepserant, in aliorũ Tribunalium, & Collitigantium præjudicium. Idcircò Congregat. Prælatorum alias à Nobis super inhibitionibus, & non gravetur cursum Justitiæ impedientibus deputatorũ, ad tollendos, & evitandos eosdem aliosq; abusus, decrevit, quod iidem Cardinales prædictarum Basilicarũ Archipresbyteri, eorumq; Vicarii non concederent inhibitiones generales, sed particulares tantummodo, citata Parte, & juxta terminos earundẽ facultatum, & privilegiorũ dumtaxat, & aliàs concessæ non servarentur, libereq; eis nõ obstantibus, fieri posset executio, quodq; Emphyteutæ, Inquilini, Coloni, affictuarii, & Conductores non gauderent privilegiis prædictis, nisi quando ageretur de interesse Ecclesiæ, & Ecclesia esset in causa. Cumq; postmodũ, experientia rerum magistra compertum fuerit, Nobisq; etiam pluries, occasione Signaturæ Gratiæ, innotuerit, ex observantia facultatum, & privilegiorũ prædictorum alia Urbis Tribunalia impediri, ac Collitigantibus detrimentum fieri, quando non agitur de bonis, juribus, seu redditibus ipsarum Basilicarũ, vel quando Canonici, Beneficiati, Clerici, Cappellani, aut aliis eisdẽ Basilicis inservientes sunt actores. Propterea volentes justitiã æqua lance omnibus ministrari, motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, neque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra Constitutione perpetua, nedũ Decreta prædictæ Congregationis confirmamus, & approbamus, supplentes omnes, & singulos defectus etiam substantiales, si qui in eis quomodolibet intervenerint, seù interveniss dici possit. Sed etiam statuimus & ordinamus, quod quando agitur de bonis, juribus, seu de exigendis redditibus ipsarum Basilicarum, sive præbendariũ, Capellaniarũ, Beneficiorum, Administrationum, Officiorũ, seu onerum in prædictis Basilicis existentium, tunc activè, & passivè agendum sit corã eisdem Cardinalibus Archipresbyteris, sive eorum Vicariis, vel Judicibus per eosdẽ Cardinales deputatis, & pro tempore deputandis: quando autem agitur de aliis bonis, rebus, vel juribus quibuscunque tunc si Canonici, Beneficiati, Clerici, Cappellani, aliiq; ipsis Basilicis inservientes, erunt rei, pariter convenire debeant corã eisdem Cardinalibus Archipresbyteris, seu eorũ Vicariis, vel Judicibus prædictis, etiamsi convenirentur vigore obligationis Cameralis: si verò fuerint actores, tunc prædictis privilegiis non gaudeant, nec possint Reos ad forũ Cardinalium Archipresbyterorum quoquo modo trahere. Ac insuper quia ex facultatibus etiam motu, scientia, deliberatione, & potestate paribus, quacumque de causa quantumlibet favorabili, & pia, ac aliàs quomodolibet concessis eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Monasteriorum Monialiũ, Ecclesiarum etiã Collegiatarum, Collegiorũ, Hospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, seu quarumcunq; aliorũ locorum piorum de Urbe, illorumq; bonorum, rerũ, & personarum quarumcunq; apud Nos, & Sedẽ Apostolicam Protectoribus, sive ipsarum Ecclesiarũ Titularibus similia impedimenta, damna, & præjudicia nasci, & emergere nedum accepimus sed etiam comperimus, propterea præfatas ordinationes, & statuta quoad facultates dictorũ Cardinalium Archipresbyterorũ ut præmittitur, factas, & facta in futurum etiam quoad prædictos Cardinales Protectores, & Monasterio Monialium, Ecclesias, etiam Collegiatas, Collegia, Hospitalia, Confraternitates, Archiconfraternitates, aliaque loca pia de Urbe prædicta, eorumq; bona, res, & personas quaslibet ipsis Cardinalibus tam ratione protectionis, quam ratione tituli, ac aliàs quovis nomine nunc, & pro tempore per Nos, & Romanos Põtifices, etiam Successores nostros comissas, & commissa, perpetuò in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari volumus, & mandamus. Præsentes quoq; literas, ac omnia, & singula in eis cõtenta, etiamsi Cardinales Archipresbyteri, & Protectores, aliæq; personæ prædictæ, & cæteri quicunq; in præmissis interesse habentes, aut habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, minusq; causæ propter quas præsentes emanarunt, adductæ, aut sufficienter, vel etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, in excogitato, & substantiali, sive etiã ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quamvis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à Jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocunque alio colore, etiam in corpore Juris clauso, seu occasione, vel causa, etiã quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, & tali, quæ ad effectũ validitatis præmissorũ necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis, nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel cõtroversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrũ, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcunq; juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concesso quempiã uti, seu se jurare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similiũ, vel dissimilium gratiarũ revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore, quomodolibet faciendis, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoq; validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit inviolabiliter observari, sicq; & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictos, aliosque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiã de latere Legatos, & alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorũ cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritũ, & inane, si secus super his à quoquã quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter,

ter, contigerit attentari, decreuimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra de jure quæſito non tollen. & quibuſvis aliis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac piæ memor. Pii Papæ Quarti etiam Prædeceſſoris noſtri, de Gratiis, qualecumq; intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernentibus, infra certum tunc expreſſum tempus in ea præſentandis, inſinuandis, & regiſtrandis, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam, quatenus opus ſit, ipſarum Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum, Monaſteriorum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hoſpitaliũ, & aliorum locorum piorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatuta, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ipſis Eccleſiis, ſeu Baſilicis, illarumq; Cardinalibus Archipresbyteris, ſive eorum Vicariis, ac Monaſteriis, Collegiis, Confraternitatibus, Archiconfraternitatibus, Hoſpitalibus, & aliis locis piis præfatis, necnon eiſdem Cardinalibus Monaſteriorum, Eccleſiarum, aliorumque piorum locorum, prædictorum Protectoribus, & aliis perſonis prædictis, ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium, & ſingulorum tenores, etiam majores, & veriores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Decembris 1641. Pontificatus Noſtri Anno Decimonono.

Reformatio Tribunalis Auditoris Cauſarum Curiæ Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

PIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.

Edita an. D. 1562.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. INTER multiplices Paſtoralis officii noſtri curas, illa Nos potiſſimum urget, ut proviſionis noſtræ miniſterio Romanæ Curiæ Tribunalia, juſtè, & ſalubriter dirigantur, ac ſubditis Noſtris, & aliis Chriſti fidelibus cauſas, & negotia ſua in eis tractantibus, jus, & juſtitia æqua lance, & minoribus quàm fieri poterit diſpendiis, miniſtrentur.

Cauſa hujus reformationis. §. 1. Sanè cum Nos unà cum venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, generali Tribunalium, & officiorum ejuſdem Curiæ reformationi ſolerti ſtudio, ac vigilantia intenderemus, inter cætera reſpeximus ad antiquiſſimum, & nobiliſſimum Tribunal Noſtri, & Curiæ cauſarũ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris, qui non ſolũ Romanæ Curiæ Judex ordinarius exiſtit, ſed in tota temporali Juriſdictione Noſtra, ac univerſis Chriſtiani Orbis Provinciis, & Regnis ex indulto diverſorũ Romanorum Pontificũ prædeceſſorũ Noſtrorũm in civilibus, & criminalibus, juriſdictionem exercet, animadvertimuſq; in eodẽ Tribunali pro temporũ incuria, & negotiorum multiplicitate nonnullos abuſus irrepſiſſe, ac non modica emẽdatione, & correctione opus eſſe

Reformatio ſuper. §. 2. Et propterea ut tam Auditor, quàm ejus Locumtenentes, & Notarii intra juriſdictionis ſuæ fines ſe contineant, neque cauſas contra juris ordinem cum Rectorum, & Gubernatorum ejuſdẽ ditionis noſtræ, & aliorũ Ordinariorum injuria, ac Subditorũ noſtrorum, & reliquorum Chriſti fidelium nimio diſpendio ad ſe trahant, aliaſque ut decet eorum officio ritè, & rectè fungantur, providere volentes, vocato, & audito Venerabili Fratre Noſtro Flavio Epiſc. Muran. moderno Noſtro, & dictæ Curiæ Auditore, & habita ſuper his cum eiſdem Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Auditor, ac Locumtenentes, ſeu Judices, & Notarii dictæ Curiæ pro tempore exiſtentes, ad infraſcriptorum capitulorum, & in eis contentorum quorumcunque plenariam obſervationẽ teneantur.

Monitorii ſpecialibus. §. 3. Et in primis Auditor præfatus non decernat Monitoria ſpecialia in cauſis prophanis, etiam in terris Eccleſiæ ultra quadraginta milliaria ab Urbe, quando valor cauſæ non excedit ſummam centum florenorum.

Appellationibus admittendis. Vide Pii V. conſtit. 113. §. 4. Deinde non recipiat, nec admittat appellationes de partibus, niſi cum clauſula expreſſa. Quatenus à ſententia diffinitiva, vel vim diffinitivæ habente, appellatum ſit.

Monitoriis generalibus. §. 5. Succeſſivè in monitoriis generalibus reſervet facultatem, etiã Ordinario loci, abſolvendi incurrẽtes cenſuras in eis cõtentas.

Cedulonibus. §. 6. Præterea non permittat affigi Cedulones cum picturis Dæmonum, & aliis ſimilib.

Sequeſtris Vide etiam Bullam Pauli V. §. 7. Itẽ non decernat Sequeſtra, niſi juxta formã conſtitutionis fæl. rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit, Ad compeſcendas, prout ſervatur in Rota, & in illis ſẽper apponatur clauſula, Proviſo quod de fructibus ſequeſtratis cultus Divinus manuteneatur, ac animarũ cura exerceatur, & alia onera Beneficio incumbẽtia ꝙ pportẽtur.

Monitorii contra Epiſcopos, & eorum ſuperiore Vide ibidem. §. 8. Porro non decernat contra Epiſcopos & eorum ſuperiores monitoria ad perſonaliter comparendum, niſi prævia commiſſione ſignata manu Noſtra, aut pro tempore exiſtenti Romani Pontificis, & pro decreto monitorii ad perſonaliter comparendum nihil percipiat.

Expenſis contumacialibus Inſtigatoris. ¶. 9. Subſequenter expenſæ contumaciales reſtituantur Inſtigatori, ſi illas fecerit,

rit, & alioquin Notario causæ, ab aliis qui in ea expeditiones scripserunt, ac eas gratis ad instantiam Fisci concesserunt.

Remisserit in causis criminalibus.

§. 10. Item non concedat Auditor in causis criminalibus remissoriam ad partes ad probandum delictum vel fundandam Fisci intentionem, sed advocentur Testes ad Curiam, vel causa remittatur ad partes, ubi delictum est commissum.

Litteris pro capiendis judiciis. Vide d. Bullam Pauli V.

§. 11. Nec concedat litteras ad partes ad capienda indicia contra aliquem, nisi prius in Curia aliqualiter constiterit de delicto.

Examine Reorum, & Testium.

§. 12. Præterea non permittat quod Procurator Fisci examinet Reos, sed tantum examini intereſſe possit, ac Reus per Judicem examinetur, & idem servetur in Testibus, qui pro Reo examinabuntur, vel det interrogatoria in scriptis.

Reorum in carcere retentione.

§. 13. Deinde curet ne Rei ultra triduum retineantur in carceribus secretis antequàm examinentur, nisi tamen natura causæ aliud suadeat.

Dilationibus Fisci.

§. 14. Studeatque generaliter dilationes in Fisci favorem abbreviare, nè Rei diutius laboribus, & expensis fatigentur.

Interesse Fisci in causis Privatorum.

§. 15. Nec differat expeditionem causarum inter Privatos pendentium, licèt Procurator Fisci protestetur, causam non expediri, nisi ipso citato pro ejus interesse, nisi de eo incontinenti saltem summariè doceat.

Causis usurarum contra Mercatorios.

§. 16. Nec inhibeat aut retardet Mercatoribus creditorum suorum exactionem ad Fisci instantiam, sub prætextu usurariæ pravitatis in eis commissæ, sed procedatur separatim in causa usurarum sine retardatione causæ civilis, juxta juris dispositionem.

Appellationibus, Fisci.

§. 17. Minus etiam admittat appellationem Fisci ab absolutoria lata pro Reo, juxta laudabilem consuetudinem hactenus in Curia servatam.

Inventariis de bonis inquisitorum.

§. 18. Item Inquisito Reo non fiat inventarium illius bonorum, nisi agatur de delicto, pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiscationis bonorum, aut alia notabilis pœna, nisi detur idonea fidejussio de stando juri, & judicato solvendo. Quando autem inventarium conficiendum fuerit, non describatur inventarium hujusmodi in Regiſtro, sed tantum moderata merces pro qualitate Rei à Notario accipiatur.

Sportulis Judicum.

§. 19. Et in causis ordinariis Auditor prædictus, seu ejus in civilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro nota Sententiæ, sed in causis Commissariis, & declaratoriis contumacialibus tantum.

Vide d. Bullam Pauli V.

Notariorum procuræ, de pactis.

§. 20. Insuper caveat dictus Auditor, ne sui Notarii, vel eorum Substituti sint Procuratores causarum ejusdem Tribunalis, aut paciscantur de quota litis, vel lucri, cum Procuratoribus, vel Solicitatoribus, sub pœna privationis, & infamiæ.

Decretisque.

§. 21. Nec audeant Notarii ipsi facere ex se decreta etiam quantumvis ordinaria, & solita, sed semper ad Judicem recurrant sua pœna falsi, & privationis exercitii.

Contrahentium cognitione.

§. 22. Curentque etiam Notarii, ut cognoscant Contrahentes saltem per depositionem unius ex Testibus in Instrumento apponendis, nè fiat suppositio personarum.

Officiorum arrendis.

§. 23. Item eorum officia arrendare non possint, nisi personis per ipsum Auditorem approbatis.

Inhibitionibus vigere Eugenianæ, de qua vide in Eugen. IV.

§. 24. Præterea Auditor præfatus non concedat monitoria, vel inhibitiones, in vim constitutionis Eugenianæ, in favorem Curialium, nisi pro illis, qui saltem per annum in Curia continuè residentiam fecerint.

Terminis referendis.

§. 25. Et si contingat unum Notarium accipere terminum pro alio Notario ad referendum, teneatur ipse accipiens per totam illam diem qua acceperit, relationem facere.

Mandatis de manutenendo.

§. 26 Et insuper Auditor præfatus non concedat mandata de manutenendo aliquem in possessione, in qua existit, nisi constito saltem extrajudicialiter, eum accepisse, & retinuisse verè, & actualiter, non autem verbaliter, & momento tantum, possessionem vacantem, & non cum spolio alterius.

Ad quod vide d. Bull. Pii V. 111.

Mandatis suspicionis fugæ.

§. 27. Porrò non concedat mandatum de capiendo ratione suspicionis fugæ, nisi constito sibi saltem summariè, & extrajudicialiter de credito liquido, & de suspicione fugæ, saltem per juramentum ipsius Creditoris, & nisi facta solutione, vel depositio actuali per Actorem de expensis capturæ, in eventum in quem illa indebitè facta detegatur.

Vide d. Bull. Pii V. & Pauli V.

Capiti dandæ ante torturam.

28. Insuper præfatus Auditor, seu ejus Locumtenens in criminalibus faciat semper dare copiam indiciorum Reo, vel petentibus pro eo ante torturam, & pendente termino ad faciendas defensiones, detur commoditas Carceratis liberè loquendi cum eorum Advocatis, & Procuratoribus etiam, semotis Arbitriis, nisi tamen qualitas causæ aliud necessariò suadeat, quæ quidem indiciorum copiæ dentur Pauperibus gratis, & absque aliqua pecuniarum exactione.

Regiſtris in causis ordinariis civilibus.

§. 29. Præterea Notarii non conficiant regiſtra in causis ordinariis, nec commissariis non excedentibus valorem ducentorum florenorum, ac in ipsis regiſtris, & extractibus, & quibuscunque aliis eorum expeditionibus, teneantur servare taxas juxta reformationem in noviſſimo Concilio Lateranensi editam.

Jurisdictione A. C.

§. 30. Tandem, ut tollantur controversiæ inter Tribunalia dictæ Curiæ, & unicuique sua jurisdictio servetur, declaramus executionem obligationis in forma Cameræ ad Præfatum Audit. Cameræ privativè ad alia Tribunalia pertinere, præterquàm in instrumentis dependentibus à causis, & exactis in aliis Tribunalibus hujusmodi gestis, & sine præjudicio Motus proprii per nos in favorem Populi Romani editi.

Inhibitio, & pœnæ in contravenientes.

§. 31. Districtius inhibentes Auditori sub indignationis & nostræ, & Locumtenentibus sivè Judicibus, ac Notariis prædictis, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis officiorum suorum hujusmodi, & aliis etiam gravioribus Nostro, & pro tempore existentis Rom. Pontificis arbitrio infligendis & applicandis pœnis, nè de expeditionibus ac decretis, & aliis sibi per præsentes interdictis, ac contra prædictorum Capitulorum formam, & tenorem etiam quorumvis privilegiorum, indultorum, ac litterarum eis quomodolibet concessarum vel alio quovis prætextu, se intromittere, aut illa immutare, vel alterare quoquomodo audeant, seu præsumant.

Clausula sublata &c.

§. 32. Decernentes quæcunq; decreta, & acta ab eisdem Auditore, Judicibus, & Notariis pro tempore contra præsentium formam & tenorem, absit, emanata & facta nulla, & invalida, ac extorta, & subreptitia, nullius que roboris, vel momenti fore, & censeri, neminiq; propterea suffragari posse, vel debere, & ita per quoscunq; Judices, & Commissarios quovis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ac causarum Palatii Apostolici Auditores in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & judicari, & diffiniri debere irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquàm quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 33. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, & indultis eidem Tribunali, ac illius Auditoratus officio, ac Auditori etiam in ejusdem officii erectione, & institutione, ac Judicibus, Notariis ipsis, illorumque Collegio, etiam motu proprio consistorialiter, ac de Fratrum eorundem consilio, & assensu, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, & aliàs quomodolibet, etiam per Nos concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specificata, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresè derogamus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim à præfata sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus quarumcunque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum habendo esset in eisdem litteris mentio specialis.

Iussio publicandi hanc Bullam.

§. 34. Ut autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, ac omnes quorum interest, vel interesse poterit, afficiant, volumus, & mandamus illarum copiam in Palatii nostri Apostolici, ac Domus, seu Curiæ præfati Auditoris valvis, nec non acie Campi Floræ affigi, & ibidem relicta earum copia aliquandiu detineri, ut iis quos litteræ ipsæ concernunt, seu concernent in futurum, quod ad ipsorum notitiam non pervenerit, vel illas ignoraverint, quominus eos arctent perinde, ac si eis personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cùm non sit verisimile, apud eos remanere incognitum, quod tàm patenter extiterit publicatum.

Sanctio panalis.

§. 35. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, ordinationis, declarationis, inhibitionis, decreti, derogationis voluntatis, & mandati infringere, vel ei causa temerario contraire. Si quis autem &c.

D. P. An. die 2. Iunii.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, 4. Nonas Junii, Pont. nostri Anno tertio.

Reformatio Tribunalis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, unà cum Taxa expeditionum.

PIVS PAPA V.

Edita an. D. 1570.

Motus proprio, &c.

Præmium.

Inter illa, quæ in singulis in Urbe Curiis, & Officiis emendanda, seu rectius disponenda decrevimus, hæc de Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris officio, ac Tribunali seorsum ab universali reformatione, Apostolica auctoritate, perpetuò statuimus, & ordinamus, quæ, & ab Auditore, & ab ejus Locumtenentibus, Curiæque ipsius Judicibus, & Notariis exactissimè servare præcipimus.

Debito ex confessione Procuratoris non condemnatur.

§. 1. In primis, nè quisquam ex confessione debiti Procuratore suo ad id in ipsamet obligatione in posterum constituto, in judicio, vel alibi facta, condemnetur, nisi idem etiam Procurator ad defendendum in judicio fuerit constitutus, & ipse cùm constitueretur, defendendi onus hujusmodi sponte præsens acceptaverit.

Nec excommunicetur.

§. 2. Nevè quisquam ratione sibi consensus in contractu, seu quasi contractu, aut aliàs

aliàs in judicio, vel extra judicium, per se, vel alium quocumque modo etiam in susceptione quàm vocant, censurarum, de cætero præstiti, purè, aut sub conditione, aut in diem censuris Ecclesiasticis innodetur, aut innodatus declaretur.

Procuratoris constitutio ante censurarum susceptio in oblig. non apponatur.

§. 3. Quinimmò nec Procuratoris, ad conficiendum debitum, constitutio si ipsa debiti obligatione, nisi, & ad defendendum una constituatur, & ipse defendendi onus acceptet, ut præfertur, nec censurarum consensus, aut susceptio hujusmodi usquam recipiatur, vel admittatur, sive etiam describatur, neque de his quisquam rogetur etiam in Camera, is obligationis formula, sive principaliter, sive incidenter, neque judicium ullum, aut ulla executio inde fiat, aut decernatur.

Nisi de rebus Cameræ agatur.

§. 4. Excipimus autem ab his, quæ de confessione debiti, & Procuratoris ad id constitutione, supra statuimus, obligationes quæ de rebus, ac juribus ad Cameram Apostolicam pertinentibus factæ jam sunt, aut in posterum fieri oportuerit, in quibus quo ad hujusmodi confessionem, & constitutionem, liceat illud idem fieri, quod hactenus est observatum.

Forma strictioris obligationis, hic traditur.

§. 5. Quod si quando aliqui seipsos in Urbe efficacius obligare voluerint, ut in exactionibus laborandum non sit, quas pro commodiori Hominum commercio faciles esse expedit, poterit Judex Parti præsenti, & se obliganti præcipere, ut die certa tunc statuenda solvat; monens, quod si ea die sponte non solverit, nulla exinde facta personali citatione, sed prævia tantum unica dilatione, quæ per affixionem locis consuetis intimabitur, ad executionem contra ipsum procedet, & in subsidium, ubi executio realis, personalisve facilè fieri non poterit; in ipsum tanquam contumacem, contemptoremque sui præcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen quoad excommunicationem monitio, ubicunque facilis futura esset executio, non adhibeatur.

Obligati in Curia quomodo citandi.

§. 6. Cùm autem præscripta dies cesserit, ea distinctio servetur, ut si obligatio, vel in Urbe erit contracta, vel in Urbe sit solvenda, sola intimationis affixio prædicta sufficiat.

Obligati extra Curiam ut citandi.

§. 7. Si verò extra Urbem, & obligatio contracta, & solutio destinata fuerit, non aliter ad executionem procedatur, nisi facta legitimè Debitori Intimatione dilationis hujusmodi. Rursus, ubi in obligatione extra Urbem facta, pariter solutio extra Urbem destinata fuerit, præter dictam dilationem, detur etiam alia, pro loci distantia, inter quam docere possit, & debeat Debitore se solvisse.

Confitentes debitum quam dilationem habere possint.

§. 8. Quod si Parti petenti, ac debitum agnoscenti, danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad solvendum (intra quam nullum omninò mandatum, aliudque executionis genus relaxari poterit) ea erit dierum triginta, aut saltem viginti arbitrio Judicis, qui pro Debitoris qualitate, & debiti summa, utrum voluerit de prædictis terminis eliget.

Dilatione finita mandatum antea relaxatum sufficiat.

§. 9. Qua in re illud observetur, ut si fortè post decretum, & relaxatum, atque etiam Actori à Notario traditum mandatum executivum, visum fuerit Judici dilationem hanc concedere, non alio postea judicio, aut etiam mandato, opus sit Actori, si Reus intra dilationem ipsam non solverit, sed eodem illo, quod antea traditum, aut relaxatum, sive decretum fuerat, exequutionem suam prosequatur.

Excommunicatio quando sit danda, contra Obligator.

§. 10. Sed, & in omnibus, quæ aliter quâ cum supradictis præcepto, & monitione ubicunque locorum factæ fuerint, obligationibus, & aliàs semper illud omninò servetur, ut ad excommunicationem cujusquam non deveniatur, nisi cujus fuerit ergà Judicem contumacia, ipso etiam, nec tantum Procuratore suo, quamvis specialiter constituto prius legitimè citato.

Causa obligationis Cameralis sint A. C. tantum nisi contra Romanos laicos in Capitolio.

§. 11. Verùm sicuti antea, earum quæ in forma Cameræ erant obligationum, ita, & harum quæ futuræ sunt, pro illis judicium, sive cognitio, & executio in Urbe ad Auditorem Cameræ solum spectet in universum, juxta suas facultates, Romanos tamen debitores laicos liceat Creditoribus etiam in Curia Capitolii convenire, juxta Privilegia Populo Romano concessa.

Appellationes à Sententiis extra Curia latis, quando & quomodo recipi debeant.

§. 12. Quo verò ad Clericos, ratione originis, vel Beneficii, Romanos, locus sit præventioni inter ipsum Auditorem, & nostrum in Urbem Vicarium.

§. 13. Cæterum idem Auditor appellationes non aliter audiat, sive admittat, quàm si exhibita fuerit Notario in actis ab Appellante fides publica, seu publicum instrumentum sententiæ, à qua exitit appellatum, eaque sit diffinitiva, vel vim habeat diffinitivæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quàm inserto in litteris inhibitionis toto fidei, seu instrumenti hujusmodi tenore. Quare Judices, à quibus appellari contingeret, eorumque Notarii, fidem, seu instrumentum hujusmodi Partibus petentibus, & debitam Notariis mercedem solventibus, tradent in tempore, alioquin Judices officio judicandi, Notarii exercitio Notariatus tamdiu suspensi fuit, donec Appellanti omnia damna; & interea propterea passa, ab ipso Auditore extrajudicialiter æstimanda, refarserint. Et nihilominus facta ab Appellante fide de sua petitione; & Judicis, sive Notarii denegatione, idem Auditor inhibere, & in causa procedere possit.

Litteras Apostolicas quando, & quomodo exequi possit. A. C.

§. 14. Litteras Apostolicas, quibus certus, qui per seipsum procedat, executor præscriptus est, nullo modo exequatur, sed & omnes præterea, in quarum executione Pars vocanda fuerit non aliter exequatur, quàm servatis pro rerum contingentia, constitutionibus fœl. record. Bonifacii Papæ

Octavi

Octavi, prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, nisi ipsis constitutionibus derogatum fuerit expresse in litteris, quæ fuerint exequendæ, sed, & tunc, nè quemquam extra diœcesim ultra tot dietas evocet, quot, in ipsis litteris expressum erit, nevè aliis vices suas committat, vel subdeleget, quàm constitutis in dignitate Ecclesiastica, aut Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, exceptis litteris Pensionum, quarum solutio in Romana Curia destinatur, & his omnibus, quibus ipse nominatim, executor præscriptus fuerit, his enim casibus possit ad se undecumque, & quocumque Partes evocare.

Monitoria generalia non dentur.

¶. 15. Monitoria generalia, vulgo significavit appellata, quæ scilicet, ut aliquid reveletur, seù restituatur, vel probetur, cum censuris Ecclesiasticis publicari solent, nullo modo decernat sivè expediat.

Episcopi, & alii non impediantur in executione Concilii Tridentini.

¶. 16. Similiter nihil sine speciali nostra commissione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Episcopos aut alios locorum Ordinarios impedire possit, nè ad executionem decretorum sacri Concilii Tridentini correctionemque morum liberè procedant.

Expeditiones non dentur in his quæ non pertinent ad jurisdictionem.

¶. 17. Ab omnibus autem, & singulis iis quæ ad ejus jurisdictionem secundum præmissa pertinere nolumus, usque adeò abstineat, ut neque monitoria, neque citationes neque inhibitiones, neque Sequestra, neque Mandata de manutenendo, neque aliud quicquam, quocumque sub prætextu, super iis aut ipse decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus Notarii nihil omninò expediant, aut etiam scribant, sub pœna amissionis officii.

Nihil in consumaciam expediatur in causis civilibus.

¶. 18. In causis verò sui fori civilibus etiam in quibus summariè, & ad instar Beneficialium procedendi ei concessa est facultas, nunquam omninò ad pœnas contumaciales deveniat, sed potius deceptis probationibus ad negotium principale spectantibus, datoque competenti termino Parti absenti, demum super his servatis servandis diffinitivè pronunciet, etiam sine litis contestatione.

Mandata de manutenendo non dentur parte non citata. Sequestra etiam.

¶. 19. Mandata de manutenendo, nunquam nisi Parte legitimè citata, & compendiosa, ac summaria cauiæ cognitione adhibita, decernat.

¶. 20. Idem, & in Sequestris servetur, nisi aliqua ratione timendum sit, Judicis arbitrio, de suspicione fugæ, vel bonorum dilapidatione.

Absentes extra Italiam non citentur ad comparendum in scia Papa.

¶ 21. Nè autem contingat, ut absentes, & in remotissimis ab Urbe partibus degentes, si ob prætensum aliquod crimen moneantur ad personaliter comparendum, deinde inculpabiles reperti, maxima itineris incommoda, dispendia, nulla sua culpa, passi sint, neminem posthac extra Italiam existentem ad comparendum personaliter moneat, nisi facto verbo nobiscum, de quo verbo habito fiat mentio in litteris monitorii.

¶. 22. Postremo Notarii nihil unquam cujusvis generis scripturæ ad judicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum sit, expediant, & Parti tradant, nisi cum subscriptione Auditoris, vel ejus Locumtenentis. *Expeditiones extra Curiam subscribantur ab A. C.*

¶. 23. Circa impensas autem, quæ à Partibus, pro scripturis, & expeditionibus faciendæ sunt, ultra ea, quæ in universum in omnibus Curiis observari volumus, infrascripta specialiter in eadem Curia Auditoris, etiam in causis pendentibus observentur. *Reformatio circa expensas.*

¶. 24. In causis, quæ ordinariè secundum Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint sivè post cœptam causam superveniat commissio, sivè ante impetrata sit, sive in prima, sive in ulteriori instantia, nullain re augeat impensam, sed quo ad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, ita ut etiam ratione sententiæ, neque Notarii, neque Judices, quicquam propterea accipiant, ultra id, quod accipere potuissent, si commissio non adesset. *Causa ordinaria, non efficiuntur commissariæ per supervenientiam commissionum.*

Sivè igitur adsit commissio, sive non in causis ordinariè ad hunc forum pertinentibus exigatur, ut infra, & non amplius.

Sit itaque pretium perfectæ expeditionis, Taxa, & aliis omnibus comprehensis.

Taxa expeditionum in causis civilibus Tribunalis A. C.

¶. 25. PRo Monitorio speciali ad partes jul. novem.

Pro Monitorio speciali per edictum jul. duodecim.

Pro Monitorio in vim Bullæ Eugenianæ jul. duodecim.

Pro Eugeniana per edictum jul. quindecim.

Pro Monitorio in vim Bullæ Cœnæ Domini jul. duodecim.

Pro Citatione cum inhibitione, vigore appellationis extra Curiam, cum insertione Instrumenti sententiæ à qua appellatur jul. decem.

Pro Instrumento remissoriæ jul. novem.

Pro Instrumento litis pendentiæ extra Curiam jul. novem.

Pro Transumpto simplici unius Bullæ, seu Instrumenti, aut Cedulæ, vel etiam plurium similium, vel aliorum jurium in eodem transumpto descriptorum, si fuerint in forma probandi jul. duodecim.

Si verò in forma vidimus jul. novem, habita tamen ratione excessus scripturarum arbitrio Judicis, quo ad laborem Notarii.

Pro Sequestro extra Curiam jul. novem.

Pro Litteris superviventiæ, quæ non taxantur jul. quatuor una cum sigillo.

Pro Fidei legalitatis apponendæ in Instrumento Notariorum, in totum una cum sigillo jul. duo.

Pro Mandato de exequendo jul. novem.

Pro nota Sententiæ nihil exigatur.

Pro Sportulis etiam nihil.

¶. 26. At

Taxa expeditionum in causis commissariis Curiæ A. C.

§. 26. At in causis quæ per commissionem introducuntur, & ab initio sunt commissariæ, neque alias ad hujus fori cognitionem spectant, solvatur ut sequitur.

Pro citatione vigore commissionis absque inhibitione extra Curiam, Jul. novem.

Pro citatione cum inhibitione simplici Jul. undecim.

Pro citatione cum inhibitione sub censuris Jul. quatuordecim.

Pro citatione cum inhibitione sub censuris per edictum, etiam pro necessario examine, Jul. decem, & octo.

Pro inhibitione simplici, extra Curiam Jul. novem.

Pro inhibitione extra Curiam sub censuris Jul. duodecim.

Pro inhibitione in curia Jul. tres cũ dimidio.

Pro monitorio speciali Jul. quindecim.

Pro notis sententiarum diffinitivarum, quæ in scriptis proferuntur, in prima instantia Jul. quadraginta, in secunda Jul. triginta, in tertia Jul. viginti.

Pro nota absolutoriæ ab observatione judicii Jul. quindecim.

Pro nota interlocutoriæ Jul. quindecim.

Pro nota declaratoriæ Jul. octo.

Pro mandato de exequendo Jul. quindecim.

Pro sequestro Jul. quindecim.

Pro sportulis Judicum pro sententiis diffinitivis ex scripto proferendis non ultra id quod in aliis curiæ Tribunalibus ordinariis à fel. rec. Pio Papa IV. præscriptum est.

Taxa expeditionum actorum, ac scripturarum in causis Ordinariis & Commissariis Curiæ A. C.

¶. 27. De cæteris verò actis, scripturis, & expeditionibus infrascriptis, sivè causæ sint ordinariæ sive commissariæ, solvatur tantum modo infrascriptum pretium; videlicet.

Pro compulsorialibus generalibus, sivè specialibus Jul. duodecim.

Pro palmo totuli remissoriæ Jul. tres. Sit autem palmus linearum triginta, & linea syllabarum decem, & octo.

Pro instrumento remissoriæ Jul. duodecim.

Pro instrumento litis pendentiæ in Curia Jul. quatuor cum dimidio.

Pro interdicto speciali Jul. quindecim.

Pro instrumento relaxationis interdicti Jul. quindecim.

Pro executorialibus, triginta sex.

Pro mandato de immittendo in possessionem vigore litterarum Apostolicarum, seu in forma brevis Jul. decem.

Pro absolutione, sivè absolutionis commissione pro uno Jul. novem.

Pro duobus litis consortibus Jul. quatuordecim.

Pro tribus litis consortibus Jul. decẽ, & octo.

Pro quatuor litis consortibus Jul. viginti tres.

Ultra quatuor, quotcunque addantur personæ litis consortes, nihil augeatur pretium expeditionis.

Pro Capitulo, Collegio, Confraternitate aut Universitate Jul. quinquaginta.

Pro instrumento absolutionis Jul. duodecim.

Pro decretis à Judice prolatis non exscripto, etiam vim diffinitivæ habentibus eorumvè nota, & sportulis, nihil.

Pro simplici fide etiam plurium actorum Jul. duo.

Pro examine Testium, cum Articulis & Interrogatoriis in causa, quæ fit æstimationis à quinquaginta scutis supra usque ad quamcunque summam, si Articuli non excedant numerum vigintiquinque, Interrogatoria numerum triginta quinque, in domo, vel officio Notarii Jul. quatuor, extra verò officium, non ultra duplum.

In causa æstimationis à quinquaginta scutis infra solvatur tantum pro dimidia; Quod si Articuli excedant numerum vigintiquinque & Interrogatoria triginta quinque solvatur merces Notarii arbitrio Judicis.

Pro instrumento sententiæ, si extrahatur. Jul. quindecim.

Pro instrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis in forma Cameræ Jul. duodecim.

Pro Brachio sæculari ob non paritionem monitorii, aut litterarum Apostolicarum, vel executorialium Jul. triginta.

Pro mandato suspicionis fugæ, usque ad quamcunque summam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto Jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de consignandi vigore sequestri, etiam ubi pro illius verificatione, Debitor prius fuisset conventus via executiva, vigore obligationis Cameralis Jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de consignandis pignoribus subhastandis, aut deliberandis Jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito civili Jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato in causis civilibus loco litterarum, pro parva summa, Jul. quatuor cum dimidio.

Computato in his omnibus mandatis Julio sigilli.

Divisio prætii dictarum expeditionum.

¶. 28. De pretio autem sic præscripto, in omnibus supradictis expeditionibus, sive ordinariis, sive commissariis, dentur Auditori, & Mallæ Notariorum, item (quo ad ordinarias) Camerario, eædem portiones, quæ, & prout antea pro eisdem expeditionibus dabantur, nulla ex parte diminutæ reliquum quod iis portionibus detractis supererit, sit Notarii expeditionis, præterquam in expeditione absolutionis, sive commissionis absolvendi, in qua singulis detrahatur pro rata, ita ut non tantum portio Notarii, sed cujusque aliorum minuatur ad eam rationem, ut tantum unicuique portioni pro ejus modo decrescat, quantum omnibus in universum detraximus.

Taxa mandatorum executivorum.

§. 29. Pro mandato executivo, sivè Brachio, ubi invocatione opus fuerit sæculari, per omnia expeditio, omnibusque comprehensis, pretium sit ut infra, videlicet,

Ab uno scuto usque ad quindecim, Jul. quatuor cum dimidio.

A scutis quindecim usque ad vigintiquinque, Jul. viginti duo.

A scutis vigintiquinque usque ad quingentos, Jul. triginta tres.

A scutis quingentis usque ad mille, Jul. sexaginta sex.

A scutis mille usque ad quamcunque summam Jul. centum, & decem.

Divisio pretii Mandatorum executivorum.

¶. 30. Hoc autem pretium ita dividatur, ut ex Juliis vigintiduobus, Auditor habeat Julios sex, Camerarius pro sigillo habeat Julios quatuor cum dimidio, Massa Notariorum, habeat Jul. quatuor cum dimidio, reliquum habeat Notarius expeditionis.

Ex Juliis triginta tribus, Auditor habeat Julios octo, & bajochos duos cum dimidio, Sigillum Julios quinque cum dimidio, Massa habeat Jul. octo, & bajochos duos cum dimidio, Residuum Notarius.

Ex Juliis sexaginta sex, Auditor habeat Julios sexdecim cum dimidio, Sigillum Julios undecim, Massa Julios sexdecim cum dimidio, Notarius quod superest.

Ex Juliis centum, & decem, Auditor habeat Julios vigintiquatuor, & bajochos septem cum dimidio, Sigillum Julios sexdecim cum dimidio, Massa Julios viginti duos, Notarius reliquum.

Ad constituendas autem supradictas summas, computentur Julii undecim pro singulo scuto, quilibet verò Julius sit decem bajochorum.

Taxa expeditionum censurarum Ecclesiasticarum.

§. 31. Censurarum Ecclesiasticarum nomine, nihil accipiatur, vel in expeditione Mandati executivi, seù Brachii sæcularis, vel seorsum ab eo, neque usquam aliàs, nisi ubi ad illas ritè processum fuerit re ipsa.

Cum verò ad illas procedi contigerit, tunc pro declaratoria, aggravatoria, & reaggravatoria simul junctis, & totali eorum omnium expeditione, tantundem exigatur quantum pro Brachio sæculari, habita ratione prædictæ distinctionis summarum, ita ut omnis impensa utriusque expeditionis, mandati scilicet, vel Brachii sæcularis, & censurarum simul collecta, duplum non excedat ejus pretii, quod Mandato seù Brachio sæculari supra taxatum est, pro qualibet supradictarum summarum. Excepta ultima majori summa, videlicet à mille supra. In ea enim summa etiam si contingat ultra, vel post Mandatum executivum, seu Brachium sæculare, censuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur, sed tantùm præter id pretium, quod pro solo Mandato, seu Brachio sæculari supra taxatum est, accipi possit justa merces pro scriptura.

Nunquàm tamen cogantur Partes invitæ, una cum Mandato executivo, seu Brachio sæculari, censurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis pretium solvere, etiam si ad censuras ipsas in subsidium contra Contumacem, Judex comminando ritè processerit, & extra loca temporali dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subjecta, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quod si fortè quispiam, legitimè servatis processibus, utramque expeditionem, Mandati scilicet, seu Brachii sæcularis, & censurarum eodem tempore habere voluerit, tunc apponatur verbis expressis in ipsa expeditione, quo ad censuras, ne Is pretium, quod illarum ratione expendit, ullo modo repetere possit ab iis contra quos decretæ, & prolatæ fuerunt, nisi adversus eosdem, vigore Mandati executivi, seu Brachii sæcularis non satisfacientes, aut aliàs non parentes censuris necesse fuerit uti.

Divisio pretii expeditionum.

§. 32. Ipsius verò expeditionis censurarum pretium prædictum eadem ratione & eisdem portionibus dividatur, quibus pretium Mandati executivi, seu Brachii sæcularis, ut supra dictum est.

Duplicata dentur soluta mercede scriptura.

§. 33. Pro duplicatis etiam post quodcunque tempus expeditis, nihil exigatur præter scripturæ mercedem.

Sigilli Jul. 3.

§. 34. Pro Sigillo parvo appenso in qualibet expeditione solvatur Julius unus tantum, ubi non adest minor taxa.

Mandata non expedita non solvantur.

¶. 35. Pro Mandatis executivis, vel aliis quibuscunque expeditionibus, Notarii nihil recipiant, nisi illis effectualiter Partibus consignatis.

Nemo cogatur accipere expeditionem.

§. 36. Nec Partes ipsæ cogantur accipere aliquam expeditionem, nisi eam, quam voluerint.

Pauperes, & miserabiles habeant ut hic.

§. 37. Pauperibus item expeditiones in forma pauperum, Miserabilibus verò gratis omninò tradant etiam scripturæ mercedem, distinctio verò istarum personarum Judicis arbitrio remittitur.

Gratis hic indicata sunt.

§. 38. Pro terminis coram Judice servandis, Judicibus informandis, scripturis ad eos deferendis, seu etiam in officio perquirendis, regestis, seu extractibus transportandis, & aliis hujusmodi, Notarii vel eorum Substituti, & in eorum officiis Scribæ, & Copistæ, etiam nomine regalium, seu albaliorum, nihil prorsus, etiam à sponte dantibus accipiant.

Taxa in casu criminalibus sit tertia partis ultra in praedictis, & in aliis servetur taxa Pii IV.

§. 39. In causis criminalibus expeditionum, quæ erunt ejusdem generis, seu nominis, cujus sunt supra Scripturæ pretium augeri non possit ultra tertiam partem ejus, quod supra in civilibus præscriptum est. In regestis, extractibus, copiis indiciorum, & alterius quàm supradicti generis, seu nominis, expeditionibus criminalibus, servetur taxa ab eodem Pio prædecessore aliis Tribunalibus ordinariis Urbis præscripta.

Expensa ponetur in calce expeditionum.

§. 40. In omnibus expeditionibus, ima earum parte, Notarius apponat integram summam ejus, quod verè expositum fuit sub his verbis, videlicet, Expositi in totum tantum, idemque etiam in libro expeditionum ipsius Notarii describatur.

41. Et

Tabella restituenda.

§. 41. Et ut præmissa omnibus pateant, sciatquè quilibet quid, & quantum in præmissis exponere debeat, quilibet Notarius Auditoris teneatur posthac tabulam supradictorum pretiorum expeditionum litteris majusculis, ordinatè, & distinctè scriptam, in ejus officio palam loco eminenti, & cognito proponere, & semper retinere.

Alia reformationes non contrariæ confirmantur.

§. 42. Constitutiones item, quæ tam à Nobis, quàm ab aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ad reformationem hujus Curiæ pertinentes emanarunt, & in futurum emanabunt, modo his contrariæ non sint, omnino in eadem Curia observentur.

Pœnæ contravenientium.

§. 43. Districtius inhibentes Auditori sub indignationis nostræ, Locumtenentibus, sivè Judicibus, ac Notariis prædictis, sub privationis officiorum suorum hujusmodi, & aliis etiam gravioribus, nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio, infligendis, & applicandis pœnis, nè de expeditionibus, & aliis sibi per præsentem interdictis, ac contra præsentis formam, & tenorem, etiam quorumvis privilegiorum, & indultorum, ac litterarum eis quomodolibet concessarum, aut consuetudinis, & styli immemorabiliter observati, vel alio quovis prætextu se intromittere quoquo modo audeant, seù præsumant.

Annullatio in contrarium gestorum

§. 44. Decernentes quæcumque decreta, & acta, ab eisdem Auditore, Judicibus, & Notariis pro tempore contra præsentis formam, & tenorem emanata, & facta, nulla, & invalida, ac extorta, & subreptitia, nullisque roboris, vel momenti, fore, & censeri, neminique propterea suffragari posse, vel debere.

Decretum irritans.

§. 45. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, in quavis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſ. derog.

§. 46. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac stylo, consuetudine, ac quocumque temporis cursu, etiam immemorabili roboratis, privilegiis quoque, indultis, eidem Tribunali, ac illius Auditoriatus officio, & Adjutori etiam in ejusdem officii erectione, & institutione ac Judicibus, & Notariis ipsis, illorumque Collegio, etiam simili Motu, etiam consistorialiter &c. sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in genere, vel in specie, & aliàs quomodolibet, etiam per Nos concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus speciali, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsenti, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresè derogamus, contrariis quibuscumque; & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsenti non expressa, vel totaliter non inserta, effectus præsentis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis.

Forma pub.

¶. 47. Ut autem præsens Motus proprius ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorum interest, vel interesse poterit afficiat, volumus, & mandamus, illius copiam in Palatii Apostolici, ac Domus, seu Curiæ prædicti Auditoris valvis, necnon in Acie Campi Floræ affigi, & ibidem relicta ejus copia aliquandju detineri.

Sola Signatura sufficit.

¶. 48. Volumus item quod præsentis nostri Motus proprii sola Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio, & extra, regula contraria non obstante.

Fides exemplorum.

§. 49. Quodque ejus transumptis Notarii publici manu subscriptis, & personæ in Ecclesiastica dignitate constituta sigillo signatis, plena, & indubia fides, eaque prorsus adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsenti adhiberetur, si foret exhibitus, & ostensus.

Dat. P. An. 5 20. Novemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum duodecimo Calendas Decembris Anno V. Anno 1570.

Reformatio Tribunalium Almæ Vrbis & ejus Officialium.

PAVLVS EPISCOPVS, *Edita An. D. 1611.*

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

UNiversi agri Dominici curam meritis licet imparibus Divina dispensatione gerentibus, sedulo Nobis invigilandum est, ut quæ ex veteri maledicto quotidie in eo spinæ innascuntur, & tribuli, ministerio nostri Apostolatus, quantum ex alto permittitur extirpentur, quòd si hanc sollicitudinem omnibus Mundi partibus, ex officii nostri debito debemus, illis sanè impendere præcipuè tenemur, quæ nostro etiam temporali regimini creditæ sunt.

Causa hujus Reformationis, & abrogationis aliarum Pontificiarum Reformationum, quæ huic adversantur.

Sanè cum à diversis Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ad Tribunalium Almæ Urbis nostræ reformationem, præsertim à fel. recordat. Paulo III. & IV. Pio item IV. & V. Gregorio XIII. & Sixto V. multa variis temporibus, providè, ac salubriter constituta sint, tamen quia successu temporis, ut humana fert conditio, complures abusus irrepserunt, idcircò ut debitus decor, ac forma, sicut Justitiæ ratio, & publica utilitas postulant, iisdem Tribunalibus, Apostolica auctoritate providendum duximus. Negotium verò hujusmodi, ut matura deliberatione, & Prudentium consilio, prout rei gravitas postulabat transigeretur, omnes penè Almæ Urbis nostræ prædictæ Magistratus, aliosquè Viros doctrina, & usu præstantes simul convenire, ac rem per eos diu multumquè, vocatis etiam iis quorum interesse poterat, examinari fecimus. Quod cum longo tempore, multoque studio, & labore, diligenter, fideliterquè perfecerint, Nos de eorundem consilio, omnes, quascumque alias prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum constitutiones super reformatione Tribunalium Urbis nostræ prædictæ, in iis, quæ præsentibus nostris adversantur, abrogantes, & revocantes, in aliis verò omnibus, præsertim in iis, quæ in prædictis Constitutionibus constituta, & ordinata sunt, confirmantes, & innovantes, hac Nostra in perpetuum valitura Constitutione sancimus, statuimus, & ordinamus, ut sequitur.

De signatura Gratiæ, & Justitiæ.

1 *Ad hæc vide const. 59. Pii IV. fol. 84. lib. 2. § 567. & 10. Et Sixti V. const. 74. Const. 2. fol. 412. lib. 1.*

§. 1. IN primis, quòd nullus Referendariorum Commissionem expediat, in qua non adsit à tergo nomen Procuratoris, seu impetrantis, noti saltem ipsi Referendario, cujus solius citatio sufficit in reformationem ipsius.

2 Verum ipsi procuratores, seù Impetrantes suum nomen à tergo manu propria inscribant, & de mendacio convicti, juxta juris dispositione puniantur.

3 Ubi vero in commissionibus expediendis requiritur citatio Partis, una saltem citatio una die pro altera fieri debeat personaliter, aut factis diligentiis per duos Cursores (ut moris est) dimissa copia.

4 Atque in ipsis citationibus apponatur semper nomen Referendarii, alioqui Referendarii ipsi Commissionem non expediant.

5 Similiter nullus Referendariorum, propositas, & rejectas in Signatura Justitiæ Commissiones, in Signatura Gratiæ coram Nobis proponere audeat, nisi per Signaturam Justitiæ ad eandem Signaturam Gratiæ remissæ fuerint, vel nisi talis sit materia, quæ scientiam nostram requirat, & tunc præhabita semper licentia Nostra, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum, vel saltem Cardinalis Præfecti pro tempore Signaturæ Gratiæ, qui, Parte audita, deliberare poterit an causa proponenda sit.

6 Nec in antiquis, & arduis materiis, in quibus plures hinc expeditæ fuerint Commissiones, & in avocatoriis à prioribus Judicibus & quovis modo præjudicialibus, Referendarii manum apponant, nisi prius citata coram eis Parte interesse habente.

7 Et cum agitur de revocatione, aut moderatione alicujus præinsertæ, similiter manum non apponant, nisi in præinserta appositum sit nomen Referendarii, qui illi manum apposuit, ut rationem reddere, & eam justificare possit.

8 Nec etiam reformatio, sivè moderatio ejusdem præinsertæ à Præfecto Signaturæ Justitiæ, nisi nomen Referendarii, ut præmittitur, in ipsa præinserta appositum fuerit, aliquo modo signetur.

9 In Commissionibus appellationum ab Interlocutoriis manus non apponatur, nisi expresso relevanti gravamine, nequè in Commissionibus appellationū à diffinitiva cum clausula aut vim diffinitivæ habente, nisi res adeo exprimatur, ut videat Referendarius, an tale sit gravamen, quod per diffinitivam reparari non possit, & si in Commissione apposita fuerit clausula, Cum toto negotio principali, tunc addatur, Justificato tamen dicto gravamine. Et idem servetur quando est apposita clausula, Quam, & quas quæ tamen non sit restricta per sola verba, de & super præmissis.

10 Et nihilominus in supradictis Commissionibus appellationibus ab interlocutoriis semper citetur Pars, etiamsi exprimatur gravamen, ut supra dictum est, quod per diffinitivam irreparabile videatur.

11 Et ab excessiva taxatione expensarum semel tantum appellatio committatur, & duæ sententiæ habeant vim trium.

12 Ubi Pars Commissionem aliquam dolosè extorserit, & ob id Commissio reformata fuerit, Præfectus manu regia, & executivè expensas facta in reformatione Commissionis restituere faciat, fine litis minimè expectato.

13 Commissio pro dilatione, vel alternativa, semel tantum concedatur, quam qui jam impetraverit, lapso trimestri, aliam, nisi à Nobis, vel successoribus nostris, & Signaturæ nostra Gratiæ impetrare nequeat, & impetrata non suffragetur, nec tribuat jurisdictionem.

14 Abstineant præterea Referendarii ab appositione manuum in Commissionibus nullitatum, & attentatorum, nisi exprimantur nullitates & defectus jurisdictionis citationis, vel mandati, & attentata.

15 Item in commissionibus molestationum, & jactationum, nisi addita clausula, Dummodo non sint judicialiter illatæ.

16 Et omninò abstineant ab illis, in quibus

bus narratur pronunciatum fuisse, prout in cedula.

17 Nec etiam manum apponant in Commissionibus prorogationis Fatalium in causis criminalibus, nec illa concedatur ultra primam vicem, nisi prævia subscriptione Judicis efferentis Commissionem sibi signandam videri, & citato Fisco.

In Civilibus autem prorogationes hujusmodi ultra primam vicem; non nisi ex causa, concedantur.

18 Et similiter instantia quæ causis discussionum præscripta est, nullo modo, nisi ex magna causa, & per Signaturam nostram Gratiæ, prorogetur.

19 Quilibet autem Referendarius teneatur recipere contra commissiones, & eas omninò in eadem Signatura proponere, eoque casu sufficiat Partem adversam per quinque dies ante Signaturam fuisse, modo suprascripto, citatam.

20 Causæ Matrimoniales, & Criminales, Clericorum, & aliarum Personarum Ecclesiasticarum, committantur iis tantum, quibus dispositum est per Concilium Tridentinum committenda esse.

21 Causæ verò criminales Laicorum in Terris Ecclesiæ locorum Gubernatoribus committantur.

22 Regens Cancellariæ, & alii Officiales ad expeditionem Commissionum Signaturæ Justitiæ deputati, absque mora, receptis Commissionibus, illas expediant, nec sub quovis prætextu illas penes se retineant. Et qui illas per turnum distribuere debent, illas, sine aliqua ordinis ipsius turni perversione, distribuant, illasque ad Bancum Cursorum, etiam irrequisiti, sine mora transmittant, sub pœna privationis officii, & aliis arbitrio nostro, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum.

De Camerario, & Camera Apostolica.

1 §. 2. CAmerarius, Præsidentes, & Clerici, Fisci nostri negotiis incumbant, utique illud liberius, & facilius facere, & exequi possint, causis inter Fiscum nostrum, ac Privatos, juxta propriam eorum Tribunalis naturam, contenti sint, & propterea à cognitione causarum inter privatos, etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Ecclesiæ ad Sedem Apostolicam interpositæ omninò abstineant, nisi causæ à negotiis Fiscalibus dependeant, aut ab illis originem trahant.

Ad hæc vide Pii IV. const. 25. fol. 74. §. 1. & seq. & const. 87. fol. 222. lib. 2.

2 Similiter abstineant à Commissionibus, & avocationibus causarum, nec non litteris monitorialibus, & inhibitoriis, & sequestrationibus, & aliis hujusmodi, ubi non agitur de interesse Fisci, etiam in Terris Ecclesiæ, cùm hæc ad Signaturam nostram spectare noscantur, & aliàs ordo Judiciorum multipliciter confundatur.

4 Permittimus tamen Camerario, pro minori Pauperum dispendio, ut causas appellationum à sententiis diffinitivis, vel earum vim habentibus inter locutoriis, intra quadraginta milliaria ab Urbe, in rebus minimis, & prophanis, summam viginti quinque ducatorum non excedentibus (de quo dispositivè mentio fieri debeat) per simplices litteras, aliàs juxta formam juris, & juxta solitum, committere possit.

Insuper, nè delicta impunita remaneant; 4
ab absolutionibus, & remissionibus delictorum quorumlibet etiam levium, aut illarum Commissionibus, nec non salvis conductibus pro delinquentibus etiam de delictis extra Terras Ecclesiæ commissis, omninò abstineant.

Similiterque à Moratoriis dilationibus, 5
nec etiam ad modicum tempus.

Nec non litteras Camerales pro adipiscenda possessione Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Nobis ac Sedi Apostolicæ reservatorum, ac prorogationum temporis ad expediendas litteras Apostolicas quarumcunque gratiarum, aut ad solutionem annatarum, vel Collegio Cardinalium, aut Officialibus debitarum, minimè concedere valeant. 6

Clerici Cameræ, cùm nullam jurisdictionem ut singuli, sed tantum collegialiter, & in plena Camera habere noscantur, nihil expediant privatim, & singulariter, nec aliquas litteras, aut patentes de quacunque re subscribant, nisi ex commissione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clarè, & distinctè proponi, ac in libro propositionum adnotari debeant, vel nisi agatur de negotiis Gubernatorum, & Præsidentatuum, & Præfecturarum, quæ privatim juxta solitum expedire possint. 7

Notariique in expeditionibus, & scripturis desuper conficiendis, de propositione, & commissione hujusmodi, mentionem expressam facere teneantur. 8

Sed & tàm Camerarius, quàm Clerici ipsi, 9
ultra prohibita in præsenti reformatione, à quibuscumque licentiis, gratiis, & indultis de rebus spiritualibus, in forma gratiosa vel commissaria, etiam cum clausulis justificativis, & aliis tam in Terris Ecclesiæ, quàm extra illas, omninò abstineant.

Et similiter à quibuscumque aliis expe- 10
ditionibus, quæ sibi ratione suæ ordinariæ jurisdictionis propter publicam utilitatem expresè, per litteras suarum facultatum concessæ non reperiuntur, nec prætextu consuetudinis, aut quasi possessionis, etiam antiquissimæ, & immemorabilis in similibus concedendis eis suffragetur, etiamsi consuetudo, vel quasi possessio hujusmodi per litteras aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint.

Constitutio fel. record. Pii Papæ Quar- 11
ti, super reformatione Tribunalis Cameræ Apostolicæ incip. Cùm inter cæteras, sub datum Calend. Novembris, Anno 1564. juxta solitum legatur singulis annis in prima Camera mensis Octobris.

12 Causæ Conjunctorum, & propinquorum alicujus Clerici ad quartum gradum exclusivè, ipsi Clerico nullatenus committantur, nec quisquam eorum sibi commissas audiat, sed eas expressa causa recuset.

13 Nec etiam in discussionibus, & decisionibus, tàm illarum, quàm aliarum quarumcunque causarum, in quibus aliquod interesse prætendere posset, sivè Clericus, sivè Assistens ille sit, ullo modo interesse, nec ullum votum habere, sed statim à dicta Camera, etiam dum causa proponitur, etiam, injussus (cum in hoc ignorantiam prætendere non possit) egredi debeat, & si secus fecerit, Clericus per mensem suspensione ab exercitio, & perceptione emolumentorum sui officii aliis Clericis applicandorum ipso facto incurrat. Assistens verò jocalium & salarii exactione, aliis assistentibus applicanda, ipsiusque Cameræ ingressus trium mensium spatio mulctetur.

14 Quicumque autem, sivè ex Clericis, sivè ex aliis Cameralibus prædictis ab aliquo suspectus in causa recusatus fuerit, Recusans non nisi expresse suspicionis causa audiri, illaque expressa, absente Recusato ut suspecto, in Camera discuti, eaque à pluribus approbata suspectus ipse in hujusmodi causa nullo modo se intromittere, aut interesse debeat, si verò suspicio probari nequierit, nulla ejus allegatæ ratio habeatur.

15 Caveant autem appellationes à decreto vim diffinitivæ habente ullo pacto recipere, neque alias appellationum causas committere, nisi gravamine, & gravaminis causa ita expressa, ut Camera possit intelligere, & deliberare, an appellatio sit admittenda necne, & in omni casu non nisi citata Parte hæc fiant.

16 Ad hæc, Pauperum Advocatus, nec non Fisci, tàm Advocatus, quàm Procurator, Commissarius, quivis alius de eadem Camera, sub eisdem, & aliis, nostro, & Successorum nostrorum arbitrio, pœnis, non scribant in causis Privatorum in Cameræ Tribunali pendentibus, exceptis Pauperum causis, & respectivè iis, in quibus Camera alicui adhærendo partem facit in judicio, vel in quibus aliàs de Fisci, & Cameræ interesse agitur.

De Gubernatore Vrbis, & ejus Tribunali.

1 §. 3. LOcumtenens Civilis Gubernatoris Almæ Urbis pro tempore existentis unus dumtaxat sit, legum scientia, vitæque probitate, & Romanæ Curiæ experientia insignis, & ex hoc loco, qui ab Urbe distet saltem per quadraginta milliaria oriundus, qui omnes causas civiles, tàm commissarias, juxta formam Commissionum, quàm ordinarias, vel alias in ipso Tribunali introducendas; juxta suas facultates cognoscat, terminet, & decidat. Audientiam terminorum pro quibus Litigantes pro certa hora citati non sint, ia sola, palatii Gubernatoris circa horam vigesimam, pro Tribunali sedendo, teneat, Jus reddat singulis diebus, exceptis festivis de præcepto, aut consuetudine Almæ Urbis, nec non diebus Coronationis Pontificis viventis, ingressus Gubernatoris, Jovis, Lunæ, & Martis immediatè ante Cineres, ac ipsius diei Cinerum, totius Hebdomadæ majoris, Commemorationisque omnium Fidelium Defunctorum, & Vigiliæ Nativitatis Domini.

Vide const. 72. Sixti V. fol. 606. lib. 2.

Significationes per viam recursus concedendas; semper concedat cum clausula, Non tamen in contumaciam. 2

In causis ordinariis, vel via ordinaria introducendis, etiamsi ad probationem producuntur cedulæ, jura, & instrumenta obligationum Cameralium, non relaxet mandata executiva, si respectu summæ, vel valoris rei, vel aliàs ex natura causæ de qua agitur, dictæ causæ sint appellabiles, nisi elapsis decem diebus datis ad appellandum, & servatis solitis terminis ad docendum de legitima appellatione, & ejus legitima prosecutione, & constito sibi de re judicata. 3

Suspectus post litem contestatam, vel pro contestata habitam, allegari non possit, nisi à Principalibusmet, vel eorum Procuratoribus, ad id speciale mandatum habentibus, & ex certa causa per eos in actis specificata, & jurata, à Gubernatore legitima approbata. 4

Ab ejus sententiis diffinitivis appellatur ad Nos, nostramque sanctam Sedem Apostolicam in causis appellabilibus, in quibus verò de jure recursus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui causas hujusmodi recursus per seipsum, vel alium ab eo deputandum, juxta suas facultates, expediet. Qui deputandus, tàm in ipsis causis recursus, quàm in illis, in quibus locum Locumtenentis uti suspecti recusati à Gubernatore deputabitur, & in causis quoque commissariis in quibus ex rescripto Signaturæ à Gubernatore similiter deputabitur, ea dumtaxat emolumenta recipiat, quæ ut mox dicetur, Locumtenens recipere posset, & nihil penitus ultra sub pœnis eis indictis. 5

Recursus, ut supra, ad Gubernatorem à Locumtenentis, vel deputandi decretis, & sententiis petendi infra decem dies dumtaxat peti debeant, & tunc executionem non retardent, usquequo Gubernator hujusmodi recursus non admiserit. 6

Locumtenens habere debeat scuta auri in auro quinque à quolibet ex duobus Notariis causarum Civilium hujus Curiæ, ipsi tantum Locumtenenti quolibet mense in ejus principio solvenda, & percipere possit julium unum pro singulis infrascriptis expeditionibus, videlicet, pro quolibet mandato executivo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arresto in carceribus; Mandato de excarcerando, significatione Dotali, 7

Dotali, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ, aut ſtante depoſito, vel negatione, aut data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo conceſſa. Et etiam pro qualibet citatione, vel inhibitione vigore commiſſionis, aut extra Curiam decreta, dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re, vel ſumma ſcutorum auri ſeptem, qui conſtituant julios ſeptuaginta ſeptem.

8 Gubernator Urbis cumulativè procedere valeat, in omnibus, & quibuſcunque cauſis criminalibus, in quibus Camerarius Ripæ vigore ſuarum facultatum procedere poteſt, ita ut inter eos juxta ſolitum ſit locus præventioni.

9 Habeatque jurisdictionem in Hebræos prout infra diſpoſitum eſt.

De Auditore Cameræ, & ejus Tribunali.

Ad hoc vide Pii IV. Conſt. 56 fol. 7. & Pii II. Conſt. 113 fol. 319. lib. 2.

§. 4. IN primis, quo ad formam, & executionem obligationis Camerales, mandamus ſervari ſtylum hodiernum, ut ſcilicet quis obliget Se, Hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ, cum ſolitis clauſulis, renunciationibus, circa tamen conſtitutionem Procuratorum, & qui voluerit arctius obligari; conſentiat relaxationi Mandati executivi, aut illud in ſe ſuſcipiat, unica, ſi ſic placuerit, citatione, aut intimatione præcedente, Nec ullo unquam tempore renovetur vetus illa cenſurarum ſuſceptio jam antiquata, & à Curia eliminata.

2 Minuſque ad dictarum cenſurarum relaxationem deveniatur, niſi in juris ſubſidium, & factis prius diligentiis in locis deſtinatæ ſolutionis, prout hactenus fieri conſuevit.

3 Et ſi Parti petenti, ac debitum agnoſcenti danda videbitur aliquando longior aliqua dilatione ad ſolvendum, intra quam nullum omninò mandatum, aliudve executionis genus relaxari poſſit, ea erit dierum triginta ad ſummum aut etiam viginti; vel minor arbitrio Judicis, qui pro Debitoris qualitate, ac debiti ſumma, quem maluerit de prædictis terminis eliget, Hoc tamen omninò ſervando, ut nonniſi ſimpliciter, & abſque ulla conditione, proteſtatione, vel reſervatione, quæ confeſſioni ſit contraria, debitum confiteri concedatur; & qui aliter, aut præmiſſa aliqua proteſtatione, vel reſervatione petere, aut ſuſcipere voluerit, repellatur. Et nihilominus proteſtatio, vel reſervatio fortè clandeſtinè, aut aliter facta, quæ ad præjudicium dictæ confeſſionis, & ſuſceptionis termini pro infecta omninò habeatur, & nullius ſit roboris, & momenti. Et ſi poſt decretum, aut etiam Actori à Notario traditum Mandatum executivum, Judici præfatam dilationem concedere viſum fuerit, nec Reus intra eam ſolverit, Actor abſque alio novo judicio, citatione, vel mandato, ſed eodem illo, quod antea decretum, vel relaxatum, aut traditum fuerat, executionem ſuam proſequatur.

Quodque ſuperſeſſoriæ, ſeu (ut vocant) 4
non gravetur, aut inhibitiones, vel dilationes non concedantur, præterquam in vim ſuſceptionis cenſurarum, vel termini judicialis à Debitore ſuſceptis, & niſi adjecta hac conditione, dummodo alium terminum ab ipſo, vel alibi non ſuſceperit. Et tam pro dictis ſuperſeſſoriis, quam pro illarum revocationibus, juxta ſtylum dicti Tribunalis conſuetum, nihil prorſus recipiatur, ſed gratis, etiam pro Sigillo, ac ſine ulla Secretarii, Judicis, aut cujuſcunque alterius perſonæ mercede concedantur.

In cauſis criminalibus in locis Nobis, & 5
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectis, in poſterum non decernantur, neque relaxentur monitoria contra aliquem in prima inſtantia, niſi per Auditorem Cameræ pro tempore, facto prius verbo nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in caſibus in Bulla in Cœna Domini legi ſolita contentis in quibus nihilominus, quando monitoria extra Italiam decernenda erunt in locis Nobis, & eiſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non ſubjectis vel aliàs contra Officiales, Curiales exemptos, Contravenientes inhibitionibus, & litteris Apoſtolicis, vel etiam pro rebus dependentibus à cauſis criminalibus coram Auditore Cameræ pro tempore legitimè introductis, ac pendentibus, hujuſmodi monitoria non relaxentur, niſi facto prius verbo Nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente.

Nec decernat Monitoria ſpecialia in cau- 6
ſis prophanis, etiam in Terris Eccleſiæ, ultra quadraginta milliaria ab Urbe, quando valor cauſæ non excedit ſummam centum florenorum.

Appellationes non aliter recipiat, audiat 7
vel admittat quàm ſi exhibita fuerit Notario in actis ab Appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum (ita quòd ſimplex copia non recipiatur, nec admittatur) ſententiæ, à qua extitit appellatum, eaque ſit diffinitiva, vel vim habeat diffinitivæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quam inſerto in litteris inhibitionibus toto fidei, ſeu inſtrumenti hujuſmodi tenore, & expreſſa clauſula, Quatenus à diffinitiva, vel vim diffinitivæ habente appellatum ſit. Facta tamen fide de petitione appellantis, & Judicis ſive Notarii denegatione, Auditor inibere, & in cauſa procedere poſſit.

In expeditionibus vigore hujuſmodi ap- 8
pellationum apponatur clauſula, Et quatenus revera ſententia non ſit diffinitiva, vel vim diffinitivæ non habeat, præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti.

In monitoriis generalibus reſervet facultatem etiam Ordinario loci, abſolvendi incurrentes cenſuras in eis contentas.

Item

10 Item non decernat sequestra in causis Beneficialibus, in quibus procedere potest, nisi juxta formam constitutionis fel. record. Clementis Papæ Quinti prædecessoris nostri, quæ incipit: Ad compescendas, prout servatur in Rota, & in illis semper apponatur clausula, proviso quod de fructibus sequestratis cultus divinus manuteneatur, Animarum cura exerceatur, & alia onera Beneficio incumbentia supportentur.

11 Mandata de manutenendo nunquam, nisi servatis servandis, & Parte legitimè citata decernat, aut concedat.

12 Idemque in sequestris, & in mandatis suspicionis fugæ servet, nisi aliqua ratione timendum sit, Judicis arbitrio, de suspicione fugæ, vel bonorum dilapidatione, quo casu juramentum præstari debeat de suspicione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorum.

13 Non decernat contra Episcopos, & iis Superiores, monitoria ad personaliter comparendum, nisi prævia commissione signata manu nostra, aut pro tempore existentis Romani Pontificis, & pro decreto monitorii ad personaliter comparendum nihil recipiat.

14 Non concedat, neque dari permittat Auditor Remissoriam ad partes examinandum, vel repetendum citata Parte Testes ad instantiam Fisci, vel probandam ejus intentionem, sed advocentur Testes ad Curiam, vel causa remittatur ad partes, ubi delictum est commissum.

15 Nec minus concedat litteras ad partes pro capiendis judicis contra aliquem, nisi prius in Curia ipsimet Auditori Cameræ ejus arbitrio aliqualiter constiterit de delicto.

16 Et in causis ordinariis Auditor prædictus, seu ejus in Civilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro nota sententiæ, sed in causis commissariis, & declaratoriis contumacialibus tantum.

17 Præterea Auditor non concedat Monitoria, seù Inhibitiones in vim constitutionis Eugenianæ ad favorem Curialium, nisi pro illis, qui saltem per annum in Curia continuè residentiam fecerint.

18 Ut tollantur controversiæ inter Tribunalia Curiæ, & unicuique sua jurisdictio servetur, declaramus executionem obligationis in forma Cameræ ad prædictum Auditorem Cameræ, privativè ad alia Tribunalia, pertinere, præterquam in instrumentis dependentibus à causis, & actis in aliis Tribunalibus hujusmodi gestis, ac sine præjudicio motus proprii in favorem Populi Romani editi, & quo ad Clericos, ratione originis, vel Beneficii Romanos, & loca pia; locus sit præventioni inter ipsum Auditorem, & nostrum in Urbe Vicarium.

19 Et quo ad præventionem inter ipsum, & forum Capitolinum in causis vertentibus inter Cives, & Incolas, statuimus, & declaramus, nomen Incolarum juxta Juris communis dispositionem esse intelligendum, & ubicumque super hoc dubitari contigerit, orta inter Tribunalia differentia, ad Præfectum Signaturæ Justitiæ recurri mandamus qui hunc articulum, manu regia, sine scriptura, omni, & quacunque appellatione, & recursu remotis, in quolibet casu controversiæ terminet, & decidat.

Citationes autem extra Urbem executæ, 20
quarum vigore hodiæ coram Auditore Cameræ ad executionem obligationis Cameralis procedi solet, reproducantur infra mensem ab executione earum in partibus facta, alioqui pro circumdictis habeantur.

Literas Apostolicas, quibus certus, qui 21
per seipsum procedat, executor præscriptus est, nullo modo Auditor prædictus exequatur, sed, & omnes præterea, in quarum executione Pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quàm servatis pro rerum contingentia Constitutionibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, nisi ipsis constitutionibus derogatum fuerit expressè in litteris, quæ fuerint exequendæ, sed, & tunc, ne quemquam extra Diœcesim ultra tot dietas evocet, quot in ipsis litteris expressum erit, exceptis litteris Pensionum, quarum solutio in Romana Curia destinatur, & his omnibus, quibus ipse nominatim executor præscriptus fuerit, his enim casibus possit ad se undecunque, & quocunque Partes evocare, neve aliis vices suas committat, vel subdeleget quàm constitutis in dignitate Ecclesiastica aut aliis, quibus Sedes Apostolica causas committere solet.

Monitoria generalia vulgo, significavit 22
appellata, quæ scilicet, ut aliquid reveletur, seu restituatur, aut probetur, cum censuris Ecclesiasticis publicari solent; nullo modo decernat, sive expediat.

Similiter nihil sine speciali nostra Com- 23
missione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Episcopos, aut alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem decretorum Sacri Concilii Tridentini, correctionem que motum liberè procedant.

Ab omnibus autem, & singulis iis, quæ ad 24
ejus jurisdictionem, secundum præmissa pertinere nolumus, usque adeò abstineat, ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitione, neque sequestra, neque mandata de manutenendo, neque aliquid quicquam quocunque sub prætextu super iis, aut ipse decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus Notarii nihil omninò expediant, aut etiam scribant sub pœna scutorum quingentorum pro qualibet vice Cameræ Apostolicæ applicandorum, & si adsit Accusator, vel instigator, ei quarta pars pœna solvendo detur.

In causis verò sui fori civilibus, etiam in 25
quibus summariè, & ad instar Beneficialibus procedendi ei concessa est facultas, nunquam omninò ad pœnas contumacia-

les

les deveniat, sed potius, receptis probationibus ad negotium principale spectantibus, datoque competenti termino Patri absenti, demum super his servatis servandis diffinitivè pronunciet, etiam sine litis contestatione.

26 Nè autem contingat, ut absentes, & in remotissimis ab Urbe partibus degentes, maximâ itineris incommoda, & dispendia pati absque culpa compellantur, dum ob præsensum delictum ad comparendum personaliter moniti comparent, & inculpabiles reperiuntur, neminem posthac extra Italiam existentem ad comparendum personaliter moneat, nisi facto verbo Nobiscum, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus, de quo verbo habito fiat mentio in litteris monitoriis.

27 In causis quæ ordinariè secundum Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint sive post cœptam causam supervenerit Commissio, sive ante impetrata sit, sive in prima, sive in ulteriori instantia, nulla in re augeat impensam, sed quo ad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, ita ut etiam ratione sententiæ, neque Notarii, neque Judices quicquam propterea accipiunt ultra id quod accipere potuissent, si Commissio non adesset.

28 Permittimus tamen ejus in civilibus Locum tenenti in causis per commissionem ab initio introductis, etiam sui natura ordinariis, ob magnam laborum assiduitatem, & emolumentorum tenuitatem, sportulas moderatas juxta præsentem constitutionem recipere. Declarantes nihilominus in reliquis omnibus causas intelligi ordinarias, nec Notarios quicquam amplius exigere posse aut debere, quàm in aliis ordinariis permissum est.

29 Quodq; Auditoris Cameræ pro tempore existentis Locum tenens mandata executiva, nisi prius ipsemet Locum tenens in libro expeditionum diem subscriptionis manu propria notaverit, subscribere non possit.

30 Quodq; Auditoris Cameræ pro tempore existentis Judex Locum tenens in criminalibus, pro sportulis salario sibi jam assignato contentus, nihil percipere possit.

31 In causis civilibus verò Locum tenenti singulis mensibus quinquaginta scuta monetæ à Notariis dicti Auditoris Tribunalis pro rata solvi, nec aliqua alia portio pro eo retineri debeat.

De Auditorio Rotæ.

1 §. 5. CONstitutiones fel. rec. Innocentii VIII. Pij IV. & aliorum prædecessorum nostrorum innovantes, & Auditorium nostri Palatij, in quo universorum Christi Fidelium graviores causæ maturè cognoscuntur, & justè terminantur, novis prærogativis augentes, volumus, & ordinamus, ut unica tantum Commissio in qualibet instantia sufficiat, & illius vigore Auditor causam sibi commissam cognoscere, & cum omnibus, & singulis dependentibus, & emergentibus, ac aliàs quomodolibet incidentibus decidere valeat.

Ad hæc vide etiam Pij IV. const. 44 §. 3. & 17. fol. 78. lib. 2.

2 Possit etiam Auditor sine nova Commissione præfigere terminum ad docendum de attentatis, & nullitatibus, & causis, propter quas quis in integrum restitui debeat, ac illo elapso, & non docto, ad causæ expeditionem procedere, nec non Remissorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia, & singula alia usque ad finalem sententiarum suarum executionem inclusivè facere, quæ de jure Ordinarij facere possunt.

3 Nec non possit Auditor præfigere terminum ad docendum appellatione, & ejus legitima prosecutione ad effectum procedendi ad executionem sententiæ latæ in causa appellabili, in qua condemnatus non appellavit.

4 Insuper, & tempus quadriennii in causis restitutionis in integrum possit Auditor prorogare arbitrio suo.

5 Et tàm dictam, quàm omnes alias facultates sibi vigore, vel Innocentianæ, vel Constitutionis Pij Quarti, aut aliorum Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum competentes extendimus, & habere locum decernimus, etiam in causis cuilibet Rotæ Auditori extra Rotam commissis.

6 Prorogationes autem fatalium, sæpius, & passim non concedat, sed tantùm ex aliqua honesta causa, ac prævia illius cognitione arbitrio Rotæ.

7 Auditor tamen in aliqua causa, sive magni, sive parvi momenti existat, etiamsi ejus decisio clari Juris esse videatur, diffinitivam sententiam, vel interlocutoriam vim diffinitivæ habentem ferre non valeat, nisi causa in Rota proposita, & habitis votis Coauditorum, nisi Partes in actis expressè consenserint quod causa sine voto eorundem expediri possit.

8 Idemque in aliis quibusvis præjudicialibus decretis servari volumus, si Actor, vel Reus, ut negotium in plena Rota cognoscatur, instetent.

9 Item sententiæ latæ per Auditores, prout in Cedula, ut moris est, vel per viam termini pro servato, subscribantur, & publicentur in actis intra quindecim dies, & in ultimi anni audientia, infra mensem, alioquin pronuntiationes, & termini hujusmodi pro circumductis habeantur.

10 Termini etiam pro servatis habiti, & Cedulæ ipsarum sententiarum, quæ interdum per alium Notarium, quàm Actuarium ipsius causæ ad referendum accipi consueverunt, referantur ipsi Notario causæ eadem, vel sequenti die, recipiuntur, In ultimis

verò audientiis saltem infra triduum, Et si Auditor, qui pronunciavit prout in cedula, vel terminum habuit pro servato retinuerit citationem penes se, illam Notario causæ similiter intra prædictos dies consignare debeat, alias termini hujusmodi circumducti, & irriti censeantur.

11 Auditor verò non pronunciet in causa nisi perfecto registro; & illo ad Rotam delato una cum dictis testium, illisque ac juribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis.

12 In ultima verò anni audientia, & quandocumque agetur de ferenda declaratoria contra Contumacem, etiam registro non perfecto, ex actis originalibus pronunciare valeat, ita tamen quod Pars ad cujus instantiam pronunciatum fuerit, registrum ipsum pro actorum conservatione quantocitius perfici curare teneatur.

13 Et insuper, Auditor Partibus petentibus copiam decisionis in causa factæ, cum juribus ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri consuevit.

14 Causæ autem propriæ Auditorum, & eorum familiarium, ac Consanguineorum, vel Affinium usque ad secundum gradum, juxta jus Canonicum computandum, non cognoscantur in Rota.

15 Nec Auditores in eorum domibus, Substitutos vel Doctores, aut alios Jurisperitos, etiam consanguineos, habeant, qui Substituti, vel Advocati, aut Procuratoris officio fungantur, aut in casibus Rotalibus, vel eorum processibus, sese quoquo modo intromittant.

16 Item Advocati aut Procuratores consanguinei vel affines, usque ad secundum gradum ut supra computandum, alicujus Auditoris, ac etiam illius Notarii, in causis coram eo pendentibus, nullatenus patrocinari valeant.

17 Nec iidem Auditores compellant, aut aliquo modo inducant Partes, per se, vel per alios, assumant certum Advocatum, vel Procuratorem, sed electio hujusmodi omninò ipsarum partium arbitrio relinquatur.

18 Item Decanus, & alii Auditores præsertim antiquiores, attendant, ne aliquid non solum contra jus, sed nec etiam contra stylum, & decisiones antiquas factas in Rota, quæ impressæ habentur, quoquo modo decidatur, etiam prætextu æquitatis in jure non scriptæ, nisi maxima cum ratione, & discussione, omnibus votis, seu saltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum esse judicaverint.

19 Non attendantur præterea aliquæ nullitates in causis, præterquam ex defectu jurisdictionis, citationis, vel mandati.

20 A liquidatione fructuum, & expensarum taxatione semel tantum appellare liceat, ita quod duæ conformes rem judicatam faciant.

21 Auditores causas sibi commissas ad solam Partium instantiam ad Cancellariam remittere non possint, sed tantum habita licentia à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, vel ex justis causis deductis in Rota, & ab ea probatis.

Et si Auditor cognoverit in actis adesse 21
suspicionem criminis, remittat acta hujusmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad judicem ordinarium, & si causa criminalis præjudicialis fuerit causæ civili, in ejus cognitione supersedeat.

Quando cunq; Judex ipse ordinarius in cau- 23
sis criminalibus coram eo pendentibus indiguerit depositionibus Testium, vel aliquibus scripturis ad causas criminales facientibus, teneatur Auditor illas; vel earum exemplum, ut præfertur, exhibere facere.

Nemini liceat turbare ordinem servandum 24
in distributionibus causarum, sed illarum Commissiones distribuantur bona fide juxta ordinem Turni, qui nullo prorsus modo neque à Notariis, nec à quoquam alio perver-
tatur, prout supra de Signatura Justitiæ dispositum est.

Ut autem debitus modus sportulis impo- 25
natur, non possint Auditores à Partibus per se vel alium, quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec à sponte dantibus ultra taxam infrascriptam accipere, videlicet.

In causis pecuniariis, seu prophanis, aut 26
quæ aliàs pretio quoquo modo æstimari possint, æstimatio rei, de qua agetur, non excedat summam mille ducatorum, aureos decem; à mille verò usque ad decem millia viginticuinque, à decem millibus usque ad viginti millia, quinquaginta; ab inde supra usque ad quamcunque summam, centum. In Beneficialibus verò, si redditus annuus, de quo agetur, non excedat summam centum ducatorum, similiter decem; à centum verò usque ad mille, viginticuinque; à mille usque ad tria millia, quinquaginta; ab inde verò supra, centum aureos pro sportulis cujuscunque sententiæ diffinitivæ dumtaxat, ut præfertur accipere valeat. Si verò causa æstimationem non facile accipiat, sportulæ moderatæ, pro rerum, & Personarum qualitate; juxta taxas prædictas, recipi possint. Nec aliquid ultra non solum ipsis Auditoribus, sed nec eorum Familiaribus, vel Consanguineis, aut aliis quibusvis Personis, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, vel ingenio, exceptis esculentis, & poculentis, quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possita Quas quidem sportulas juxta taxam prædictam apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & Notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori consignari volumus. Quodque Notarius dispositionem, & consignationem hujusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

De Capitolio, & ejus Officialibus.

1 §. 7. SEnator, & Judices ipsius possint primas instantias unica vice, eorum arbitrio, absque ulla commissione prorogare.

Ad hæc vide etiam Pij IV. const. 18. §. 27, 33. & 74. fol 83 lib. 2.

2 Capitaneus appellationum pro revocatione seu moderatione quarumcumque inhibitionum, sportulas nullo pacto accipiat, Notarius verò dumtaxat mercedem actus, sivè scripturæ.

3 Si petito Consultore, Pars quæ petierit neglexerit per decem dies instare pro illius electione, Capitaneus possit per seipsum causam expedire.

4 Et si Consultor electus, infra duos menses à die electionis non acceptaverit, vel recusaverit, ad alterius electionem procedatur.

5 Terminus quinque dierum datus à Statuto Urbis ad redeundum pro Apostolis, ita, & taliter intelligatur, ut sufficiat interim quandocunque pro Apostolis redire.

6 Conservatores Urbis abstineant ab omni genere muneris, etiam esculenti, & poculenti, à Pistoribus, Laniis, Salsamentariis, Olitoribus, Fructarolis, & alijs artificibus, nec ab eis aliquid sub quovis prætextu accipiant. A quibus etiam abstinere faciant omninò eorum Scribam, Notarium, Secretarium, Fideles, & alios eorum Officiales, atq; in primis Extraordinarios, corporali eos pœna coercendo, & deinde ab officio removendo.

7 Nec possint de pœnis statutarijs, vel per eorum edicta inflictis aliquo modo gratiam facere in totum, & præsertim de corporalibus, nec illas commutare, sine consensu ipsorum omnium simul convocatorum, & eo casu non ultra medietatem pœnæ remittere, nec in domo propria sua super hujusmodi gratiis aliquid signare possint, sed ad earundem pœnarum executionem, postquàm de illarum incursu constiterit, celeriter procedere.

8 Ad quarum etiam pœnarum præsertim corporalium executionem, in eventum in quem non mittantur executioni per ipsos Conservatores à die delati criminis intra quinque dies, quilibet alius Judex ordinarius, & aliàs competens procedere possit.

9 Extraordinarios ad officium Extraordinariatus exercendum nullatenus admittant, nisi recepta ab eis cautione sub pœna ipsis Conservatoribus beneficiali, de officium ipsum fideliter exercendo, & præmissa observando, ac de se ipsos repræsentando pro omni eo, quod in dicto eorum officio committere, vel omittere possent; ac dictis Extraordinarijs fidem adhibeant juxta formam decreti aliàs à Conservatoribus editi, & non aliter.

10 Cogant insuper Extraordinarium majorem ad exercendum officium, etiam per seipsum, & per Substitutum idoneum ab ipsis Conservationibus approbandum.

11 Atque iidem Extraordinarius major, & ejus substitutus, ac minores Extraordinarij cogere possint quoscunque, etiam per detentionem personarum, ut permittant ponderari carnes, & alia omnia, quæ sub eorum cura sint, & pretium denuncient, & recusantes puniantur prima vice in duplum valoris rei penes eos inventæ, quod si alia vice illud idem admiserint, in duplum, & alia etiam pœna corporali, arbitrio Conservatorum, & nihilominus Extraordinarij, tàm majores, quàm minores, omnia Conservatoribus denuncient, & res realiter inventas nullatenus sibi retineant, sed ad ipsos Conservatores deferre teneantur.

12 Et Baroncellus, ac alij Executores quarumcunq; Curiarum eisdem Extraordinarijs majoribus, in prædictis, & alijs eorum officium concernentibus, obedire teneantur.

13 Magistri Viarum ad vias lateribus seu silicibus sternendas, prout eis opus esse videbitur, Dominos contiguarum domorum cujuscunq; sint dignitatis, aut ipsis absentibus, vel solvendo non existentibus, illorum Inquilinos, juris remedijs opportunis, ac sub eorum arbitrij pœnis, cogant.

14 Possint autem Inquilini retinere de pensione solvenda ratam, ut supra, per eos solvendam, non obstante obligatione Camerali, aut quacunq; exceptione, quæ opponi posset, & non obstantibus quibusvis sequestris, etiam anterioribus.

15 Curentq; easdem Urbis vias continuo, & Plateas ad minus quater in anno, & hoc in Martij, Junij, Septembris, & Decembris mensibus, ab immunditijs purgari.

16 Nullos actus, nullaq; negotia, quæ alicujus momenti fuerint, sine rogitu sui Notarij expediant.

17 Reddent rationem Cameræ singulo quoque semestri, prout in litteris ad Cameræ Tribunal spectantibus constitutum est.

18 Edant initio eorum officij edicta sub nomine Camerarij, & de pœnis in illis, atque etiam in Statutis contentis nullam sine ejusdem Camerarij, aut saltem Clerici Præsidentis mandato, gratiam facere possint.

19 In cæteris, tàm quo ad appellationes ab eorum sententijs, quàm quo ad reliqua omnia, servent omnino statuta de eorum officio loquentia.

20 Submagistri verò suas relationes, quas ràquam periti facere solent, nonnisi medio juramento faciant, & si quid dolo, vel fraude egerint, perjurij, & alias pœnas arbitrio Camerarij, & Clerici Cameræ pro tempore Præsidentis, incurrant, & ad interesse Partibus condemnentur.

21 Consules artium quarumcunque observent earum Statuta legitimè approbata, & usu recepta. Nec reassumant causas, præsertim mercedem, ac miserabilium Personarum, coram majoribus Magistratibus introductas.

22 Minus impediant, aut moleſtent aliquid modo Peritos, ſivè Æſtimatores à Iudicibus electos, ſub pœna privationis, & alijs arbitrio Superioris.

23 Notarij verò ipſorum Conſulum taxam eis per Statuta præſcriptam, & ubi aliqui ipſorum nullam minorem taxam haberent, aliorum, qui illam habent, ſequantur, & ſecundum illam exigant.

24 Aſſeſſores prædictorum Conſulum, & aliorum Officialium Curiæ Capitolinæ ſalarium non habentes, caveant, non in cauſis minimis, id eſt à quinque ſcutis infra, quicquàm pro eorum voto, ſeu conſilio, & in alijs non ultra ſportulas dicti ſtatutis taxatas, percipiant.

25 Procurator Fiſci Capitolini illud ipſum, in omnibus, & per omnia obſervent, quod Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Procurator, quo ad ea ſcilicet capitula ſuperius adnotata, quæ ipſum etiam concernere, & ſibi convenire poſſint.

De Iuriſdictione in Hebræos.

1 §. 7. GUbernator Urbis poſſit contra Hæbræos in criminalibus cauſis procedere, etiam quòd agatur inter ipſos Hæbræos tantum.

2 In cauſis Cameralibus, ſeù ad Cameram quomodocunque ſpectantibus, aut ad Camerarium, etiam ratione pignorum, aut perſonarum Hebræorum Bancheriorum, aut ad Præſides, Camerarios, & Præſides poſſint contra eos procedere.

3 In cauſis furtivorum pignorum, quoad Hebræos Bancherios, ſit locus præventioni inter Camerarium, & Gubernatorem.

4 Quod ad Auditorem Cameræ Hebræi ſint illius juriſdictioni ſuppoſiti privativè quo ad alios, ubi agitur de obligatione Camerali, præterquàm in dependentibus à cauſis, & actis aliorum Tribunalium juxta ſuas facultates. In criminalibus autem poſſit idem Auditor Cameræ contra eos procedere, prout in præteritum procedere conſueverat.

5 Inter Vicarium, & Senatorem, in delictis in quibus Chriſtiani ſint aliquo modo participes, & ſic quando adeſt mixtura delinquentium Chriſtianorum, & Hebræorum, ex officio, non autem ad querelam locum habeat prævention, in alijs verò caſibus ſervetur Conſtitutio fel. rec. Iulij Papæ III. prædeceſſoris noſtri, diſponens, quod quando agitur inter ipſos Hebræos, habeat Vicarius in eo juriſdictionem activè, & paſſivè, quando verò inter alios paſſivè tantum.

De Curia Sabellorum, & Turris Nonæ.

1 §. 8. IUdex Curiæ de Sabellis gratuitu à Mareſcallo deputetur, adeo ut neque Iudici dare, neque Mareſcallo propter hoc accipere quicquam liceat, etiam mutui vel alio nomine, aut quavis de cauſa, vel prætextu, ſivè ante ſivè poſt adeptum officium, etiam in vim, vel prætextu cujuſcunque indulti Apoſtolici, vel conſuetudinis, quod, & quam per præſentes expreſsè revocamus, & improbamus, & ut ſupra omninò, ſervari mandamus.

Ad hæc vide etiam Pij IV. conſt. 58. §. 23. fol. 81. lib. 2.

Deputatio verò Judicis fiat cum partis 2
eibatione, & approbatione Gubernatoris Urbis pro tempore, & fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum ſit etiam ejus Judicis officium, niſi propter aliquam rationabilem cauſam prorogandum viſum fuerit, quæ tamen prorogatio alium annum nullo pacto excedat, & ſemel tantum fieri poſſit.

Antequam incipiat exercere officium 3
caveat idoneis fidejuſſoribus de ſtando Syndicatui, & finito officio, etiamſi nec querelatus, nec requiſitus fuerit, offerat ſe Syndicatui coram Gubernatore Urbis præfato, ille verò quadraginta diebus Syndicatum abſolvat, Judicem prout jure faciendum erit, vel abſolvat, vel condemnet, & puniat. Quòd ſi intra dictorum dierum numerum non fecerit, Camerarius S. R. E. qui tunc erit, duos viros deputet, qui intra alios viginti dies hujuſmodi Syndicatum peragant, lapſis autem dictis terminis pro abſoluto habeantur.

Commentarienſis, & Capitanei, necnon 4
Executorum ejuſdem Curiæ munia, per idoneos, & fidos Miniſtros gerantur, & neque vendantur, neque locentur ullo modo, nec quicquam pro illis conſequendis, aut exercendis, quovis nomine, & prætextu, ſolvatur, vel reſpondeatur, etiam vigore contractuum, aut locationum de præterito factarũ; quæ per præſentes nullæ, & irritæ intelligantur, & qui aliquid ſolverint, vel reſponderint, officio privati ſint, & publicè ſuſtigentur.

Turris Nonæ Judex non ſe intromittat in 5
cauſis ſummam decem ſcutorum excedentibus, nec in criminalibus, niſi levibus, & minimis.

Et dictus Iudex Turris Nonæ coram 6
Gubernatore præfato in fine cujuslibet anni Syndicatui ſe offerre, & ſtare teneatur, prout de Iudice Curiæ Sabellorum ſupra dictum eſt.

De Curia Ripæ, & Ripettæ.

1 §. 9. RIpettæ Præſes, aut Iudex, non faciat aliquam compoſitionem, minuſque ſolvere faciat aliquam pœnam quantumlibet minimam, ſub quovis prætextu, niſi ſervatis ſervandis, ac prævio proceſſu ac decreto, ut ex actis intelligi poſſit, an juſtè pœna ſoluta, vel compoſitio facta fuerit.

Ad hæc vide etiam Pij IV. conſt. 58. §. 23. fol. 81. lib. 2.

Neque Camerarius, neque Ripettæ Præſes 2
tranſmittant extra Urbem Commiſſarios ad menſurandum paſſus lignorum.

Ripæ, & Ripettæ Iudices, in fine officij co- 3
ram Clerico Cameræ ejuſdem Ripæ Præſide Syndicatui ſtare teneantur.

Nec

4 Nec Camerarius Ripæ ultra sex menses in ejus officio permanere, nec confirmari debeat.

5 Pro mala mensuratione lignorum nullus pœna pecuniaria, sed corporali veluti trium ictuum funis, aut fustigationis, aut berlinæ, arbitrio Iudicis, puniatur.

6 Camerarius Ripæ aliquas compositiones facere non possit, nisi præcedente legitimo processu, & decreto, & omnes compositiones in libro annotentur.

De Iudicibus criminalibus Vrbis, & pertinentibus ad eos.

1 *Ad hæc vide etiam Pauli III. const. 44. ¶ 3 & seq. fol. 683. lib. 1. Pij IV. const. 43 fol. 18 & Sixti V. const. 93 fol. 655 lib. 2. & Clem. VIII const. 8 fol. 3 lib. 2.*

§. 10. IUdices criminales Urbis, seu Locumtenentes, & eorum substituti quibus certum à Nobis salarium est constitutum, illo contenti, nihil prorsus, aut pecuniæ, aut alterius cujuscunque rei etiam minimæ quantitatis à quoquam, etiam sponte dante accipiant, neque pro sportulis, seu propinis sententiarum, vel pro decretis, absolutionibus, aut relaxationibus quibuscunque in quibuscunque causis, etiam delegatis, & commissariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine, etiam muneris, vel regaliorum, quamvis esculentum, vel poculentum, etiam in casibus alioqui de jure, vel quacunque constitutione permissis, sub privationis officij, & inhabilitatis in posterum ad quodlibet judicandi munus, & aliis nostro, & Successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis.

2 Camerarius, Thesaurarius, & Præsides Cameræ, excepto Præside Riparum, item Hospitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, seu Collegiorum Rectores, & alij quicunque habentes in Urbe jurisdictionem criminalem, & facultatem Iudices deputandi, non deputent in criminalibus causis alios Iudices, quàm aliquem ex ordinariis sibi beneviſum, qui nullas debeat recipere sportulas, ut supra sancitum est, & in describendis actis, atque processu, utatur proprio sui Tribunalis Notario, nisi Notarius Deputandus habeat officium titulo oneroso, & jus scribendi etiam in criminalibus, quo casu ipse deserviat in dictis causis, etiam apud Iudices deputatos.

3 Nullus autem Iudicum in causis criminalibus procedat, vel sententiam ferat, nisi Procuratore Fiscali, vel Commissario Cameræ respectivè, in omnibus actis, in quibus de jure citari debent, legitimè citatis.

4 Minusque transmittantur extra Urbem Monitoria, nec aliquod judicium, ad Fisci, vel Commissarij Cameræ respectivè instantiam, introducatur sine Procuratoris Fisci vel Commissarij Cameræ licentia.

5 Nec quisquam capiatur sine indiciis ad instantiam cujuscunque Instigatoris, nisi in causis gravibus arbitrio Iudicis, & tunc non nisi data cautione per Instigatorem de reficiendo damna, expensas, & interesse, nec non etiam (si ita Iudici visum fuerit) de se representando. 6

Nec concedant Iudices in causis Criminalibus significationes aliquas, nisi in causis coram se, vel in suo Tribunali, & aliter datæ non observentur.

Pariter non relaxent monitoria Criminalia pro contraventione inhibitionis obtentæ in causa Civili, sed agatur pro ea civiliter coram Iudice, qui dedit inhibitionem, nisi forte contraveniendo fuerit vis aliqua illata, vel injuria realis, aut verbalis in spretum inhibitionis, & Iudicis contemptum. 7

Contra Reum absentem, & contumacem pro delicto, quilibet Iudex competens procedere valeat, nec alter alterius processu impedietur. 8

Non transmittantur contra Reos absentes Citationes, aut Monitoria ad informandam Curiam sub pecuniaria mulcta, quando Iudex habet in processu probationes, vel indicia contra illos sufficientia ad transmittendum Monitorium, sivè Inquisitionem, aut Citationem super delicto. 9

Nec committantur unquam in Monitoriis pœnæ corporales majores pœna delicti, pro quo monitio fit. 10

Item inquisito Reo non fiat inventarium illius bonorum, nisi agatur de delicto pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiscationis bonorum, aut alia notabilis pœna. 11

Et quando inventarium conficiendum fuerit, non describatur Inventarium hujusmodi in regiſtro, sed tantum moderata merces pro qualitate rei à Notario accipiatur. 12

Et casu, quo propter Rei contumaciam Inventarium fieri contingat, non nisi unicum fiat. 13

Relaxatus ab uno Iudice, non possit ab alio pro eadem causa carcerari. 14

Similiter pro pugnis, & verbis altercatoriis, & injuriosis in rixa, & ex accidenti inter viles Personas prolatis, aut pro quavis alia simplici rixa, minisque, etiam in fragranti reperti, non carcerentur, nisi prius ducti ad præsentiam Iudicis sub pœna privationis, & aliis arbitrio sui Iudicis. Et si relaxandi erunt, gratis ubique relaxentur. 15

Querelæ Dominorum contra Famulos, vel operarios, qui jam Dominos ex causa mercedis convenerunt, non recipiantur nisi facto depoſito, vel data cautione in forma depoſiti, Iudicis arbitrio, & non nisi in eo Tribunali, in quo causa mercedis pendet; si jurisdictionem habeat Criminalem. 16

Captus ab incompetenti Iudice, vel ab eo qui non processit, remittatur ad eum qui processit, sed captus ab eo qui processum formaverat, non remittatur, etiam quod ab alio fuisset in procedendo, vel in contumaciam condemnando, præventum; quinimo processus omnes, & informationes transmittantur ad illum qui fuit diligentior in captura. 17

18 Quod

18 Quod si ex pluribus delicti Consortibus quilibet aliquem habeat carceratum, remittantur omnes ad eum, qui habet principaliorem in manibus.

19 Curent autem Iudices quicunque ne Rei detineantur in secretis ultra triduum, antequam examinentur, nisi causæ natura aliud suadeat.

20 Et tàm Reos, quàm Testes interrogent, de scriptis & extensis à Notario integrè verbis omnibus interrogatorij, rejecto prorsus, & sublato abusu illo scribendi, ad opportunam Domini interrogationem, vel interrogatus respondit, aut subdens interrogatus, aut simili, quem tanquàm pernicioſum & uti suggestivarum interrogationum velamentum, & fraudibus plenum, damnamus.

21 Responsiones similiter Reorum, & Testium integrè de verbo ad verbum, prout ex eorum ore profluunt, etiam quod contra Fiscum sint, non diminutè, nec per relationem, & in externæ nationis hominibus adhibito Scriba vel Interprete illius linguæ perito, fideliter scribi faciant.

22 Nec ullo pacto Iudicibus liceat, vel Notariis, Testes, quos ipsi verisimiliter informatos crediderunt, citatos, seu vocatos, extrajudicialiter cum juramento vel sine eo interrogare, & non scriptis eorum responsionibus dimittere, forsan ex eo quod contra Fiscum deponant, & pro Reo, sed omnino prævio juramento de veritate dicenda, eorum examen recipiatur, & in scriptis redigatur, dummodo non adsit vehemens suspicio subordinationis.

23 Reorum recognitiones non fiant nisi Iudice præsente, & coram pluribus, nec ullo pacto Reus antea ipsi Testi ostendatur.

24 Testes pro informatione Curiæ non nisi in gravioribus carcerentur, & tunc pro relaxatione nihil penitus solvant, nec etiam pro alimentis, quæ vel Instigator, si adest, solvere debeat, vel Fiscus.

25 Captum pro uno crimine, super aliis, de quibus indicia non habent, interrogare nullo modo præsumant, sed in hoc & aliis omnibus occurrentibus, Iuris communis dispositionem Iudices servare teneantur.

26 Et in quocunque crimine, quantumvis gravissimo, Reos, antequam torturæ subjiciant, etiam non petentes, admittant ad purgandum indicia, data eis indiciorum copia, pro ea tantùm parte processus, quam ipsi petierunt, in forma boni extractus & non registri, cum expressione nominum Testium, & competenti termino ad faciendas defensiones, & eo pendente, detur commoditas Carceratis liberè loquendi cum eorum Advocatis & Procuratoribus, etiam semotis Arbitris, nisi tamen qualitas causæ aliud necessarium suadeat, dicta copia indiciorum detur pauperibus gratis, vel ostendantur originalia Advocato & Procuratori Pauperum similiter gratis, & absque ulla impensa.

Neque cogantur Rei declarare se habere 27
Testes curiæ pro ritè & rectè examinatis & quatenus voluerint illos sic habere, præter absentes, & mortuos, & salvis exceptionibus contra personas & dicta Testium, salvoque jure illos repetendi, talis protestatio admittatur, minimeque rejiciatur.

Ac testes, contra Reum repetendi, prius examinentur super interrogatoriis pro ejus 28
parte datis, deinde super eorum depositionibus repetantur.

Ac Judices, Auditores, seu Locumtenentes Gubernatoris Urbis, seu alterius cujuscunque Magistratus, habentis facultates procedendi præter aut contra formam Iuris vel Statutorum, non utantur dictis facultatibus 28
nisi prævio decreto dicti Gubernatoris, vel Magistratus, concedente sibi facultatem sic procedendi in illa causa.

Tormentò Vigiliæ Iudices non utantur, 30
nisi in delictis atrocissimis, & in quibus etiam urgentissima præcedant indicia, & tunc non nisi de voto Congregationis illius Tribunalis, in quo proceditur contra Reum, nec nunquam Reus subjiciatur huic tormento Vigiliæ eodem die, quo alio genere tormentorum fuit tortus, minusque Reus, qui tormento funis semel atque iterum tortus fuit. Nec quisquam in hoc tormento vigiliæ positus detineatur brachiis extensis ad modum torturæ, ne ultra Vigiliæ tormentum patiatur etiam tormentum funis, sed in omnibus modus adhibeatur, quo vel innocentiæ Reus, vel supplicio reserverur, & Iudices tàm in hoc quàm in aliis tormentis ipsi assiduè continuèque assistant omnino, nec eorum loco Notarium, vel Substitutum Fiscalem dimittant.

Nec in tormento funis quemquam ultrà 31
horam pro qualibet vice detineant.

Insuper abstineant omnino à verbis, & factis injuriosis in Reos, ac Testes. 32

In sententiis, & condemnationibus Reorum absentium, & contumacium, Iudices exprimant pœnas certas, neque se referant ad Jus commune, Statuta, Constitutiones vel Edicta. 33

Reis in contumaciam condemnatis, & captis ante executionem sententiæ, detur copia 34
processus, si petatur, & actorum, etiam quòd non fuerint admissi ad novas defensiones.

Nec ullus inquisitus, sive carceratus, sive 35
non carceratus, non solum à Notario juxta constitutionẽ nuper à Nobis de Anno 1608. editam innovamus & illibatam esse volumus; sed nec etiam à Iudicibus, seu aliis quibuscumque Officialibus cogatur directè vel indirectè processus cassare, absolutionem seu abolitionem petere.

Similiter Iudices, Fiscales, aut Notarij 36
nullo modo cogant, vel inducant directè vel indirectè, Reos ad compositionem. Ideirco studeant Judices celerrimæ causarum expeditioni, ne Rei diutius tædio Carceris, vel laboribus & expensis fatigari, com-

componere & se redimere cogantur.

37 Studeant similiter omnes Judices, & Officiales quorumcunque Tribunalium generaliter dilationes in favorem Fisci abbreviare, ne Res diutius laboribus, & expensis fatigentur, nec differant expeditiones causarum inter Privatos pendentium, licèt Procurator Fisci protestetur causam non expediri, nisi ipso citato pro ejus interesse, nisi de eo incontinenti saltem summariè doceat.

Obligationes, & satisdationes quæcunque de non offendendo vel se repræsentando, aboleri vel cessari nequeant, nisi citato Fisco, vel Commissario Cameræ respectivè, & aliter cassæ habeantur pro non cassis, nisi quando cautio de non offendendo cassatur ob pacem sequutam, & consensum præstitum cassationi.

38

Et in quibus casibus Officiales aut Executores habent aliquam partem pœnarum, si ex gratia pœnæ moderatio fiat, etiam post

39 executionem, tamen non recipiant, nisi partem ejus, quod juxta gratiæ tenorem persolvitur.

Inhærendo constitutionibus fel. rec. Pii

40 IV. incip. Cùm aliàs per specialem, & Cupientes pro injuncta, & Sixti Quinti incip. Ad Romanum Pontificem pertinet non modo, & Clemen. VIII. incip. Inter cæteras animi nostri, prædecessorum nostrorum, ac illas ampliando, Omnes, & quascunque pœnas, mulctas, compositiones, & confiscationes à Reis, vel Delinquentibus, maleficiorum, vel quasi, fraudum, & contraventionum quarumcunque, vel alia quavis occasione per quemcunque Judicem, quavis dignitate, quantumvis speciali nota dignum fulgentem, Magistratum seu Tribunal Urbis, etiam S. R. E. Camerarium, Gubernatorem, Auditorem Cameræ, Vicarium, Senatorem, Annonæ præfectum, Præsides, eorumque Locatenentes, Auditores & Judices, aliosque Cameræ Urbis Ministros quacunque dignitate fulgentes, & quovis titulo, & nomine, criminum vel quasi cognitionem in Urbe habentes, vel quoquo modo exercentes, exigendas, sive ex bonorum mobilium, vel immobilium prædictorum Reorum, vel Delinquentium venditione, vel subhastatione redigendas, cujuscunque etiam minimæ quantitatis, penes Cameræ nostræ Depositarium pro tempore existentem, & non alium, integrè, & absque ulla diminutione deponi debere præcipimus.

Nec quisquam ex Judicibus, Magistratibus, aut Officialibus præfatis, minus etiam

41 Fisci Procurator, Cameræ Commissarius, aut quivis alius, dictarum pœnarum, mulctarum, compositionum, confiscationum, pecuniarum, aut bonorum participationem quovis modo, vel titulo habens, audeat, vel præsumat sibi propria auctoritate partem aliquam etiam minimam retinere, nec aliter recipere, quàm de manibus Depositarii prædicti, prævio dictorum Magistratuum mandato, Fisci Procuratoris, & in causis in quibus Commissarius Cameræ intervenire solet, ipsius Commissarii manu subscripto, causam propter quam solvit, quantitatem, & personam, cui solvitur, explicitè expressam continente, sub pœna privationis officii, & inhabilitatis ad alia, solutionesque aliter quàm ut supra factæ, tanquàm indebitè extortæ, restituti, atque ad earum restitutionem quilibet prædictorum ab eodem Commissario Cameræ cogi omninò, & cum effectu debeat. Et nihilominus Depositarii aliter quàm cum prædicto mandato, ut supra subscripto, solventis, de suo erogasse censeantur, & in reddendis rationibus id ei minimè computari debeat.

De Iudicibus in causis Civilibus.

§. 11. NUllus Iudicum audeat supersessoria, dilationes, aut Non gravetur cuiquam adversus mandata ab aliis Iudicibus aut in aliis Tribunalibus relaxata concedere, & concessa sint nulla, neque sequentur à Judicibus, qui mandata relaxarunt, salvis tamen inhibitionibus, quæ vigore appellationum, seu commissionum, aut in vim reassumptionis causæ, aut susceptionis censurarum, seu termini ab Audito re Cameræ concedantur, & salvis etiam Chartis dotalibus. 1

Ad haec vide etiam P. IV. const 58. n. 14 fol. 80 & constit. seq. lib. 2 n. 11. & Pii V. const. 27 fol. 204. lib. &c.

Minus etiam Judices apponere possint in mandatis illam clausulam, videlicet Exequatur per Executores nostros, sub pœna nullitatis, vel simili. 2

Expediant causas à quinque scutis infra summariè, manu regia, & sine scriptis, Partibus tantùm coretenus auditis, nisi aliter ipsis Judicibus ex rationabili causa visum fuerit, quam Turris Nonæ, Sabellorum, Ripæ, & ripettæ Judices, & Consules Artium exprimere in actis teneantur. 3

Causas autem summam scutorum undecim monetæ non excedentes, & coram competentibus Judicibus vertentes, nullus prorsus Judex aut Magistratus reassumere possit. 4

Similiter causæ cujuscunque Collegii, Societatis, Confraternitatis, Archiconfraternitatis, Hospitalis, Ordinis, seu Religionis Loci pii, Artis, aut Personæ habentis ex privilegio proprium, & specialem Judicem non reassumantur, postquàm eorum Officiales, vel Procuratores, aut personæ privilegiatæ consenserint in jurisdictionem alterius Judicis ordinarii alias competentis, ne tamen præjudicio facultatum, & jurisdictionis Auditoris Cameræ, necnon Tribunalis ipsius Cameræ Apostolicæ, & Cameralium. 5

Et causæ Mercedis ad effectum faciendi depositum, illæ tantum intelligantur, in quibus agitur de diurna, vel menstrua mercede, sive salario. 6

Non attendant nullitates, nisi ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati 7

sed

8 sed ad expeditionem causæ procedant.

Non relaxent Arresta contra Debitores nisi præcedente mandato relaxato servatis servandis, aliter relaxata sint nullius roboris, & momenti.

9 Pro debito summam septem aureorum ad rationem juliorum duodecim pro quolibet aureo, non excedente, nemo carcerari possit nisi debitum habeat annexum crimen.

10 Neque in dicta summa comprehendantur expensæ mandati, neque fiat cumulatio summarum, vel debitorum ad effectum carcerandi.

11 Nec concedant Inhibitiones, significationes, aut non gravetur in vim cujuscunque Commissionis pro dilatione, vel alternativa obtinenda impetratæ cum clausula, Servata forma Motus proprii, delato bireto viridi, & non aliter. Et nihilominus quæcunque Inhibitiones, & non gravetur, aliter quàm, ut supra, concessa non suffragentur, & sint nullius roboris, & momenti, eisque non obstantibus executio quælibet realis, & personalis contra Debitores sine bireto viridi repertos fieri possit, & valeat.

Nec quisquàm Iudex, aut Magistratus,
12 præter Auditorem Cameræ, audeat directè vel indirectè sub quovis prætextu concedere terminum, sive dilationem triginta dierum Debitoribus.

Possit autem quilibet Iudex, cui causæ restitutionis in integrum, nullitatis, & attentatorum fuerint commissæ, absque speciali
13 commissione terminum præfigere ad docendum de causis restitutionis, sive de ipsis nullitatibus, vel attentatis, & eo lapso, nihilque quod relevet, docto, ad negotii principalis expeditionem devenire.

Possit etiam quisque Iudex in quibuscunque
14 causis coram eo introductis, vel introducendis, omnes terminos substantiales absque alia speciali commissione reiterare.

15 Mandata de manutenendo in possessorio summariissimo nullus Iudicum det, nisi per viam decreti, non autem cedulæ, nec quicquam sportularum, aut propinæ pro eis, etiam à sponte dantibus accipiatur,

Mandata suspicionis fugæ, non citato Debitore in Urbe, non concedantur, nisi con-
16 stito in actis summariè de credito liquido, ac de suspicione fugæ, saltem per juramentum Creditoris, & quod ipsi Creditori non sit cautum per alios Correos, vel Fidejussores, & tunc etiam non relaxentur, nisi deducendo Debitorem ad præsentiam Iudicis, non autem ad Carceres, & Iudex ipse Debitore ducto audito, prout ipsi videbitur, provideat. Expensas autem mandati, & capturæ Creditor ipse absque ulla spe repetitionis exsolvat. Et si Creditor aliter hujusmodi mandatum extorserit, arbitrio Iudicis puniatur, & Notarii in concessione hujusmodi mandatorum suspicionis fugæ, aut sequestrorum nullo pacto possint Creditores cogere ad solvendam, vel deponendam mercedem mandati executivi.

Mandata suspicionis fugæ non subscribantur, nisi visis à Judice juribus, & à Judicibus
17 non subscripta executioni nequaquàm mandentur.

Juramentum calumniæ non admittant
18 Judices, nisi præstitum juxta formam à Nobis infra Notariis in illius receptione præscriptam.

Pro perjurio autem in dicto juramento
19 calumniæ commisso, non facile Iudices criminaliter procedant, neque in alio Tribunali, quàm ubi perjurium commissum prætenditur, & tunc non retardato judicio civili.

Juramenta verò litis decisiva coram Iudi-
20 ce suscipiantur & non aliter, nisi Iudex aliud arbitratus fuerit ex causa infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti Litigantium.

Causæ discussionum inter Creditores, &
21 Hæredes Defuncti, seu alterius Debitoris, de cujus bonis inter ipsos Creditores agitur, intra tres menses quoad præsentes, quoad absentes verò citra montes, juxta sex, ultra autem intra novem menses expediantur. Et nullo modo nisi ex magna causa, ut supra diximus, instantia prædicta prorogetur. Et à die obitus Debitoris intra duos menses Hæredes præsentes, absentes autem citra montes intra quatuor, ultra verò montes intra sex, Inventarium conficere, & an velint hæreditatem adire, deliberare teneantur. Et interim Iudices, coram quibus causas discussionis hujusmodi pendere contigerit, bona ipsius Debitoris, vel defuncti, vel decocti Creditoribus habentibus sua credita liquida, recepta idonea cautione de restituendo habentibus priora, & potiora, & de contribuendo habentibus æqualia jura, consignari mandent, & faciant.

Et quia jam à fel. rec. Pio Papa V. præde-
22 cessore nostro constitutum est, ut in causis discussionum Miserabiles personæ aliis anterioribus Creditoribus pro summa scutorum quinquaginta præferantur, Volumus, & declaramus id habere locum etiam cum dictæ Miserabiles personæ sunt in majori summa creditices, ut nihilominus pro dicta summa scutorum quinquaginta dumtaxat, aliis etiam anterioribus in omni judicio juxta dictam constitutionem præferantur.

Et dictarum Miserabilium personarum
23 causæ, ad instantiam Creditorum, coram quibuscumque Iudicibus ordinariis competentibus introduci, & ab aliis terminari possint.

Pro sigillo Iudices ordinarii in quibus-
24 cumque causis, & expeditionibus (his tantum exceptis, quæ taxam requirunt) non nisi julium unum recipiant.

Communia

Communia Iudicum omnium, tàm civilium, quam criminalium.

1 §. 12. NUllus Judicum, sivè ordinariorum sivè delegatorum quantæcumque dignitatis, & auctoritatis, etiam speciali nota dignus, domi suæ familiariter retineat Advocatum aliquem, vel Procuratorem, etiam Consanguineos, aut suæ Curiæ Notarium.

Ad hæc vide etiam Pii IV. const. 50. § 12 fol. 80. l. 2.

2 Similiter nullus Judicum sivè ordinarius, sive delegatus suadendo, vel rogando, minus etiam commendando, vel alias quomodolibet directè, vel indirectè se immiscat in proponendis Advocatis, Procuratoribus, vel Sollicitatoribus in causis jam coram eis quàm coram aliis pendentibus.

3 Ipsi autem Judices ordinarii quicumque tam civiles, quàm criminales, abstineant omninò à Procuratoris, vel Advocati munere tàm publicè, quàm secretè exercendo.

4 Ad hæc Judices omnes, item Auditores Subauditores, Locatenentes, & Substituti, seu alio quocumque nomine nuncupati, tam in causis civilibus, quam criminalibus & mixtis, à Partibus coram se litigantibus, sive sint Actores, Accusatores, Quærelantes, aut Instigatores, sivè etiam Rei conventi, inquisiti, vel quærelati, nihil prorsus muneris, aut doni, neque sub alio quocumque titulo, nomine, vel prætextu, quantumlibet minimum, accipiant, sub pœnis nostro, & Successorum nostrorum arbitrio infligendis.

5 Judices quicumque tam civiles, quam criminales, tàm ordinarii, quam delegati, etiam in causis in officio Archiuli Prælatis Romanæ Curiæ commissis, sententias, prout in cedula, ferre, & terminos pro servatis habere soliti, dictarum sententiarum cedulas subscribere, & publicare, necnon terminos pro servatis habitos intra decem dies omnino à die habiti termini pro servato, & non ultra declarare possint, & debeant, exceptis Rotæ Auditoribus, qui in hoc eorum facultatibus utantur.

6 Nec citationes, in quorum terminos pronunciare, vel quarum terminos pro servatis habere contigerit, penes se ipsos retinere possint, sed penes Notarios dimittant, alioqui sententiæ, & termini ipsi, lapsis dictis decem diebus, pro nullis, & circumductis habeantur.

7 A Litigantibus Judices, & eorum usque ad secundum gradum Cognati, & Affines, eorumque Familiares, neque mutuum, neque fidejussiones, nec alias similes obligationes recipiant.

8 Similiter à Baroncellis, & quibusvis aliis Executoribus, etiam suarum Curiarum particularibus, etiam sponte dantibus sub quovis prætextu, nihil prorsus recipere possint.

9 Innovamus Constitutionem fel. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædecessoris nostri, de datis, & promissis propter gratiam, vel justitiam consequendam, quæ incipit, Ab ipso Pontificatus nostri, & est sub data anni millesimi quingentesimi septuagesimiquarti, nonis Novembris, Pontificatus sui anno tertio, cujus tenor hic pro expresso de verbo ad verbum habeatur.

De Sportulis, seù Propinis.

1 §. 13. NUllus judicum ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ, cujuscumque dignitatis, etiam speciali nota dignus, in causis civilibus ordinariis ratione Sportularum, sivè Propinarum aliquid prorsus accipiat, etiam à sponte dare volentibus.

Ad hæc vide etiam Pii IV. const. 58. §. 5. & 7. fol 80. lib. 2.

2 In commissariis autem pariter civilibus, ubi de summa scutorum vigintiquinque agitur, & infra, nihil prorsus, à vigintiquinque supra usque ad centum inclusivè, scuta tria, à centum usque ad ducentum, scuta sex à ducentum usque ad quamcumque summam, scuta decem, & non ultra.

3 Pro quacumque sententia declaratoria ob non paritionem monitorii in contumaciam, non ultra Julios septem cum dimidio.

4 Pro declaratoria in vim literarum, aut aliàs habente vim diffinitivæ, si summa sit certa, accipiant juxta taxam prædictam, si verò incerta: sed agatur ad ipsarum literarum executionem, accipiant juxta causæ, & Personæ qualitatem, dummodo non ultra quinque aureos.

5 Pro quacumque interlocutoria, sive decreto ante sententiam diffinitivam, nihil omnino.

6 Similiter, & pro decreto mandati de manutenendo, item decreto moderationis inhibitionis, & multo magis pro decreto taxationis expensarum, nihil omnino recipiatur.

7 Pro decreto super contractibus Minorum, mulierum, aut rerum Ecclesiæ, & Piorum locorum in domo ipsorum Judicum interponendo, non ultra Julios quinque, extra domum verò, non ultra Julios decem.

8 Quæ Decreta non nisi à Gubernatore, Auditore Cameræ, Vicario, & Senatore, eorumque Judicibus, ac Judice Burgi in Burgo, & Advocato Pauperum dumtaxat, & à nullo alio interponantur, & à Pauperibus nihil recipiant.

9 Facultates autem interponendi decreta quibusvis aliis Personis, & Judicibus in Urbe hactenus concessæ, pro cassis, & annullatis haberi volumus, prout illas omnino cassamus, & annullamus.

10 Capitaneus autem appellationis Curiæ Capitolii recipiat sportulas juxta taxam ei constitutam ab Urbis Statutis, non tamen in casibus sibi hac constitutione interdictis.

11 At prædictas sportulas, sive propinas, ut supra, taxatas Judicibus, non nisi de manibus Notarii causæ, & sententia prius ab ipsis subscripta, accipere ullo modo liceat.

12 Debeantque propterea Notarii librum habere, in quo dictas ſportulas, ſeu propinas notent, cum pro Judicibus deponuntur, ubi, dum poſtea lata ſententia Judici perſolvuntur, ipſe Judex manu propria notato depoſito ſubſcribat ſe illam recepiſſe. Quæ ſic ut ſupra Judici data deinceps inter expenſas litis taxandas, ac reficiendas omnino ponatur, & Victori reficiatur, uſu quocumque contrario non obſtante.

De Commiſſariis.

1 §. 14. QUicumque Commiſſarii, & Subcommiſſarii, tàm ad inſtantiam Fiſci noſtri, quàm etiam particularium Perſonarum à Nobis, aut à Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, vel almæ Urbis noſtræ Gubernatore, Cameræ Apoſtolicæ Auditore, Vicario, Senatore, & aliis quibuſcumque Judicibus ordinariis, ſeu delegatis, ad diverſa loca miſſi, ad ſumendas informationes, formandos proceſſus, & alia neceſſaria gerenda, necnon, omnes, & ſinguli Notarii ſecum ad effectus prædictos aſſumpti, teneantur omnia, & ſingula dicta per eos ſcripta, & recepta, proceſſus, Teſtium dicta originalia, & authentica, cum primum ad Urbem redierint, vel Commiſſio finita fuerit, omni mora poſtpoſita, penes acta Notarii, ubi ipſa cauſa ſpecialis pendet, vel pendere ſperatur, aut ſi id dubium ſit, apud eum Judicem, quem Procurator Fiſcalis noſter elegerit, exhibeant, deponant, & dimittant, ſub amiſſionis integri eorum propterea debendi ſalarii, ac etiam ducentorum ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœna.

2 Nè autem propterea Notarii, & Scribæ prædicti laborum ſuorum jacturam faciant, mandamus, ut ſi Pars certa, & manifeſta fuerit, ad cujus inſtantiam talis proceſſus ſit formatus, contra eam pro condigna Notarii ſatisfactione Judices ipſi ſummariè & executivè procedant, prout in cauſis mercedum, & depoſitorum Gubernator procedere conſuevit. Sin autem nulla ſit Pars, ſed ſolus Fiſcus noſter ex officio inquirat & procedat, tunc de primis, quæ ex cauſa hujuſmodi proveniunt, emolumentis eidem Notario, celeriter, & ſine fraude Judices cauſæ ſatisfieri mandent, & faciant cum effectu.

3 Necnon Commiſſarii prædicti ad bona quæcumque, tàm mobilia, quàm immobilia, & ſemoventia ubicumque exiſtentia, quarumcumque Perſonarum pro tempore delinquentium, & quorumcumque exceſſuum ſeù delictorum prætextu, quæ Judices ipſi, coram quibus cauſis hujuſmodi pendere contigerit, Cameræ, ſeù Fiſco noſtro applicanda eſſe putaverit, capienda, & apprehendenda, deputati, ſeù deputandi, ſe de bonis ipſis non amplius intromittere nec ex eis quicquam etiam ratione viatici ſeù alia quavis ratione, vel cauſa, ſibi retinere ullatenus poſſint, aut debeant, ſed cauſis, & proceſſibus hujuſmodi coram Judicibus illis, coram quibus illæ prius pendebant terminandis, finiendis, remanentibus, ipſi Commiſſarii in informationibus, & proceſſibus in ſimilibus fieri ſolitis ritè formandis dumtaxat verſari, ac fideliter, & ordinatè, omnequè ceſſante ſtrepitu, & confuſione, bona ipſa ut decet, in inventarium redigere, & adnotare, ac illa ſic redacta, & adnotata, Theſaurario, ſeu Depoſitario Cameræ prædictæ in Provincia, ſivè ejus Vicetheſaurario, aut Vicedepoſitario in illa Civitate, vel loco deputato, realiter, & cum effectu dare, tradere, & conſignare teneantur. Volumus autem, quod de bonis ſic annotatis, & conſignatis, eiſdem Commiſſariis de eorum viaticis, juxta formam, & ordinem à judicibus, à quibus dicti Commiſſarii tranſmiſſi fuerint, præſcriptum, ſatisfieri à Depoſitario poſſit, & debeat.

Commiſſarii verò ad ſpolia, decimas, ſubſidia, vel alia regalia, aut credita, Camералia, vel Fiſcalia exigenda, ſive recuperanda non niſi idonei, & probatæ vitæ, nullum habentes in ea intereſſe, conſtituantur, qui etiam jurejurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio, fideliter, & diligenter exercendo aſtringantur, Serventurquè quo ad eos in omnibus decreta Congregationis Bono Regimini Communitatum ſtatus Eccleſiaſtici propoſitæ, & Edicta Cameralia, quæ per præſentes approbamus, & innovamus. 4

De Advocatis Pauperum, & Fiſci.

§. 15. ADvocatus Pauperum ſollicitè ſtudeat, nè Carcerati, in aliquo tàm à Judicibus, quàm etiam ab Executoribus, & Carcerum Cuſtodibus graventur, & propterea non abſit unquam in viſitationibus Carcerum, tàm publicis, quàm privatis. Et Procuratores Pauperum, ac illorum Subſtitutos, & etiam Carcerum Viſitatorem ſingulis hebdomadis una vice ad ſe evocet, & de omnibus Carceratis, præſertim iis, qui in ſecretis detinentur, diligenter ſe informet. Et ſi ipſos Procuratores, vel Subſtitutos, & viſitatorem negligentes invenerit, Viſitatoribus Carcerum denuncier, atque ut de aliis provideatur inſtet, & cum ratione ſui officii gratis Pauperes defendere, & illis patrocinari debeat, nihil prorſus ab illis accipiat. Et ut facilius Pauperibus operam ſuam impendere valet, Viſitator Carcerum quolibet die ad eum accedere, & alia, quæ illi hac Conſtitutione injuncta ſunt, facere teneatur. 1 *Vide etiam d. conſt. 58. Pii IV fol. 80. lib. 2.*

Non poſſit Advocatus præfatus contra Reos ad offenſam, etiam ſi cauſa extra carceres agatur, patrocinando, aut alàis quomodolibet ſub quovis prætextu intervenire, nec, exceptis Pauperibus, pro ullo alio, qui contraxerit, aut litiget cum Camera patrocinetur. 2

Fiſci

3 Fisci Advocatus in omnibus causis criminalibus, & aliàs Fiscum tangentibus, ubi articuli Juris emerserint, interveniat, & Procurator Fisci ipsum super hoc omninò requirere teneatur, & in eis absque ullo præmio patrocinetur. Possit tamen ab Instigatoribus propriam injuriam, vel interesse prosequentibus, si quid sponte dare voluerint, illud percipere. Idemque in omnibus visitationibus Carcerum adesse teneatur, nec Reorum, etiam extra Carceres existentium, defensionem assumat, sed pro veritate, & justitia causa n Fisci tueatur.

De Pauperum Procuratoribus.

1 §. 16. PRocuratores Pauperum, ac ipsorum Substituti singulos quoque die carceres visitare, & nomina omnium, qui ad illos ducuntur, ad Judicum, de quorum mandato, ac etiam causas eorum detentionis, & diem, cum in liberiori carcere, seu ad largam ponuntur, & an ante, vel post prandium sive cœnam, annotare teneantur & similiter pecunias, & alias quascumque res, quas invenerint repertas fuisse penes ipsos carceratos, & deinde omnia ad notitiam dicti Advocati Paperum deducant, ad quem etiam quod ab ipso minimè requisiti fuerint, semel in hebdomada, & interim toties quoties Carceratis opus erit accedant.

Vide etiam const. 68. Pii V. fol. 80. lib. 2.

2 Nihil omnino accipiant non solum à Pauperibus, sed nec etiam ab aliis carceratis, etiam quod divites sint.

3 Non possint aliquo modo dicti Procuratores, & Substituti contra Reos ad offensam, etiamsi extra Carceres ipsorum Reorum causa agatur, patrocinando, vel aliàs quomodolibet sub quovis prætextu intervenire.

De Fisci Procuratore, & Substitutis.

1 §. 17. IN omnibus causis criminalibus quorumcunque Judicum, & Tribunalium, etiam Ripæ, Ripettæ, & aliorum omnium, unus tantum sit Fisci Procurator generalium à Nobis, & Successoribus nostris scilicet deputatus, quo citato, vocato, & audito, & non aliter, possit ad earum expeditionē, compositionem, seu quodcunque aliud decretum procedi, & exceptis duntaxat causis fori Capitolini, & iis, in quibus pro Fisco intervenire solet Cameræ commissarius.

Vide etiam d. const. 58. Pii V fol. 80. lib. 2.

2 Qui Fisci Procurator in primis prospiciat, ut quemadmodum in admissione ad ejus officium in Camera juramentum præstat de illud rectè, ac fideliter administrando, ita deinde taliter in illius prosecutione se gerat, ut promissis respondeat, nec ullam causam promoveat, quam calumniosam esse cognoverit, & cum primum de calumnia lite cœpta, vel de Rei innocentia constiterit, ab illa desistat, etiam non expectata sententia.

Cumque ratione sui officii cogatur ad introducendas causas, in quibus de interesse Fisci agitur, nihil omninò ab Instigatoribus accipiat pro decreto, vel subscriptione cujuscumque Monitorii, etiam ad personaliter comparendum, vel alia quacunque causarum introductione. 3

In prosecutione verò causarum, tàm ipse, quàm Substituti ipsius, non nisi moderatè pro labore per eum, sive ejus Substitutos; ad utilitatem, & commodum eorundem Instigatorum subeundo, nihil verò accipiat à Reis sub quovis prætextu, & præsertim ab iis, qui obtinuerint sententiam absolutoriam, à qua ipse Procurator appellare noluerit, nec etiam pro appositione manus in mandatis de relaxando. 4

Similiter, & Substituti ipsius, pro inventariis, cassationibus processuum, citationibus, informationibus, aut alio quocunque prætextu, titulo, vel causa, nihil prorsus à Reis sive in carceribus, sivè extra eos constitutis, aut pecuniæ, aut muneris, etiam esculentum, aut proculentum, & à Jure, vel Constitutionibus permissum, accipiant, sub pœna infamiæ, privationis officii, inhabilitatis in posterum, & aliis etiam Nostro & Successorum nostrorum arbitrio. 5

Quoad expensas contumaciales, vel quæ aliàs à Reo reficiuntur, si Instigator aderit, sivè apertus, sivè secretus, qui ipsas fecerit, ipsi Instigatori Procurator Fiscalis, cui ratione condemnationis solvendæ veniunt, restituat, Ubi verò nullus adfuerit Instigator, satisfactis prius de illis Notariis pro mercede laborum suorum, residuum dictarum expensarum, cum non sit justum, Reum ex contumacia sua commodum consequi, eidem Procuratori Fisci solvatur. 6

Reos ipsi Fisci Procurator, aut ejus Substituti non interrogent, neque Testes examinent, nisi in præsentia Judicis. Atqui extra Carceres liceat eisdem cum interventu Notarii examinare, & pro assistentia sine examine Reorum, vel Testium, sivè ad offensam, sivè ad defensam, vel aliàs pro Reo productorum, nihil prorsus accipiat ipse nec ejus Substituti, & ubi in termino citationis examen Testium non intervenerit, vel Interrogatoria non dederit, Testes inducti sinè ulteriori dilatione examinentur. 7

Citatus originalem citationem non possit ultra diem penes se retinere, sed illam die sequenti restituere teneatur, in qua citatione, Pars ad cujus instantiam fit, nomen Notarii, in cujus officio causa tractatur, vel tractari debet, & Procuratoris, si principalis absit ab Urbe, debeat apponere, alioqui citatio ipsa nulla censeatur, nec ipsum Fisci Procuratorem afficiat. 8

Non det mandata de capiendo quempiam, voce vel in scriptis, nisi ubi adfuerit periculum fugæ, & Judicis copiam incontinenti habere non possit. 9

10 Et cum ad Signaturam ſpectet cauſas appellationum nomine dicti Procuratoris Fiſcalis à ſententiis contra eum latis interpoſitarum rejicere, vel committere, idem Procurator appellare non prohibeatur, verum quo ad illarum rejectionem, vel commiſſionem, pro cauſarum, vel perſonarum qualitate, Signatura ipſa occurrentibus caſibus hujuſmodi providere poterit, in cujus Commiſſionis ſignatura citetur prius, antequam ſignetur Pars, quæ ſententiam abſolutoriam obtinuit, & aliter Signatura nullius ſit roboris, vel momenti.

11 Et cum officium Procuratoris Fiſci quo ad cauſas criminales principaliter conſiſtat in proſecutione publicæ vindictæ, non ſe intromittat pro obtinendis inhibitionibus de ſuperſedendo in cauſis civilibus, præſertim uſurarum, niſi ubi de jure ad ejus inſtantiam inhiberi poteſt.

12 Nec ei concedantur litteræ ad partes pro rapiendis inditiis, niſi dato prius aliquo uno, arbitrio Judicis à quo impetrantur, & tunc non committantur alteri, quàm loci Ordinario, vel ejus Vicario, niſi ſubſiſtente probabili cauſa ſuſpicionis.

13 Nec etiam dilationes non neceſſariæ, nec debito longiores, Quinimmo potius ſtudeant Judices quam primum cauſas expedire.

14 Procurator præfatus non tractet de compoſitione cum ipſis Reis, ſed expeditioni cauſarum incumbat, & ubi Reus compoſitionem fieri petierit, non fiat niſi cum interventu Judicis, & ipſius Fiſci Procuratoris.

15 Qui etiam non proſequatur cauſam appellationis à ſententia contra eum lata, ubi adſit Inſtigator ſecretus, vel apertus, niſi data prius per eundem Inſtigatorem cautione de reficiendo expenſas, tam prioris, quàm ulterioris inſtantiæ, in eventum ſuccumbentiæ.

16 Non audiatur Fiſcus proteſtando, cauſam, quæ agitur inter Privatos, non expediri, niſi ipſo citato ſub prætextu intereſſe ipſius, niſi de illo incontinenti, quantum Judici ſufficere videbitur, docuerit.

17 Et cum ſit Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator generalis, & propterea ad eum ſpectet Procuratores Fiſcales, uti ejus Subſtitutos, in terris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deputare, illos Legati etiam de latere cum litteris patentibus dicti Procuratoris Fiſcalis ad eorum officia admittere teneantur, & faciant admitti, Qui ſubſtituti ſub pœna privationis eorum officii, ac aliis arbitrio noſtro imponendis, ipſum Procuratorem generalem de omnibus Fiſcum concernentibus, & præſertim de ſententiis, tàm abſolutoriis, quàm condemnatoriis, certiorem facere debeant.

18 Caveat autem idem Procurator generalis, nè à dictis ejus Subſtitutis, ſive pro ſubſtitutione facienda, ſivè quavis alia ratione, vel cauſa quicquam recipiat, ſed omnia emolumenta eiſdem Subſtitutis liberè & integrè dimittat.

19 Vigeſimam autem dicto Fiſci Procuratori, & centeſimam ſubſtituto ipſius de compoſitionibus, confiſcationibus, & pœnis, eorum opera, & interventu jam incameratis, id eſt facta jam incameratione, & non prius deberi, ac perſolvi volumus, & declaramus.

20 Et amplius iidem Subſtituti Fiſcales cum ad reformandos proceſſus extra Urbem mittuntur, ultra victus, & equorum impenſam, poſſint etiam debita, & taxata viatica recipere.

21 Et Fiſci Procurator ſeptem Subſtitutos habere debeat, quibus ſingulis Camera ſcuta quinque menſtrua perſolvat, videlicet quatuor Subſtitutos pro Tribunali Gubernatoris, duos pro Tribunali Auditoris Cameræ, & unum pro Tribunali Vicarii.

De Advocatis, Procuratoribus, & Solicitatoribus.

§. 18. 1 ADvocati, ſeu procuratores conſanguinei, vel affines uſque ad ſecundum gradum alicujus Judicis, vel Officialibus in cauſis coram eo pendentibus, nullo pacto valeant patrocinari. *Vide etiam Pii IV. conſt. 44. §. 10. fol. 59. lib. 2.*

2 Non omnes paſſim, ſed hi ſolum ad procurandum in Rotæ Auditorio admittantur, qui doctrinæ uſus, & morum examen ſubierint, & per ipſius Rotæ Decanum, vel alium loco Decani arbitrio Rotæ deputandum, adhibitis duobus, vel tribus Procuratoribus ab ipſorum Collegio deputatis, ſuper his univerſis approbati fuerint, unde ſiqui tales in præmiſſis idonei reperti non erunt, à Procuratoris officio removeri volumus, ac pro dicto examine aliquid exigi, vel ſolvi debere expreſsè prohibemus.

3 In Tribunalibus Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarii, & Senatoris, Procuratores non admittantur, qui non ſint prius approbati à Superioribus illius Tribunalis, & in libro particulari deſcripti.

4 Quin etiam, ut indemnitati Litigantium conſulatur, omnibus, & quibuſcunque Judicibus diſtrictè præcipimus, nè Procuratores inhabiles ad cauſas coram ipſis agendas admittant.

5 De propinis, ſeu bibalibus dandis, Procuratores, aut etiam Advocati, ſe non immiſceant, ſed curam hanc Partibus, vel earum Sollicitatoribus relinquant.

6 Stipendia modeſtè, nec ultra meritum aut ultra taxas capiant.

7 Et ſicut de quota litis, ita de fructibus, & expenſis, aut parte earum, in quibus Adverſariis condemnantur, aut aliis emolumentis, & præmio, cum Partibus in eventum victoriæ quiſquam Advocatus, vel Procurator nullatenus conveniat.

Unum

8 Unum Procuratorem idoneum cum competenti salario, qui patrocinium Pauperibus gratis præstet, singulis annis deputent Procuratores in eorum Collegio, & factam deputationem denunciet Advocato Pauperum, qui ejus opera uti, & pauperes ad eum, cùm occurrerit, mittere possit.

9 Cum Notariis, vel aliis, de gratiis registrorum, & extractuum, præterquam in Partium principalium utilitatem, & commodum, ita quod evidenter appareat per instrumentum publicum, non pacisc antur, & in his reperti culpabiles, perpetuò sint Procuratoris officio privati.

10 Notariatus aliquod officium Procuratores emere non possint, neque cum Notario societatem aliquam inire, neque in totum, neque in partem, sub pœna amissionis officii. Quod Advocatis etiam prohibitum esse volumus sub eadem pœna.

11 Sententias contra eorum Principales à Curia absentes, à quibus provocare licet, in rem judicatam transire non permittant, sed appellare, & causam committi facere teneantur, ac Principalibus suis significare, & prorogationem fatalium semel petere, sub pœna privationis officii, & aliis pœnis arbitrio Judicis.

12 Postquàm alicujus causæ patrocinium susceperint, & onus Procuratoris receperint, indefensas causas non dimittant, sed pro viribus defendant, nisi excusationem legitimam habeant à Judice approbandam, nec non secreta causarum Adversariis non revelent aliquo prætextu, vel causâ, sub iisdem pœnis.

13 Procuratores, & Solicitatores quarumcumque causarum, non possunt à suis Clientibus salarium petere, nisi conventum.

14 Pridie ejus diei quo Rota agitur, non liceat Advocatis, Procuratoribus, & Solicitatoribus, etiam tamquam amicis, vel aliter attinentibus, studia Auditorum perturbare.

15 Procuratores, qui sunt de Collegio Procuratorum, præcedant omnes alios Procuratores, licet antiquiores.

16 Neque Advocatus, neque Procurator, aut Solicitator, qui pro una parte patrocinium susc epit, in eadem causa pro altera patrocinari possit, sub pœna privationis officii, & infamiæ.

De Notarijs Tribunalium Vrbis.

1 §. 19. NUllus Notariorum cujuscumque Curiæ sive criminalium, sive civilium causarum, adeat quicquam exigere, nisi juxta taxam eis traditam quam vulgari sermone scriptam in eorum officiis appensam, ita ut ab omnibus legi possit, habere teneantur.

Ad hæc vide etiam Pium IV constit. 44. § 21. fol. 59 & constit. 57. § 32. § 63. & seq. & § 68. & seq fol 83. & Greg. XIII. constit. 26 § 6. fol. 392. & Sixt. V. constit. 72. fol. 606 li. 6.

Exerceant autem singuli (etiam quibus officia per Sedem, seù Cameram Apostolicam concessa fuissent) eorum officia per se

2 ipsos, nec illa arrendare, locare, aut in administrationem quovis modo concedere possint, sine expressa Nostra, aut Successorum nostrorum Romanorum Pontificum licentia in scriptis obtenta, & tunc non nisi Personis à Superioribus sui Tribunalis approbatis, ac recepta satisdatione de fideliter exercendo, & observandis taxis, & reformationibus.

Et loca Pia habentia aliquod simile officium illud exerceri faciant ab aliquo Viro probo ab eis stipendiato, & à Superiore sui Tribunalis approbato, qui taxas, & reformationes observare, ut supra satisdare teneatur. 3

In juramento calumniæ à Partibus præstando, Notarii Jurantem admoveat vim, & importantiam ipsius, & faciant hæc nominatim, & specificè asseri, & jurari. Primò, quod non animo calumniandi agit, vel defendit, sed quia iis pro parte sua sibi justa, videtur. Secundò, quod probationem non exiget, nisi quam pro veritate sibi necessariam putabit. Tertiò, quod nihil dedit, aut promisit, dabit, vel promittet Judicibus, aut Notario, vel testibus, aut Mediatoribus, aut alicui alteri personæ, ut sententia detur. Quartò, quod calumniandi animo aliquam dilationem non petet. Quintò, quod pactum de quota litis non fecit. Quæ Capitula per Actuarium Jurantibus declarari mandamus, sub pœna decem aureorum vice qualibet incurrenda. Et nihilominus ulterius ad scribendum in illa causa non admittatur, in actis tamen non apponatur, nisi juraſſe monitum juxta formam hujus constitutionis. 4

Nihil scribat in causis, ubi agitur de summa, vel re valoris infra quinque scuta, nisi aliter judex mandaverit. 5

Et in causis scutum unum non excedentibus, Notarii cujuscumque Curiæ nihil prorsus recipiant à Partibus, ab uno verò scuto usque ad duo, inclusivè, pariter nihil, nisi si quid à Judice fuerit eis concessum, sub pœna furti. 6

Neque possint rogari de instrumentis, quæ extra judicium fiunt ad referendum alteri, quàmvis Connotario, etiam Cameræ, vel Auditoris Cameræ, sed quilibet per se, & per proprios Substitutos, qui in ipsius officio commorantur, de dictis instrumentis rogetur, & non pro altero ad referendum. 7

Si contingat unum Notarium accipere terminum pro alio Notario ad referendum, teneatur accipere per totam illam diem, qua acceperit, relationem facere & decretum scribatur, sive subscribatur manu Notarii referentis. 8

Nec quisquam similiter possit in futurum plura Notariatus officia in diversis Tribunalibus obtinere, sed censeantur esse dicta officia inter se incomparibilia, absque Nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum licentia. 9

Et tàm Ipsi, quàm eorum Substituti non 10 possint esse Procuratores in Curia, in qua

Notarii sunt, aut Substituti officium exercent.

11 Citatione, Monitoria, seu quasvis alias provisiones extra Urbem remittendas, non expediant ad alicujus instantiam, nisi notato in actis nomine Procuratoris, Principalis, aut alterius illas obtinentis, ut si ad illarum moderationem sit procedendum, possit Pars incontinenti scire, quis sit citandus, ejusque citatio sufficiat ad obtinendam moderationem.

12 Nec sufficiat in actis exprimere nomen Procuratoris nisi is notus sit in Curia, ad hoc ut citari possit, vel saltem talis Procurator eligat domicilium, ubi citari velit.

13 In mandatis executivis vigore instrumentorum, sive apocarum relaxatis, tàm in Curia, quàm extra eam mittendis, apponitur dies, mensis, & annus instrumenti, sive apocæ, cujus vigore mandatum relaxatum fuit.

14 Similiter in relaxatione mandatorum, & quarumcumque expeditionum, tàm in Curia, quàm extra eam mittendarum, citatis Partibus, vel earum Procuratoribus aut in contradictorio judicio obtentarum, apponi debeat altera ex illis clausulis videlicet in contumaciam N. Procuratoris, vel si Procurator verè contradixerit, & in actis protestationem fecerit, loco prædictæ clausulæ scribatur, Non obstante protestatione N. ex adverso Procuratori.

15 Porrò moderatis inhibitionibus à suo Judice emanatis, nullo prætextu Notarii, lapso termino intimationis, possint obtentæ moderationis fidem retardare, nisi de impedimento verè constet in actis.

16 Notarii quorumcumque Tribunalium Urbis, excepta Rota, teneantur in quibuscumque causis etiam commissariis, intra Statum Ecclesiasticum dare litteras missivas loco Remissorialium, & pro singulis litteris hujusmodi, atque illarum instrumento etiam cum articulis, & interrogatoriis introclusis, solvatur merces juliorum novem. nec Pars hujusmodi litteras petens contra ejus voluntatem cogatur Remissoriam accipere.

17 Summaria Testium quando à Notariis dari contingit, scribantur in bona carta non bibula. & charactere intelligibili, soluta solita mercede.

18 Notarii nullam prorsus mercedem aut emolumentum etiam minimum, recipiant, quod prius in libro receptorum (quem retinere debeant) fideliter non annotaverint, cum expressione diei, causæ, & personæ solventis, ut ex eo libro Superior possit ex officio cognoscere, si quid ultra taxas indebitè receperint.

19 Cæterum de datione Cartharum pro registris, extractibus, aut copia Judiciorum non stetur libro Notarii, nec ejus annotationi, nisi cum subscriptione Partis, aut Procurationis artham dantis.

20 In Manualibus, vel Broliardis, vel libris Instrumentorum, Actorum, & fizarum quas vocant ligatarum, non dimittant Notarii folia alla in parte alba, ubi scribi solet, sed ubi sic alba remanserit, ea interlineare teneantur.

Non retineant scripturas, & jura quæcunque producta in pulpitis, sed infra biduum à die productionis, eorum productionem in manuali, seu Broliardo actorum annotare, & in filzis ponere teneantur, etiam quòd productio fuerit in calce citationis annotata Examina Reorum, & Testium quorumcunque, tàm in civilibus quàm in criminalibus, ab initio, & in ipso actu examinis describantur in libro benè compacto, & compaginato. 21

Non audeant Notarii inconsulto Judice facere ex se decretum aliquod, quantumlibet solitum, & ordinarium, nec aliquem terminum quamvis levissimum in forma, ut ajunt, servare, sed semper Judicem adeant & Citationes omnes coram eodem legant, ab eoque decreta sumant, & deinde in actis apponant, & idem servent, etiamsi terminus sit ad videndum inhiberi, juxta formam commissionis, sub pœna falsi, & privationis exercitii. 22

Citationes, & aliæ Cursorum, & Mandatariorum relationes, nullatenus in actis apponantur, nisi Cursores, & Mandatarii eas in cartulis earum subscripserint, supra subscriptionem nomen Notarii causæ appositum fuerit. 23

Citationes, & alios actus pro aliquo, vel contra aliquem non recipiant, nisi tàm Actoris quàm Rei nomen cum cognomine, & exercitii, vel habitationis, vel patriæ designatione specificè in eis exprimatur. 24

Citationes ad videndum mandari consignari pignora, non recipiant, nisi appositum sit etiam ad videndum mandari subhastari. 25

Idem non audeant differre, vel retardare publicationem, ostensionem, & lectionem Sententiarum, tàm civilium, quàm criminalium, sub prætextu non solutæ notæ ipsarum, aut registri, aut alterius cujusque mercedis sibi debitæ, Quinimmò teneantur per totum sequentem diem illas, unà cum citationibus ad sententiam, in peculiari libro, quem ad hoc habeant, registrare. 26

Quod etiam servetur in cedulis privatis Depositorum, quæ scilicet statim facta illarum productione registrentur. 27

Sententiarum, decretorum, aut aliarum quarumcumque scripturarum, tàm civilium, quàm criminalium copia unicuique petenti soluta, copiæ petitæ competenti mercede dare teneantur.

Caveant insuper Notarii scribere quemquam in actis uti instantem, protestationem producentem, seu quomodolibet comparentem, nisi is tunc præsens fuerit, nec suffragetur mandatum generale Notario datum à quavis persona, ut possit ejus nomen in causis vel actis apponere. 28

In eventum in quem in causis fiant nullitates 29

litates, quæ possint ascribi culpæ, aut negligentiæ Notarii, & Pars propter paupertatem expensas reficere non valeat, ad illas Substitutus Notarii, qui in causa scripsit, teneatur.

31 Protestationes scribantur in Broliardo eodem die, nec recipiatur in foliis volantibus, & quatenus ob eorum longitudinem in hujusmodi foliis recipiantur, statim hujusmodi receptio in Broliardo annotetur.

32 Similiter non audeant expedire mandata quæ non fuerint à Judice manu propria subscripta, & aliter expedita sint omninò, & in quacumque Curia, etiam Capitolii, nulla. Verùm dicta subscriptio gratis fiat, nec ob eam augeatur ullatenus solita impensa mandatorum.

33 Quando aliquis Notarius allegatur suspectus, & alius deputatur, una tantum merces consignanda alteri ex dictis Notariis, cui de jure persolvatur.

34 Custodiant Notarii diligenter scripturas omnes, extractus, & registra, & quibusvis Personis accommodata infra annum à die accommodationis recuperare, alioquin eis, vel aliquo eorum deperditis, illa suis sumptibus reficere teneantur.

35 In Notariorum officiis non recipiantur Substituti, Scribæ, Juvenes, vel alii quicumque ad Testes examinandos, neque ad conficienda acta civilia, aut criminalia, nisi qui prius fuerint, tam quoad sufficientiam pro munere ab eis exercendo, quàm quo ad vitæ probitatem, à Superiore Tribunalis approbati.

36 Ad Rogandum verò quælibet Instrumenta, Testamenta, & alias quascumque dispositiones, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, non admittantur, nisi prævio rigoroso examine sint prius creati Notarii ab habente facultatem, neque tamen propterea talis approbatio, principalem Notarium, sive Officialem excuset, quo minus si quid præfatorum culpa, vel facto minus rectè gestum fuerit, ipsi omninò Notarii teneantur, prout teneri volumus ad damna, expensas, & interesse Partibus damnum passis.

37 Notarii non audeant rogare, vel stipulari obligationes aliquas sivè contractus etiam parvi momenti nisi vel contrahentes ipsos Notarii benè noverint, vel ab uno saltem ex Testibus cum juramento adhibitis, cognitos esse sciant, Testesque prædicti, aut unus eorum, contrahentes, ut supra, recognoscentes, noti sint iisdem Notariis, & nihilominus in quibuscumque contractibus ultra nomen & cognomen cujuslibet contrahentium, apponatur etiam patria, & nomen Patris, aut alia similis demonstratio, atque de hujusmodi cognitione mentio fiat in instrumento, alioqui, utra pœnas infra subjectas, teneantur etiam Partibus ad omnia damna, expensas, & interesse, neque per hoc derogatum censeatur Statutis, majorem in proposito solemnitatem, vel diligentiam requirentibus.

Prohibemus insuper nè in Instrumentis, Testamentis, & aliis actibus, in quibus Testes requiruntur, Notariorum Socii, Substituti, & alii in officio illius Notarii qui rogagatur, degentes admittantur, sed alios adhiberi omninò mandamus. 38

Disdictam societatis officii teneantur Notarii non solum in Manuali registrare, sed etiam in margine instrumenti societatis annotare his verbis, videlicet. Die tali disdicta, & die tali reproducta, neque talis reproductio disdictæ in actis alterius Notarii de societate non rogari fieri possit, neque facta suffragetur, nisi quando contractus societatis extra Urbem est rogatus, vel etiam in Urbe, quando est rogatus Notarius, qui non sit actuarius alicujus Tribunalis, quibus casibus disdicta registretur in Manuali, ut supra, sub pœna in quolibet præfatorum casuum Notario principali scutorum centum, ipso jure Fisco applicandorum, & Substituto scribenti, vel de tali actu rogato sub pœna infamiæ, & suspensionis ab exercitio. 39

Idemque servetur in nominatione, nec non & in translatione periculi vitæ, quæ non suffragentur, neque cuiquam prosit, nisi Parti intra tempus ad nominandum, vel transferendum intimatæ, & per Notarios, ut supra, fuerint annotatæ. 40

Et si Notarii, eorumque Substituti, Actuarii, vel Juvenes quicunque se quoquo modo directè, vel indirectè sub quovis etiam amicitiæ nomine, vel prætextu ingesserint, interposuerint, vel tractaverint, seù mediatores fuerint in aliquo censuum, societatis officiorum, aut aliorum quorumcumque negotiorum contractu, non possint sub pœna perpetuarum triremium, ac privationis officii, ejusque proprietatis, & tituli, ipso jure Cameræ Apostolicæ applicandi, ullas pecunias, bona seù res, etiam minimæ quantitatis à quoquàm, etiam sponte dante, occasione præmissa recipere, sed sint, & esse debeant contenti debita eis mercede rogitus Instrumenti, si quod ab eis fuerit rogatum. 41

Quælibet Instrumenta subscribantur ab eo Substituto, qui illa confecit, apponendo nomen, & cognomen suum in margine finis instrumenti. 42

Instrumenta quoque in suis manualibus 43 dietim extendantur, & describantur.

Instrumenta quæcunque ab eis rogata, 44 Notarii debeant infra tres menses à die celebrati Contractus, vel Instrumenti in librum quem filzam vocant, redegisse, vel in protocollum, quod alii manuale extensorum appellant, descripsisse cum suo indice. Non derogando per hoc Statutis diligentiorem formam requirentibus.

Testamenta autem, & Codicillos Vivent- 45 tium nemini ostendant, sed fideliter recondita servent, & quatenus sint aperta, illa & illos intra tres menses in librum, ad hoc de more compactum, redigant.

Alia

46 Alia cujuſcunque generis, qualitatis, quantitatis, contractus, acta, inſtrumenta, vel ab ipſis rogata, vel apud eos producta teneantur Partibus intereſſe habentibus ad earum beneplacitum, gratis oſtendere, ipſisque copiam facere, tradere, ſoluta ſolita mercede competenti, ſine tamen die, anno, menſe, Teſtibus, ita ut nullam in judicio fidem facere poſſit.

47 Neminem tamen poſſint aſtringere ad accipiendum inſtrumenta publica, vel eorum exempla, niſi ita ipſis contrahentibus, aut aliis intereſſe habentibus placuerit.

48 Pro rogitu cujuslibet inſtrumenti, cum quibusvis conditionibus, & clauſulis, ubi non adſunt particulares taxæ, & ubi non præcedit conventio Partium, ſolvantur pro quolibet centenario ſcutorum uſque ad ſcuta mille, julii duo, à mille uſque ad quinque millia, julius unus pro quolibet ſimili centenario, à quinque mille uſque ad quamcunque ſummam, bonoreni quinque pro quolibet ſimili centenario, dummodo in totum non excedat ſumma ſcutorum viginti quinque.

49 Pro caſſatione cujuslibet inſtrumenti, ſeu retrovenditionis cenſus, vel ſimilium, cum quibusvis ceſſionibus, reſervationibus, conditionibus, ſeu translationibus, & aliis clauſulis, ubi non adſunt particulares taxæ, ſolvatur ad eamdem rationem, prout dictum eſt pro rogitu cujuslibet inſtrumenti.

50 In tradendis autem publicis inſtrumentis quo ad mercedem quicunque Notarii, ſive deſcripti in Archivio Romanæ Curiæ, ſive in Archivio Capitolii, & alii Notarii retinentes publica officia, non habentes ſpecialem taxam publicorum inſtrumentorum vel in quibus eorum taxa non diſponeret, teneantur ſervare taxam Statutorum Urbis.

51 Pro rogitu Teſtamentorum, Codicillorum, Donationum inter vivos, & cauſa mortis, ubi non adſint taxæ minores, vel ubi Notarii non ſubjiciuntur Statutis Urbis, & ubi non fuerit aliter conventum per Partes, ſi fuerint factæ à Perſonis, quarum patrimonium non excedat ſcuta quinque millia, ſolvantur jul. quinque, à quinque millibus uſque ad viginti millia, ſcutum unum, à viginti millibus uſque ad quamcunque ſummam non exigant ultra ſcuta duo.

52 Orta inter Notarios, & Litigantes, vel alios differentia ſuper ipſorum Notariorum mercede, non à Notariorum Collegii, ſeù Deputatis ab eis, ſed ab eorum Judicibus, qui non ad Menſarios, ſeu Notarios remittant, ſed ipſimet proprio ipſorum arbitrio diffiniat, inviolabiliter obſervata taxa.

53 Et quandocunque Notarii vigore hujus conſtitutionis ex facto ſuo, vel ſuorum, tenentur aliquid refundere, reſtituere, aut Partibus reſarcire, procedatur contra eos executivè, & manu regia.

54 Ad hæc Archivii privilegia illæſa eſſe cupiente, ſtatuimus, & mandamus, quod Prothonotarii, Comites Palatini, & aliquicunque habentes, vel habere prætendentes facultatem creandi Notarios, aut Spurios legitimandi, non poſſint illos creare, vel legitimare, nec jurisdictionem, aut poteſtatem aliquam in Urbe, & extra eam per unam Dei tam legalem exercere, in præjudicium Collegii Archivii, & privilegiorum ejus, juxta conſtitutionem fel. re. Leonis X. prædeceſſoris noſtri editam pridie nonas Octob. 1513. quæ incipit: Exminiſterii paſtoralis, quam innovamus, & approbamus.

55 Quodq; ſi aliquis Creditor mandatum de capiendo ratione ſuſpicionis fugæ in quocunque Tribunali, etiam Auditoris Cameræ, contra Debitorem ſuum, ut ipſius Debitoris pecunia, & bona Sequeſtrum aliquod obtinuerit, Creditor ipſe ad mandati executivi expeditionem vel aliquo modo illius ſolutionem faciendam, aut ejus taxam deponendam cogi non poſſit.

56 Juramenta ſuſpicionis fugæ, ab aliis quam à Principalibus met, vel Perſonis ad id ſpeciale mandatum habentibus, non recipiant.

57 Sequeſtra non ſcribant, etiam in cauſis mercedum, niſi in executionem mandatorum ſervatis ſervandis relaxatorum, vel niſi docto de credito, etiam extrajudicialiter arbitrio Judicis, juratoque prius de dilapidatione, aut fugæ ſuſpicione.

58 Advocatos, Procuratores, & Solicitatores pro fidejuſſoribus occaſione litium dandis nullo pacto recipiant.

59 Significationes per viam recurſus concedendas non ſcribant, niſi cum clauſula, non tamen in contumacia.

60 Alias verò ſignificationes non ſcribant, niſi vigore termini aut niſi productis juribus, vel probationibus ſuper ſolutione, aut niſi ſtante pendentia litis, ſive lite finita, vel niſi data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, quando eſſent relaxata mandata ſuſpicionis fugæ pro executione judicii, aut niſi ſtante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

61 Reſponſiones ad articulos, & juramenta ſuper partitis deciſivis, coram Judice tantum recipere poſſint, & debeant, niſi ipſe Judex aliter decreverit, ex cauſa infirmitatis, aut legitimi impedimenti Collitigantium.

62 Conſtitutionem à Nobis die prima Martii 1608. contra Notarios Criminales Urbis editam innovantes, denuò, & diſtrictè inhibendo præcipimus omnibus quibuſvis Notariis cujuſcumque Tribunalis, & Curiæ quoquomodo cauſas criminales exercentibus, nè ſub pœna privationis officiorum, & proprietatis ipſorum ipſo facto incurrenda, & Cam. noſtræ Apoſt. applicanda, aliiſque gravioribus etiam corporalibus arbitrio Judicis imponendis pœnis, audeant, vel præſumant mercedes notulæ ſententiæ, vel decreti, aut caſſationis proceſſus in relaxatione Carceratorum, ſeù abolitione quæ-

quærelarum non Carceratorum, etiam à sponte dantibus, nec etiam ad minimum accipere, nisi quando Reus ipse, fabricato processu, & præcedente plena causæ cognitione, & discussione, Fisco, & Parte, si aderit, citatis, in ipsa sententia, vel decreto vim diffinitivæ habente, & à Judice subscripto fuerit à crimine, pro quo detinebatur, vel quærelabatur, diffinitivæ tanquam innocens, vel tamquàm hactenus non repertus culpabilis, expressè absolutus.

63 Pro compositionibus verò easdem notulas decretorum, & cassationes accipere, nisi in causis, & criminibus gravibus, & gravem pœnam mœrentibus, & in quibus non solum intervenerit plena causæ cognitio, sed etiam discussio, & decreta fuerint non Judicis tantum, sed, & Procuratoris nostri Fiscalis manu subscripta, minimè possint.

64 Remissiones tamen gratiosas Bannitorum in contumaciam condemnatorum, necnon exilii, & triremium pœnarum, de ordine nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis, excipimus, in quibus iidem Notarii notulas decretorum, & cassationis processuum accipere licitè possint. In aliis autem quibuscunque casibus, contenti esse debeant sola mercede mandati de relaxando, si Rei fuerint carcerati, & si non fuerint carcerati, pariter contenti sint ea mercede, quæ, si carcerati fuissent, eis deberetur pro dicto mandato de relaxando, reprobata, prout reprobamus, omni prava consuetudine, & observantia Notariorum, ad effectum extorquendi notulam decreti in omnibus ferè decretis de relaxando, apponentium illa verba, Mandavit cassari, Amplius non molestari, Silentium imponi, vel similia.

65 Et insuper super eisdem pœnis, omnibus Notariis prohibemus, ne per se, vel alios Reos quoquomodo processatos, ad processus cassationem, aut cujuscunque sententiæ vel decreti absolutorii impetrationem, vel postulationem, per citationem ad se repræsentandum, aut ad sententiam, vel aliàs qualibet via directè, vel indirectè, aut quoquomodo, cogere, inducere, aut invitare audeant, vel præsumant, sed omnia, & quæcunque hac nostra constitutione contenta ad unguem omninò observent.

66 Et pro mandatis de excarcerando, quibus à Judice adjectum est, Gratis, nihil prorsus, & in forma Pauperum, pro medietate tantum accipiant, ideoque nec mandati mercedem ante recipiant, quàm à Iudice fuerit subscriptum, & forte receptam omninò restituant.

67 Nec pro copia indiciorum, quam effectualiter Reo non dederint, quicquam percipere (nisi loco arrhæ) debeant, & ubi Reus amplius ipsam copiam habere noluerit, etiam quod arrham dederit, ab ipso non exigant, nisi pro rata copiæ confectæ.

68 Similiter alimenta Carceratorum penes eos deposita Notarii sine ulla retentione pro depositio, vel alia qualibet diminutione, Carceratis integrè consignent.

Quicunque ex Notariis in eorum officiis 69
scribentibus in aliquo præmissorum contravenerit, pro qualibet vice pœnam scutorum vigintiquinque, aliasq; pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas, pro modo excessus à suo Judice arbitrandas, incurrat, damnaque, & interesse Partibus reficere cogatur.

Ultra præmissa diligenter per omnes No- 70
tarios cujusvis Tribunalis observanda, sancimus, ut Notarii infrascriptorum Tribunalium, etiam sequentes ordinationes, quemlibet eorum tangentes, servare debeant.

Notarii Cameræ illis qui annatas, & alia 71
jura Cameræ pro expeditionibus debita persolverint, quietantiarum, & liberationum instrumenta super solutionibus per eos factis intra triduum, juxta veterem consuetudinem, mercede solita recepta, in forma authentica tradere compellantur, aut per eos non stet quo minus tradantur. Et abstineant ab indebitis exactionibus, maximè pro obligationibus solvendi annatas.

Bullas, quarum ratione, commune, an- 72
nata, vel alia jura solvi debent Cameræ Apostol. vel quæ quomodolibet concernunt interesse dictæ Cameræ, aut Sedis Apost. sive earum continentiam, per seipsos tantum, & non per Substitutos scribant, & annotent in libris, & Bullæ registratæ auscultentur per Mensarium ipsorum Notariorum, qui in signum auscultationis manum apponere in registro, & de mala auscultatione teneri debeant. Et registra in Archivio Palatij Apostolici custodiantur.

Obligationes solvendi commune, & a- 73
lia jura Cameræ pro Monasteriis, vel Ecclesiis oneratis Pensiones, aut solvendi quindennium ratione Unionum, infrà quindecim dies ab ipsismet Notariis in libro scribantur.

De restitutis autem servetur consuetudo 74
capiendi julios duos cum dimidio Cancellariæ pro qualibet restitutione Bullarum, & non ultra.

Emolumenta eis debita, tàm ratione regi- 75
strationis Bullarum, quàm alia quæcunq; inter se certo pretio, vel aliàs quomodolibet non arrendent, nec arrendare possint.

In expeditionibus, & scripturis confi- 76
ciendis, de propositione, & commissione facta in plena Cameræ, mentionem expressam facere teneantur.

Ponant in massa communi mercedes in- 77
strumentorum omnium, tàm Cameralium, quàm interesse Cameræ activè, & passivè, seu aliàs quomodolibet concernentium, etiam extra Cameram coram Thesaurario, vel alio per nostrum, aut Successorem nostrorũ Chirographum, vel literas aut aliter deputato, rogatorũ, de quibus rogatus Notarius teneatur illa denunciare Collegio, & ut præfertur in massa ponere, dempta rata sibi pro mercede, laborum debita, juxta constitutiones ipsorum.

78 Et conficiatur liber apud eorum Mensarium dimittendus, in quo quisque Notarius in fine hebdomadæ summarium describat singulas quas fecerit expeditiones.

79 Pro expeditionibus, & sigillo in gratiosis, quando sunt plures personæ consortes, etiam si sint Congregationes, Collegia, Capitula, vel universitates, non solvatur nisi pro taxa duorum. In judicialibus verò expeditionibus non nisi pro uno tantum exigatur.

80 Et pro litteris patentibus quorumcunq; Commissariorum, tàm à Camerario, quàm à Thesaurario, vel Commissario Cameræ, etiam in partibus constitutorum, non solvatur ultra julios viginti duos in totum, computato sigillo, & mercede Secretarii, ac Notarii.

81 Mercede semel soluta juliorum quinque Notario dictæ Cameræ pro deputatione Iudicum ad solidanda computa, pro quacunq; postea subrogatione solvatur tantum medietas summæ prædictæ.

82 Notarii Gubernatoris teneant intus, vel juxta d. Palatium eorum officia separata, & in locis ita distantibus, ut Collitigatorum tumultus nullum afferre possit impedimentum.

83 Manualia Citationum, & manualia protestationem separatim, & distinctè teneant.

84 Expeditionum duos libros habeant, in quorum uno distinctè, & ordinatim annotare debeant omnes significationes per viam recursus concedendas, cum expressione nominis Collitigantium, & Curiarum, à quibus Locum tenens recursus juxta suas facultates concedet, & etiam summæ, vel valoris rei, de qua agitur; necnon omnia sequestra, & monitoria ex quavis causa decernenda.

85 In altero autem similiter annotare debeant omnia mandata executiva, non tamen in contumaciam, & omnia arresta, mandata de excarcerando, significationes dotales, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ, aut stante deposito, vel negatione, aut data cautione de stando juri & judicato solvendo, concessas, & omnes citationes, vel inhibitiones vigore commissorias, aut extra Curiam decretas, dummodo in quolibet ipsorum casuum agatur de re vel summa scutorum auri septem constituentium julios octuaginta quatuor, ut supra.

86 Listas expensarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam etiam à sponte dantibus recipiant, nisi prævio Locum tenentis decreto, & ejusdem subscriptione, in calce citationum ad videndum taxari expensas apponenda.

87 Examen Testium scribere possint duo tantum Notarii pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbaverit, & non alii.

88 Notarii Auditori Cam. ultra ea quæ sancita sunt de Tribunali Auditoris Cameræ, & de alijs Notarijs, abstineant à monitorijs jactationis, & jactationum aut alijs quibuscunque, quibus prima instantia à suis Ordinariis auferatur, exceptis casibus privilegiatis.

89 Et in Monitoriis specialibus in prima instantia, ubi permittitur, & inhibitionibus vigore appellationum, quæ ab Auditore Cam. conceduntur in partibus cum clausula, Dummodo causa summam scutorum quinquaginta excedat, & molestiæ non sint judiciales, debeant prædictam clausulam, *Dummodo causa*, scribere litteris majusculis, & loco illius clausulæ, *Dummodo molestiæ non sint judiciales*, scribere pariter litteris majusculis hæc verba, videlicet, Dummodo judicium non sit cœptum in partibus, ita ut si judicium coram aliquo Iudice competenti sit cœptum, monitorium non afficiat. Et quatenus inter Partes de dicto valore controvertatur, Auditor Cam. vel ejus in civilibus Locumtenens, constito sibi etiam extrajudicialiter, causam non excedere dictam summam, teneatur per literas missivas & absque ulla impensa dictas eorum inhibitiones, & monitoria revocare, & causas ad suos Judices remittere.

90 Et quoniam experientia compertum est, quod Notarii multoties inducunt hujusmodi Monitos, & Citatos, ut in jurisdictionem tacitè consentiant, volumus ut quando summam prædictam causa non excedit, hujusmodi consensus in jurisdictionem minimè sufficiat, nisi adsit expressus.

91 Non possint præfata mandata vigore termini in eorum officiis suscepti, quando jam mandatum à Judice causæ in alio Tribunali est relaxatum. Eo verò nondum relaxato, in arbitrio sit, & potestate Creditoris illud utrobi voluerit accipere, cogi tamen ad id non possit.

92 Atque in præfata termini susceptione non admittant aliquam conditionem, reservationem aut protestationem, terminum petentis, neque illam scribant, sed tantum simplicem debiti confessionem, & solvendi in fine termini obligationem, & non aliter.

93 Et ad effugienda incommoda, quæ ob citationes deperditas, forte etiam subtractas, frequenter occurrunt, mandamus ejusdem auditoris Cam. Notariis, ut singuli juxta veterem consuetudinem Manuale Actorum omnino conficiant, illudq; infra unius mensis spatium à die publicationis præsentium debeant inchoasse, & quanto citius perfecisse, in futurum verò illud quolibet trimestri faciant, ac Auditori Cameræ met quolibet trimestri exhibere teneantur.

94 Teneantur Notarii prædicti describere in lista omnes indistinctè informare volentes sua die, nec pro ordine, antelatione, vel informando Judice aliquid recipiant, etiam à sponte dantibus. Et lista fiat una die pro altera. Et in eventum in quem omnes in lista positi informare non potuerint, aliis præferantur in sequenti informatione.

95 Pro

95 Pro contradictis non recipiant, nisi quod verè solvitur officio Contradictarum.

Substituti Notariorum ejusdem Audito-
96 ris Tribunalis ad conficiendum acta civilia, seu criminalia, ad Testes examinandos, nec non ad roganda quælibet instrumenta, Testamenta, & alias dispositiones, ultra requisitas approbationes Auditoris Cameræ, sive ejus in civilibus, vel criminalibus Locumtenentium, non admittantur, nisi prævia etiam approbatione Collegij eorundem Notariorum, in qua Notarij ipsi de approbatione, fide, & idoneitate admittendorum, attestentur.

97 Quodque tàm Notarij sub amissionis officij, quam eorum Substituti prædicti sub Tri, remium perpetuarum pœna, aliasque societatum officiorum pecunias censuum, & aliorum cujusvis generis contractuum, nisi Procuratorio nomine, vel de ordine, consensu, aut voluntate Partium exigere, recipere, & penes se, quovis modo retinere, tractare, & habere non audeant. Et si secus fecerint, Notarij ad damna, & interesse, quæ culpa Substitutorum eorundem partibus evenerit, teneantur, & obligati sint, ac contra eos in his executivè procedi possit, & debeat.

98 Postremo dicti Notarij nihil unquam cujusvis generis scripturæ ad judicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum sit, expediant, & parti tradant, nisi cum subscriptione Auditoris, vel ejus Locumtenentis.

99 Notarij Vicarij Urbis non faciant monitoria generalia, vel specialia extra Curiam, & Urbis districtum, cùm non sit eorum officij, nec dent censuras, neque terminum super obligationibus in forma Cameræ. Neque concedant monitorium in forma Significavit, pro rebus deperditis, nisi juxta formam Concilij Tridentini.

100 Non capiant pro examine, vel literis Ordinariorum nisi quantum sibi à Con. Tridentini decretis, & reformatione sumere est permissum.

101 Pauperibus gratis dent, ut tenentur.

Notarij Rotæ in confectione registrorum,
102 rubricarum, & copiarum, remissoriis, compulsoriis, executorialibus, notis sententiarum diffinitivarum, Testium examine, & hujusmodi, hanc nostram, & alias Rotæ constitutiones accuratè observent, sub pœnis in eis contentis, quas innovamus, nec ultra, quam per eos licet, accipiant.

Literas remissoriales scribant in charta
103 juxta veterem morem à Chartulario lineata, cujus unaquæque linea contineat saltem syllabas decem, & octo, atque rotuli palmus sit linearum triginta.

Dent ijdem Notarij Rotæ petita à Parti-
104 bus expeditiones, absque requisitione depositi pro registro illius actus, vel expeditionis conficiendo, vel facto depositio, registrum de illis omninò fiat, & non relinquant folia in albis.

Facto registro conficiant Inventarium ac-
105 torum, instrumentorum, & scripturarum in eo descriptarum, Actoris primam, deinde Rei acta, & jura notando, cum adjectione foliorum, in quibus illa descripta reperiuntur, & dictum inventarium assumant initio registri.

Pro notis verò Interlocutoriarum nihil ac-
106 cipiant, quod idem de moderatis solutionibus in copiis, & publicatione Testium servetur.

Ac pro relationibus Socio faciendis de-
107 rogatis per eos nihil capiant.

Faciant præterea singuli in eorum offi-
108 cio Broliardum, qui dicitur Actorum, in quo omnes omnino provisiones, decreta, comparitiones, & protestationes, etiam à tergo citationum scriptæ notentur. Item, & mandata citationum, cum suis protestationibus, & decretis, atque aliarum rerum registrari solitarum, & ita ut nihil prorsus supersit in cartulis, quod non sit in libris descriptum.

Officia Notariorum Rotæ non conferan-
109 tur nisi personis peritis, & idoneis, quæ per seipsos illa exercere sciant, & exerceant, nisi aliqua legitima causa impediantur. Nec eo casu officia aliquibus arrendare, aut Substitutos deputare valeant, nisi à proprio Auditore approbati fuerint, qui insuper de officio fideliter exercendo, arbitrio Auditoris, cavere debeant.

Et pro ipsorum Substitutorum facto, Nota-
tij ipsi quo ad interesse Partium tanquam principaliter obligati omninò teneantur.

Pauperes omnes, qui juxta formam con-
111 stitutionum admitti debent ob juramentum paupertatis, tàm in Beneficialibus, quàm in prophanis, etiam per Procuratorem admittant, & si ille, pro quo juratur, præsens non erit, ultra Notarij, vel Procuratoris assertionem, per duos Testes de paupertate doceri debeat, ita tamen ut quicunque fuerit admittendus, non sine juramento, & obligatione pinguioris fortunæ, ut moris est, admittatur, & hoc nisi evidens sit atque notorium, quod paupertatem jurare volens, sit opulentus, quo casu illum admittere non teneantur.

Quæ omnia, & singula inviolabiliter ob-
112 servari mandamus sub pœna, ultra alias infra expressas, vigintiquinque aureorum, ac suspensionis ad sex menses pro prima vice, & si secundò erraverint, eo ipso in pœnam privationis officij, & alias hac nostra constitutione contentas, incurrant.

Quocirca quærelæ omnes Pauperum, &
113 oppressorum ad dictæ Rotæ Decanum deferantur, qui his omnibus opportunis remediis provideat, tum ne Partes opprimantur, tum opprimere ausi puniantur, & prædicta exactissimè serventur.

Notarij Consulum Agriculturæ, & cæte-
114 rum Artium taxam eis per Statuta præscriptam, & ubi aliqui ipsorum nullam minorem

taxam haberent, aliorum qui illam habent sequantur, & secundum illam exigant, & qui non habent officium titulo oneroso, exigant tantum pro medietate taxæ aliorum Notariorum Capitolinorum, & non ultra in omnibus, & per omnia.

115 Prothonotarius Senatoris non se immisceat in causis criminalibus, neque fide jussiones recipiendo, neque mandata subscribendo.

116 Notarii Capitolini deservientes Collateralibus Senatoris pro Actuariis, per se ipsos coram Collateralibus acta conscribant, nullumque aliud officium Notariatus in alia quavis Curia obtineatur.

117 Et tàm dictus Prothonotarius, necnon Maleficiorum, & Collateralium Notarii quàm Scriba Senatus, & Secretarius Conservatorum, Notarius Magistrorum Viarum, & alii omnes Notarii Curiarum Capitolii, aliquid etiam minimum non recipiant ultra taxam ipsis statutam sub quocumque prætextu.

118 Eorundem Notariorum Capitolii defunctorum, & eorum qui in posterum decedent Hæredes, ac quicunque alii scripturas eorum detinentes, exceptis iis qui emerunt officia juxta constitutionem fel. recor. Sixti Papæ Quinti prædecessoris nostri, infra quindecim dies ab obitu ipsorum Notariorum, ac publicationis præsentium respectivè computandos, scripturas prædictas cum nomine Notarii cujus fuerint, sub pœna amissionis dictarum scripturarum, & emolumentorum inde provenientium, consignent Archivio Populi Romani, cujus Custos librum teneat, in quo per inventarium dictæ scripturæ annotentur.

119 Notariorum Officia in Curia de Sabellis duo tantum habeantur, neque hic numerus ullo prætextu augeri unquam possit, & ii etiam approbandi sint ab Urbis Gubernatore pro tempore existente.

120 Notarius Curiæ Turris Nonæ observet tabulam Notariorum Curiæ Sabellorum.

121 Notarii locorum Piorum, debeant servare stilum, consuetudinem, & Taxa Tribunalis Vicarij, nec prorsus aliquid recipere ultra quod Notarii Vicarii in suis causis ordinariis recipere possunt. Qui autem ex eis gratis sunt deputati, nec habent officium titulo oneroso, non possint exigere nisi pro medietate dictæ taxæ Notariorum Vicarii, & non ultra in omnibus, & per omnia.

122 Notarius Ripettæ pro publicandis Instrumentis, & in publicam formam dandis, exigat juxta formam Statutorum Urbis.

123 Et in conficiendis extractibus servet formam Capitolinam, & normam aliis præscriptam.

124 Atque in prima instantia nullus in Curia Ripettæ fiat extractus, minusque in secunda coram Præside, nisi de utriusque partis consensu, vel Notarius fuerit juratus suspectus, ita ut acta transportari debeant, & si secus factum fuerit, qui arrham dedit, totum de suo solvere teneatur, nec ulla detur Cedula depositi.

125 Nullum mandatum Notarius dare possit pro judiciis absque Judicis licentia.

126 Singulis autem diebus etiam festivis, ab ortu solis usque ad occasum, officium apertum tenere debeat, neque ab illo discedat sine causa necessitatis.

127 Deposita non recipiat nisi usque ad summam permissam, & penes eum facta, post decretum de consignando, debeat omninò infra diem consignare sub pœna arbitrio præsidis.

De regiſtris, Extractibus, & exemplis, ſeu Copijs.

§. 20. 1 QUo ad regiſtra, & Extractus perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod in omnibus, & quibuſcunque cauſis cujuſcumque generis ordinariis, in quibuſcunque Urbis Tribunalibus, & coram quibuſvis Judicibus, nullis prorſus exceptis, motis, & movendis (quæ ſcilicet à principio via ordinaria introductæ fuerint, etiam ſi in illarum progreſſu una forſan, aut plures commiſſiones ſupervenerint, ac materia introducta via ordinaria non eſſet de juriſdictione Judicis ordinaria) nulla penitus fiant regiſtra, ſed tantum extractus ſimplices, & abſque aliqua terminorum extenſione, qui in uno confecti in quibuſvis aliis Tribunalibus, ſi ad illa tranſportantur, plenam fidem faciant in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi eſſent regiſtra extenſa.

2 Minuſque extractus in cauſis ordinariis fiant, etiam una, vel utraque partium petente, niſi de judicum licentia in ſcriptis obtenta, vel niſi acta eſſent ad alium judicem tranſportanda.

3 In verè autem commiſſariis cauſis ſummam ducatorum ducentorum auri de Camera excedentibus, quarum videlicet principia ordinariò non ſunt introducta, regiſtra quidem fiant, ſed modo infraſcripto, quem, & in extractibus prædictis ſervari volumus & mandamus.

4 Regiſtra bona, & legibilia Notarii, accuratè, & juxta normam hac noſtra conſtitutione traditam, & invocatam faciant.

5 Tam in Regiſtris, quam in Extractibus hujuſmodi conficiendis, facultates judicum ordinariorum, vel deputationes eorum Locatenentium, cum illæ ſint notoriæ, & illarum exempla publica, & impreſſa habeantur, nullatenus præinſerantur, & pro illis Notarii nihil à partibus exigant.

6 Deinde tàm in Ordinariorum extractibus, quàm in eorum, & aliorum quorumcunque Delegatorum etiam cauſarum Palatii noſtri Apoſtolici Auditorum, & S. R. E. Cardinalium regiſtris, dimittantur appoſitiones Feſtorum ordinariorum, & certorum, Si autem occurrant Feſta incerta, & repentina, in quæ caderet, obſervatio alicujus

termini,

termini, fiat mentio de illius summariè, & hoc modo, videlicet. De tali, fuit Consistorium publicum, & sic de cæteris similibus.

7 Successivè citationes, sive cum inhibitione, sive absque ea factæ, in earum reproductione nullo pacto repetantur, sed illarum executio tantum apponatur his, aut similibus verbis; Tali die reproducta fuit citatio, de qua supra, quæ fuit executa.

8 Nec monitoria Procuratoribus de solutione registri facta ponantur in registro, nisi forte ad effectum docendi de eensuris.

9 Præterea si contingat commissiones semel registratas aliis Commissionibus dependentibus præinseri, Illæ amplius non registrentur, sed annotetur folium, in quo superius fuerunt registratæ, & idem de Motibus propriis, Brevibus, & aliis Literis Apostolicis, ac aliis quibuscunque jam semel registratis.

10 Idem, & de terminorum etiam substantialium extensione observari mandamus, ut semel tantùm, pro qualibet Parte extensa non amplius extendantur, sed tantum eorum reiteratio sine extensione notetur, etiam in citatione ad sententiam.

11 Instrumenta, quæ in actis causæ rogantur, non ultra illorum notulam extendantur, quo ad ea verò, quæ producuntur, præinseratur aliquid de illorum substantia, idque succinctè, deinde illorum tenor apponatur hoc modo, Talis constituit Procuratorem suum talem, prout in instrumento, cujus tenor sequitur, & sic de aliis.

12 Consequenter tam in registris, quam extractibus causarum, in quibus per duos, vel tres annos nihil actum fuerit, non ponantur in illarum reassumptione mutatio anni, vel mensis, indictio vacantiarum, creatio Pontificis, & similia ad causam non spectantia.

13 Porrò si contingat in aliqua causa plurium recipi juramenta Testium unico contextu, in registris hujusmodi unicum juramentum, ubi omnes jurati nominentur, dumtaxat, extendatur.

14 Insuper non repetantur dignitates, vel tituli Judicum, vel locus eorum Tribunalium & Partium litigantium, sed tantum talis Judex, vel Auditor prædictus, vel talis actor, vel reus, aut procurator, aut similia.

15 Singula folia in registris confectis coram quibuscunque Tribunalibus, ac aliis Judicibus prædictis, contineant in qualibet illorum pagina ad minus lineas vigintiquatuor, & unaquæque linea ad minus duodecim syllabas, quæ scribantur litteris bonis, & intelligibilibus, & in carta bona, non infecta, nec bibula, alioque liceat unicuique tam judicum, quàm partium, vel procuratorum litigantium sola aliter scripta lacerare, & omnino debeant postmodum expensis Notarii convenienter rescribi, sive lacerata sint, sive non, aut si judici, & partibus, seu procuratoribus magis placuerit, folia sic male scripta taxentur pro medietate, vel alia rata ad judicis arbitrium.

16 Rubricellæ registrorum similiter litteris bonis, & intelligentibus scribantur, sintque fideles, & sufficientes, integrè, & exactè introscripto actui respondentes, totiusq; actus & decreti tenorem, prout in Broliardo jacet, & instrumentum diem, annum, mensem, & partium nomina, reiq; gestæ summam, vel indicem continentes.

17 Processus de partibus, itemque remissoriales, compulsoriæ, & alia, nulla scripturæ habita ratione, sive sit longa, sive sit brevis, sive excedat, sive non excedat numerum foliorum vigintiquatuor, non registrentur, neque in registris, aut extractibus describantur, sed tantum, ut dicitur, rubricentur, si rubricati non fuerint, & pro dicta rubricatione solvatur merces foliorum ipsius processus, originalis tantum.

18 Nisi quando scriptura dicti originalis in qualibet facie excederet lineas triginta, continentes in earum qualibet ultra syllabas decem & octo, quo casu excessivitas reguletur, & solvatur ad rationem linearum, & syllabarum, ut supra.

19 Copiæ, quæ instar registri, vel extractus dantur, non minori syllabarum, aut linearum numero descriptæ tradantur.

20 Instrumenta in actis rogata, etiam semel publicata, aut quæ in actis aliàs producta fuit, si repetantur, & postea registrati contingat, non solvatur merces nisi foliorum scripturæ ad rationem Registri, vel Extractus, & si non fuerint aliàs publicata, solvatur tantum tertia pars mercedis debitæ pro publicatione, cujus etiam ratio habeatur in casu quo postea sumantur in publica forma, ut scilicet tanto minus de mercede publicationis solvatur.

21 Pauperibus dentur gratis Extractus, Registra, instrumenta etiam publica, Copiæ, & aliæ quæcunque expeditiones, & scripturæ, tàm civiles, quàm criminales, & ostendantur etiam originalia Paupertum Advocato & Procuratori similiter gratis, & absque ulla impensa, & si quando contigerit probandam esse paupertatem, Testes similiter gratis, & summariè examinentur, & de paupertate stetur arbitrio Judicis.

22 Et quoniam aliquando Notarii extorquent à Partibus modicam arrham, ut postea cogere illa possint ad recipiendum Extractus, arrha non obliget, nisi in casibus in quibus Extractus jure conficiendus est.

23 Neque exigant Notarii, quicumque illi sint, etiam Archivij Romanæ Curiæ, mercedem Extractus, sivè Registri, nisi illis completis.

24 Notarii Rotæ, ultra præmissa per eos omninò servanda, rubricationes per se fideliter, & sufficienter faciant, & correspondentes actui introscripto, ut supra dictum est.

Non rubricentur processus de partibus rubricati, ut jam supra dictum est, nisi quantum illis deesse visum fuerit, nec Registra

de

de Curia, ut moris est, ligentur, & si interpretationem fieri, necesse fuerit ob idioma a latino diversum, in quo processus forte conscriptus erit, non fiat in forma Registri, sed processui de partibus, ita ut una carta Registri illius importet dimidiam ad minus processus de partibus, nisi de partium consensu id fieri convenerit.

26 De parte lucri Registrorum, vel Testium, vel copiarum, antequàm causæ suis sint Auditoribus commissæ, cum Solicitatoribus, Advocatis, vel Procuratoribus non paciscantur, nec de gratia, quam de Registro facere intendunt, veluti de dando quindecim, vel viginti folia pro ducato, ita ut personæ, cum quibus agunt, de lucro participent, sub pœna privationis, sed totum quicquid post commissam causam convenerit, partis beneficio penitus cedat.

27 Mandantes omnibus, & singulis Iudicibus & Auditoribus prædictis sub indignationis nostræ pœna, ut pro præmissorum inviolabili observatione in causis coram eis ad præsens pendentibus, & quæ in posterum pro tempore pendebunt, nulla aliter quàm ut præfertur, confecta Registra, & Extractus admittant, & recipiant, imo illa tanquam in fraudem, ac damnum Partium litigantium confecta rejiciant, suosque Notarios, & Extractus, & Registra hujusmodi juxta præmissa conficiant, cogant, & compellant, atque ut illa observentur, diligenter curam adhibeant. Districtius nihilominus inhibentes Notariis ipsis sub mille ducatorum auri de Camera, partim Partibus litigantibus, partim Cameræ Apostolicæ applicandorum, ac privationis, & amissionis Notariatus per quemcunque Contravenientem eo ipso incurrendis pœnis, ne de cætero in causis, in quibus Notarij deputati fuerint, & scripserint, Registra, & Extractus aliter, quàm ut præfertur, omnibus semotis fraudibus, conficere audeant, seu præsumant. Volumus tamen, & mandamus, quod Gubernator Urbis, & Auditor Cameræ cumulativè possint, & debeant, etiam ex officio, & partibus non instantibus, inquirere etiam extrajudicialiter, & manu Regia, an Notarij cujusvis Tribunalis præmissa servent, & contravenientes supradictis pœnis punire, prout etiam ipsimet Scribæ Extractuum, & Registrorum, qui in illis scribendis præmissa omnia non servaverint, possint ab eisdem eorum arbitrio pœnis puniri, non obstante quavis appellatione, reclamatione aut recursu.

De Cursoribus, & Mandatariis.

1 CUrsores, & Mandatarii quicumque, eorum officium fideliter, & ea qua decet, integritate, diligentia, peritia & discretione exerceant.

Vide etiam Pij IV. const. 58. §. 32. & seq. fol. 85. & seq. lib. 2.

2 Ad dicta officia non admittantur Personæ suspectæ de falsitate, & qui nesciant legere, vel scribere latinè, neque infirmi non valentes ambulare propriis pedibus, vel Senes excedentes annum sexagesimum.

3 Cursores solitam, & debitam assistentiam irreprehensibiliter observent, Consistoria publica, & privata, necnon alias solemnitates, & divina officia intimari solita, fideliter debito tempore intiment Cardinalibus, & aliis, quibus tenentur absque præmij, & mercedis alicujus expectatione, nisi solita antiquitus, & consueta.

4 Citationes, & intimationes personales, vel ad domum, vel in valvis, & locis publicis tàm Cursores, quàm mandatarij pro eorum officio, & Curiis quibus serviunt, fideliter, & maturè faciant, & factas referant, & contra proprias Personas non suppositas, vel falsas, aut non cognitas per eos sub pœna amissionis officij. Et quando Personæ citandæ eis notæ non sunt, non assertioni partis, sed duorum Testium testimonio, de Citandorum qualitate veram notitiam habentium stare debeant, aliàs executionem citationis facere, vel factæ referre non debeant sub simili pœna, & pro falsariis habeantur contrarium facientes, sintque statuta mercede contenti, novas angarias non faciant, neque inducant.

5 Relationes de citationibus personaliter executis, nisi sit Persona citanti cognita, & personaliter apprehensa, tam Cursores, quam Mandatarij facere non audeant, neque debeant.

6 Nec possint Cursores, vel Mandatarij citationes ab aliis Cursoribus, vel Mandatariis executas subscribere etiam quod inter se citationes, vel Urbis Regiones distribuant, sed illemet Cursor, vel Mandatarius, qui citationem est executus, in pede ejusdem debeat fidem & relationem facere factæ per eum executionis sub pœna falsi.

7 Officia pro alio, vel aliis in attendam capere, vel exercere non debeant, nec possint.

8 Caveant etiam ab appaltu citationum, super quibus quodvis pactum cum quibusvis personis iniri omnino interdicimus.

9 Insuper curent, tàm Cursores, quàm Mandatarii omnes citationes personaliter exequi. Et si personas commodè habere non poterunt, teneantur dimittere citationum copiam in manibus alicujus de familia, qui si non adsit, aut fores aperire nolint, citationes affigant ad januam domus sibi cognitæ, adhibito tamen uno Teste, & relationes in scriptis dumtaxat referre debeant exprimendo an personaliter, vel domi dimissa copia, vel affixa, in casibus præmissis, qui in citatione exprimi debeant, & an ad statim, vel ad hodie per totam, seù ad primam diem, vel aliam fecerint, sub pœnis prædictis.

10 Præterea citationes, & earum copiæ Citatis dimittendæ, vel affigendæ, tàm à Cursoribus, quàm à Mandatariis, fiant omnino bono, & intelligibili charactere, & dictæ copiæ subscribantur à Cursoribus, & Mandatariis, qui eas exequuntur, ut in omnem casum

casum possint ad eum qui ea fecerit, recurri.

11 Citationes, intimationes, & alia, non exequantur prædicti sive personaliter, sive domi dimissa copia, post tertiam horam noctis, Per affixionem autem in casibus præmissis non nisi de die, & tunc in relationibus exprimant fecisse de die, dimissa copia affixa in tali loco.

12 In citationibus, & aliis nomen tàm Actoris, quàm Rei, cum cognomine, exercitio, vel habitationis, vel patriæ designatione exprimant.

13 Iidem Cursores, & Mandatarii in subhastationibus pignorum affigere debeant ad valvas officii, in quo fit subhastatio, oblationes, quæ dictim fiunt pro pignoribus captis subhastandis.

14 In citationibus, Ad videndum mandati consignari pignora, apponant etiam. Et videndum mandati subhastari.

15 Pignora omnia ab Executoribus quibuscumque eis consignanda, ordinatim singulariter adnotare debeant in eorum libris, exprimendo rerum qualitates, & quantitates, nomen Executoris, & Collitigantium.

16 Oblationes recipiendas adnotare debeant in eorum libris, cum appositione anni, mensis & diei, ac expressione nominis, cognominis, exercitii, vel habitationis, vel patriæ Offerentium.

17 Non recipiant oblationes cujuscumq; Officialis illius Tribunalis in quo facta est executio, nec ipsius Officialibus inservientium, neque Notariorum, & aliorum Juvenum Tribunalis, neque ipsorum Cursorum & Mandatariorum Affinium, vel Consanguineorum usque ad tertium gradum.

18 Minus officium ipsorum cuiquam impartiri dolosè recusent, vel differant, nec etiam sub prætextu modicæ mercedis, vel quòd majorem habere velint.

19 Cursores (ad quos spectat) commissiones ad bancum Cursorum perventas, statim scribant, & in libro soluto annotent, ita ut ab omnibus videri possint, nec quovis modo aliquā Commissionem non adnotatam, vel occultatam penes se retineant.

20 Quicumque ex Cursoribus, & Mandatariis, qui in aliquo præmissorum contravenerit, pœnam scutorum decem pro qualibet vice, aliasque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas, privationisque officij pro modo excessus à suo Judice arbitrandas incurrat, damnaque, & interesse Partibus reficere compellatur.

21 Cursores pro qualibet citatione, inhibitione, vel quavis alia intimatione cujuslibet actus judiciarii, non exigant ultra bononenos duos, nisi forsan executio citationis, vel alterius actus judiciarii hujusmodi facienda esset in loco satis distanti à Tribunalibus Urbis, quo casu exigere possint bononenos quatuor, & non ultra. Et loca intelligantur esse distantia, exempli gratia, si executio sit facienda in regione Transtyberim, Montium, Trivii, & non longè ab Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Populo. Et extra mœnia Urbis (in illius tamen Suburbiis) non ultra carolenum unum.

Pro citatione verò, inhibitione, vel intimatione simili, facienda contra Episcopos & Prælatos, ac alias personas qualificatas, & Procuratores Fisci, non ultra bononenos quinque. 22

Pro citationibus, vel executionibus, aut intimationibus quarumcumque literarum extra Curiam, & in partibus faciendis, statuta, & debita eis antiquitus mercede sint contenti, & ultra exigere non audeant. 23

Pro subhastatione quorumcumque pignorum tam mobilium, quàm immobilium, idē Cursores exigant, prout hactenus exigere consueverunt. 24

Pro deliberatione verò, custodia, vel recuperatione pignorum, aut alio prætextu, etiam quando bona non sunt posita sub hasta, nihil, etiam à sponte dantibus, recipiant. 25

Nec quisquàm ipsorum pro ea intimatione, qua Parti intimatur, mandatum procuræ esse in actis productum, vel Procuratores in causa esse revocatos, ultra julium unum percipere audeant, etiam si dictum procuræ mandatum de partibus veniret. 26

Et pro prima Commissione, per quam causa coram aliquo Judice introducitur, exigant bononenos quinquaginta, & pro aliis verò, si quæ in causa supervenerint, bononenos decem, & octo, etiam quod dictæ Commissiones post primam supervenientes adderent, aliquid, vel alterarent jurisdictionem, aut haberent aliquam novam clausulam, vel admitterent aliquem Tertium pro suo interesse ad causam, quocumque contrario usu, vel potius abusu non obstante. 27

Diem præsentationis in Commissionibus appellationum, vel principalibus in causis, manu propria, antequam præsentent, vel in Arca eas ponant, seu, ut vulgo dicitur, incapsent, verè, & fideliter ponere teneantur, nec sine tali manus, & nominis appositione, ultra manum Magistri Cursorum dictæ Commissiones ponantur in Arca. 28

Cæterum Mandatarii quarumcumque Curiarum, non exigant ultra bononenum unum pro citatione, nisi facienda sit in longinquis locis ab eorum Curiis, quo casu exigant duos & non ultras itemque exigant duos bononenos pro intimatione cujuslibet sequestri, monitorii, inhibitionis, decreti, & cujuscumque actus judiciarii, exceptis citationibus faciendis contra Fiscum, pro quibus exigere possint bononenos tres. 29

Pro subhastatione, & deliberatione pignorum, sive rerum & bonorum mobilium, & immobilium, usque ad summam trium scutorum, bononenum unum pro quolibet scuto, ab inde supra bononenos duos 30

duos pro quolibet scuto, ita tamen, quòd ultra unum scutum non exigant pro quacumque summa, etiam, quòd res subhastatæ, & deliberatæ ad magnam summam ascendant.

De Baroncellis, & Executoribus.

1 §. 22. BAroncelli, & Executores omnes quarumcunque Curiarum, observent in omnibus, & per omnia tabulam, ordinationes, & taxam de mandato nostro editas, & pro exequutione quacunque nihil ultra prædictam taxam, & mercedem eis assignatam, etiam à sponte dantibus recipiant, sub pœnis in ea contentis.

Ad hæc vide etiam P. j IV. const. 58 §. 30 & §. 31 fol. 81 & 84 lib. 2.

2 Quinimo nec debitam mercedem, nec aliud quicquam, etiam à sponte dantibus recipiant, nisi facta verè, & realiter exequutione reali, vel personali, aut captis pignoribus, quorum retractus si non sufficeret, ita ut sit opus nova exequutione, novam propterea mercedem recipere non possint, sed teneatur denuò gratis, & toties idem mandatum exequi, donec integrè Creditor satisfiat.

3 Quo verò ad pignorum in exequutione captorum custodiam, subhastationem, & restitutionem, quo res integrè, & sine ulla fraude fiat, quisque Magistratus in suo Tribunali suum quemque Depositarium eligat, & deputet penes quem pignora conserventur.

4 Capta autem pignora, debeant Baroncelli, & Exequutores per totam sequentem diem consignare Depositario, quem quisque Magistratus ad hoc, hujus nostræ Constitutionis authoritate, deputaverit.

5 Quæ pignora fideliter describantur in libris ad hunc effectum, specialiter per quemlibet Baroncellum, Exequutorem, & Depositarium, ut supra, deputandum, retinendis, cum annotatione quantitatis, & qualitatis bonorum, diei, & Exequutoris.

6 Et quando contingit poni sub hasta bona in partibus existentia vigore mandati in Urbe relaxati, volumus, & mandamus, præter edicta, & diligentias in loco subhastationis, & judicij fieri solitas, fieri debere etiam in loco ubi, vel in cujus territorio bona ipsa subhastanda reperiuntur, pro reperiendis Oblatoribus, nec aliter posse ad deliberationem deveniri, nisi habita prius ab Officiali illius loci relatione de edictis ibi publicatis.

7 Ad hæc in pignorum subhastationibus, si lapso ad offerendum tempore quispiam plus obtulerit, non fiat deliberatio, nisi intimato eo qui prius licitando vicerat, ut possit iterum si velit per totam sequentem diem plus offerre, alioqui oblatio, & deliberatio illi,
8 cui facta est non suffragetur.

Cum autem in Exequutionibus realibus contigerit recipi cautionem in forma depositi, aut pignora alicui in depositum tradi, non credatur de hoc Exequutoribus nisi vel cum subscriptione ipsiusmet depositarij à tergo mandati, vel cum interventu duorum Testium, quorum nomina similiter à tergo mandati describantur, ac deinde in prædictum librum referantur.

9 Mandata civilia, Birruarij, vel exequutores, non exequantur in diebus festivis, neque de nocte, nisi sint mandata suspicionis fugæ, neque de die in domo januis clausis, nisi Parte citata, & cum speciali decreto Judicis.

10 Mandata sibi à Partibus consignata, teneantur infra triduum exequi, vel illa Partibus petentibus restituere, & casu quo mandata aliqua ipsis consignata perdiderint, ad sumptus duplicatorum extrahendorum teneri decernimus.

11 Et ostensa Exequutoribus Carta dotali, Non gravetur, vel Inhibitione aliqua, nihil exigant mercedis, neque faciant exequutionem aliquam, & si quam fecerint, gratis restituant.

12 Quando autem Exequutor asserit aliquam exequutionem non fecisse, eo quia sibi exhibito fuerit Non gravetur, vel Carta dotalis, vel Inhibitio, debeat sumere ejus copiam, si brevis est, vel saltem annotare diem, Notarium, & Judicem, qui hujusmodi inhibitionem, aut Non gravetur, aut Cartam dotalem concessit, alias Exequutor Judicis arbitrio puniatur.

13 Restituat quilibet Exequutorum prædictorum exequutiones, sive bona in executione capta gratis, quotiescunque Judex id mandaverit.

14 Porrò, traditis sibi mandatis de consignandis pignoribus in exequutione captis, non possint Exequutores, eorum consignationem vigore cujusvis impedimenti supervenientis effugere, vel differre, sed teneantur omninò dicta pignora consignare.

15 Cæterum nullus Exequutor, aut Birruarius, possit mandata civilia exequi alterius Tribunalis, quàm ejus, in quo sunt ipsi exequutores, exceptis Exequutoribus, aut Birruariis Gubernatoris Urbis, Vicarii, Auditoris Cameræ, Senatoris, & Burgi, pro quibus omnibus teneantur eorum Baroncelli, contra quos quocunque casu procedatur exequutivè, & manu regia.

16 Baroncelli autem, & cæteri Exequutores Urbis, possint ad exequutionem procedere contra committentes fraudes, & facere, ut sunt inventiones, eo modo quo Extraordinarij, & alij Curiæ Capitolinæ, & Conservatorum Exequutores faciunt, dummodo in fraude deprehensos ad ipsos Conservatores deferant, & deducant, habeantque partem pœnarum hujusmodi inventionum, sicuti & dicti Extraordinarij.

17 Nec quispiam eorum, qui exequutionem non fecerit, sub prætextu quod facta fuerit exequutio ab eo Exequutore, à quo fieri non poterat, vel in loco, in quo certus exequutor deputatus erat, aliquid prorsus à Partibus, contra quas exequutio facta fuerit,

rit sub pœna furti audeant exigere.

18 Capti cum mandato de adducendo ad præsentiam, non carcerentur, nec ad carceres, nisi de expresso ordine Judicis illius, qui mandatum relaxavit, ducantur, etiam quòd ipsius Judicis præsentia commodè haberi non possit.

19 Baroncelli non exigant à Carceratis quicquam ratione expensarum in Exploratoribus factarum.

20 Baroncelli, & alii Exequutores quarumcunque Curiarum, Extraordinariis majoribus, in spectantibus ad eorum officium obedire teneantur.

21 Quicumque in præmissis, ac alijs sibi vetitis, aut ordinatis contravenerit, pro modo excessus etiam corporalibus pœnis, ac etiam privationis officij, Superioris sui arbitrio plectatur, damnaque & interesse Partibus reficere cogatur, pro quibus damnis, & interesse quilibet Baroncellus cujuscumque Curiæ, pro suis Exequutoribus, & Birruariis obligatus sit.

De Carceribus, & Carceratis, & eorum Visitatoribus & Custodibus.

1 §. 25. CArceres Curiæ Sabellorum, Turris Nonæ, & Capitolij, nullo pacto locentur, sed eorum custodiam, & officium Commentariensis ipsorum carcerum Domini, sub certa mercede, deputent aliquem Virum probum à Gubernatore Vrbis, & quoad Capitolium à Senatore approbatum. Et quatenus de licentia Nostra, vel Successorum nostrorum Romanorum Pontificum locentur, Conductores approbentur à Gubernatore, & Senatore respectivè, qui etiam possint ipsos Conductores, ex causis illis benè visis, & ad eorum libitum, removere.

Ad hæc vide etiã Paul. III. const. 44. §. 1. 28. 81.

2 Gubernator Vrbis semel in mense, unà cum Pauperum, & Fisci Advocatis, & Procuratoribus, ac Deputatis à Societatibus Charitatis, & Pietatis, ultra Visitationem ordinariam semel in hebdomada fieri solitam (quam omninò fieri volumus, & mandamus) visitet Carceres tàm secretos, quam publicos per se ipsum, ne Carcerati indebitè a Custodibus carcerum malè tractentur. Atque, ut tabula novissimè edita, & in ipsis carceribus affixa tenenda, observetur, provideat.

3 Protector autem Charitatis, & illius Deputati, cum interventu Gubernatoris, & Fisci Procuratoris, eligat duos Medicos fideles, & expertos, unum scilicet Physicum, alterum verò Chirurgum, qui visitent Carceratos infirmos, & curent, ac de eorum infirmitate, cum opus fuerit, fidem gratis faciant eidem Gubernatori, & alijs Judicibus, providentque eisdem de competenti salario, ex pœnis maleficiorum solvendo.

4 Eligat etiam in primis aliquem Presbyterum sæcularem, vel regularem, qui confessiones ipsorum Infirmorum, vel aliorum Carceratorum (non tamen ultimo supplicio damnatorum, postquàm in manibus Executorum consignati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis Misericordiæ spectat) audiat, eosque Carceratos visitet, ac spiritualiter consuletur.

Triremes bis in anno visitentur à Commissario ad id deputato. 5

Visitator verò carcerum, qui nunc à Societate Pietatis Carceratorum eligitur, & deputatur, quolibet die post carcerum visitationem ad Advocatum Pauperum accedere, & sibi nomina eorum, qui in dies carcerantur in scriptis, & pariter etiam Judicibus deferre teneatur. 6 7

Capsæ omnes elemosynarum, quæ fiunt Carceratis, clausæ teneantur, & claves sint penes Pauperum Advocatum, qui suo arbitrio eas aperiat, & eleemosynas in eis repertas distribuat inter Carceratos, qui facultatem se alendi, & alimenta aliunde non habent. 8

Carcerati in Ripa, præsententur in Visitatione Capitolij; Carcerati verò in Burgo, præsententur in Visitatione Turris Nonæ, & Visitationes intimentur Camerario Ripæ, & Judici Burgi per Procuratores Pauperum.

Cæterum omnes de carcere ad carcerem, occasione Visitationis transportandos, Birruarii cujusvis Tribunalis requisiti, transportare debeant gratis, & nihil prorsus recipiant etiam nomine muneris, sub pœna privationis officij, & trium ictuum funis publicè infligenda. 9

Citationes contra Carceratos in carceribus exequendæ, non nisi personaliter fiant. 10

Arresta contra Debitores aliter, quàm præcedente mandato servatis servandis relaxata, nulla sint, & eis non obstantibus arrestati relaxentur. 11

Alimenta Debitoribus carceratis ex decreto præstanda, deponantur anticipatè saltem pro decem diebus, & integra Carceratis solvantur, & consignentur absque ulla diminutione, vel retentione. 12

Carcerati pro testibus, quibus ab Instigatore, vel Fisco præstari debent alimenta necessaria, quàm diu ibi detinebuntur, expediti statim relaxentur gratis ubique, nec pro dictis alimentis, sivè expensis ullatenus retineantur, sed carcerum Custodes illa exigant ab Instigatoribus vel Fisco. 13

Instrumenta satisdationum pro Carceratis in partibus datarum, vel receptatum, non nisi Parte, cujus interest, citata, in actis producantur; & aliter producta non suffragentur, & Notarij, qui ea sine Partis citatione receperit, periculo recepta intelligantur. 14

Julius dati solitus Cancellario Baroncelli pro quolibet Carcerato relaxando, solvatur Cancellario duntaxat Baroncelli Gubernatoris, & non aliis cujusvis alterius Tribunalis, & quando mandatum erit 15

signatum grátis, nihil, quando verò in forma Pauperum, non nisi medietatem judici Cancellarius præfatus possit, & audeat exigere, sub pœna arbitrio Visitatorum.

16 Relaxati à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebantur per spatium horæ, non possint pro civili causa capi, & carcerari.

17 Relaxati verò à carceribus ob non præstationem alimentorum, possint quidem, volente quandocumque Creditore alimenta præstare, denuò carcerati, sed non cum eodem mandato, nisi prævia nova citatione, & facto alimentorum deposito, saltem pro quindecim diebus, aut amplius, arbitrio Judicis.

18 Pauperes carcerati, quando sunt in casu liberationis liberentur, & relaxentur gratis ubique quod Judices, Notarios, Executores, carcerum Custodes, & alios omnes, nec quicquam pro nota sententiæ, vel decreti, Judicum propinis, aut quibusvis juribus Fiscalibus solvere teneantur.

19 Etsi cum exilio relaxentur, conserventur insolita exemptione non solvendi Custodibus carcerum expensas victus habitas in carceribus, & juxta formam mandatorum statim, ac liberè dimittantur.

20 Custodes quorumcumque carcerum, seù Commentarienses, observent, & ipsi tabulam post præsentem constitutionem suo loco imprimendam, quàm etiam Publicè affixam teneant, & alias ordinationes, & decreta ipsos concernentia, sub pœnis contentis in eis

21 Observent insuper, & executioni semper demandent quicquid communi Visitatorum voto fuerit deliberatum, & in observantes eorundem Visitatorum arbitrio puniantur.

22 Et post decretum à Visitatoribus factum derelaxando Debitorem, Custodes ad instantiam cujusvis Creditoris arresta eadem die non recipiant, sed nec etiam postea ad instantiam illius Creditoris, qui eum detinebat, nisi arrestum fuerit, à duobus Visitatoribus subscriptum.

23 Teneantur etiam dicti Custodes, post publicam Visitationem carcerum, a Visitatoribus, seù ab Advocato Pauperum requisiti, dare notam Carceratorum criminalium in secretis existentium, cum expressione temporis, & Judicis.

24 Ex infirmos, etiam pro civili causa detentos, teneantur ponere in Valetudinario, quod infirmariam appellant.

25 Detentos in publicis carceribus superibus, & in mediis, quolibet die conducant ad audiendam Missam.

26 Nullum recipiant in carceres, quem prius non describant in libro Carceratorum cujus mandato, ad cujus instantiam, & proqua causa captus, & an pro suspicione fugæ. Alioquin Carceratus non descriptus ad nullas victus, aut carceris expensas teneatur,

27 Ac bona, vel pecuniæ, quæ penes ipsum ad carceres ductum reperiuntur, facto inventario in ejusdem Carcerati præsentia, cum duo Testibus consignentur Custodi carcerum, qui teneatur omnia integrè restituere ad mandatum Judicis, qui illum capi fecit.

Nec possint Custodes, vel Capitanei quicquam alimentorum Carceratis auferre, vel sibi retinere, prætextu alimentorum præstitorum, sub Pœna privationis officij, & alijs arbitrio Visitatorum. 28

Detentis in secretis carceribus, nullo pacto directè, vel indirectè prohibeant, vel impediant, quo minus alimenta aliundè deferantur, facta tamen prius per se ipsos Custodes diligenti inquisitione, nè apodissa, vel quid aliud in sæculis transmittatur, nisi aliud sibi à Judice demandatum fuerit: Atque in tali casu alimentorum aliundè habitorum, non possint Custodes quicquàm a dictis Carceratis neque pro alimentis, alia de causa prætendere. 29 30

A Carceratis autem in publicis carceribus, & ut dicitur, ad largam existentibus, nihil pro camera, passeggio, vel etiam alimentis ultra quinque dies, petere possint.

Similiter in transportatione Carceratorum ad alios carceres demandato Judicis facienda, vel pro extractione a carceribus, ad effectum alicujus contractus, vel obligationis faciendæ, aut etiam pro extractione compedum nihil recipiant. 31

Nec pro arresto ab Arrestantibus, etiam sponte dantibus plus exigant, vel recipiant quam a Carcerato exigitur pro relaxatione a carceribus. 32

Non permittant in publicis Mulierum carceribus, neque ad earum ferreos cancellos, seù fenestras, aliquem alium Carceratum accedare, seù versari, 33

Et ubi Judices in mandati de excarcerando apponunt clausulam, Absquè alia manu, etiam Procuratoris Fisci, vel Commissarij Cameræ respectivè, Custodes obedire, & Carceratos dimittere teneantur, licet Procurator Fisci, aut Commissarius Cameræ respective manum opponere recusaverit. 34

De facultatibus Visitatorum carcerum.

§. 24. Visitatorum carcerum possint relaxare Debitores à carceribus ex causis infrà scriptis. 1

Primò concedendo dilationem, data cautione de solvendo infra tempus assignatum, & hoc præsertim, quando Visitatores considerant retentionem Debitoris cedere non solum in ipsius ptæjudicium, verum etiam Creditorum, cum Debitor in carceribus existens, efficiatur deterioris conditionis, & dies minus solvendo, ubi extra carceres facilùs intra tempus assignatum modum satisfaciendi reperturus sit, & hoc dummodo Creditores sint ditiores, & ære alieno non onerati. 2

Ad hæc vide de cõit. 4. Pauli III. fol. 68. lib. 1. & conſt. 61. Pij V. fol. 105. lib. 2.

Secun-

3 Secundo, relaxare possint Debitorem, qui licet non habeat pecunias in promptu, habet tamen tot bona, ex quorum venditione potest Creditoribus satisfieri, & ex tunc consensit eorundem bonorum subhastationi, & Visitatores hoc faciant, facta prius per Debitorem indicatione suorum omnium bonorum, ac data cautione de se repræsentando, in eisdem statu, & terminis, in quibus carceratus reperitur, in casu impedimenti, vel quod bona non sufficiant.

4 Et si bona non sufficiant, & bonis cedere velit, neque biretum viri de deferre, non nisi de omnium Creditorum consensu, quemquam relaxare possint.

5 Idemque servetur etiam, quod clarum sit, Debitores nullum prorsus habere modum satisfaciendi Creditoribus suis, nisi ex sudore vultus sui.

6 Tertiò, relaxare possint, quando Creditor executionem habet realem, & est in bonis captis per executionem sibi bene cautum.

7 Quartò, in casu infirmitatis, Creditores eorum sumptibus Pauperibus debitoribus alimenta, & medicamenta ministrent in carceribus quibus Creditoribus recusantibus, relaxentur, habita fide à Medicis deputatis & data cautione, si illam habent, sin minus recepta juratoria cautione, de se repræsentando, postquam convaluerint, Quod servetur etiam in debitoribus non paupertibus infirmis, qui data pariter cautione de se repræsentando, ut supra sub pœna debiti relaxari
8 possint.

Quintò, relaxentur Debitores, quando cognitas eorum paupertate, & pertinacia Creditoris, qui tamen non sit æquè pauper ei mandatum fuit, ut carcerato Debitori sub ministret alimenta, & ipse hoc facere recusat, Quandocumque autem Debitori relaxato Creditor paratus si alimenta præstare, possit illum cogere ad redeundum ad carceres, prout supra dispositum est.
9

Sextò, relaxentur Mulieres pro debito civili detentæ, quando sunt honestæ, etiam si captæ sint
10 pro debito publico.

Septimò, relaxare possint Debitores, qui ex natura debiti de jure non tenentur ultra id, quod facere possunt, tunc enim nec carcerari poterant, & propterea contra bona, est executio
11 dirigenda.

Octavò, relaxentur Debitores capti ut suspecti de fuga, data cautione de se repræsentando,
12 sub pœna debiti.

Nonò, relaxentur Debitores, facta cessione bonorum prout de jure, & servata forma Constitutionum fel. rec. Pij Papæ IV. incip. Cupientes Mercatoribus, & Pij Papæ V. incip.
13 Reverendi Domini Visitatores

Decimò, relaxentur Debitores nulliter, & indebitè capti, de qua nullitate manifesta con-
14 stet.

In quibus omnibus relaxationibus sint præsentes Judices, qui mandata relaxarunt & uti edocti, atque instructi de meritis causæ rationem reddant.

Et in præmissis habeatur ratio paupertatis 15
Creditoris, & an debitor calumniosè diu litem sustinuerit, fatigando Creditorem expensis, & laboribus, & in aliam dilationem habuerit, & Creditori non satisfecerit, non constituto de legitimo impedimento. Et in his omnibus Visitatores arbitrio utantur, & pensatis qualitatibus tam Creditoris, quam Debitoris, ac facultatibus, & natura debiti, decernant ea, quæ juri, & æquitati, & utilitati etiam Creditorum conveniant,

Cum autem à Visitatoribus Carcerum 16
fuerit alicus Carcerati causa commissa alteri Judici, quàm illi, qui mandatum de carcerando relaxavit, maneat nihilominus dictæ causæ Notarius is, per cujus acta fuit relaxatum mandatum & id ipsum servetur quandocumque contigerit cautionem aliquam recipi per alium, quàm causæ Notarium, quo casus, qui cautionem recipit, teneatur dictæ cautionis integram fidem, & authentica, dare causæ Notario.

Quando in Visitatione alicui Carcerato 17
dilatio videtur concedenda, illa semper intelligatur concessa etiam quoad executionem realem, nisi in specie in decreto sit apposita clausula, sine præjudicio executionis realis.

Atqui Præsides Carcerum, & alii, quibus 18
à dictis carcerum, Visitatoribus alicujus Carcerati causa commissa est, cum Carceratum à carceribus relaxarint, nullo pacto se amplius in principalis causæ cognitionem immisceant, sed merita suo Judici cognoscenda relinquant.

De Prothomedico, & Aromatariis.

§ 25. PRothomedicus in visitatione Aro- 1
2 Item, dalli Decapitati, ò altrimente morti, ò puniti per giustitia, ò da qualsiuoglia altro condonnato à morte, galera, ò altra pena, ancorche vi fosse de beni loro, non possino pigliare nè panni, nè cosa alcuna per loro essecutione, ò altro conto, ma detti beni si consegnino à chi di ragione, sotto le sudette pene.

3 Per cattura di quelli che conduranno prigione per causa capitale, ò meritevole di morte, ò siano assoluti per sentenza, ò commutatli la pena, ò in quasiuoglia altro caso non possino per loro essecutione pigliar più d'vno scudo.

4 E meritando la causa non pena di morte, ma galera, esilio, mutilatione di membro, ò frusta, ò che siano assoluti per sentenza, ò commutatali la pena, ò rimessa, ò in qualsiuoglia altro caso, per essecutione e cattura, non possino pigliar più di giuli cinque; e dalli puniti niente come si è detto.

5 Nelle cause civili per essecutione reale ò personale, per la somma di scudi cinque, piglino due carlini: e da cinque scudi sino à dieci, tre giuli: e da dieci scudi sino à venti, giuli cinque; e da venti scudi sino à quaranta, giuli dieci; e da quaranta sino à scudi settanta, giuli quindeci, da settanta sino à cento giuli venti, e da cento sino à cinquecento, scudi tre, e da cinquecento sino à mille, scudi quattro, e facendosi essecutione per maggior somma, si paghi ad arbitrio del Guidice, di mandato del quale sarà fatta l'essecutione, purche non passi la somma di scudi sei al piu, eccettuando li Guidici di Corte Sauella, Torre di Nona, Ripa, e Ripetta, li quali non possino eccedere la detta Tassa, senaa licenza del Gouernatore, ouero Auditora della Camera, ò del Chierico Presidente delle Ripe, respettiuamente, eccettuando ancora i mandati della Corte del Gouernatore, nelli quali si osserui la sua Tassa, quale è minore per la pouertà de' Litiganti, che concorrono ad essa Corte.

Per mandati di metter in possesso de' beni stabili, senza espressione di somma, vno scudo, è non piu, e doue sia la somma espressa, si osserui come sopra. 6

Per mandato di sospetto di fuga, sino alla somma di scudi quaranta, si pigli secondo la tassa predetta, e da quaranta in sù, per qualsiuoglia somma, non più di vno scudo. 7

Per essecutione fatta in animali, si osserui il medesimo, nè si facci pagar cosa alcuna per la capezza, come già per abuso si è fatto alcuna volta. 8

Per essecutione fatta fuori di Roma fra tre miglia, ò sia civile, ò criminale, si osserui come dentro di Roma, e se oltre tre miglia, & in qualsiuoglia Citta, ò Castello ancora oltre quaranta miglia, gli essecutori di Roma habbino l'essecutione, che si paga in Roma duplicata, ma se saranno Essecutori d'altre Città, si paghi duplicata la tassa, che si osserua in quel luogo doue si fa l'essecutione. 9

Occorrendo caso non compreso in questa Tassa, si stia alla dichiaratione del Giudice, che ha tassato il mandato, eccetto li sopradetti Giudici di Corte Sauella, Torre Nona Ripa, e Ripetta, li quali non possino fare tal dichiaratione senza licenza del Gouernatore, ò Auditore della Camera, ò Præsidente delle Ripe respettiuamente, come di sopra. 10

Nessun Barigello, ne Essecutore predetto ardisca pigliar denari dalli Debitori per la loro essecutione, se effettualmente non la fanno, nè differire l'essecutione, della quale sono ricercati, ma debbano esseguirla quanto prima, nè dal Creditore pigliar denari, se non in caso che il Debitore non sia obligato à pagarlo. E mostrata che gli sia certa dotale, inhibitione, ò non grauetur, non piglino cosa alcuna, nè faccino essecutione, e facendola, la restituischino gratis. 11

Facendo cattura in casa d'alcuno, non possino pigliar arme d'alcuna sorte, se non prohibite, come archibugetti, etiam sotto pretesto, che il Prigione l'habbia portate in tempo prohibito. 12

Non ardischino senz'ordine particolare del Giudice della causa andare con Notarii à far inventario di robbe, & in caso, che li sia ordinato, non possino pigliare 13

più d' vno scudo in caso d' homicidio seguito, in ogni altro caso non piu di giuli cinque.

14 Dalli poueri non possino per qualsiuoglia mandato esiger cosa alcuna, ma siano tenuti lasciargli gratis, senza vn quattrino di spesa, ò pigliare solamente la metà di quello, che verria, secondo che li mandati sarranno sottoscritti, ò gratis, o in forma pauperum.

15 Alli quali mandati così sottoscritti, nessun Barigello, Capitano, ò altro ministro ardisca replicare, mà subito eseguirli, e quando li mandati saranno segnati gratis, non si ricerchi sottoscrittione di Barigello, ò essecutore, & il gratis, ò in forma pauperum, s' intenda tanto per il Notaro, quanto per gl' essecutori.

16 Non possino pigliar mercede, nè altro, se non fatta realmente l'essecutione, ò reale, ò personale, e per la rata d' essecutione fatta; & essendo vna volta sodisfatti, siano obligati ritornare quante volte bisognerà à fare nuoua essecutione, sin tanto che il Creditore sia intieramente sodisfatto, senz' altra nuoua mercede.

17 Quelli, che contrauerranno alle cose prè dette alle quali non è prescritta pena, incorrano per la prima volta la pena di tre tratti di corda; per la seconda, della frusta per la Città; e per la terza, della galera, da esseguirsi irremissibilmente dalli sudetti Giudici senz' alcuna speranza di gratia.

18 Et accio ch'ogn'vno possa hauer notitia delli detti Ordini, è Tasse, tanto li Barigelli, & essecutori, quanto li Capitani delle carceri, siano obligati tenere continuamente detti decreti stampati in vna tauola affissa nel muro, in parte, che ogn'vno possi vederli, e leggerla d'ogn'hora. Auuertendo particularmentee, che dalle persone ignoranti non si pigli oltre il douere, sotto le pene sudette di scudi cinquanta, d' applicarsi à S. Leonardo, & altre pene più graui.

Iurisdictio, & facultates Auditoris generalis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ.

PAVLVS EPISCOPVS Servus servorum Dei

1 Dilecto filio Magistro Joan. Dominico Spinulæ Presbytero Januensi, utriusque Juris Doctori, causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, Notario, & familiari nostro, salutē, & Apostolicam benedictionem. Eximiæ fidelitatis, & prudentiæ, necnon operosa, ac grata devotionis, & familiaritatis obsequia, quæ Nobis, & Apostolicæ Sedi jam dudum impendisti, & de præsenti assiduis studiis impendere non desistis, Generis quoque nobilitas, literarum scientia, eximia doctrina, & in rebus gerendis experientia, ac dexteritas, probitatis præterea, & integritatis, atque aliarum quamplurimarum virtutum exempla, & ingentes animi dotes, quibus clarere dignosceris, Teque longo rerum usu insignitum, necnon quos ex Tibi hactenus nedum per Nos, sed etiam alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, commissis negotiis præveniſſe, & in dies prævenire laudabiles fructus cognovimus jam exinde conceptam in Nobis spem, & expectationem majorem accendunt, ac pollicentur haud dubiè, quòd ea, quæ tibi etiam, de cætero duxerimus committenda, etiam quàm maxima, arduaque negotia, summa, & eò majori prudentia, ac diligentia exequeris, quo personam tuam inposterum condignis honoribus, gratiis, & favoribus magis propitiis à Nobis cognoveris decoratam. Cùm itaque officium generalis Auditoratus, seu audientiæ causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, quod nuper dilectus filius noster Petrus Paulus Sanctæ Rom. Eccl. Cardin. Crescentius nuncupatus, tempore assumptionis de eius persona ad Cardinalatus honorem per Nos nuper de Fratrum nostrorum consilio, Apostolica auctoritate factæ, obtinebat, ex eo, quòd illud per assumptionem præfatam harum serie vacare decernimus, per decretū hujusmodi vacaverit, & vacet ad præsens. Nos volentes te Clericum Cameræ Apostolicæ, ac in utraquè Signatura nostra Referendarium, etiam continuum Commensalem nostrum, cuius personam generis nobilitatem claram, ac in gerendis rebus quibuscumque etiam in maximis, negotiis etiam gravioribus pertractandis aptam, necnon quamplurimarum egregiarum virtutum meritis commendatam, inter cæteros Romanæ Curiæ Prælatos ad tanti officii regimen, & ministerium duximus assumendam, & in illius assecutionem cæteris anteponendam favore prosequi gratiæ specialis, Teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon singulorum privilegiorum, indultorum, & facultatum prædicto, & quibuscumque aliis officiis, Collegiis, Tribunalibus, & locis Piis urbis, eorumque Judicibus, Rectoribus, & Protectoribus, ac aliis personis quomodolibet, & quandocumque, etiam sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis concessorum, ac scripturarum, aliarumque literarum desuper confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, & insertis habentes, de tuis probatis fide integritate, & diligentiâ plurimùm in Domino confisi; Motu proprio, non ad tuam

Conceditur officium A.C. Motu proprio tuam

tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, Officium prædictum, sive ut præmittitur, sive aliàs quovis, quem haberi volumus pro expresso, modo vacans cum Officio Correctoriæ, seu Correctoris Archivii dictæ Curiæ, & aliis illi annexis, ac omnibus, & singulis illius honoribus, præeminentiis, prærogativis, jocalibus, exemptionibus, immunitatibus, jurisdictionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, necnon (salva dismembratione, & separatione sex millium scutorum annuorum monetæ Romanæ, decem juliis ejusdem monetæ pro quolibet scuto hujusmodi computatis, ex fructibus dicti Officii Auditoratus per fœl. record. Sixtum Papam V. Prædecessorem nostrum factis, seu sex millibus scutis prædictæ Cameræ aliàs applicatis salvis remanentibus) cum juribus, regalibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis consuetis, ac debitis; necnon facultatibus, & indultis, ac decretis, etiam in ordine, & modo procedendi in causis præfato Petro Paulo Cardinali, & aliis, qui pro tempore fuerunt Causarum Curiæ hujusmodi Generalibus Auditoribus, ac per piæ memoriæ Julium II. Leonem Decimum, Clementem Septimum, Paulum Tertium, & Julium etiam Tertium, ac prædictum Sixtum, & Gregorium Decimum Quartum, aliosque quoscunque Romanos Pontifices etiam Prædecessores nostros, ac Nos & Sedem prædictam, sub quibuscunque tenoribus, ac cum quibus vis clausulis, & decretis tam in forma brevis, quàm sub plumbo expeditis literis ac alias ex usu, stylo, consuetudine que quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & assignamus. Teque ad tui vitam, nostrum, & pro tempore existentis Rom. Pontificis, ac dilecti filii nostri Petri tit. SS. Joan. & Pauli Presb. Cardinalis Aldobrandini nuncupati moderni, & pro tempore existentis ipsius S. R.E. Camerarii, & causarum Curiæ Cam. hujusmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, præeminentiis, prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, jurisdictionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, concessionibus, indultis, juribus, regalibus, emolumentis, facultatibus & decretis prædictis, eisdem auctoritate, & tenore, constituimus, & deputamus, ac in locum dicti P. Pauli Cardinalis quoad hujusmodi Auditoratus Officium, ejusque liberum exercitium quoad vixeris, substituimus, & subrogamus. Teque ad Auditoriatus & Correctoriæ officia hujusmodi, & eorum liberum exercitium, ac omnia, & singula prædicta, ex nunc admittimus, & recipimus, & per Petrum Cardinalem modernum, ac pro tempore existentem Camerarium prædictum, necnon dilectos filios dictæ Cam. Præsidentes, Clericos, cæterosque ad quos spectat, & spectabit, tam in Camera, quàm extra eam, recipi, & admitti, atque tibi de juribus, regalibus, jocalibus, taxis, proventibus, obventionibus, emolumentis, & aliis supradictis integre responderi, & satisfieri mandamus ac volumus, & etiam præcipimus.

2. Tibique indulgemus, quòd si te in quibuscunque causis criminalibus, etiam ubi pœna sanguinis, ultimi supplicii imponenda erit, seu imponetur, aut de hujusmodi causis tractandum fuerit, in posterum aliquando contigerit immiscere, nullam ob id irregularitatis, vel inhabilitatis cujuscunque, seu aliam censuram Ecclesiasticam aut infamiæ maculam, sive notam, nec alia incurras impedimenta, dummodo sententiam sanguinis per te ipsum non feras, neque votum subscribas.

A.C. immiscendo se in criminalib. non incurrit irregularitatem.

3. Ac etiam tibi per Te, seu alium, vel alios idoneum, vel idoneos Locumtenentem, seu Locumtenentes, & Officiales, vel Vicegerentes tuos, quos, & quando pro tempore duxeris assumendos, aut deputandos, de omnibus & singulis causis, modis, & formis infrascriptis cognoscendi, & decidendi facultatem concedimus per præsentes.

4. Quòd tu videlicet, tam in causis obligationum in forma Cameræ, quàm in forma juris Quarentigiæ, vel Ripæ, & Ripettæ celebratarum; ac etiam in aliis obligationibus, in quibus etiam absque obligatione in forma Cam. Debitores consenserint in mandatum exequutivum unica citatione, vel etiam sine citatione, & quarum obligationum, vel consensuum vigore in aliis Tribunalibus executive, vel per relaxationem mandatorum proceditur quovis modo; solus, præterquam inter Cives Romanos, inter quos privilegium, seu constitutionem ultimo loco per recolendæ memoriæ Pium Papam IV. similiter Prædecessorem nostrum in favorem Populi Romani; Motu proprio factam, servari volumus.

Solus procedit in causis oblig. Cameralium ubivis locorum contractarum, præterquam in dependentibus à litibus alibi introductis, & inter Cives Rom.

5. Alii verò quicumque etiam Rom. Curiæ Judices in similibus causis, nullatenus nullòque modo procedere possint. Ac de omnibus, & singulis obligationibus in forma Cam. ubivis locorum, & inter quascunque personas factis, vel faciendis, iis dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus à litibus, & causis in eadem Camera, aut coram aliis Judicibus pro tempore introductis, factæ, & receptæ fuerint, & tunc non per viam censurarum, sed per viam mandati executivi cognoscas.

6. Ita ut quascunque causas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia super ipsius obligationibus, aliisque omnibus supradictis in alio, quàm Auditoratus hujusmodi Tribunali, præterquam in vim specialis commissionis nostræ, de dictis obligationibus specialem mentionem facientis, motæ fuerint, in illarum statu, gradu, & terminis, in quibus reperiuntur, tua ordinaria auctoritate, exceptis dumtaxat causis Curiæ Capitolinæ contra dictos Cives Romanos pro tempore juxta formam dicti privilegii motis reassumere, & etiam Judicibus quibus

Causas oblig. Cameral. ab aliis Judicibus etiam Commissariis reassumit & inhibet sub pœnis.

bus fuerint commissa, ac coram quibus illæ pendebunt, ne in eis, aut de illis quoquomodo, aut quovis quæsito colore directè, vel indirectè, illisque, ac omnibus, & singulis quibuscunque aliis Judicibus, eorumque Locatenentibus, ac Auditoribus, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, ne in exceptionibus, ac processibus prædictarum obligationum, ac contractuum de cætero contra tenorem præsentium ad instantiam cujusvis Personæ, Collegii, Universitatis, Capitulorum, & quorumvis etiam privilegiatorum, sub excommunicationis latæ sententiæ, indignationisque nostræ pœnis, ac Partibus ipsis, & Notariis, Procuratoribus, Sollicitatoribus, Executoribus, ac Officialibus sub ejusdem censuris, & pœnis, ac privationis officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, necnon quingentorum ducatorum Fisco, & eidem Cameræ applicandorum, refectionisque expensarum Partibus arbitrio tuo, & nullitatis processuum inde sequentium, & sequutorum quovis modo directè, vel indirectè, se intromittere præsumant, inhibere, & quicquid secus super his contigerit attentari irritum, & inane existat, & esse censeatur, prout ita decernimus.

7. Quodque Tu solus vigore dictarum obligationum censuras Ecclesiasticas promulgare.

Solus vigore oblig. Camer. promulgat. censuras,

8. Necnon omnes, & singulas spirituales, Ecclesiasticas, ac prophanas, & quorumvis etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, eorumque, ac nostrorum Familiarium, & continuorum Commensalium, necnon quorumcunque Prælatorum in ipsa Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Universitatum, eorundemque Principum Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, eandem Curiam sequentium, ac Familiarium eorumdem, & ipsis Curiæ causarum hujusmodi Auditoris Notariorum, & eorum Familiarium, Campsorum quoque, & quorumvis Mercatorum, ac Pensionum annuarum super fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis, ac eorum fructuum etiam loco Pensionum hujusmodi reservatorum, & assignatorum, etiam si eorum, & earum solutio non sit in prædicta Curia, sed in partibus facienda.

Cognoscit causas omnes spirituales, Ecclesiasticas, & prophanas, tam civiles, quàm criminales & mixtas.

9. Et quascunque aliàs etiam commissarias causas, tam civiles, quàm (absque alicujus irregularitatis, seu inhabilitatis, aut infamiæ, vel cujusvis alterius sententiæ, censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ incursu) criminales, & mixtas, conjunctim, vel divisim in eadem Curia quomodocunque, & qualitercunque motas, & movendas, ac inter quascunque Partes, etiam per viam Inquisitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes; & quæ per appellationem à gravaminibus illatis, & inferri cominatis, seu sententiis diffinitivis, vel interloquutoriis, à quibusvis Judicibus Ordinariis, & Arbitris, atque Arbitratoribus in Curia, & Urbe prædictis (Vicario nostro, ac Gubernatore, & Senatore ipsius Urbis, Judicibusque Capitolinis dumtaxat exceptis) ac extra easdem Curiam, & Urbem, à quibuscunque Judicibus ordinariis, vel delegatis, seu Arbitris vel Arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, & eorum Vicelegatis in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis, aut aliis eorum Gubernatoribus, vel Officialibus, & quibusvis in feudum, seu Vicariatum, seu aliàs quomodolibet concessis & pro tempore latis, & promulgatis, interpositam, seu aliàs ad eandem Sedem per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recursus, à quibuscunque sententiis quorumcunque Ordinariorum, etiam extra Statum Ecclesiasticum hactenus devolutæ sunt, & in posterum devolventur.

Cognoscit causas appellationum à sententiis quorumvis Judicum, etiam de partibus Vicario, Gubernatore, Senatore, & Judicibus Capitolinis exceptis.

10. Eas videlicet, in quibus non agetur ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re verum valorem prædictæ summæ non excedente, seu quæ inter, & contra Mercatores dictæ Curiæ pro quibuscunque negotiis ad quamcunque summam ascendant, & pro Notariis tuis, ac inter, & contra ipsos, ac eorum familias, pro tempore vertentur, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola veritate inspecta, & manu Regia absque observatione terminorum, qui de stylo, seu ordinatione Palatii Apostolici, aut alias observari consueverunt, seu consueverint, etiam privatione quoad alia Tribunalia: aliàs verò summam prædictam, aut illius valorem excedentem, ac inter, & contra alios quam Mercatores vertentes, servatis terminis, & alias summariè, prout in Beneficialibus.

11. Eisdemque terminis quomodocunque malè, & nulliter, præposterè, & confusè tentis, pro minore Partium dispendio, etiam unico contextu, citatione, & audientia reiteratis, etiam per affixionem citationum pro tempore faciendarum, ad valvas ipsorum Citandorum habitationis, quoad obligatos in forma Cam. seu Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, ac aliis supradictis formis executivis, & quoad alios aliter obligatos, ubi non agetur de majore, quàm de viginti ducatorum summa, audire, cognoscere, decidere, & fine debito terminare.

12. Necnon de omnibus, & singulis quibuscunque, & quantumcunque enormibus criminibus, delictis, & excessibus, tam in Urbe, & Curia prædictis, quàm extra eas, per quoscunque tam ejusdem Curiæ, atque Sedis Officiales, quàm dictam Sedem sequentes, & alios etiam à jurisdictione Ordinariorum exemptos, ac dictæ Sedis immediatè subjectos, cujuscunque Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, primatialis vel majoris, & per quoscunque alios, cujuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per-

Cognoscit causas quorumvis delictorum, & excessuum tam in Urbe, quàm extra, per quoscunq; etiã Curiales, & Exẽptos.

perpetratis, vel perpetrandis, tam ad Procuratoris Fiscalis denunciationem, & promotionem, quàm etiam partium accusationem, vel etiam instigationem, seu ex mero officio, quoad omnes privativè, per Notarios tuos, eorumque Substitutos, ac inter, & contra eos, ac alios in eorum officiis, & in tuis ea solùm inquirere, & super illis, tam per viam Inquisitionis, quàm accusationis, seu denunciationis, & institutionis hujusmodi procedere, & culpabiles repertos juxta suorum excessuum exigentiam & qualitatem quovis modo, absque alicujus irregularitatis, aut alterius censuræ Ecclesiasticæ hujusmodi incursu, punire.

Exequitur literas Apostolicas.

13. Ita tamen, quòd monitoria contra Episcopos, vel alios eorum Superiores prædictos ad comparendum personaliter nisi prævia commissione manu nostra signata, non decernas.

14. Et insuper, quòd quascunque literas Apostolicas generales & particulares, tam sub plumbo etiam per officium Audientiæ nostrarum litterarum contradictarum, ac per officium minoris gratiæ, quàm in forma brevis expeditas, & quarum solam signaturam sufficere concessum fuerit, supplicationes, per Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, aut in ejusdem Pontificis, seu nostra præsentia signatas, necnon literas pro tempore existentium Camerarii, & Pœnitentiarii majoris, nostrorum (dummodo in illis, & litteris Apostolicis prædictis alii executores deputati non fuerint) solus, in quibus verò deputati erunt, cumulativè cum illis, exequi, & super illis processus debitos in forma solita, etiam cum promulgatione censurarum in similibus promulgari solitarum, decernere.

Exequitur sententias per quoscunque Judices, tàm in curia, quàm extra latas.

15. Ac per Te, tuosque Locumtenentes, seu Vicegerentes, & Officiales, aut Deputatos, & quosvis alios, tam Ecclesiasticos, quàm sæculares Judices, & tam Delegatos, quàm Subdelegatos, ac etiam causarum dicti Palatii Auditores, vel Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem, tam in specie, quàm in genere, ac aliàs quomodolibet in eadem Curia, & extra eam pro tempore latarum sententiarum, necnon quorumcunque processuum generalium, vel specialium, tam in die Cœnæ Domini, quàm aliàs, cum censurarum & pœnarum Ecclesiasticarum fulminatione, fieri solitorum, executionem, quas etiam si Delegatis, aut subdelegatis prædictis, vel quibusvis aliis etiam specialiter per Nos, & Sedem prædictam commissæ fuerint, tibi cumulativè, & non privativè commissas esse volumus, atque decernimus, servatis terminis in Tribunali Auditoris Cameræ hujusmodi servari solitis, etiam singulis diebus & horis, prout in ordinariis consuetum est facere, illasque & illos debitæ executioni, etiamsi opus fuerit cum auxilii Brachii sæcularis invocatione, demandare.

16. Ac quascunque Communitates, Universitates, Collegia, Capitula, necnon etiam extra dictam curiam degentes Personas, pro debitis per eas in eadem curia contractis, aut salario, seu contractu in ipsa curia inito, degentes verò in eadem Curia, seu Curiales Ecclesiasticos & Sæculares, vel Regulares etiam ab ipsa curia absentes, cujuscunque gradus, status, ordinis, & etiam Pontificalis dignitatis, vel præeminentiæ existentes, pro quibusvis rebus, & pecuniarum summis ad quorumvis, etiam absentium, quorum interierit, pro tempore instantiam, quoties expedierit, etiam per Edictum publicum, constito summariè, & extrajudicialiter de non tuto ad eos accessu, ad satisfaciendum de eorum debitis, & præstandum ea, ad quæ pro tempore tenebuntur, monere & citare.

Literas compulsoriales & remissoriales decernit

17. Ac literas quascunque remissoriales, & compulsoriales, tam generales, quàm speciales, ubi, & quoties opus fuerit arbitrio tuo decernere.

Inhibet in vim Eugenianæ & Leonianæ.

18. Necnon etiam in vim Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, ac Leoninæ Constitutionum, & cujuscunque illarum extensionis inhibere.

Monitoria & citationes extra Curiam, etiam per Edict. decernit, panasque & mulctas infligit, & pro ejus arbit. relaxat.

19. An monitoria, citationes, & inhibitiones ad partes, etiam per simile edictum decernere: eos quoque arrestare, & carcerare, ac si tibi videbitur, quascunque pœnas, & mulctas eodem arbitrio tuo dimittere, & relaxare, atque per delictorum, & excessuum, necnon criminum qualitate quibusvis pro tempore delinquentibus per te, tuosque Locumtenentes, Vicesgerentes, & Officiales infligere & imponere.

Excommunicat, suspendit, interdicit, & aggravat.

20. Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, & à divinis suspendere generaliter, vel specialiter interdicere, ac sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas per Te, & Locumtenentes, ac alios tuos prædictos pro tempore latas, etiam iteratis vicibus aggravare.

21. Et quod à te, vel Locumtenentibus, & aliis prædictis pro tempore excommunicati, seu aliàs censurati, ab aliis, quàm à Te, vel Locumtenentibus, & aliis tuis hujusmodi, etiam de partium consensu, præterquam in mortis articulo constituti absolvi non possint, ad evitandas collusiones, statuere.

22. Et cùm tibi visum fuerit expedire Communitates & Universitates, Collegia, Capitula, & Personas quascunque à quibusvis sententiis, censuris & pœnis, ac mulctis Ecclesiasticis spiritualibus vel temporalibus, tam per Te, & Locumtenentes, ac alios tuos præfatos, quàm per alios inflictis, in diebus Paschalibus, et Natalitiis cum reincidentia absolvere. Necnon sententias, censuras et pœnas, ac mulctas hujusmodi, et quæcunque interdicta suspendere, tollere, et eis relaxare.

Exequitur oblig. Camer.

23. Obligationes quoque in forma Cam. etiam per mortem Debitoris, quoad illius bona

bona post mortem Debitoris.

bona tantum, etiam per viam confessionis debiti per aliquem ex Procuratoribus, in qualiber obligatione constitutis, more solito faciendas, & hæredibus legitimè citatis, seu aliàs arbitrio tuo exequi, & executioni demandari facere.

Habet omnia Privilegia suis auctoribus quomodolibet concessa.

24. Et generaliter omnia, & singula, quæ ad officium Auditoris causarum Curiæ hujusmodi de Jure, vel privilegio, aut usu, seu literis, & consuetudine prædictis olim spectabant, & quæ illi, qui pro tempore fuerunt causarum Cu. hujusmodi Auditores juxta concessas eis facultates, facere, & decernere, mandare, statuere, ordinare, & exequi quomodolibet potuerunt, seu consueverunt facere, dicere, mandare, statuere, & ordinare, decernere & exequi, liberè & licitè valeas. Processus & sententias, quas tu, & Locumtenentes, ac aliis à te deputati prædicti pro tempore habueritis, & tuleritis, ac reliqua omnia, quæ in præmissis, & circa ea aut quodlibet eorum feceritis, duxeritis, mandaveritis, statueritis, & ordinaveritis, rata & grata habituri, ac facturi ea omnia, auctore Domino, ab omnibus, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

25. Insuper eisdem auctoritate, & potestatis plenitudine, tam literas Julii II. & Leonis X. aliorumque prædecessorum hujusmodi, quàm omnia & singula privilegia, indulta, facultates, jurisdictiones, & gratias officio Auditoratus, & Auditoribus prædictis, quomodoliber concessa, ac cum omnibus, & singulis in eisdem contentis clausulis, singulas denique literas, quorum omnium, & singulorum, ac literarum Prædecessorum hujusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pariter præsentibus haberi volumus pro expressis, auctoritate, & tenore prædictis, approbamus, confirmamus, & innovamus, ac illa perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, eaque omnia & singula ad officium Auditoriatus, & pro tempore existentem Auditorem hujusmodi, perinde, ac si in eis specialiter, & expressè, ac pro individuo, & pro eis, seu in illorum favorem statuta & ordinata fuissent, harum serie extendimus & ampliamus.

Beneficiū cap. Odoardus & Pervenit, & simil. quoad obligatos in forma Cam. non suffragantur.

26. Quodque Constitutiones, quæ Odoardus, & Pervenit incipiunt, & quævis alternativæ, seu moratoriæ, & dilationes etiam salinariæ per quoscunque etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clericos Cameræ, & ipsius Cameræ Camerarium, pro tempore decretæ, quoad obligatos, ut suprà, tam respectu bonorum, quàm personarum, nullatenus prosint, quinimò obligationes prædictæ debitæ executioni demandentur, & etiam post mortem debitoris quoad bona.

27. Etiam quacunque appellatione, & super inde obtenta commissione, de hujusmodi obligatione expressam mentionem non faciente, aut discussione hæreditatis ubilibet pendente, si per Creditores data fuerit donea cautio in forma depositi de restituendo id, quod receperint, prioribus & potioribus Creditoribus in eventum succumbentiæ non obstantibus.

Procedit omnibus, tam in Cappella, quam in aliis actibus publicis & privatis, præter Gubernatorem & Oratores principis, si prælati fuerint.

28. Ac etiam, quòd tu Auditor in Capella nostra, & aliis actibus, tam publicis quam privatis primum locum post dictum Gubernatorem, & Oratores Principum si Prælati fuerint, habeas, volumus, statuimus, & ordinamus, Tibique pariter indulgemus, Ac similiter tibi, Contradictores & Rebelles, tibique in præmissis non parentes, opportunis juris remediis compescendi, & ad id, si opus fuerit, auxilium Brachii sæcularis invocandi, cæteraque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna, tam in dicta Urbe, quàm ubique locorum faciendi, & exequendi, juxta facultates aliàs tunc officium Auditoratus hujusmodi obtinentibus attributas.

Habet facultates Visitandi extra Urbem in benef. suum Carceratorū.

29. Necnon pariter Tibi, tuisque in officio Auditoratus hujusmodi successoribus quoscunque Pauperes extra Romanam Curiam pro debitis civilibus, & vigore tuorum, & pro tempore existentis Auditoris Cam. mandatorum Carceratos, tuo, & tuorum in officio Auditoratus successorum hujusmodi arbitrio, juxta facultates desuper Visitatoribus Carcerum Urbis prædictæ per Constitutiones piæ memoriæ Pauli II. & Pii V. Romanorum Pontificum pariter Prædecessorum nostrorum, ad favorem Pauperum Carceratorum aditas, relaxandi, & relaxari faciendi.

Miserabiles personas pro summa scut. 50. præsert. aliis Creditoribus etiam anterioribus.

30. Necnon quoscunque Pauperes, & verè miserabiles in causis tui Tribunalis, tam motis quàm movendis pro tempore comparentes, constito prius summariè, & extrajudicialiter, quantum tibi sufficere videbitur, de eorum paupertate & miseria, ad satisfactionem crediti, cujus creditores fuerint, usque ad summam quinquaginta scutorum inclusivè, pro quolibet Creditore paupere, & miserabili hujusmodi, etiam si cæteris Creditoribus ptiores, & potiores non extiterint admittendi, ac eis de ipso eorum credito satisfaciendi, & satisfieri faciendi & mandandi realiter, & cum effectu.

Citat quoscunque per Edictum, constito de non tuto accessu.

31. Præterea quoscunque ubi, & quando ac quoties opus fuerit, etiam per Edictum publicum, constito summariè, & extrajudicialiter de non tuto accessu, ac etiam sub Ecclesiasticis censuris, & pecuniariis, aliisque pœnis imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monendi et inhibendi, ac in eventum non paritionis, sententias, censuras, et pœnas hujusmodi, declarandi, aggravandi, reaggravandi, excommunicandi, interdicendi, auxiliumque Brachii sæcularis si opus fuerit invocandi, Perpetuum quoque silentium, omni, et quacunque appellatione et recursu remotis, desuper imponendi, ac alia omnia, et singula in præmissis, et

circa

circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi, & exercendi, juxta concessionem aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum desuper, ipsum Auditoratus officium obtinentibus, ut præmittitur factarum, tenorem, plenam, & liberam, eisdem auctoritate, & tenore, concedimus, & impartimur facultatē, & potestatem; ac ita tibi mandamus, statuimus, & ordinamus.

Cognoscit causas super pecuniis ad cambium usurariè per Mercatores Urbis accipiendis inhibendo Gubernatori Urbis.

32. Postremo, ut omnes, & quascunque causas, tam per Te, quàm per Locumtenentes, & alios deputatos tuos prædictos, super omnibus & singulis articulis, negotiis & causis in constitutione, seu Motu proprio per prædictum Pium prædecessorem, pro pecuniis ad cambium, & recambium usurariè, & malo modo per Mercatores dictæ Urbis accipiendis, facta contentis, & dependentibus ab eis, prout pro singulorum casuum circumstantiis aliàs de jure tibi faciendum videbitur, non obstante facultate sub forma Motus proprii per prædictum Pium prædecessorem in favorem dicti Gubernatoris concessa, Partibus Justitiam ministrando, audiendas, in quibus non tanquam specialis Commissarius, sed prout Auditor Cameræ hujusmodi in similibus causis, juxta tenorem facultatum suarum, & ordinarium ejus Curiæ stylum, consuevit, procedas, cum potestate citandi, & inhibendi, ac quascunque inhibitiones, per dictæ Urbis Gubernatorem decretas revocandi, & Criminalitates contra mercatores tollendi, aliasque, & alia quæ in præmissis, & circa ea fuerint necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & aliàs in omnibus, & per omnia juxta concessionem per eosdem Romanos Pontifices prædecessores nostros suo tempore Curiæ causarum ejusdem Cameræ generalibus Auditoribus factarum, tenorem, per easdem præsentes tibi committimus & mandamus.

Papa inhibet quibuscunque Judicibus & personis, etiam si Card. fuerint sub pœnis ne se in oblig. Camer. intromittant.

33. Mandantes propterea, & districtius inhibentes, quibuscunque Judicibus, & personis quocunque nomine nuncupatis, ac quovis privilegio muniris, etiamsi ejusdem S. R. E. Cardinales fuerint, sub indignationis nostræ pœna, & interdicti, necnon etiam excommunicationis sententiis, quas si secus fecerint, eo ipso incurrant, (& à quibusvis præterquam in mortis articulo constituti, aliàs quàm à Romano Pontifice absolvi non possint) ne in obligationibus supradictis illarumque executionibus, aut aliis præmissis contra ipsarum præsentium tenorem quomodolibet se intromittere, aut Te, vel Locumtenentes, seu alios deputatos tuos prædictos super præmissis molestare præsumant.

Quod præsentes literæ non possent notari de surreptionis, invalidari, aut ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus eas quodcunque juris, aut facti, vel gratiæ remedium impetrari, minusque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus eas comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & eum, in quo antequam illæ emanarent, erant, statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo concessas, etiam sub quacunque Data per te eligenda, validasque, & efficaces semper fore, & esse, vimque validi, & efficacis Contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram prædictas ex una, & Te ex altera partibus, ritè, & rectè, facti, initi, & stipulari, ac etiam hinc inde acceptati habere, & obtinere, ac inviolabiliter observari debere.

ne, &c. neque sub aliquibus revocationibus comprehend.

35. Sicque per quoscunque Judices, & Commissarios, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Camerarium dictæ Cameræ, ac Præsidentes, & clericos, necnon Palatii Apostolici Auditores hujusmodi, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quavis causa, & instantia, ac ubique locorum judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Decretum irritans cum clausula sublata.

36. Non obstantibus præmissis, ac nostris quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, necnon revocatoria facultatum ad instar non concedendarum, aliisque Cancellar. Apostolic. regulis, etiam per Nos, ac Prædecessores, & Successores nostros Romanos Pontifices quoscunque, quomodocunque, & quandocunque editis, & edendis, & etiam prædicti Pii IV. prædecessoris, quod privilegia, concessiones, & indulta Cameræ prædictæ præjudicium quomodolibet concernentia in Camera ipsa intra certum tempus registrari, intimari, insinuari, & notificari deberent, disponen. Ita quòd Tu ipsas præsentes litteras in eadem Camera nullo unquam tempore præsentare, intimare, notificare, registrari facere, ac insinuare minimè tenearis, nisi si, & quando tibi videbitur, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolic. etiam de rebus, & bonis Ecclesiæ, & Cameræ prædictarum non alienandis, ac in illorum alienatione, seu concessione certas solemnitates, & formas servari debere disponentibus, ac Curiæ, & palatii prædictorum stylo, necnon Urbis, & Cameræ hujusmodi, ac quarumcunque aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum, etiam juramento, cōfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, Consuetudinibus, Reformationibus, etiam novis, & nouissimis, & decretis, ac Ordinationibus, Privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apostoli-

Derogationes ampliss. & in specie revocat. gulæ de jure quæsito non tollendo, & Bullæ Pii IV. de registrandis.

cis quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, & aliis quibuscunque dictæ Sedi mediatè, vel immediatè ſubjectis, & quibuſvis aliis, quacunque dignitate etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore fungentibus perſonis, ubivis locorum exiſtentibus, ac etiam noſtris, & dictæ Sedis, Nuntiis, Legatis, etiam de Latere, per Nos, & recol. mem. Clementem VIII. ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis, etiam pro quibuscunque cauſis, etiam motu ſimili conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus, innovatis, & in poſterum concedendis, confirmandis, approbandis, & innovandis. Quibus omnibus, & ſingulis, ac omnibus aliis hic non expreſſis, quæ forſan præſentibus obeſſe poſſent, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua mentio habenda, aut aliqua alia certa & exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, motu, ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine paribus, ſpecialiter, & expreſsè derogamus & declaramus, necnon omnibus illiis, quæ in præmiſſis, & quibuscunque deſuper confectis literis, conceſſa fuerunt, non obſtare, cæterisque contrariis quibuscunque.

37. Per præſentes autem non intendimus Reformationibus d. Auditoratus hujuſmodi, & aliis dictæ Curiæ Officiis per Pium IV. & Pium V. Prædeceſſores præfatos factis necnon Concil. Trident. Decretis in aliquo derogare, vel aliàs præjudicare; ſed illas, & illa ſalva eſſe, & in ſuo robore permanere, eaque omnia, ac etiam alias, quas hodie per alias literas noſtras ſtatuimus, & ordinavimus Reformationes, per Te, & Succeſſores tuos prædictos, atque alios ad quos id ſpectat, ſeu in futurum quomodolibet ſpectabit, omninò & inviolabiliter ſervari volumus, & mandamus.

38. Et inſuper etiam volumus, quòd tu antequam officium Auditoratus cauſarum Curiæ Cameræ hujuſmodi exercere incipias, de illo fideliter exercendo in manibus prædicti Petri Cardinalis, & Camerarii, ſeu ab eo ad id deputati, aut ejus Locumtenentis ſolitum præſtes juramentum.

39. Quodque præſentium literatum tranſumptis, & exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhiberi, fidemque facere illa debeant, quæ ipſis originalibus adhiberetur, & quam ipſæ facerent, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

40. Tu igitur præfatum Auditoratus cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ officium prompta devotione ſuſcipiens, ſic illud diligenti ſtudio, cura, integritate exequaris, ut tua opera ad Dei laudem & gloriam, ac earumdem Eccleſiæ, & Curiæ bonum publicum, privatorumque commoditatem, & exemplum laudabile cedant, Teque apud Nos, & Sedem prædictam, ut ſperamus, merito peramplius recommendent.

41. Nulli ergò omninò Hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſubrogationis, admiſſionis, ſingulorum Indultorum, Statutorum, Ordinationum, facultatum, approbationis, confirmationis, innovationis, extenſionis, ampliationis, decretorum, præcepti, mandatorum, voluntatis, derogationis, & declarationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo undecimo quintodecimo Kal. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno 7.

Reformatio Tribunalis Auditoris Curiæ cauſarum. Rev. Cam. Apoſtolicæ.

PAVLVS EPISCOPVS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

DUM inter cæteras animi noſtri curas quibus Nobis in hac præcelſa Beati Petri Sede conſtitutis, invigilandum eſt, illâ quippe præcipuam in mente gerimus, ut univerſum gregem Dominicum fidei noſtræ divinitus commiſſum ab illicitis reducamus, & in primis quaſvis perſonas, etiam ſuper ſupremos Almæ Urbis noſtræ Magiſtratus, pro adminiſtranda juſtitia conſtitutas, ac officia in eiſdem Magiſtratibus exercentes, in ſuæ dignitatis, & muneris rectitudine contineamus, nonnullos, quos irrepſiſſe cognoſcimus, exceſſus, & corruptelas in Tribunali, & officio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, quamprimum emendandos & repurgandos decrevimus. Nos itaque ex iis tamen, quæ pro dicti Tribunalis, & officii, ac pro tempore exiſtentis Cauſarum Curiæ Cameræ hujuſmodi Auditoris Generalis, ejusque Locumtenentium, & Deputatorum ſtatu, ac directione, & aliàs hactenus per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſalubriter inſtituta, & etiam per Nos hodie, Dilecto Filio, Magiſtro Joanni Dominico Spinulæ, Cauſarum Curiæ Cam.

Cam.hujusmodi moderno generali Auditori Notario, & familiari nostro desuper concessa fuisse reperiuntur,quicquam detrahere, sed his immotis in sua firmitate permanentibus,ea solùm, quæ experientia vel deesse,vel obesse juxta rerum exigentiam , & temporum qualitatem supplere & emendare volentes, necnon omnium & singulorum Privilegiorum, indultorum & facultatum Tribunali,& officio prædicto,ejusdemque Tribunalis, & Officii Judicibus, ac aliis personis quomodolibet, & quandocunque etiam sub quibuscunque verborum expressionibus, & formis quomodocunque concessorum , ac scripturarum, & literarum desuper confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum inserrentur præsentibus pro expressis, & insertis habentes, Motu proprio,& ex certa scientia nostra, Apostol.authoritate,tenore præsentium.

Statuimus & ordinamus, atque decernimus,quòd in causis criminalibus in locis nobis,& Sanctæ Rom.Eccles.immediatè subjectis in posterum non decernantur, neque relaxentur Monitoria contra aliquem in prima instantia, nisi per ipsum Joannem Dominicum, & suos in dicto officio successores facto verbo prius nobiscum , seu cum Rom. Pont.pro tempore existente, præterquam in casibus in Bulla in Cœna Domini legi solita contentis , in quibus nihilominus quando Monitoria extra Italiam decernenda erunt, in locis Nobis,& eidem S.R.E.non subjectis vel aliàs contra Officiales Curiales Exemptos,& contravenientes inhibitionibus, & litteris Apostolicis , vel etiam pro rebus dependentibus à causis criminalibus coram ipso Jo.Dominico,& suis successoribus prædictis legitimè introductis, ac pendentibus & hujusmodi Monitoria non relaxentur , nisi facto verbo prius Nobiscum,seu cum Rom. Pont.pro tempore existente.

Et quoad litteras pro capiendis indiciis constitutio fœl.rec.Pii Papæ IV.Prædecessoris nostri super reformatione d.Tribunalis edita servetur,

Quodque supersessoriæ,seu ut vocant,Non gravetur,vel dilationes, quas interdum concedi contigerit,& illarum revocationes,præterquam in vim termini Judicialis à Debitore susceptæ, quo casu circa solutionem hactenus, juxta stylum dicti Tribunalis, consuetum observetur,concedenda gratis,etiam pro sigillo,ac sine ulla Secretarii, Judicis, aut cujuscunque alterius personæ mercede concedantur.

Quodque si aliquis Creditor de capiendo ratione suspicionis fugæ contra Debitorem suum,vel ipsius Debitoris pecunias,& bona, exequutivum aliquod mandatum obtinuerit Creditor ipse ad ejusmodi mandati expeditionem , vel aliquo modo illius solutionem faciendam,aut ejus taxam deponendam coram dicto Jo.Dominici, & illius in officio Auditoratus successorum hujusmodi, tunc, & pro tempore existentes Judices mandata executiva, nisi prius ipsimet Judices in libro expeditionum diem subscriptionis manu propria notaverit,subscribere non possit.

Jo. Dominici successorum prædictorum nunc & pro tempore existens Judex Locumtenens in criminalibus pro sportulis, salario sibi jam assignato contentus, nihil percipere possit.

In causis civilibus verò Locumtenenti singulis mensibus quinquaginta scuta monetæ à Notariis d. Auditoris Tribunalis pro rata solvi , nec aliqua alia portio pro eo retineri debeat.

Quodque Substituti Notariorum ejusdem Auditoris Tribunalis ad conficienda acta civilia,seu criminalia, & ad Testes examinandos , nisi prævia approbatione Collegii eorundem Notariorum, in qua Notarii ipsi de approbatione,fide, & idoneitate admittendorum attestentur, & non nisi de consensu, seu licentia d. Auditoris seu ejus Locumtenentis in civilibus, vel criminalibus respectivè nunquam admittantur.

Idem quoque servetur ab iis,qui in d.Tribunali stipulationes instrumentorum, & rogitus pro eisdem Not.recipiunt.

Dictique Substituti in singulis diebus cujuscunque hebdomadæ, eos ad judicem informandum adituros tangentibus,quoscunque Litigantes principales , seu eorum procuratores informare volentes in nota per eos designanda sigillatim describere teneantur, nec pro hujusmodi descriptione, aut admissione ad informandum judices, aut super ordine, seu proprietate circa ipsum actum informandi aliquid etiam à sponte dantibus, minusque Notarii prædicti pro contradictis ultra id, quod verè solvitur officio Contradictarū, quicquam , etiam si illis propterea à Partibus sub prætextu celerioris expeditionis ultro offeratur, percipere possint,neque debeant.

Quodq; tam Notarii,quàm eorum Substituti prædicti sub pœna triremium perpetuarum aliquas societatum officiorum pecunias censuum , et aliorum cujusvis generis contractuum, nisi procuratorio nomine,de quo per publicum documentum constare debeat,vel de ordine, consensu aut voluntate partium exigere, recipere, et penes se retinere,tractare,et habere non audeant.Et si secus fecerint Notarii ad damna , et interesse, quæ culpa Substitutorum eorundem partibus evenerit, teneantur, et obligati sint, ac contra eos in his executivè procedi possit, et debeat.

Præterea iidem Notarii ad omnem requisitionem partium interesse habentium instrumenta,et Testamenta in publica forma exhibere, etiam teneantur,et pro eorum mercede infrascriptas taxas,et nō ultra exigere possint.

Ab uno scuto videlicet, usque ad scuta viginti quinque,bononenos quadraginta quinque.

A scutis viginti quinque usque ad scuta quinquaginta,bonon septuaginta quinque.

A scutis quinquaginta, usque ad centum scuta, unum scutum.

A scutis centum, usque ad quingenta scuta etiam scutum unum pro quolibet centenario.

A scutis quingentis usque ad quamcunque summam, bononenos viginti pro quolibet centenario, dummodo in totum, usque ad centum scuta pro qualibet summa recipere nequeant.

Quodque dd. Notarii sub pœna privationis eorum cujuslibet officii scripturas productas penes se in pulpito, aut alibi retinere non possint, sed statim illas describere, & illarum productionem in manuali notare, ac illas in filsa reponere debeant.

Et instrumentis, Testamentis, & aliis actibus, ubi Testes requiruntur, Notariorum Substituti, & alii in officio Notarii rogantis inservientes, seu degentes in Testes, aut pro Testibus adhiberi non possint, sed alii ad id omninò adhibeantur.

Instrumenta quoque in suis manualibus dietim extendantur, & describantur.

Et filsæ Instrumentorum ad minus infra tres menses in voluminibus, seu ad libri formam, ut moris est, redigantur, ac manualia ipsa diligenter & accuratè custodiantur.

Postremò dicti Notarii disdictam Societatis officii, non solùm in libro manuali, sed etiam in margine Instrumenti Societatis per verba hujusmodi, videlicet die tali disdicta, & die tali reproducta teneantur annotare.

Reproductio autem disdictæ in actis alterius Notarii de societate non rogati, nullo modo fieri possit, nisi ubi contractus Societatis esset extra Urbem rogatus, quæ debeat statim in manuali registrari, ut moris est. Id verò Notarii negligentes, Jo. Dominici, & successorum suorum prædictorum arbitrio, severè puniantur.

Et idem servetur in nominatione, & translatione periculi vitæ, quæ non afficiat, aut cuiquam prosit, nisi Parte infra tempus ad nominandum, vel transferendum intimetur, & per Notarium, ut præmittitur annotetur.

Volumus autem & mandamus, quòd statuta, ordinationes, & decreta nostra prædicta per Jo. Dominicum, & successores suos prædictos, atque omnes alios, ad quos spectat, & spectabit observentur. Et etiam volumus, quòd præsentium exemplis, seu transumptis etiam impressis, manu unius Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ: nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, decreti, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo undecimo, quinto decimo Calen. Septemb. Pontificatus nostri anno septimo.

Declaratio constitutionis super Reformatione Tribunalium Urbis nuper editæ.

Edita An. D. 1612.

PAVLVS PAPA V.

Motu proprio, &c.

Causæ hujus declarationis.

CUM, sicut accepimus, nuper post nostram super Tribunalium Urbis reformationem à plerisque, præsertim verò à Notariis eorundem Tribunalium, nonnullæ difficultates, super intelligentia, & executione dictæ constitutionis, & taxarum inde confectarum, submotæ fuerint, Nos difficultates omnes opportuna declaratione tollere volentes, motu simili.

Cap. istud est supra fol. 688. §. 19. n. 16.

§. 1. In primis quoad dispositionem, quæ habetur in vers. Notarii quocunque Tribunalium, declaramus, Notarios in causis commissariis, summam, aut valorem ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentibus, teneri dare literas missivas loco remissorialium, sed si dictam summã, seu valorem excesserint, & sint veræ Commissariæ, Notarios ad dandas dictas literas missivas loco remissorialium non obligamus. Et amplius declaramus, copiam articulorum, & interrogatoriorum, si quæ in Curia data fuerint, & in dictis missivis introcludendorum, ultra taxatam mercedem juliorum novem, esse solvendam ad instar aliarum copiarum.

Cap. istud est ibid. n. 26.

§. 2. Insuper quo ad vers. Idem. Addendo volumus, eam Partem, quæ instat pro sententia teneri, in actu depositionis sportularũ sive propinarum pro Judice, etiam mercedem notæ sententiæ pro Notario deponere.

Cap. istud est fol. 686. n. 37

§. 3. Et quo ad vers. Notarii non audeant, declaramus sufficere quod Notarius, aut unus ex Testibus cognoscat alterum ex Contrahentibus. Et quando Contrahens esset alienigena, sive peregrinus, aut tam vilis conditionis, ut ejus cognitio, vel notitia esset in Urbe difficilis, contractum nihilominus fieri permittimus, cum licentia Gubernatoris, sive Auditoris Cameræ, aut Vicarii, vel Senatoris, seu Judicum ipsorum, aut Burgi, modo dicta Judicis licentia in Instrumento adnotetur, ac pro ea nihil omninò, neque Judici, neque Notario solvatur.

§. 4. Quo ad vers. Citationes, monitoria &c. post verba, Aut alterius illas obtinentes, Addatur. Et electo domicilio.

Cap. istud est fol. 688. n 11

§. 5. In vers. Ad rogandum verò, &c. in fin. Addatur, Volumus autem, & declaramus

Hoc cap. est d. fol. 689. n. 36

mus, quod omnia Teſtamenta, & Contractus intelligantur rogati nomine officii, ſive Notarii primarii, non autem nomine proprio, etiam quòd aliter exprimeretur, aliàs Notarii ſubſtituti, aut alioquin in aliorum officiis manentes, ſeverissimè puniantur arbitrio Judicum cujusque Tribunalis.

Hoc cap. eſt ſuprà fol. 690. n. 61. §.6. Quoad verſ. reſponſiones, declaramus excipiendas eſſe mulieres, & egregias perſonas, ad quas Notarius poſſit judicis arbitrio transmittii; qui Judex quandocumque ipſe dictis reſponſionibus, aut juramentis, etiam in domo reſpondentis, aut jurantis, vel alibi interveneriit, nihil recipere poſſit, aut debeat.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 694. nu. 121. §.7. Quoad verſ. Notarii locorum piorum, declaramus, loca pia, quæ Notariorum opera uti hactenus conſueverunt, non poſſe de cætero alium Notarium tam in civilibus, quàm in criminalibus eligere, quàm unum ex dictis Vicarii Notariis, inter quos & ſolita diſtributio ſervetur, & ſola merces ſolvatur.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 695. §. 20. n. 23. §.8. Quo verò ad regiſtra, verſ. Neque exigant, declaramus illa verba, nili illis completis, intelligi de actis factis uſque ad diem peritæ confectionis extractus, ſive regiſtri.

Hoc cap. eſt ibid. n. 25. §.9. Quoad verſ. Non rubricentur, declaramus, tunc non eſſe rubricandos proceſſus de partibus, quando benè fuerunt in partibus rubricati, alioqui prohibemus in Curia ab alio, quàm à Notario cauſæ rubricari.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 694. §. 3. §.10. Quoad verſ. In verè autem Commiſſariis, & verſ. Proceſſus de partibus, declaramus non fuiſſe noſtræ intentionis comprehendere Notarium Archivii, qui propterea poſſit in cauſis commiſſariis cuiuscumque valoris regiſtra conficere, in illisque proceſſus de partibus, remiſſoriales, & compulſoriales ſive excederent, ſive nonfolia, viginti quatuor, regiſtrare; ſervatâ in cæteris formâ in dicta noſtra reformatione contenta ſuper regiſtrorum confectione.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 697. §. 21. n. 21. §.11. Quo verò ad Curſores, verſ. Curſores pro qualibet citatione, declaramus Trivii regionem pro locis ultra fontem, & areum Trivii, non citrà; nec ullo pacto inter partes longinquas enumerari loca illa, quæ, vel anteà ipſi Curſores non enumerabant, vel pro quibus ſolita mercede bon. duorum contenti erant, ne quod à Nobis ad publicam utilitatem, & tollendos abuſus conſtitutum eſt, prava interpretatione contrarium pariat effectum.

Hoc eſt additum. §.12. Inſuper declaramus, pro citatione contra Epiſcopos, vel alias qualificatas perſonas, quinque bon. accipi poſſe, quando citatio fit perſonaliter contra ipſammet perſonam qualificatam executa, non autem contra procuratorem, vel aliter.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 674. §. 4. n. 14. §.13. Et dum in eadem noſtra reformatione prohibetur Auditori Cameræ concedere remiſſoriam ad partes ad examinandum, vel repetendum, citatâ parte, teſtes ad inſtantiam fiſci, vel ad probandam ejus intentionem, & prout latiùs in ea, declaramus id non procedere, ſi aliqua legitima ſubſiſtente cauſa aliud in aliquo particulari caſu ipſimet Auditori viſum fuerit.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 673. n. 4. §.14. Inſuper in verſ. Quodque ſuperſeſſoria &c. poſt verba, Vel alibi non ſuſceperit addatur. Vel niſi ex legitima cauſa, & in cauſis ſui Tribunalis tantùm, & non aliàs.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 707. §. 1. n. 166. & ſeq. §.15. Quoad Taxas impreſſas poſt dictam noſtram reformationem, infraſcripta corrigi mandamus. In primis quoad Notarios Cameræ deleatur verſiculus, Idem fiat de pellibus, & verſ. Idem de ſapone, utpotè impreſſoriis errore ſupervacaneè adjecta, ex quo jam ſuprà ſufficienter erat proviſum.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 708. n. 186. §.16. Quoad verſ. ultimum Taxæ Notariorum Cameræ, incip. Pro non comprehenſis, declaramus intelligi de expeditionibus gratioſis. In judicialibus autem, ſi quid in ea, vel aliis Taxis fuerit prætermiſſum, ſervetur de ſimilibus ad ſimilia.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 708. §. 2. n. 17. §.17. Quoad Taxas Notariorum Gubernatoris, Vicarii, & aliorum, verſ. pro reſtitutione depoſiti, bon. unum pro quolibet ſcuto, intelligi volumus in cauſis mercedum: in aliis verò bon. duos pro quoliber ſcuto permittimus, ſicuti verè in Taxa fel. record. Pii IV. Prædeceſſoris noſtri habetur, licèt aliter aliquando fuerit per errorem impreſſum.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 709. n. 70 §.18. Et in eadem Taxa verſ. pro copia ſimplici cuiuslibet inſtrumenti in actis rogati, declaramus intelligi de inſtrumento actus judicialis, non de ſimplici extrajudicialium inſtrumentorum copia, pro qua benè, & ad inſtar boni originalis deſcripta, bon. ſeptem cum dimidio pro quolibet folio ſolvi, & exigi permittimus.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 712. §. 4. in princ. §.19. Quoad Taxam Notariorum Rotæ in 1. verſ. jul. ſexaginta ſex, legendum declaramus, non autem ſexaginta, prout impreſſoris errore fuit notatum.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 714. §. 5. n. 16. §.20. Quoad Taxam Archivii, verſ. Pro inſtrumento abſolutionis, mandamus corrigi juxta Taxam fel. record. Gregorii XIII. Prædeceſſoris noſtri.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 715. n. 62 §.21. Rurſus in verſ. Pro pauperibus, declaramus; & volumus ſervari eandem Taxam fel. record. Gregorii XII. ut admiſſi ad juramentum paupertatis, juxta formam dictæ Taxæ ſolvant.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 716. §. 9. n. 44. §.22 Quoad Taxam Notariorum criminalium Gubernatoris, Auditoris Cameræ, & aliorum, verſ. Pro quolibet folio copiæ judiciorum, declaramus intelligendum, ut quælibet pagina, id eſt facies cuiuslibet continere debeat lineas viginti quatuor, prout in noſtra reformatione, ſub tit. de regiſtris, §. ſingula folia, & alibi volumus intelligi. *Eſt ſuprà fol. 695. n. 15.*

Hoc cap. eſt ſup. fol. 718. §. 7. n. 40. §.23. Quoad Taxam Fori Capitolini, verſ. A centum, uſque ad ducentos, Addatur verbum, Alios. Errore ſcriptoris omiſſum.

Sicque

Clausula sublata & decretum irritans.

Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & extraordinarios, & etiam executores dictæ nostræ Constitutionis, judicari, & diffiniri debere, sublata &c. irritum &c.

Derogatio contrariorum.

Non obstantibus præmissis, ac prioribus literis super reformatione, & Taxis emanatis, cæterisque contrariis quibuscumque, & cum decreto, quòd præsentis sola signatura sufficiat, etiam absque alia data, & registratura.

Placet Motu proprio C.

PP. subsc.

Sequitur declaratio ejusdem Reformationis, quoad Aromatarios urbis.

PAVLVS PAPA V.
Motu proprio &c.

Causa hujus declarationis.

CUm post aliquas declarationes à Nobis constitutioni, quam super reformatione Tribunalium urbis condidimus, factas aromatarii quædam ejusdem Constitutionis capita ipsos tangentia declarari suppliciter postulaverint: Nos dubia tollere, & litibus occurrere cupientes.

Declaratio circa præscriptionem.

§. 24. Dum in præfata nostra Constitutione dicitur, pro pretio Aromatariæ servandam esse præscriptionem quinquennalem, non obstante quavis interruptione, etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem aliarum rerum Aromatariæ, declaramus dictam dispositionem, non intelligi, neque locum sibi vendicare, ubi vel interruptio fuerit judicialis, vel aliter, quàm per proprios ipsorum libros Aromatarii suum creditum probaverint, quibus casibus dispositionem Statutorum urbis servari volumus, & mandamus.

Declaratio circa jurisdictionem criminalem.

§. 25. Insuper dum in eadem Constitutione interdicimus Aromatariis, ne ullam prorsus audeant in quemquam exercere, sub quovis prætextu criminalem jurisdictionem, declaramus intentionis nostræ non fuisse, adimere eis facultatem aliàs ipsis à fel. rec. Clemente VIII. Prædecessore nostro concessam, res medicinales, ad eorum artes spectantes, visitandi, recognoscendi, & quod in eis corrupti, vitiati, vel adulterati repertum fuerit, projiciendi, comburendique, ac juxta delicti, & negligentiæ qualitatem culpabiles repertos, debitis pœnis, non tamen corporis afflictivis, quæ pœnæ Ecclesiæ, & Hospitali S. Laurentii in Miranda nuncupatæ eo ipso applicentur, & applicatæ censeantur, afficiendi. Quod tamen quoad libros negamus, etiam quòd in illis fraus aliqua detegeretur, sed hoc à suo Judice competenti cognosci, ac diffiniri debere intendimus.

Declaratio circa electionē Aromatarii mittendi extra urbē, ad visitandas Aromatarias.

§. 26. Et dum in dicta Constitutione nostra sancitum est, quòd Consules nullam habeant jurisdictionem eligendi Aromatarium, quem Proconsulem vocant, ad visitandas Aromatarias extra urbem, minusque subscribendi parentes uti Consules districtus urbis, & Superinterdentes artis in statu Ecclesiastico, sed talis eligendi potestas penes Prothomedicum sit, & remaneat. Declaramus nostræ intentionis non fuisse quoad hoc derogare concordiæ aliàs initæ inter Collegium Physicorum, & Collegium Aromatariorum, dum in ea dicitur, quòd quotiescumque ad visitandas Aromatarias extra urbem, medicus ex urbe mittendus erit, ne eis forsan artis Aromatariæ imperitum sibi comitem adjungat, prothomedicus, qui Visitatoris designandi jus obtinet, urbanis Aromatariis id denunciet, atque ab eis requirat, habeantne aliquem peritum, & idoneum hominem, qui medico illi in hujusmodi visitationis munere, comes, & minister esse velit: &c. juxta prædictam concordiam confirmatam per fel. record. Gregorium XIII. Prædecessorem nostrum, sub die prima Julii 1575. vers. Quotiescumque ad visitandas tabernas &c. Dummodò Aromatarii neque jurisdictionem propterea in hoc sibi aliquam usurpent juxta formam dictæ concordiæ, neque electum proconsulem vocent, neque patentes subscribant uti Consules districtus urbis, neque quicquam contra tenorem nostræ prædictæ Constitutionis faciant, sub pœnis in ea contentis.

Sola sign. sufficit. Subscrip. Papæ.

§. 27. Et præsentis sola signatura sufficiat etiam absque alia data, & registratura.

Motu proprio C.

Finis Literarum Apostolicarum.

FESTA

FESTA OBSERVANDA DE PRÆCEPTO,

& devotione, & consuetudine almæ Vrbis, Sacri Palatii Apostolici, & eius Curiarum Curiæ Capitolinæ.

JANUARIUS habet dies XXXI.

P. 1. Circumcisionis Domini, in qua die intrant etiam Officiales inclyti populi Rom.
P. 6 Epiphaniæ Domini.
D. 17 S. Antonii Abb.
A.C. 18 Cathedræ Rom. S. Petri Apost.
D. 20 SS. Fabiani, & Sebastiani.
A.C. 21 Agnetis Virg. & Mart.
A. 22 SS. Vincentii, & Anastasii mart.
A.C. 25 Conversionis S. Pauli Apost.
D 29 Indulgentiarum ad Aquam Salviam.

FEBRUARIUS habet dies XXVIII. & si erit *Bissextus* XXIX.

P. 2 Purificationis B. Mariæ Virg.
A.C. 3 S. Blasii Episc. & Conf.
A.C. 5 S. Agathæ virg. & mart.
A.C. 22 Cathedræ Antioch. S. Petri Apost.
P. 24 S. Matthiæ Apost. & in anno *bissext.* 25.

MARTIUS habet dies XXXI.

A.C. 7 S. Thomæ de Aquino.
D. 9 S. Franciscæ Romanæ.
A.C. 12 S. Gregorii Papæ, & conf.
P. 19 S. Joseph. Sponsi B. Mariæ Virg.
C. 20 Dedicationis Capellæ S. Helenæ, nuncupatæ Hierusalem, in Eccl. S. Crucis, in qua die mulieres possunt intrare d. Capell.
A. 21 S. Benedicti Abb.
P. 25 Annunciationis B. Mariæ Virg.
C. Omnes dies Veneris istius mensis sunt fer.

APRILIS habet dies XXX.

C. 1 Introitus Officialium inclyti pop. Rom.
A. 12 S. Julii Papæ.
C. 21 Natalis urbis.
A.C. 23 S. Georgii mart.
P. 25 S. Marci Evang.
C. 26 Manifestationis B. Mariæ Virg. in Regione Montium urbis.

MAJUS habet dies XXXI.

P. 1 SS. Philippi, & Jacobi Apost.
P. Inventionis S. Crucis.
A.C. 6 S. Joannis Apost. ante portam Latinam.
A.C. 8 Apparitionis S. Michaelis Archang.
A.C. 19 Yvonis Advocati pauperum.
C. 20 S. Bernardini conf.

JUNIUS habet dies XXX.

A.C. 11 S. Barnabæ Apost.
C. 13 S. Antonii de Padua conf.
P. 24 Nativitatis S. Joan. Baptistæ.
P. 29 SS. Petri, & Pauli Apost.
C. 30 Commemorationis S. Pauli Apost.

JULIUS habet dies XXXI.

C. 1 Introitus Officialium inclyti pop. Rom.
A.C. 2 Visitationis B. Mariæ Virg.
A. 12 Translationis S. Thomæ Cantuar. Rota, & Cancellaria tamen non servant.
C. 9 Ab ista die inclusivè usque ad diem 14 Aug. ob æstivos calores, & messes, sunt feriæ in causis ordinariis in prima instantia.
C. 17 S. Alexii conf.
D. 22 S. Mariæ Magdalenæ.
P. 25 S. Jacobi Apost.
P. 26 S. Annæ Matris B. Mariæ Virg.

AUGUSTUS habet dies XXXI.

D. 2 S. Petri ad Vincula.
A.C. 4 S. Dominici confess.
D. Dedic. Eccl. S. M. Majoris, aliàs ad Nives.
P. 10 S. Laurentii mart.
C. 14 Ab ista die, usque ad diem 22 inclusivè sunt feriæ in honorem B. Mariæ Virg.
P. 15. Assumptionis B. Mariæ Virg.
C. 16 S. Rochi conf.
A.C. 19 S. Ludovici Episc. & conf.
P. 25 S. Bartholomæi Apost.
A.C. 28 S. Augustini Episc. & conf.
D. 29 Decollationis S. Joan. Baptistæ.

SEPTEMBER habet dies XXX.

C 1 S. Ægidii Abb.
P. 8 Nativitatis B. Mariæ Virg.
A.C. 14 Exaltationis S. Crucis.
P. 21 S. Matthæi Apost. & Evang.
C. 27 SS. Cosmæ, & Damiani.
P. 29 Dedicationis Eccl. S. Michaelis Archang.
A.C. 30 S. Hieronymi presb. & conf.

OCTOBER habet dies XXX.

C. 1 Introitus Officialium inclyti Pop. Rom.
D. 4 S. Francisci confess.
A.C. 18 S. Lucæ Evang.
P. 28 SS. Simonis, & Judæ Apost.
A. 31 Vigiliæ omnium Sanctorum. Cancellaria tamen non servat.

NOVEMBER habet dies XXX.

P. 1 Omnium Sanctorum.
A.C. 2 Commem. omnium fidelium defunct.
C. 6 S. Leonardi conf.
A.C. 9 Dedicationis Basilicæ S. Salvatoris juxtà Basilicam S. Joannis Lateranen.
D. 11 S. Martini Episc. & conf.
A.C. 18 Dedic. Basilicæ SS. Petri, & Pauli Apost.
A.C. 21 Præsentationis B. Mariæ Virg.
A.C. 22 S. Cæciliæ Virg. & mart.
A.C. 23 S. Clementis Papæ, & mart.
C. 24 S. Chrysogoni mart.

25 S. Ca-

D. 25 S.Catharinæ virg.& mart.
P. 30 S.Andreæ Apoſt.

DECEMBER habet dies XXXI.

A.C. 6 S.Nicolai Epiſc.& conf.
A.C. 7 S.Ambroſii Epiſc.& conf.
D. 8 Conceptionis B.Mariæ Virg.
D. 13 S.Luciæ virg.& mart.
P. 21 S.Thomæ Apoſt.
A.C. 24 Ab hac diè incluſivè, uſque ad feſtum Epiphaniæ ſunt feriæ.
Cancellaria tamen habet ferias per totam diem 29 tantùm.
P. 25 Nativitatis Domini.
P. 26 S.Stephani prothomart.
P. 27 S.Joannis Apoſt.& Evang.
P. 28 SS.Innocentium Mart.
P. 31 S.Sylveſtri Papæ, & conf.

Feſta mobilia.

A.C. Cinerum, cùm die Jovis, Lunæ, & Martis immediatè procedentibus.
Cancellaria tamen fit die Lunæ ante cineres.
C. Sationis ad S.Marcum.
P. Paſchæ Reſurrectionis Domini.
A.C. Sex dierum præcedentium, & ſex dierum ſeq.
Cancellaria tamen fit die Lunæ in hebdomada ſancta, & poſteà initiatur die Jovis hebdomadæ ſequentis.
C. Lunæ,& Martis poſt Octavam Paſchæ.
C. Rogationum.
A. Vig.Aſcenſ.Domini, ſi erit mutatio capparũ.
P. Aſcenſionis Domini.
A. Vig.Pentecoſtes, ſi erit mutatio capparum.
P. Pentecoſtes.
P. Corporis Chriſti.
C. Veneris immediatè ſequenti propter proceſſionem S.Mariæ ſuper Minervam.
C. Octavæ Corporis Chriſti.
P. Omnium dierum Dominic.
A. Omnium dierum Jovis in Curia A.C.
A.C. Creationis Pontificis viventis.
A.C. Coronationis ejusdem.
A. Anniverſ.exeq.Pontificis immediatè defuncti, Cancellaria autem non ſervat.
A. Anniverſarii exequiarum Cardinalium.
Cancellaria verò non ſervat.
C. Vindemiarum tempore in cauſis ordinariis in prima inſtantia feriæ petentibus concedũtur arbitrio Judicis,ſi principalis, vel procurator in vindemiis ſit impeditus.

Incerta.

A. Quando Pontifex ab urbe proficiſcitur ultra XL.milliaria, & ſecum ducit Officiales.
Cancellaria tamen ſit ſemper, ubi ipſe Pontifex moratur.
A. Quando venit publicè aliquis Orator ad præſtandam obedientiam,
Cancellaria verò non habet hoc feſtum, neque infraſcripta.
A. Quando publicantur novi Cardinales.
A. Quando novus Cardinalis urbem primò publicè intrat.
A. Quando aliquis Legatus de latere revertitur publicè ad urbem.
A. Quando ſit conſiſtorium publicum.
T. Ingreſſus Senatoris,cum duobus ſequentibus
C. Quando ſit conſilium publicum.

OMnia feſta ſupradicta, quæ habent P, in margine, ſunt obſervanda de præcepto S.R.E. & quæ habent D, ſunt ex devotione, & conſuetudine almæ urbis Romæ, & quæ habent A, ſunt Apoſtolici Palatii Apoſtolici,eiusque Curiarum, & quæ habent C, ſunt Curiæ Capitolinæ, quæ verò inſimul habent A,& C, ſunt Apoſt. Palatii, ejusque Curiarum,& Curiæ Capitolinæ.
Cancellaria tamen non ſervat quædam feſta prout ſuis locis annotatum fuit.

CUria autem Gubernatoris, in qua proceditur ſemper manu regia, in cauſis non commiſſariis ultra feſta de præcepto,& devotione urbis,ſervat infraſcripta dumtaxat.
Creationis Pontificis viventis.
Coronationis ejusdem.
Ingreſſus Gubernatoris.
Jovis, Lunæ, & Martis immediatè ante cineres.
Diei cinerum.
Hebdomadæ ſanctæ.
Commemorationis defunctorum.
Vigiliæ Nativitatis Domini

Functiones publicæ in ſingulos dies ordinarios hebdomadæ, ordine alphabetico diſtributæ.

Aſſertamentum in Capitolio fit die Martis, & die Sabbati.
Camera fit die Lunæ,& die Veneris, & quando dies Cameræ eſt feriata,ſit die Mercurii non feriata.
Dies Veneris, Martii in Camera ſunt feriati.
Cancellaria ſit die Lunæ, Jovis, & Sabbati non feriata,& quando dies Cancellariæ eſt feriata, ſit die præcedenti non feriata.
Congregatio boni regiminis, & levaminum ſit die Sabbati.
Congregatio Concilii ſit die Sabbati.
Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſit die Veneris.
Congregatio Fabricæ S.Petri ſit die Jovis.
Congregatio immunit. Eccleſiaſticæ ſit die Martis.
Congregatio Indicis ſit die Sabbati.
Congregatio ſacrorum Rituum ſit die Sabbati.
Congregatio ſancti officii apud S. Mariam ſuper Minervam ſit die Mercurii.
Congregatio S.Officii apud Sanctiſſ.ſit die Jovis.
Conſiſtorium publicum ſit die Martis,vel die Jovis.
Conſiſtorium ſecretum ſit die Lunæ non feriata, aliàs ſit die Mercurii.
Conſulta in Palatio Apoſtolico ſit die Martis, & die Veneris.
Rota ſit die Lunæ, & die Veneris, & ſi dies Rotæ eſt feriata,ſit die Mercurii,& ſi dicti tres dies ſunt omnes feriati, ſit die Sabb. & appellatur Martiniana à fel.rec. Martino V. illius inſtitutore.
Iſti tres dies tantùm,ſcilicet Lunæ,Mercurii, & Veneris ſunt juridici in cauſis commiſſariis,& appellantur dies Rotales.
Die tamen Veneris immediatè ſequente poſt feſtum SS. Corporis Chriſti, ob impedimenta publicarum functionum dierum antecedentium non ſit Rota, ſed benè mane diei Mercurii ante dictum feſtum ſit Rota,quæ appellatur Corduben.à bon. mem. Corduba illius authore.
Signatura Gratiæ ſit coram Sanctiſſ. die Martis.
Signatura Juſtitiæ ſit coram Eminentiſſ. die Jovis.

FINIS.

INDEX UBERRIMUS
MATERIARUM, & CONCLUSIONUM,
QVÆ IN PRÆSENTI ROMANÆ CVRIÆ
PRAXI JUDICIARIA
CONTINENTVR.

Absentia.

Absentia Procuratoris potest quandocunque justificari, sicut partis contumacia c. 1. c. 3. num. 32.

Absolutio.

Absolutio Ab excommunicatione in honorem Festivitatum, cum reincidentia post festa, datur etiam de stylo Rotæ, p. 1. c. 14. n. 298.

Ab excommunicatione lata in Curia non datur, nisi causa cognita par. 1. c. 14. n. 293.

Ab excommunicatione vigore Bullæ Cruciatæ non juvat, nisi post satisfactionem, & in foro Conscientiæ tantum p. 1. c. 14. n. 301.

Ab excommunicatione vigore Bullæ Cruciatæ, quid operetur p. 1. c. 14. n. 302.

A Censuris ex causa, vel nova productione, potest obtinari, etiam ad beneplacitum p. 1. c. 14. n. 62.

A Censuris latis in Curia, non datur ad cautelam de stylo Rotæ, & quando secus, ibid. n. 294.

A Juramento ad effectum agendi, non prodest ei, qui incidit in perjurium, nisi prius obtineat à Papa absolvi à perjurio p. 1. c. 8. n. 88.

A Juramento, ad effectum excipiendi in Curia non datur p. 1. c. 8. n. 92. & seqq.

A Juramento est necessaria, etiam si juramentum sit nullum defectu solemnitatum statuti p. 1. c. 8. n. 78.

A Juramento non conceditur, nisi causa cognita p. 1. c. 8. n. 84.

A Juramento non retardat executionem obligationis Cameralis p. 1. c. 8. n. 87.

A Perjurio est obtinenda specificè, nec sufficiunt clausulæ generales, & quare p. 1. c. 8. n. 76.

A Perjurio incurso non potest, nisi ex gratia Papæ, concedi p. 1. c. 8. n. 74.

Censetur facta, si fuit omissa condemnatio in accessoriis prout sunt fructus & expensæ p. 3. c. 2. n. 63.

Absolutiones.

Absolutiones Tot sunt obtinendæ, quot sunt juramenta p. 1. c. 8. n. 80.

Absolutus.

Absolutus Cum reincidentia, elapso tempore, per quod fuit absolutus, remanet sicut antea ipso jure excommunicatus p. 1. c. 14. n. 299.

Non servans promissa non absolvitur amplius, nisi dato Fidejussore, ibidem n. 307.

Absolvi petens.

Absolvi petens ab Excommunicatione lata pro contumacia judiciali, ad Partis instantiam, tenetur præstare Fidejussorem p. 1. c. 14. n. 305.

Ab Excommunicatione lata pro contumacia judiciali si agitur de expensis factis occasione dictæ contumaciæ, ad quid teneatur p. 1. c. 14. n. 306.

A Censuris tenetur jurare, de standō mandatis Ecclesiæ p. 1. c. 14. n. 304.

Non fatetur excommunicatum, & quando secus par. 1. c. 14. n. 303.

Quando agitur de restituenda possessione, aliàs sequestrata, ad quid teneatur p. 1. c. 15. n. 309.

Absolutoria.

Absolutoria Obtineri potest ab eo, qui causam virtute *l. unica*, in Curia introduxit, & prosecutus fuit p. 3. c. 4. n. 18.

Reliqua vide in Verbo *Sententia absolutoria.*

Acta,

Acta Facta in figura Judicij, etiam de sui natura extrajudiciaria, ab Actuario scripta, probant sine testibus p. 1. c. 2. n. 74. & c. 9. n. 85. & seq.

Facta post admissionem tertij ad causam illi nocent, & quando secus p. 2. c. 4. n. 168.

Ordinatoria pereunt lata sententia ab observatione judicij, secus decisoria p. 3. c. 2. n. 145.

Primæ instantiæ, si non transportantur coram judice appellationis, seu recursus, non potest biennio durante procedi ad ulteriora in causa p. 3. c. 5. n. 51.

Primæ instantiæ sunt transportanda, & in actis, citata parte, producenda ab eo, qui vult causam prosequi p. 3. c. 5. n. 23.

Primæ instantiæ omnia sunt coram A. C. in causa recursus transportanda ante lapsum biennij p. 3. c. 5. n. 47.

Probatoria imperfecta pereunt perempta instantia p. 3. c. 2. n. 146.

Respicientia factum causæ quæ sint p. 2. c. 1. n. 24.

Respicientia solemnitates judicij quæ sint ibid. n. 22.

Si instante lapsu biennij, seu biennio elapso, non sunt transportata, citatur Appellans, ad docendum de appellatione, & videndum moderari p. 3. c. 5. n. 52.

Sunt transportanda coram judice ad quem ab eo, qui vult prosequi causam appellationis, ibidem n. 92.

Actio.

Actio Ad exhibendum fuit principaliter inventa ob rei vindicationem p. 2. c. 3. n. 27.

Ad exhibendum quibus competat ibidem n. 25. & seq.

De dolo quando competat p. 2. c. 14. n. 86.

Fideicommissarij clara sufficit ad impediendam Hæredi manutentionem p. 2. c. 12. n. 230.

In factum cui, & ad quid detur p. 2. c. 14. n. 66.

Omnis præscribitur spatio triginta annorum p. 1. c. 13. num. 163.

Perpetuatur per juramentum de jure communi usque ad quadraginta annos p. 1. c. 8. n. 202.

Petit lata ablolutoria ab observatione judicij virtute exceptionis peremptoriæ, vel si reus solvit ante sententiam p. 3. c. 2. n. 148. & seq.

Quando quis agit contra Hæredem, cum petitio afficiat bona Hæreditaria, videtur in rem scripta, ibid. num. 54.

Actio Quid sit p. 2. c. 14. n. 61.

Quod metus causa, cui, quando, & contra quem competat p. 2. c. 14. n. 85.

Spolij competit contra eum, in quem influit spolium virtute decreti nulli, & quando, ibidem n. 182.

Spolij competit contra Hæredes, & singulares successores, uti possessores p. 2. c. 14. n. 180.

Spolij competit contra quolvis successores, ad quos pervenit res, super qua fuit commissum spolium, etiam si bona fide possideant p. 2. c. 14. n. 181.

Spolij competit etiā pro rebus mobilibus p. 2. c. 14. n. 183.

Spolij competit pro recuperatione possessionis quæstæ per clausulam constituti p. 2. c. 14. n. 184.

Spolij datur contra immissum, non verificata reservatione, & expulsus restituitur p. 2. c. 8. n. 146.

Spolij datur etiam ad detentationem, & ad statum p. 2. c. 14. n. 100.

Spolij datus Hæredi, & Successori, qui potest eam prosequi,

sequi, & intentare ex persona defuncti, ibid. n.177.
Spolij est in rem scripta p.2.c.14.n.176.
Spolij non competit ex persona propria agenti, qui nunquam fuit in possessione p.2.c.14.n.179.
Spolij non datur sine primo extremo p.2. c.14. n.98.
Spolij præscribitur spatio triginta, vel quadraginta annorum, etiam ex Canone Redintegranda p.2. c.14. num.186.

Actiones.

Actiones Bonæ fidei quæ sint, & quæ stricti juris, & cur ita dictæ p.3 c.2.n.160. & seq.
Quæ efficiantur arbitrariæ, etiam ad effectum deferendi juramentum in litem, ibidem n.162. & seq.
Quot, & quæ competant Legatario, & Fideicommissario p.2.c.11.n.90.

Actor.

Actor Citatus à Reo in salviano ad dicendum contra, quomodo protestari debet, & quomodo judex debet admittere jura, vel articules p.2.c.6.n.16.
Debet legitimare personas mutatas p.1.c.5.n.21.
Debet in judicio manutentionis suspendere petitorium ne ratione mixturæ, causa efficiatur appellabilis p.2. c.12.n.33.
Debet probare Reum esse Hæredem, si ille hoc neget, etiam si Reus esset Filius p.1.c.3 n.25. & seq.
Debet verificare Monitorium, etiam non negatum p.2. c.11.n.8. & c.12.n.24.
Destitutus probationibus potest offerre Reo partitum litis decisivum p.2.c.3.n.8.
Excusatur ab editione, si acta sunt penes Reum, vel eorum tenor est satis notus in libello, ibidem n.65.
Excusatur ab editione, si jura possunt de facili aliunde haberi, vel editio coacte facta nil relevaret, par.2. c.3.n.66.
Facti mixtura potest suspendere petitorium, & quare p.2.c.14.n.13.
Hæres pro verificatione Monitorij in Judicio Quorum Legatorum, quæ probare debet p.2.c.11.n.9. & n.11.
Ille est regulariter qui prius agit in judicio, & quando secus p.3.c.3.n.52.
In Beneficialibus in Curia, mortuo Reo, potest procedere per contradictas, nec tenetur Procuratorem ulterius citare p.3.c.1.n.73.
In interdicto Quorum bonorum potest suspendere petitorium, & quare p.2.c.10.n.13.
In judicio evacuationis quid probare debeat, & quomodo p.2.c.13.n.8. & seq.
In judicio exhibitionis, negato monitorio, quid probare teneatur p.2.c.3.n.7.
In judicio exhibitionis probare debet, rem fuisse penes Reum de tempore motæ litis, ibid.n.29.
In Remedio *l. si contendat* potius cogitur agere causative, quam statim p.3.c.3 n.119.
In Spolio debet concludere se ad possessionem, à qua detectus est, reintegrari p.2.c.14.n.192.
In Spolio debet probare, parte citata, duo extrema, & quæ p.2.c.14.n.7.
In termino ad dicendum contra in judicio manutentionis quomodo protestari, & quomodo judex ad admissionem procedere debeat p.2.c.12.n.10. & n.32.
In Tribunali A.C. non potest obtinere mandatum, nisi respondeat positionibus à Reo excipiendo productis p.1.c.10.n.79.
Jurans non habere facultatem edendi jura, excusatur ab editione p.2.c.3.n.64.
Justificatis literis pensionis, & servatis terminis ad docendum se paruisse, potest citare ad Sententiam p.2. c.9.n.24.
Literis justificatis debet servare quatuor terminos ad docendum se illis paruisse p.2.c.8.n.20.
Non habens legitimam personam standi in judicio, parte opponente, non potest audiri p.1.c.5.n.23.
Potest nova jura deducere contra ea, quæ à Reo de novo excipiuntur non obstante clausula *si quid exequendum* p.1.c.13.n.498.
Potest, probatis probandis, citare ad videndum manuteneri, vel si magis placet servare terminos substantiales p.2.c.12.n.34.
Producens Instrumentum in publicam formam, facta declaratione de standosimplici copiæ expensas factas in illo sic extrahendo non recuperat p.1.c.2.n.8.
Qui commisit causam in Rota, si agitur vigore obligationis Cameralis, potest variare, & agere coram A.C. si Reus fuit contumax p.1.c.7.n.109.
Quid addere debeat in protestatione, quando Reus citat ad dicendum contra Articulos p.2.c.8.n.14.
Qui egit executivè contra obligatum in forma Cameræ, potest variare etiam à judice de partibus ad A.C. p.1.c.1.n.115.
Qui egit in partibus, si vult variare vigore obligationis Cameralis, & agere coram A.C. debet reficere Expensas, & deponere julium unum p.1. c.1.n.128. Limita, ut n.129.
Qui non potest audiri nisi refectis Expensis, quomodo protestatur, & faciat depositum, ut audiatur p.1.c.8. num.44.
Qui post decennium elapsum agit pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, censetur habuisse se pro spoliato ratione civilis, qui. p.2.c.14.n.200. & n.202.
Quomodo protestetur, & quomodo judex admittat jura, vel Articulos, à Reo ad suas exceptiones probandas productos, in materia pensionis p.2.c.9.n.19.
Et quomodo in Judicio Spolij p.2.c.14.n.12.
Recusans jurare de Calumnia cadit à jure suo p.1.c.8. num.102.
Reo deferente non cogitur jurare, quando jus illius minuitur p.1.c.10.n.142.
Sæpè est uterque, & uterque reus in Judicio Manutentionis, & quando p.2.c.12.n.97. & seq.
Sequitur forum Rei p.1.c.7.n.40.
Si ejus defectu, post intimationem executam, causa in signatura non proponitur, tenetur ad Expensas p.1. c.13.n.24.
Actor Si reus ad ejus exceptiones probandas producit Scripturas, vel Articulos, quomodo protestare debet p.2.c.8.n.12. & seq.
Tenetur edere Reo ad exceptionem fundandam p.2. c.2.n.63.
Tenetur omninò Monitorium, etiam non negatum, verificare p.2.c.8.n.9.
Termino elapso, absque alia citatione prosequitur executionem vigore Mandati p.1.c.14 n.104.
Ut obtineat in Salviano debet plenè probare, quod res possessa à Reo, sit eadem, quam Debitor possidebat p.2.c.6.n.87.

Actoris.

Actoris Petitio est attendenda ad cognoscendum, an causa sit beneficialis p.3.c.1.n.49.

Actor ad Lites.

Actor ad Lites Datur ex officio, pupillo, aut alio pro eo legitime non comparente p.1.c.5.n.8.
Datur, Minori citato ad comparendum legitimè contumaci, etiam si habeat Tutorem, & non possit exhibere solemnia, ibidem n.70.
Deputari debet Pupillo parte instante, si Tutorem non habet, vel alias eo indigeat p.1.c.5.n.66.
Deputatur infantibus tutore carentibus, servatis quatuor terminis contra eorum proximiores, ad eos defendendum, & nemine comparente pro eis p.1.c.5 n.9.
Deputatur Minori legitime non comparenti, de Stylo Curiæ, & Tribunalis A.C. servatis quatuor terminis, p.1.c.5.n.72.
Deputatus citatur ad declarandum, an Pupilli, vel Minores sint Hæredes, & eis non declarantibus, servatis quatuor terminis, deputatur Curator Hæreditati jacenti p.1.c.5.n.10.
Potest deputari ventri muliere citata ad defendendum & servatis quatuor terminis p.1 c.5.n.86.
Quando deputetur debet esse præsens p.1.c.5.n.74.
Ut deputetur Infanti, citandi sunt Amici, & Proximiores ad eum defendendum, & servandi quatuor termini p.1.c.5.n.82.
Ut deputetur tres termini ad comparendum sufficiunt sed de stylo curiæ additur quartus p.1.c.5. n.83.

Actus.

Actus Conclusionis in causa est omninò contrarius productioni testium, & jurium p.1.c.8.n.159.
Est nullus citationis non reproductæ p.1.c.2.n.70.

Extrajudicialis de sui natura factus in judicio, Judice præsente, vel mandante, non requirit testes ad sui validitatem p.1.c.9.n.106.
In dubio semper præsumitur validus, ibid. num. 113. & n.115.
Non valet etiam ad pias causas, dum voluntas testatoris disponere volentis non est omninò adimpleta p.2. c.11.n.112.
Præcedens, & illius initium attendi debet ad judicandam qualitatem sequentis p.1.c.9.n.107.
Præsumitur factus, prout validè fieri debuit, quod præcesserint necessaria, & opportuna p. 1. c. 14. num.352.
Primus, qui sit post contestationem in causis, in quibus lis contestatur, habet vim contestationis in casibus, in quibus contestatio non requiritur p. 2. c. 1. num.24.
Unus in jure sæpè celeritate actuum conjungendarum inter se actionum occultatur, par. tertia, cap. 5. num.339.
Extrajudiciales, qui per retrotractionem efficiuntur judiciales possunt fieri tempore feriato p.1. cap. 11. num.69.
Judiciales tempore feriato fieri non possunt ibid. n.48. & num.60.

Accessiones.

Accessiones, Et fructus Hæreditatis veniunt in judicio Quorum bonorum p.2 c.10.n.50.

Adam.

Adam, A Deo formatus de limo terræ in agro Damasceno p.1.Præfat.n.2.
Collocatus in Paradiso terrestri, & ad quid, ibidem num.3.
Comedit de ligno vetito ibid.n.6.
Expulsus de paradiso, ibid.n.11.

Additiones.

Additiones Quid sint p.1.c.15.n.58.

Ad exhibendum.

Ad exhibendum In Tribunali A.C. agitur contra detinentes scripturas, vel mobilia, prævio monitorio p. 2. c.3.n.1.& seqq:

Adjectiones.

Adjectiones Quid sint p.1.c 15 n.57,

Adimere.

Adimere Sibi alienando facultatem relaxandi alteri certa bona, quæ precisè relaxare tenebatur, excluditur à beneficio restitutionis ad faciendum inventarium, & quandò secus p.1.c.9.n.212.&seq.

Adjudicatio.

Adjudicatio Potest sustineri de æquitate sine subhastatione quando creditum excedit valorem rei captæ in tenutam p.1.c.15.n.72.
Quid sit p.1.c.15.n.84.
Sustinetur sine subhastatione, si probatur, quod tempore adjudicationis res adjudicata pluris vendi per viam subhastationis non potuisset ibid.n.75.
Valet sine subhastatione, quando bona adjudicantur in subsidium seu dantur in solutum, prævia æstimatione judicis p.1.c.15.n.7.

Adjunctus.

Adjunctus Præsentata sibi commissione potest inhibere Conjudicibus, ne ad ulteriora sine eo procedant p.3. c.5.n.201.

Administrator.

Administrator Quando excusetur à confectione libri, & inventarij, p.3.c.2.n.174.
Quilibet tenetur conficere, & exhibere librum administrationis, & reddere rationem p.3.c.2.n.168.& seq.
Tenetur restituere reliquatum, alias non dicitur reddita ratio p.3.c.2.n.171.& 174.

Administratio.

Administratio Rerum Hæreditariarũ competit hæredi à die aditæ: absque decreto judicis, & dantur illi 40. dies ad incohandum, & alij 60. ad perficiendum Inventarium p.1.c.9.n.99.

Admissio.

Admissio Ad causam non requiritur docto de interesse citata parte ad dicendum contra jura, & obtento decreto admissionis, cum clausula, *& in quantum* p.2.c.4.n.115.
Articulorum cum clausula *salvo jure impertinentium*, quid operetur p.1.c.10.n.83.
Incipiens per verba affirmativa censetur facta, secus per verba negativa p 1.c.2. n.168.

Admissio Jurium, aut articulorum in causis ordinarijs fit simpliciter, absque ulla clausula p.2.c.4.n.22.
Jurium cum clausula *sine præjudicio* quid operatur p.1. c.2.n.151.& n.160.
Jurium sine præjudicio decreti facti, & mandati relaxati, præsupponit decretum emanatum, & mandatum relaxatum p.1.c.8.n.137.
Novorum jurium circumducit terminum pro servato non obstante partis protestatione, & quare p.1. c.8.n.261.

Adminiculum.

Adminiculum Desumitur ex re inter alios acta p. 1. c. 18. n. 207.
Oritur ex instrumento, & quando p.1.c.12.n.206.

Adnotatio.

Adnotatio Executionis, ac reproductionis monitorij in actis, & ejus formula p.2.c.8.n.8.c.9 n.12.& c.14.n.5. & p.3.c.2.n.7.& c.3.n.7.
Intimationis mandati de manutenendo in actis, & ejus formula p.2.c.12 n.60.

Advena.

Advena Quis semel se incolam expresè fatetur, vel causam in Curia Capitolina reassumendam curavit, pro Incola habendus est p.1.c 7.n 70.

Adversarius.

Adversarius Est citandus ad dicendum contra commissionem infra terminum juris, annum, aliàs appellatio remanet deserta p.1.c.13.n.547.
Non potest, invito impetrante commissione uti quando illa non est adhuc effecta communis p.1. c 13.n.520.
Potest uti commissione, invito Impetrante, quando ille usus est ea, vel citavit ad dicendum contra illam p.1. c.13.n.520.

Advocatus.

Advocatus Tenetur subjicere se examini contra principalem in casibus in quibus tenetur Procurator p. 1. c.2.n.216.

Advocati.

Advocati, Procuratores, & alij Curiales Romanam Curiam sequentes, gaudent privilegio Eugenianæ p.3. c.4.n. 165.

Ægidius.

Ægidius S.R.E.Cardinalis, qui Constituriones Ægidianas compilavit, non habebat jurisdictionem nisi in temporalibus, & prophanis p.2.c.6.n.156.& p.3. c.4.n.186.

Ægidiana.

Ægidiana An intret necne attenditur Sententia, non petitio, aut probatio p.2.c.6.n.148.
Æquiparatur *L. unica, C. si de moment. poss.* & recipit easdem limitationes p.2. c.6.n.145.
Est notoria, ideo non est necesse eam producere p.2. c.6.n.147.
Habet locum, etiam si Sententia sit lata per Cedulam, dummodo in meco possessorio p.2.c.6.n.134 & c.12. n.278.
Habet locum in omnibus locis Romano Pontifici immediatè subjectis p.2.c.6.n.139.
Habet locum in Salviano, & in quolibet possessorio p.2. c.6.n.133.
Habet locum, sive pronunciatum sit contra Reum, sive contra Actorem p.2.c.6.n.144.
Habet locum ubi lis vertitur in curia inter personas Sedi Apostolicæ immediatè subjectas, etiam si bona non sint subjecta dictæ Sedi p.2.c.6.n 140.
Intrat, licet mixtura sit in processu, dummodo non sit in sententia p.1.c.6 n.160.
Intrat, licèt verba sententiæ sint dubia, dum constat judicem voluisse procedere in solo possessorio p. 2. c.6.n.161.
Intrat nisi doceatur de notorio gravamine, aut injustitia p.2.c.6.n.167.
Intrat, quando agitur tantùm de possessione bonorum Emphiteuticorum Ecclesiæ inter Laicos, & lis vertitur in foro sæculari, secus in foro Ecclesiastico p. 2. c.6.n.254.

Intrat, ubicumque sententia fuit restricta ad merum possessorium, licet incidenter sit cognitum de petitorio, & eo magis petitorio suspenso p. 2. c. 6. n. 141.
Non comprehendit Ecclesiasticos, & eorum bona, licet sit confirmata à Summis Pontificibus p. 2. c. 6. n. 157.
Non comprehendit personas Ecclesiasticas, etiam ad earum favorem, & litis consortium laicorum, p. 2. c. 6. n. 150.
Non habet locum in jurisdictionalibus, & quare, p. 2. c. 6. n. 163.
Non habet locum in sententia conditionali p. 2. cap. 6. n. 170.
Non habet locum inter personas Ecclesiasticas p. 2. c. 6. n. 149.
Non habet locum in terris imperij p. 2. c. 6. n. 171.
Non habet locum quando constat de evidenti nullitate sententiæ p. 2. c. 6. n. 168.
Non intrat lata prima sententia ad favorem rei, & secunda ad favorem actoris, & quando secus p. 2. c. 6. n. 136 & seq.
Non intrat, lata sententia in petitorio p. 2. c. 6. n. 162.
Non intrat quando agitur de bonis Ecclesiasticis p. 2. c. 6. n. 151.
Non intrat quando agitur de utili dominio Ecclesiæ, etiam si lis sit tantùm inter laicos p. 2. c. 6. n. 152.
Non intrat quando sententia continet mixturam petitorij p. 2. c. 6. n. 159.
Non intrat quando sententia est notoriè injusta p. 2. c. 6. n. 164.
Non intrat, quando sententia non justificatur ex eisdem actis factis ante sententiam p. 2. c. 6. n. 165.
Non intrat, si agitur de gravamine irreparabili p. 2. c. 6. n. 169.
Non ligat personas, bona, & causas fori Ecclesiastici, p. 2. c. 6. n. 156.
Numquam locum habet quando agitur de præjudicio Ecclesiæ, etiam si lis sit tantùm inter laicos p. 2. c. 6. n. 153.
Prohibet in mero possessorio appellationem, tàm actori quam reo p. 2. c. 14. n. 220.
Recipit interpretationem passivam à jure communi. p. 2. c. 6. n. 146.
Removet appellationem in terris Ecclesiæ, etiam si fuerit intentatum remedium, can. reintegranda p. 2. c. 14. n. 287.
Si non fuit opposita in prima, potest opponi in secunda vel alia instantia contra appellantem p. 2. c. 6. n. 135.

Ægidiana.

Ægidiana Constitutiones non ligant in casibus, in quibus Statuta locorum particularia disponunt, p. 2. cap. 6. n. 126.

Æquitas.

Æquitas Canonica habet locum in editione p. 2. c. 3. n. 46. & seq.
Æquitas L. curabit, habet locum etiam pro rata pretij non soluti, secus extra pretium p. 1. c. 8. n. 279.
L. curabit, habet locum in omni contractu correspectivo p. 1. c. 8. n. 282.
L. curabit, procedit etiam in Venditore, cui pretium fuit solutum, ut teneatur ad fructus recompensativos donec rem venditam tradat. ibid. n. 181.
L. si me, & Titium, ff. si cert. pet. quando competat p. 2. c. 14. n. 67.

Afflictio.

Afflictio Non est addenda afflicto p. 1. c. 14. n. 287.

Agens.

Agens Ad exhibendum, vel edendum debet una cum existentia copulativè probare ejus interesse, p. 2. c. 3. n. 40.
Ad recuperandam possessionem dicitur agere spolio p. 2. c. 14. n. 54.
Ad revocationem attentatorum quid probare debeat, ut obtineat p. 2. c. 15. n. 88.
Interdicto quorum legatorum debet conficere monitorium p. 2. c. 13. n. 3.
Pro suo principali interesse, intentando ex integro judicium ab alio non dependens, non tenetur venire in statu, & terminis p. 3. c. 2. n. 97. Amplia, ut n. 98.
Via ordinaria, censetur renuntiare viæ executivæ illi competenti p. 1. c. 1. n. 118. p. 2. c. 4. n. 74. Limita sex modis p. 1. c. 1. n. 119. & seqq.
Vigore clausulæ Constituti, quando possit citare ad videndum concedi Familiam, absque alia citatione ad dicendum contra Jura p. 2. c. 5. n. 10.

Agere

Agere Volens ad revocationem attentatorum via ordinaria quomodo agere debeat p. 2. c. 15. n. 22.
Volenti pro revocatione attentatorum quid utilius sit si ipse instans possidebat tempore, quo fuit attentatum, vel habuit se pro spoliato, ibid. n. 21.

Agi.

Agi Potest contra Sequestratarium præscriptis verbis, & quando p. 1. c. 14. n. 137.

Agnitio.

Agnitio In præsentia Judicis sufficit absque alio Decreto ut sit locus interdicto Quorum bonorum p. 2. c. 10. n. 31.

Alienans.

Alienans Bona fide substantias defuncti non excluditur à beneficio restitutionis ad faciendum inventarium, reddita ratione creditoribus p. 1. c. 9. n. 211.

Alienatio.

Alienatio Rerum Minorum hodie sufficit, quod fiat bona fide sine subhastatione p. 1. c. 15. n. 62.

Alimenta.

Alimenta Futura dicuntur illa, quæ post litem motam sunt decursa p. 2. c. 4. n. 171.
Taxantur arbitrio judicis, habita ratione nobilitatis mulieris, & divitiarum debitorum p. 3. c. 5. n. 455.

Allegans.

Allegans Tenetur concludenter probare suæ intentionis fundamentum, etiamsi constitat in negativa p. 1. c. 9. n. 163.
Terminum fuisse in alio Tribunali susceptum, tenetur probare p. 1. c. 14. n. 11.

Allegatio.

Allegatio Præjudicialium quando nihil relevet, vel suppleatur dilatio p. 1. c. 8. n. 107.

Amissio Scripturarum.

Amissio Scripturarum An, & quando probetur juramento p. 2. c. 3. n. 16.
Debet concludenter probari in causa magni ponderis, vel conjecturis pro amissione non concurrentibus, vel suspicione existente contra eum, à quo petitur editio, ibid. n. 58.
Est concludenter probanda ab eo, qui tenetur Scripturas ratione officij, aut alias, custodire par. 2. cap. 3. n. 55.
Jurium productorum, & restitutorum dimissa copia non probatur juramento p. 2. c. 3. n. 60.

Anathematizatio.

Anathematizatio An, & in quibus differat ab Excommunicatione p. 1. c. 14. n. 209.

Angeli.

Angeli, Anima separata à corpore, Animal irrationale, & dæmones excommunicari, aut censuris ligari non possunt p. 1. c. 14. n. 228.

Animus.

Animus, Ac factum qualificatum requiritur ad acquirendam curialitatem p. 3. c. 1. n. 167.
Elicitur præcedentibus, & subsequentibus par. 3. c. 5. n. 373.
Sufficit ad curialitatem amittendam p. 3. c. 4. n. 168.

Annus.

Annus, Et ex causa biennium ad causam committendam datur à lege appellanti in partibus ad curiam, termino non præfixo p. 1. c. 3. n. 555.
In materia solutionum pensionis computatur à die reservationis illius, & actio oritur ad totum in principio anni p. 2. c. 9. n. 105.
Primus, & secundus datur à lege pro fatali appellationis, tertius à judice p. 1. c. 13. n. 550.

Antiquitas.

Antiquitas Ultra centum annos supplet robur Scripturæ informis p. 1. c. 12. n. 202.

Antonius Maria.

Antonius Maria Coratius insignis J. C. Cortonensis, & ejus laudes p. 2. c. 11. n. 49.

Apostoli.

Apostoli Ad quid appellanti concedantur à Judice æquo,

quid

quid sint, & unde dicti p.1.c.13.n.154. & seq.
Conventionales, qui sint, & unde dicantur, ibidem n.172.
Dari debent in scriptis, sed curia de hoc parum curat & quare p.1.c.13.n.180.
Dati probantur ex admissione appellationis, & præfixione termini ad prosequendum p.2.c.13.n.178.
Dimissorij, & Reverentiales differunt, & in quibus, & quando dentur p.1.c.13.n.171.
Dimissorij unde dicti, qui sint, & quem operentur effectum p.1.c.13.n.168.
Infra terminum juris sunt instanter, instantius, & instantissimè petendi, & quando p.1.c.13.n.175.
Non sunt amplius de necessitate petendi à judice deferente appellationi ibid.n.179.
Possunt dari à judice etiam non petiti, quo casu appellatio sustinetur p.1.c.13.n.177.
Refutatorij quando dari solent, & quis sit illorum effectus p.1.c.13.n.157.
Refutatorij si fuerunt dati, Appellans habet annum, & ex causa biennium, & per viam restitutionis in integrum triennium, ad causam appellationis committendam, & finiendam p.1.c.13.n.158.
Reverentiales in forma unde dicti, quando dari soleant Appellanti, & quis sit eorum effectus p.1.c.13.n.159. & seqq.
Apostoli Reverentiales simpliciter unde dicantur, qui sint & in quibus differant à Reverentialibus in forma p.1.c.13.n.169.
Si petantur in termino juris, hoc est triginta dierum à judice dato sat est p.1.c.13.n.181.
Sunt pars appellationis, & illorum petitio est de substantia, ibid.n.176.
Testimoniales cur ita dicti, & quando dari soleant, & quis sit illorum effectus p.1.c.13.n.162. & seq.
Testimoniales quando propriè dicantur par.1.cap.13.n.164.

Apostolorum.

Apostolorum Genera quot sint p.1.c.13.n.167.

Appellatio.

Appellatio Ab A. C. Auditore Rotæ, & Delegato Papæ interponitur ad Papam p.1.c.13.n.20.
A Camera, ejus Decano, & Clericis datur ad Cameram p.1.c.13.n.219.
A Camerario, Thesaurario, Præsidibus, & Cameralibus datur ad Cameram p.1.c.13.n.225.
A Capitaneo datur ad Senatorem, & quando secus, ibid. n.234.
A Cardinali Camerario, & Camera non datur ad A. C. & quare p.1.c.13.n.250.
A Conservatoribus urbis, delegatis Papæ, datur ad Papam p.1.c.13.n.242.
A Consulibus Aromatariorum datur ad Capitaneum, ad Gubernatorem, & ad Decanum Cameræ p.1.c.13.n.239.
A Consulibus Artium, datur ad Gubernatorem p.3.c.5.n.425.
A Dohanerijs ad Præsidem Dohanarum, qui sine voto Cameræ causam expedit p.1.c.13.n.226.
A Gubernatore urbis, & ejus Locumtenentibus, si non agitur de interesse fisci interponitur ad Papam, aliàs ad Cameram, ibid.n.209.
A Judice Burgi, & judicibus Romanæ Curiæ (*Vicario Gubernatore, & Senatore exceptis*) datur ad A.C. p.1.c.13.n.229.
A Judice fabricæ Sancti Petri datur semel ad Congregationem Fabricæ ibid.n.228.
A Judicibus locorum piorum, Cardinalem Protectorem habentium, non datur, sed recursus, & ad quos p.1.c.13.n.245.
A Judicibus locorum piorum, Cardinalem Protectorem non habentium, datur ad Papam, & potest adiri Signatura Justitiæ p.1.c.13.n.252.
A Judicibus Marescialli, & Soldani Urbis datur ad Gubernatorem urbis p.2.c.13.n.227.
